

Commentaria in Iosue. Cap. I.

lib. 18. c. 11. A  
 Et in terra promissionis  
 ex auctoritate diuina,  
 morrem Moyfi viginti &  
 Regnante apud  
 apud Sicyonios sexode-  
 cimo Danao, apud Atheni-  
 annorum gesta com-  
 Omnes ferè consen-  
 gessisse bella ad  
 que omnia hic descri-  
 in qua quor annis  
 gubernarit Iosue, non  
 enim: Interpretes &  
 Mosim cenlet Iosue mox  
 post bella, pacis an-  
 ita vt vniuersum  
 remdecim, vel octo-  
 Chronol. Salianus,  
 Arias & Lucidus: Iosue  
 c. 1. in fine, Iosue  
 viginti quinque, Beda  
 autem, quos sequun-  
 ro. Præpar. Clemens  
 lib. 18. de ciuit. c. 11.  
 Magalianus & Ma-  
 dant annos viginti se-  
 nostruus sit anno ætatis  
 equitur eum Ducatum  
 Es 83. Deim enim an-  
 nis 110. vitæ eiusdem,  
 cabo cap. vltimo.  
 editur à creatione A-  
 in morte Iosue, quæ

contigit anno mundi 2310. à diluuiio 633. ab Abra-  
 ham 361: A morte verò Iosue vsque ad exitum  
 Hebræorum ex Ægypto, & Ducatum Moysi flu-  
 xere anni 44. Moyses autem præfuit populo 40.  
 annis. Ergo Iosue ei immediatè succedens cæpit  
 imperare anno à creatione mundi 2494. à diluuiio  
 anno 837. ab Abraham 545. à Reptomissione  
 478. à morte Iosue 184. qui fuit ante natiuita-  
 tem Christi anno 1436. Vide Chronotaxim quam  
 præfixi Pentateucho.

INTERPRETES.

Scriptit in Iosue Origenes homilias 26. qui  
 smore suo moralis est. Ad litteram scripsit  
 Theodoretus, Procopius & S. August. quæstio-  
 nes triginta. Extant tomo 4. post quæstiones in  
 Genesim totumque Pentateuchum.  
 Posteriori sæculo scripsit Rupertus; Lyran.  
 Hugo Cardinalis, Dion. Carth. Caeranus, ac  
 fuscè & exactè Alphonsus Tostatus Episcopus  
 Abulensis. Nostro sæculo doctè ac piè scripsit  
 Andreas Mafius Consiliarius Ducis Cluina, &  
 linguarum apprime peritus; sed hoc habet quòd  
 subinde vulgatum interpretem carpat, licet ferè in  
 rebus minutis. Habet etiam nonnulla minus sana  
 vel sanè sonantia, vt de cruce non adoranda, &  
 de imaginibus in altari non collocandis, quæ cau-  
 rè legenda & intelligenda sunt. Notauit ea D.  
 Ioannes Molanus in limine operis posteriori edi-  
 tione. Mafius excellit in Geographia, & locis sin-  
 gulis terræ sanctæ graphicè describendis.  
 Mafium secutus est Arias Montanus, qui in  
 elegantia styli excellit: E nostris copiosè com-  
 mentatus est Cosmus Magalianus, doctè & re-  
 conditè Nicolaus Serarius, accuratè Iacobus Bon-  
 frerius.

APVT PRIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Iosue, eumq. corroborat ad inuadendam Chananiam. Secundo, vers. 10.  
 Vari in tertium diem vt Iordanem transeat, ac Rubenitis & Gaditis  
 armati præcant, vt se facturos promiserant.  
 post mortem Moyfi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad  
 un, ministrum Moyfi, & diceret ei: 2. Moyses seruus meus  
 & tranfi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum, in Ter-  
 filiis Israël. 3. Omnem locum, quem calcauerit vestigium  
 dam, sicut locutus sum Moyfi. 4. A deserto & Libano vs-  
 yum Euphraten, omnis terra Hethæorum vsque ad mare ma-  
 casum erit terminus vester. 5. Nullus poterit vobis resiste-  
 tæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam, nec  
 Confortare, & esto robustus: tu enim sorte diuides populo  
 a iuravi patribus suis, vt traderem eam illis. 7. Confortare  
 is valdè: vt custodias, & facias omnem legem, quam præcepit  
 tus: ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram, vt intel-  
 is. 8. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed me-  
 ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in  
 tuam, & intelliges eam. 9. Ecce præcipio tibi, confortare  
 metuere, & noli timerè: quoniam tecum est Dominus Deus  
 tuæ cumque perrexeris. 10. Præcepitque Iosue principi-  
 ranfite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite:  
 A 2 11. Præ-

scribo. Denique audi S. August. lib. 18. ciuit. c. 11. A Moysi successit Iosue Naue: & in terra promissionis introductum populum collocavit ex auctoritate diuina, debellatis gentibus, à quibus eadem loca tenebantur. Qui cum populum rexisset post mortem Moysi viginti & septem annos, etiam ipse defunctus est: Regnante apud Assyrios octauodecimo Amynta, apud Sicyonios sextodecimo Corace, apud Argiuos decimo Danao, apud Athenienses quarto Erichtho.

Quintò quaeritur: Quot annorum gesta complectatur hic liber? Resp. Omnes ferè consentiunt Iosue per septem annos gessisse bella ad subigendam Chananaeam, quae omnia hic describuntur: Inde secuta est pax, in qua quor annis superstes fuerit, & populum gubernarit Iosue, non omnino constat. Variant enim. Interpretes & Chronologi. Rabbi Moses enim censet Iosue mox post bella obiisse; alij Iosue post bella, pacis annos dant decem vel vndecim, ita vt vniuersim praefuerit populo annos septemdecim, vel octodecim. Ita Genebrard. lib. 1. Chronol. Sallianus, Torniiellus, Adrichom, Arias & Lucidus: Iosuephus verò lib. 4. antiquitatum c. 1. in fine, Iosue vniuersim attribuit annos viginti quinque, Beda & Bellarminus 26. Hebraei autem, quos sequuntur Patres, vt Eusebius lib. 10. Praepar. Cleinens Alex. lib. 1. Strom. S. August. lib. 18. de ciuit. c. 11. Sulpitius lib. 1. sacrae histor. Magalianus & Masius in cap. vlt. Iosue eidem dant annos viginti septem. Quare cum Iosue mortuus sit anno aetatis 110. vt patet c. vlt. v. 29. sequitur eum Ducatum populi suscepisse anno aetatis 83. Deme enim annos 27. Ducatus eius ab annis 110. vitæ eiusdem, incidet in annum initi Ducatus 83. Quae harum sententiarum sit veritas, indicabo cap. vltimo.

Porro Moses Genesim orditur à creatione Adæ & mundi, finit verò eam in morte Ioseph, quae

contigit anno mundi 2310. à diluuiò 633. ab Abraham 361. A morte verò Ioseph vsque ad exitum Hebraeorum ex Aegypto, & Ducatum Moysi fluxere anni 44. Moyses autem praefuit populo 40. annis. Ergo Iosue ei immediatè succedens cepit imperare anno à creatione mundi 2494. à diluuiò anno 837. ab Abraham 545. à Reptromissione 470. à morte Ioseph 184. qui fuit ante natiuitatem Christi anno 1436. Vide Chronotaxim quam praefixi Pentateucho.

INTERPRETES.

Scriptit in Iosue Origenes homilias 26. qui Simore suo moralis est. Ad litteram scripsit Theodoretus, Procopius & S. August. quaestiones triginta. Extant romo 4: post quaestiones in Genesim totumque Pentateuchum.

Posteriori saeculo scripsit Rupertus, Lyran. Hugo Cardinalis, Dion. Carth. Caeranus, ac fuscè & exactè Alphonsus Tostatus Episcopus Abulensis. Nostro saeculo doctè ac piè scripsit Andreas Masius Consiliarius Ducis Cluuae, & linguarum apprimè peritus; sed hoc habet quodd subinde vulgatum interpretem carpat, licet ferè in rebus minutis. Habet etiam nonnulla minus sana vel sanè sonantia, vt de cruce non adoranda, & de imaginibus in altari non collocandis, quae cauterè legenda & intelligenda sunt. Notauit ea D. Ioannes Molanus in limine operis posteriori editione. Masius excellit in Geographia, & locis singulis terræ sanctæ graphicè describendis.

Masium secutus est Arias Montanus, qui in elegantia styli excellit: E nostris copiosè commentatus est Cosmus Magalianus, doctè & reconditè Nicolaus Serarius, accuratè Iacobus Bonfrerius.

CAPVT PRIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Deus apparet Iosue, eumque corroborat ad inuadendam Chananaeam. Secundo, vers. 10. Iosue iubet populum parari in tertium diem vt Iordanem transeat, ac Rabenitis & Gadiis precipit, vt ceteras tribus armati praecant, vti se facturos promiserant.

1. ET factum est post mortem Moyfi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moyfi, & diceret ei: 2. Moyses seruus meus mortuus est: Surge, & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum, in Terram, quam ego dabo filiis Israël. 3. Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moyfi. 4. A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphraten, omnis terra Hethaorum vsque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. 5. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. 6. Confortare, & esto robustus: tu enim forte diuides populo huic Terram, pro qua iuraui patribus suis, vt traderem eam illis. 7. Confortare igitur, & esto robustus valdè: vt custodias, & facias omnem legem, quam praecipit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quae agis. 8. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quae scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. 9. Ecce praecipio tibi, confortare & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quaecumque perrexeris. 10. Praecipitque Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite:

Cornel. in Iosue.

A 2

11. Prae-



11. Preparare vobis cibaria: quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. 12. Rubenitis quoque & Gaditis, & dimidia tribui Manasse ait: 13. Memento sermone, quem praecepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram. 14. Vxorēs vestrae, & filij, ac iumenta manebunt in Terra, quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem: vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes vestros, & pugnate pro eis, 15. donec det Dominus requiem fratribus vestris, sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque Terram, quam Dominus Deus vester daturus est eis: & sic revertemini in Terram possessionis vestrae, & habitabitis in ea, quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra solis ortum. 16. Responderuntque ad Iosue, atque dixerunt: Omnia, quae praecepisti nobis, faciemus: & quocumque miseris, ibimus. 17. Sicut obediimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantum sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moysi. 18. Qui contradixerit ori tuo, & non obederit cunctis sermonibus quos praeceperis ei, moriatur. Tu tantum confortare, & viriliter age.

VERS. I.



**F**ACTUM EST, & UT LOCUTUS EST, hoc est: & locutus est, hoc est: & locutus est. rō enim factum est redundat more Hebraeo. Vnde Noster clarè vertit: Et factum est ut loqueretur. rō & copulat hunc librum cū sine Deuteronomij: illius enim acta ordine profectur, licet alioqui Hebraeis *vau* siue & sit initiale, tantumque noter libri exordium, ut dixi Ezech. i. i. ad illa: Et factum est in trigesimo anno.

**POST MORTEM MOYSI,** post expletos triginta dies luctus, quibus Hebraei planxerunt mortem Moysi. Deut. vii. 8. illis enim lugendum & quietum erat. Ita Abulen. Serarius & Caietanus, licet contrarium autumet Liran. Salius & Masius Talmudicos secuti, de quo c. 3. Quare cum Moyses mortuus sit sub diem tertiam Februarij, ac deinde eum planxerint Hebraei per 30. dies, ut patet Deuter. vii. vers. 1. & 8. ac statim post planctum Iosue sumpsit imperium populi vice Moysi, auctoratus & roboratus hic à Deo, hinc sequitur hanc apparitionem & confortationem ei factam sub diem tertium mensis primi Nisan, cuius decimo die Hebraei transierunt Iordanem, ut patet cap. 4. 19. ac 14. die celebrarunt Pascha, ut patet cap. 5. 10.

**UT LOCUTUS EST DOMINUS,** Per Angelum vices Dei gerentem, sicut & per Angelum locutus erat Moysi, cuique legem dederat in Sina, ut patet Galat. 3. vers. 19. Angeli enim sunt administratorij Dei spiritus. Hebr. i. 14. Quocirca quoties in veteri Testamento Deus dicitur apparuisse vel locutus esse, non ipse per se, sed per Angelum id praestitit, uti in Pentateuchō ostendi. Porro Angelus hic locutus est Iosue, vel locutione spiritali obiciendo menti eius notiones verborum horum, eo modo ac si Iosue Deum ipsum praesentem loquentem audisset, aut locutione corporali in assumpto corpore apparente & oretenus loquens ad Iosue: Vtrumlibet enim est probabile. Iosue ergo hic immediate à Deo per Angelum constituitur & auctoratur dux populi, ideoque ab eo per omnia eruditur, dirigitur, prosperatur victoriis, decoratur spoliis, & regnis locupletatur, cum ceteri Reges & Principes à Deo non immediate, sed mediante electione populi vel optimatum constituantur.

S. Hieron. in illud Apostoli: Constituas per civitates presbyteros sicut & disposui tibi. Ad Tit. 1. 5. Moyses, inquit, amicus Dei potuit vique successores principatus si-

lios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus principatum in populos non sanguine deferendum esse, sed vita. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut non querant eos, qui possunt Ecclesiae plus prodesse, & in Ecclesia erigere columnas: sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequis delimiti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & ut decerimus taceam, qui ut clerici fierent, muneribus imperarunt.

**SYRGE,** id est, cia age. Est enim vox hortantis, excitantis & animantis, non autem iubentis, ut in pedes se erigat.

**QUAM EGO DABO,** Hebr. *do*, q. d. ita certò dabo ac si iam darem, imò iam hoc ipso momento dare incipio.

**OMNEM LOCUM QUEM CALCÄVERIT VESTIGIUM PEDIS VESTRI, VOBIS TRADAM.** (Hebr. *natati*, id est dedi, tradidi, hoc est iam iam certissimè tradam) **SICUT LOCUTVS SVM MOYSI.** Omnem locum, id est totam Chanaanam, in quæ pergebant Hebraei, promissit Abraham, Moysi & Hebraeis Genes. 15. 18. Exodi 23. 31. Deuter. 11. 9. & alibi saepe. Nunc Deus promissa praestat, ac per Iosue Hebraeis eam possidendam tradit, quia summus illius mundi que totius est Dominus: *Domini enim est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.* Psal. 23. 1.

Tropol. Origen. hom. 1. Chanaan nostra est concupiscentia, puta motus superbiae, irae, libidinis, gulae, impatientiae, aediae, auaritia: quos si generosè pugnando calcauerimus, nobisque subiecerimus, eis dominabimur duce Iosue, id est per gratiam Iesu Christi.

Rupertus verò hic cap. 6. Omnis locus, ait, est omne cor, vel omnis conscientia, quam calcatur pes Iesu, id est quæ se calcandam subicit pedibus Iesu instar Magdalenæ: hæc ergo est ipsius Iesu, hæc est Saluatoris & sempiternæ saluationis, ut eam Iesus, id est Saluator & salus possideat. E contrario quos non calcavit vestigium pedis Iesu, id est, qui non sunt ei traditi & subditi, hi diabolo dati sunt, ac proinde non populus acquisitionis, sed perditionis filij sunt.

Sanctus Bernardus autem subtiliter & piè ser. 15. in Psalm. *Qui habitat.* Sperate, ait, in Domino omnis congregatio populi: quemcumque enim locum calcauerit pes vester, vester erit: pes vester vique spes vestra est, & quantumcumque illa processerit, obtinebit: si tamen in Deum co-

VERS. 2.

VERS. 3.

Calcatur terram quidè

Tropolog.

1.

2.

3.

ta figatur, ut firma sit & non ricuet. Qui ergo sperat in Deum, omnia ab eo obtinebit, quia Deus id passim in Script. & Euangeliis promittit: quare cum ipse sit fidelissimus promissa praestabit, cumque sit clementissimus & liberalissimus non patietur vinci se spe nostra, sed eam superare sataget. Vnde idem S. Bernardus serm. 3. de Annuntiat. *Sola, ait, spes apud te (Domine) miserationis obtinet locum, nec oleum misericordiae nisi in vase fiduciae ponis.*

Anagog.

Anagog. Origen. per omnem locum accipit celum, celi que gloriam & felicitatem: *Lucifer, ait, sedem habebat in calis, postea verò quam factus est Angelus refuga, si eum vincere potero & subicere pedibus meis: si meruero ut Dominus meus Iesus coneret Satanam sub pedibus meis, consequenter locum Luciferi accipere merebor in calis.*

Symbol.

Denique S. Franciscus: Calcatur, ait, est contemnere: contemnit autem omnia, calcaturque paupertas spiritus. Ipsa ergo est omnium Domina & mundi Regina, iuxta illud: *Fideli totus mundus diuitiarum est.* Ita refert Lucas Waddingus in dictis & scriptis S. Francisci: Auarus enim, ait S. Bernard. Terrena e-furrit ut mendicis, pauper spiritu contemnit ut Dominus. Causam dat S. Cyprian. in orat. Domin. dicens: *Qui renuntiauit iam saeculo, maior est honoribus eius & regno. Et ideo qui se Deo & Christo dedicat, non terrena sed caelestia regna desiderat.* Et S. Chrysost. homil. 15. ad populum: *Sicut, inquit, è summo montis vertice prospectantibus omnia passilla, ac non solum homines & arbores, sed etiam vrbes integrae & magni exercitus, formicarum instar super terram ire videntur: sic qui animo erecto in caelestia quasi in sublimi commorantur, is omnia humana, potentia, gloria, opes ita minuta & exigua apparent, ut ne digna quidem iudicent, quibus hanc immortalis animi nobilitatem applicent.*

Talis igitur est aquila, quæ ut ait Iob c. 39. 27. *In arduis ponit nidum suum, &c. Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt:* Nimirum mens fixa in calo mundo ludibria ridet. Talem se fuisse fateatur S. Gregor. eum religiosam vitam in monasterio ageret. Scribès enim ad Theodostem forem Imperatoris lib. 1. epist. 5. *Nihil, inquit, in hoc mundo appetens, nil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita ut in me non impetum crederem, quod pollicente Domino ex Propheta didicissem: sustollam te super altitudines terra. Super enim altitudinem terra sustollitur, qui & ipsa quæ alta & gloriosa praesentis videntur seculi, per mentis despectum calcatur.*

VERS. 4.

**A DESERTO ET LIBANO VSQUE AD FLUVIUM MAGNUM EUPHRATEN, OMNIS TERRA HETHAORVM VSQUE AD MARE MAGNUM CONTRA SOLIS OCCASVM ERIT TERMINVS VESTER.** Circumscribit hic Deus terram promissam trans Iordanem à tribus mundi plagis, indeque terminos ei assignat terminos: ipsa enim Arabiam desertam habet ad Meridiem; Libanum & Euphratem ad Septentrionem; mare magnum; id est Mediterraneum ad Occidentem. Omititur quartus Orientalis plagae terminus, videlicet Iordanis, quia non longe ab eo consistebat Iosue, indeque Deus terram hanc ipsi ostendebat.

**LIBANO,** Septuag. *Antilibano:* sed idem est mons qui versus mare Mediterraneum velut laxiore valle diuiditur, & apud Tripolim Libanus, apud Sidonem Antilibanus dicitur, ait Strabo lib. 16. Graecè *ΑντιΛιβανος* & propriè idem est quod, *mons Libano oppositus:* Antilibanus enim apud Sidonem ita curuatur, ut Libano opponi videatur. Vnde S. Hieron. in locis Hebr. Omnis regio, ait, quæ est supra Libano, in Iosue.

banum ad Orientem respiciens circa regionem Damasci, quæ cecidit in sorte tribus Manasse, Antilibanus appellatur.

Porro Libanus Hebr. dicitur à *לבן* Liban, id est albus, quòd niue semper albeat in summitate; Item à *לבנון* libanon, id est thus, quòd Libanus cedrorum, pinorum, cypressorum, aliarumque resinosarum & thuriferarum arborum ferax sit, ait Masius & Adrichom. Libanus enim est omnium Syriae montium maximus, altissimus, fertilissimus, amoenissimus, pulcherrimus. Hinc patet cur Ecclesiasticus c. 39. 18. dixerit, *Quasi Libanus odorem suauitatis habere, flores flores quasi lilium, & dare odorem, & frondete in gratiam,* id est ad gratiam gratis & amoenis frondibus: *Et laudate Dominum, & benedicite Dominum in operibus suis.*

Item cur gloria Ecclesiae decori vel odori Libani comparatur Isaia 60. 13. *Gloria Libani,* ait, *ad te veniet, abies & pinus & buxus.* Et cap. 35. 2. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron.* Et Osee 14. 7. *Germinabit sicut lilium, erumpet radix eius ut Libani, erit quasi oliua gloria eius, & odor eius ut Libani.* Et Cant. 4. 8. *Veni de Libano sponsa mea.*

**OMNIS TERRA HETHAORVM,** id est Chanaanorum. Est syncdoche. Ex vna enim gente ceteras sex terram promissam incolentes intelligit, sicut alibi eandem vocat Amorrhæos, qui ex huius septem gentibus vna tantum gens erat. Sic Genes. 27. vlt. Rebecca non vult ut Iacob filius suus accipiat vxorem de filiabus Heth, siue Hethæam, id est Chanaanam, ut explicatur cap. 28. vers. 1. ita Abulen.

Porro Hethæi progeniti & appellati sunt ab Hethæo, filio Chanaan, filij Cham, filij Noë, Genes. 10. 15. & incoluerunt locum, qui ab ipsis dictus est Heth in regione Hebronis. Vnde ab Hethæis hifce Abraham emittit speluncam duplicem in Heth ad sepeliendam Saram. Genes. 22. 26. Erant autem Hethæi viri fortes, bellicosi & formidabiles, ut & nomen ipsum indicat. Hethæi enim Hebr. dicuntur *חיתים* Chittim, id est conterentes & pauorem incutientes. Vnde apud Hethæos erant gigantes terribiles dicti Enacim, incolæ Hebronis. Numer. 13. 34. Hethæus quoque erat Vrius miles fortissimus, quem Dauid occidit gladio filiorum Ammon, ut vxore eius potiretur. 2. Reg. 12. 9. Hethæos ergo hic præ ceteris gentibus Chanaanis nuncupat, quia hi ob robur suum erant formidabiles Iosue & Hebraeis. q. d. Ne timeas Hethæos, licet gigantes & pugnacillimos: ego enim illos domabo, tibi que subigam. Ita Masius.

**VSQUE AD MARE MAGNUM, & C. ERIT TERMINVS VESTER.** Nota. Hi fuere ampli & vasti limites Chanaanæ à Deo Hebraeis promissæ, sed eos omnes re ipsa non obtinere Hebraei, partim ob suam ignauiam; partim quia Deum suis scelerebus offenderunt, seque eius promissis indignos reddiderunt, ut patet in Iudic. 2. vers. 20.

**SICUT VTI CVM MOYSE, ITA ERO TECVM,** VERS. 5. te adiutans, pro te pugnans, Chanaanæos percellens, tibi que subigens, ac diuidens, siccat que Iordanem sicut Moyses diuisit siccauit que mare rubrū. Chald. vertit: *Sicut verbum meum fuit auxilio Moysi, sic erit verbum meum auxilio tibi,* itaque passim ipse vertit, quando in Script. dicitur Deum mortalium rebus interesse, ad casu descendere, ut eis opituletur, idque facit ad insinuandam, ut videret, generationem verbi à Patre æterni. Vnde & Patres, ut S. Iustin. dialog. contra Triphon. Tertul. lib. 2. contra

tra Marcion. & alij quos in Genesi citauit, docent in Apparitionibus Dei quae narrantur in veteri Testamento, semper apparuisse Filium, non Patrem, nec Spiritum sanctum, hoc est Angelum in illis apparentem gessisse personam Filij, vt significaret eum quandoque in terram descensurum, & carnem assumpturum ad saluandum homines.

NON DIMITTAM NEC DERELINQVAM TE] nisi tu vel tui me prius derelinquant, vt dereliquit me Achan rapiens spolia è Ierichunte cõtra meum præceptum, ideoque vos dereliqui ad tempus, ac cædendos tradidi Chananais incolentibus vrbè Hai cap. 7. Porro quod Iosue, hoc omnibus fidelibus iustisque, Iesu Christi filijs promittitur. Vnde Apostolus Hebr. 13. 5. *Sine moribus, ait, sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam.* Hinc etiam S. August. & Conc. Trident. sess. 6. cap. 11. docent hunc esse stimulum iustis, vt magis se obligatos ad ambulandum in via iustitie sentire debeant. Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.

VERS. 6. TV ENIM ARMIS SUBIGES, & SUBACTAM SORTE DIVIDES POPVLO HVIC TERRAM.] vt sis typus Iesu Christi, qui caelum aperuit, illudque electis suis distribuit.

Audi S. Chrysoft. homil. 8. in Acta sub finem: *Educere, inquit, in bellum centum myriades, & vnum sanctum; scimus quia plura operetur. Exiit Iesus Nave in bellum, & solus omnia operatus est strenue, & ita alij nihil proficiunt: multitudo quando voluntatem Domini non facit, nihil differt ab his, qui non sunt.* Et post pauca: *Velle, inquit, vt multitudine ornetur Ecclesia; sed multitudine probata: si autem hoc fieri nequit, saltem pauci illi probati sint: non videtur quod melius sit habere vnum lapidem pretiosum, quam mille obolos.*

VERS. 7. CONFORTARE IGITVR, ET ESTO ROBVS. TVS VALDE.] Hebr. מְדַבֵּר meod, id est nimis, hoc est valde; oportet enim pro lege & Deo vltra naturæ vires conari, vt legem Dei supernaturalem impleamus: quod ergo nimis est natura; hoc satis est gratiæ & charitati. Ingenti ergo & caelesti robore opus est, vt concupiscentias, tentationes, omniaque legi Dei aduersantia vincamus, itaque totam Dei legem exequamur. Qua de causa ter hic repetit Deus *Confortare & esto robustus*, vt patet v. 6. 7. 9. vt indicet eum trino summoque robore sanctissimæ Trinitatis indigere.

VT CUSTODIAS MENTE, ET FACIAS OPERE, OMNEM LEGEM QVAM PRÆCEPIT TIBI MOSES.] Intellegit legem generatim latam, datamque toti populo à Mose in Sina, quæ Deuteronomio ceterisque quatuor Pentateuchi libris continetur; non autem legem aliquam specialem Iosue traditam, vt patet vers. 8. dicit tamen speciatim: *Quam præcepit tibi*, vt sciat Iosue legem communem sibi præcipuè, vt duci esse impositam & commendatam à Deo, ac proinde illam sibi præ ceteris cordi & curæ esse debere, vt eam ipse primus seruet, ac deinde ab alijs seruandam curet, idque faciat non tam verbis & minis, quam vita & gestis, vt videlicet ipse dux populo animata & oculata sit lex, vt Cyrus ait apud Xenophontem.

NE DECLINES AB EA AD DEXTERAM VEL SINISTRAM.] Primò, declinare ad dexteram, est addere aliquid legi; ad sinistram verò, est aliquid ab ea demere, aiunt Hebræi & Vatabl. Secundò, Serarius: declinare ad dexteram, inquit, est legem ob spes & commoda præuicari; ad sinistram verò,

ob metum & minas eandem transgredi.

Verum dico esse Hebraisim, qui non aliud significat quam recta legis via incedendum esse, vt ab ea neutram in partem quis declinet, si ad cælum pertingere velit; sicut viatores rectam regionemque viam tenent, vt ad terminum viæ perueniant, ne semitis vel diuerticulis in speciem planioribus & breuioribus se ab ea abduci sinant, ne in auiā abducantur, ac à termino aberrent, vt volentes tendere in Ierusalem eant in Iericho. Sic enim peccatores volentes pergere in cælum, à via legis aberrantes, in sine vitæ inueniunt se in gehenna & tartaro. Pro ab ea Hebr. est מִמִּנְמַנְמֵנו *mimmemnu*, id est ab eo, quod scilicet lex præcipit: sed *mimmemnu* ponitur pro מִמִּנְמַנְמֵנו *mimmemna*, id est, ab ea, scilicet הַרְרֵה *ihora*, hoc est lege. Est enallage generis.

VT INTELLIGAS CVNCTA QVÆ AGIS.] Hebr. *Vt intelligas omnia in quibus incedis*, id est omnia quæ agis. Actiones enim & opera Hebr. vocantur viæ; quia per illas quasi per vias tendimus ad felicitatē, cælum & Deum; *Vt intelligas*, id est vt prudenter agas; hoc enim est Hebr. הַשְׂכִּיל *haskil*: sic sæpè in Prouerbis prudentia vocatur intellectus, scientia, doctrina, sapientia practica, scilicet quæ hominem ducit ad salutem, ideoque beat.

Hinc patet Iosue à Deo electum in successorem Moyfi, & ducem populi ob suam fidelitatem, probitatem & obedientiam, qua tum legi Dei, tum Mofi Domino suo obedierat. Vnde S. Ephrem tract. de virtut. cap. 2. *Iesus, ait, filius Nave perfecta sui obedientia tantum donum promeruit, vt Moyfi successor fieret*; Nimirum qui bene suo superiori pareret, ite alijs imperat, ideoque imperare meretur.

NON RECEDAT VOLV MEN LEGIS HVIVS (Deuteronomij & Pentateuchi, quæ dedi Moyfi) AB ORE TVO: SED MEDITABERIS IN EO. DIEBVVS AC NOCTIVVS, VT CUSTODIAS ET FACIAS OMNIA QVÆ SCRIPTA SVNT IN EO.] q. d. Legem Dei assidue animo orèque versato: Hebr. enim הָגָה *haga*, significat meditari ita sæpè & feruèdè vt ex feruèda meditatione verba legis quasi susurrando in ore nascantur & ebulliant, vtque illa populum tibi subditum doceas. Hinc illud Orisui *meditabimur* (id est meditatèdè vel ex meditatione) loquetur sapientiam. Inuuit Principis esse populum docere legem Dei, vt fecit Moses in Deuteronomio, ac Iagello princeps Polonia; qui ore suo carechifando & concionando Polonos docuit fidem legemque Christi. Sanè hæc pietas & hoc legis studium Iosue ad tot tantisque victorias viam strauit, vt verè dixerit Rab. Simeon: *Exemplum legis fuit vexillum Iosue.*

DIEBVVS AC NOCTIVVS.] scilicet per vias interpolatas, hoc est frequentè, diligenter, assidue: continuè enim & semper meditari in lege Dei homini in hac vita est impossibile. vt pote qui dormire, comedere, laborare debet. Quare nimis strictè R. Ismaël rogatus à sororis suæ filio, num post Mosen euolutum liceret sibi Græcorum scripta legere, respondit licere, dummodo id non faceret die vel nocte: Omne enim diei & noctis tempus dandum esse legi iuxta hoc Dei præceptum.

TV N C DIRIGES, Hebr. מְדַבֵּר *tsabach*, id est prosperabis, fortunabis, felicè facies VIAM TVAM, id est viam tuarum actionum; ET INTELLIGES EAM.] Hebr. מְדַבֵּר *tsakil*, id est prudenter dispones eam, siue

VERS. 8.

sue intelligens & prudens eris, vt dixi vers. 7. Nota hic iunctam esse prudentiam cum prosperitate & felicitate, quasi matrem cum filia; prudentia enim actiones prosperat sæpè in hac vita, & semper in futura; nam eas semper dirigit ad felicitatem æternam.

VERS. 9. NOLI TIMERE, QVONIAM TECVM EST DOMINVS DEVS TVVS IN OMNIBVS AD QVÆCVMQVE PERREXERIS.] Quis enim timeat Deo comite, inò duce? Quare hoc singulis imitandum est, vt fatigant in omnibus quæ agunt & destinant, Deum habere studij operisque sui ducem, ideoque eius opem initio operis humili prece efflagitent, vt sæpè monui. *Si enim Deus pro nobis quis contra nos?* Roman. 8. Præclare S. Ambros. lib. 2. Offic. cap. 1. *Vitam beatam efficiunt, inquit, tranquillitas conscientie & securitas innocentie.* Idem lib. 2. de Iacob & vita beata cap. 6. *Perfecta, ait, virtus habet mentis tranquillitatem, & stabilitatem. Perfectorum est enim non facile mundanis moveri, non turbari metu, non exagitari suspitione, non terrore concuti, non dolore vexari, sed quasi in litore tutissimo, aduersus insurgentes fluctus secularium procellarum mentem immobilem fida statione placidare.*

VERS. II. PRÆPARATE VOBIS CIBARIA.] Non manna; hoc enim quotidie cadebat è caelo, & quotidie colligendum erat, nec in alterum diem seruari poterat: si enim seruabatur putrescebat, Exodi 16. Sed pulmenta & carnes ex præda regnorum Og & Balan, v. g. oues & boues ibidem captos macerare, coquit, salite, & in vasa condite.

Nota: adhuc pluebat Hebræis manna è caelo, nam manna defecit demum 15. die mensis, cum fruges nouas Chananææ gustarunt & possederunt Hebræi, vt patet cap. 5. vers. 12. Hinc ergo patet Hebræos in deserto præter manna (quod multi gulosiores fastidiebant, præsertim cum per 38. annos assidue illud comedissent) alijs quoque cibis, vt carnibus, quibus deliciosa illa gens inhiabat, vt patet Numer. 11. 13. vfos fuisse, quos manna velut pani quasi obfontum adhibebant. Id patet ex eo, quòd cibos hocce emerit à vicinis Idumæis & Moabit. Audi Deum Deuter. 2. 6. *Cibos emetis ab eis pecunia & comedetis:* Et vers. 27. *Hebræi aiunt Schon Regi petentes ab eo transitum: Transibimus per terram tuam, publica gradimur via, &c. Alimenta pretio vende nobis, vt rescamur.* Hinc & Deuter. 29. 6. non de carne, sed de pane dumtaxat & vino dicitur: *Panem non comedistis, vinum & ficeram non bibistis.* Pientiores verò ex Hebræis, æquè ac pauperiores in deserto ex solo manna viuebant, atque in eo gustabant carnes, pisces, oues, & quicquid gustare vellent, iuxta illud Sapient. 16. 20. *Angelorum esca nutritiisti populum tuum, & paratum panem de caelo præstitisti illis, sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.*

QVONIAM POST DIEM TERTIVM TRANSITIBITIS IORDANEM.] Quæritur quomodo hoc sit verum? nam cap. sequenti Iosue misit exploratores in Iericho, qui præter tempus itus & reditus per triduum latuerunt in montanis, vt dicitur cap. sequent. vers. 22. quibus ad Iosue regressis, eius iussu Hebræi impuerunt castra ad Iordanem, ibique hæserunt tres alios dies, vt patet cap. 3. 1. Vnde vt minimū sex dies antecesserunt transitum Iordanis. Quomodo ergo dicitur: *post tertium diem*

S. August. hic quæst. 1. putat Iosue tempus

A tridui hæc præstituisse non ex reuelatione & certitudine diuina, sed ex spe humana, sperabat enim eo tempore transitum fieri posse, si exploratores citò reuertissent; sed eis tardantibus & non redeuntibus mutata fuisse Iosue consilia.

Verum facilius & commodior responsio est, si dicamus hic esse Hysteron proteron, missionemque exploratorum, adeoque totum caput secundū anteponendum esse huic præcepto Iosue, voluit enim Script. promptam obedientiam & executionem Iosue verbis iussuque Domini proximè subnectere; quomodo videlicet ipse mox totum populum ad transitum Iordanis à Domino præceptum & prædictum comparare se iusserit; ac deinde cap. secundo redit ad ea quæ præcesserunt, quibus scilicet Iosue transitum hunc particulari ratione præmuniuit. Igitur hi tres dies, de quibus hic fit mentio, iidem sunt cum illis c. 3. v. 1. vbi dicitur Iosue commoratus cum Hebræis apud Iordanem per tres dies, ac postero die transisse Iordanem. Ita Abulenfis. Et sanè hæc sententia nouo duci Iosue maiorem conciliat auctoritatem & gratiam apud suos populares, quæ multum immunita fuisset, si in primo ductu eum falsum vel spe sua frustratum vidissent; ac melius respondet promissioni Dei hic vers. 9. & ceteris.

Hic ergo fuit rei gesta ordo: Iosue peracto tricenario luctu mortis Mosis, die tertia mensis primi Nisan, id est Martij, excitatus roboratusque à Deo, capessit populi ducatum. Vnde eodem die ex Setim, vbi degebat, mittit duos exploratores, qui explorent Iericho, quæ à Setim, teste Iosepho, distabat sexaginta stadiis, id est septem miliaribus Italicis, quæ faciunt duas leucas Gallicas cum dimidia. Milliare faciunt mille passus: Leuca est iter vnius horæ. Exploratores in Iericho excepti à Rahab, proditi, & quaesiti ab incolis, à Rahab occultè dimissi latuerunt in montanis per triduum: quare reuerfi sunt ad Iosue sub finem diei sextæ eiusdem mensis Nisan; quibus auditis Iosue nocte proximè sequente mouet castra ex Setim ad Iordanem, vbi tres dies commorans iubet populum parare cibaria, ceteraque ad transitum Iordanis; Vnde postera die qui fuit decimus Nisan, diuisum à Deo Iordanem sicco pede cum Hebræis transit, vt patet toto cap. 3. & cap. 4. 19. sequenti verò vndecimo Nisan, Iosue populum circumcidit in Galgalis, cap. 5. vers. 2. Mox 14. die ad vesperam ibidem celebrant Pascha cap. 5. vers. 10. cumque iam fruges terræ sufficerent alendo populo, deficit manna ningere, ibidem vers. 12. die 15. Nisan, Iosue iussu à Deo circuit muros Iericho per septem dies, ac tandem die septimo, qui fuit 22. Nisan, clangentibus tubis corruunt muri Iericho. Hebræi eam ingressi succendunt, statuuntque æternum anathema, siluant Rahab, quam Salmon filius Nahasson princeps tribus Iuda sibi in vxorem adsciscit cap. 6. vers. 20. & sequi.

Mythicè, S. August. serm. 106. de Temp. *Quid est aliud, inquit, dicere: parate vobis cibum ad diem tertium, nisi Trinitatis suscipite sacramentum? Post hæc Iordane transit, quasi Baptismi completo mysterio, populus Israël terram repromissionis ingreditur.*

Et Rupertus hic cap. 8. censet hæc allegor. impleta esse in Iesu Christo, quando die tertia resurgens Apostolis dixit: *Euntes docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. q. d.*

Ego die tertia resurrexi à mortuis; idcirco vos in morte mea terna mersione baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut quomodo ego surrexi à mortuis per gloriam patris, ita & vos in novitate vite ambuletis.

ET INTRABITIS AD POSSIDENDAM TERRAM. ] Hebr. *לרשת* *larscet*, id est ad hereditandum, velut auita prædia & hereditatem suam, ut scilicet terram Chanana à Deo vobis datam iure quasi hereditario possideatis. Addit S. August. serm. 105. de Temp. Deum reddidisse Hebræis Chananaam quasi iure debitam, eò quòd illa, ut habet traditio, in diuisione orbis obtigerit Sem filio Noë; sed eius posteros ex illa expulerunt Chananaei. Vnde Hebraei ex Sem prognati rursus eam hinc repetunt, quasi sibi ex proauo suo debitam.

VERS.12. RVBENITIS QVOQVE ET GADITIS, ET DIMIDIE TRIBVI MANASSE, AIT: ] Hæ tres tribus petierant à Mose portionem terræ cis Iordanem sitam, illamque ab eo obtinuerunt ea lege, ut ipsi cum ceteris tribubus pergerent trans Iordanem easque armati præirent ad debellandam Chananaeam reliquam, ut eam inter se ceteræ tribus diuiderent. Promiserunt id tres tribus Mose; Iosue ergo hinc promissum ab eis reposcit, Vide dicta Numer. 32.

VERS.13. MEMENTOTE. ] Hebr. *זכרו* *zacher*, id est memento, ò trina tribus, vel meminisse, scilicet vos oportet. Est enallage, vel temporis vel numeri.

ET OMNEM TERRAM. ] Hanc scilicet cis Iordanem, in qua consistimus, quæ fuit Og & Schon Regum Amorrhæorum, quam vobis Moses possidendam dedit.

VERS.14. IUMENTA, ] pecora & pecudes. Hæc enim Hebr. vocant *בקר* *miene*, Septuag. *κτῆνη*, id est possessio, opes, substantia, quæ olim consistebat ferè in pecoribus.

TRANSITE ARMATI ANTE FRATRES VESTROS. ] *ante*, id est coram aliis tribubus, ait Masius. Simplicius alij *ante*, scilicet ut ceteras tribus præcedatis, ut vertit Noster cap. 4. vers. 12. Sic enim eis animum addetis ad inuadendam & possidendam terram trans Iordanem, sicut vos eam iam possidetis cis Iordanem.

OMNES FORTES MANV. ] Licet enim Moses ab omnibus viris harum trium tribuum, exegerit promissionem præcedendi ceteras tribus trans Iordanem; tamen permisit Iosue successori suo libertatem euocandi ex eis quos vellet, & quotquot forent viles, vel necessarii. Iosue ergo ex eis fortiores dumtaxat euocauit, quia ceteris non indigebat, ac ceteri relinquendi erant domi, ad tutelam terræ cis Iordanem sitæ, ne à Chananaeis alijque vi-

VERS.17. SICVT OBEDIIMVS IN CVNCTIS MOYSI, ITA OBEDIEMVS ET TIBI. ] Patres horum sæpè rebelles fuerant Moysi, ideoque exclusi fuere terra promissa, ac mortui in deserto; filij verò eorum obedientiores fuere Moysi, ideoque in terram hæc inducti sunt. Aut certè id dixerunt illi, qui in cunctis obedièrunt Moysi; si alij idem dixerint, qui subinde Mose rebellant, mentiuntur quidem, sed fatentur tamen se in cunctis Moysi obedire debuisse, ac simili modo sese deinceps obedituros Iosue quasi nouo duci spondent.

TANTVM SIT DOMINVS DEVS TVVS TECVM, SICVT FVIT CVM MOYSE. ] Hæc vota sunt populi, facta nouo suo imperatori succedentis, non verò conditiones imperij. q. d. quod ad nos attinet, obediemus tibi in omnibus: ceterum optamus ut Deus, qui te Moysi successorem delegit, omnia tua secundet, sicut cum Mose eum fecisse scimus. Ita factum. Vnde Iosue Hebræis fuit quasi alter Moses.

Dux ergo & præfes vni Deo nitatur, eique per orationem & pietatem, innocentiam, obedientiam sit gratus & familiaris. Audi Leonem Imper. aurea suo duci hæc de re præcepta dantem in Tacticis, in Epilogo: *Primum, qui quid diciturus facturusve es, à Deo principium habeat, nihilq. sine illius commemoratione ac deprecatione agatur. Cur enim non principium rerum agendarum à Deo capiendum sit, cum Deus Pater noster, factor, & inspector dictorum factorumq. omnium, iudex cogitationum omnium notionumq. cordis, nullaq. creatura abdita coram eo sit, sed omnia nudata & explicata ante oculos eius sint, quemadmodum diuinitus Paulus loquitur: Itaque præter sententiam eius nihil à nobis agendum est.*

Aliam deinde causam diuiniorem subiicit: *Cognatio enim quedam nobis cum illo est, talisq. affectus qualis erga patrem esse debet; Nam illius numerus in lucem respexit, venimus, pro illo & viuere & mori debemus, benignitate illius alimur, in ipso viuimus, mouemur & sumus, tantum illi obediemus, quantum subiecti præfecto, serui Domino, magistratus regi: Omnes illius sumus, qui omnium habet imperium, nobis per illum omnia subiecta sunt, tum animata, tum inanima, nos verò illum colimus: vniuersa bestiarum natura à nobis gubernatur, nos verò ab illo pascimur, principe pastorum, qui nostra causa nostram naturam induit. Vide plura, quibus idem stabilit & inculcat, ac demum sua Tactica ita de Deo & cum Deo concludit: Vnde par est te Imperator, suppliciter mente semper Deo preces adhibere, & in omnibus auctori salutis, pro iis qua maxime salutaria sunt, supplicare.*

CAPVT SECVNDVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Iosue mittit exploratores in Iericho: illos excipit, abscondit, dirigitq. Rahab: Ierechuntini remodorati illos persequuntur: illi vers. 9. cum Rahab supplice pacti sident silentij, eius domui salutem promittunt, eiusq. signum dani funiculum coccineum. Dimissi ergo ab ea per funem fugiunt vers. 15. latentq. in montibus tres dies, ac demum vers. 27. ad Iosue redeunt, narrant pauorem Ierechuntinorum, ac spondent de eis victoriam.

1. Misit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis: Ite, & considerate Terram, vrbe mque Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. 2. Nuntiatumque est regi Iericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per

per noctem de filiis Israëli, ut explorarent Terram. 3. Misitque Rex Iericho ad Rahab dicens: Educ viros, qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem Terram considerare venerunt. 4. Tollensque mulier viros, abscondit, & ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent: 5. Cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quòd abierunt: persequimini citò, & comprehendetis eos. 6. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat. 7. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis: illisque egressis statim porta clausa est. 8. Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait: 9. Noui quòd Dominus tradiderit vobis Terram: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores Terræ. 10. Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Agypto: & quæ feceritis duobus Amorrhæorum Regibus, qui erant trans Iordanem, Schon & Og, quos interfecistis. 11. Et hæc audientes vestrum: Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in caelo sursum, & in terra deorsum. 12. Nunc ergo iurate mihi per Dominum, ut quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detisque mihi verum signum, 13. Ut saluetis patrem meum, & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. 14. Qui responderunt ei: Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque traderit nobis Dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem. 15. Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. 16. Dixitque ad eos: Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus, donec redeant, & sic ibitis per viam vestram. 17. Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos: 18. Si ingredientibus nobis Terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratresque & omnem cognationem tuam, congregaueris in domum tuam. 19. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis, qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. 20. Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento, quo adiurasti nos. 21. Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. dimittensque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. 22. Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuenterentur qui fuerant persecuti: quærentes enim per omnem viam, non repperunt eos. 23. Quibus vrbe ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: &, transfisso Iordane, venerunt ad Iosue filium Nun, narraueruntque ei omnia quæ acciderant sibi. 24. Atque dixerunt: Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

VERS.1.

MISIT Igitur Iosue filius Nun A (Septuag. *Nave*, sed corruptè: ex affinitate enim litteræ Græcæ v. cum n, pro v. corruptum est *vau*) DE SETIM DVOS VIROS EXPLORATORES. ] Hæc verba nectenda sunt versu 9. cap. 1. ac ponenda ante vers. 10. Est enim hinc hysteron proteron, ut ibi dixi. Iosue enim excitatus & corroboratus à Deo ad inuadendam Chananaeam, illic id fecit, misitque exploratores in Iericho Iordani vicinam, ad eam primò subigendam. Quare: *Misit igitur*, hoc est *miserat* igitur, scilicet antequàm iuberet Hebræos parare se ad transitum Iordanis post tres dies cap. 1. vers. 10. Ponitur enim præteritum perfectum pro plusquam perfecto.

Mysticè S. August. serm. 106. de Temp. Iesus, ait, duos exploratores mittit, quia verus Iesus datus erat duo præcepta dilectionis. Quia & reuera quid nobis aliud quos mittit verus Iesus nisi ut diligamus Deum, diligamus & proximum? Dixit ergo Iesus: *Preparato vobis cibum, & esto-*

te parati ad diem tertium. Sicut enim tunc preparatis cibus die tertio ventum est ad Iordanem fluum, ita & nunc in Ecclesia Catholica assumptis spiritualibus cibus fidei, spei & charitatis, peruenitur ad Trinitatis mysterium, & ad Baptismi sacramentum.

DE SETIM. ] Setim erat in campestribus Moab iuxta Iordanem & montem Nebo, vbi ante mentem mortuus erat Moses. Deuter. 34. In Setim fornicatus est populus cum filiabus Moab & Madian, ibique Phinees Israëlitam cum Madianite fornificantem pugione confodit. Num. 25. Ex hoc loco dictæ sunt arbores Setim, quarum ligna sunt omnium leuissima, nitidissima & pulcherrima, & quæ putredinem non sentiunt: vnde ex iis cunctæ tabula arca, tabernaculi & templi factæ sunt.

Dvos. ] Rabbinii dicunt, vel potiùs fabulantur hos duos fuisse Phinees & Caleb; sed quis credat Phinees iam Pontificem à Deo designatum, & Caleb auctoritate & annis grauem, ad tantum periculum electos? Præsertim cum Septuag. Romæ correcti

recti eos vocent *vev'loous*, id est iuvenes, & ita vo-

cantur cap. 6. vers. 23. in Hebræo. In abscondito. ] Hebr. *cheres*, id est tacite, occulte; ita Chald. tum ne eos incarcerarent & occiderent hostes Ierichuntini; tum ne id scirent sui Hebræi, qui vti ante 38. ob missos exploratores murmurant; ita nunc rursus facile murmurare potuissent. Adde in rebus arduis, præsertim bellicis, summa expeditionis sapè consistit in secreto arctissimo. Facile enim à ciuibus res secreta ad hostes emanat. Ita Caic. Masius & Serarius.

Rabbini *chères* interpretantur *mutum* vel *urdum* aut *figulum*, quasi iusserit Iosue exploratoribus vt se simularent surdos & mutos, vt pote lingua Chananæorum ignaros, vel vt alij figulos, quodque ferrent vasa fictilia, quasi ea vendituri in Iericho. Sed hæc sunt Rabbiorum commenta & fabulæ. Verisimilius dicerent eos simulasse se esse rusticos. Sic enim exploratores solent vt rustici, qui liberè vrbes ingrediuntur, incedere, ac machinationes suas simulatione rusticitatis obterege; Nam radix *charas* per *schin* significat non tantum tacere & obsurdescere, sed etiam arare & fabricare: *cheres* verò per *sin* significat testâ & vas fictile.

CONSIDERATE TERRAM. ] non totam Chananæam, sed Iordanem vicinam, quam proximè transit Iordane inuadere destino; an scilicet munita sit, an incolæ sint bellicosi, an animati & parati ad prælium nobiscum ineundum, &c. Sic Leo Imper. suo belli duci ita præscribit in Tactici cap. 13. num. 2. *Exploratoribus & speculatoribus sedulo hostium statum exquire, qui motus illorum, quantâ multitudo, qualis acies: itaque te aduersum eos preparabis, vt ne subitò ac de improviso inuadere ab illis.* Et cap. 20 num. 178. *Si quid clam hostes facere volueris, vel castra mouere, vel aliquid aliud gerere, nulli hoc consilium, nisi vni alicui ex præfectis credas: Talibus enim temporibus permulti sunt, qui remunerandi cupiditate consilia tua hostibus proditurus sum.* Eodemque cap. n. 216. *Quoniam venator bonus lupos & vulpes artificio venatur, sic & tu hostium speculatores solertia capies. Si enim extra vallum tuum custodias locaueris, deinde iusseris, vt nunquam ignorum teneant, & interrogent, neque dimittant priusquam præfecti nomen & contubernij vnde sit, & ceteram eius contubernij commemorauerit, & eos qui hæc facere nequiverint exploraueris quinam sint, facile speculatores illorum inuenies.*

Solenter quoque Vegetius lib. 3. de re milit. cap. vlt. hunc exploratores deprehedendi modum suggerit: *Cùm explorator hostium, inquit, latenter oberrat in castris, omnes per diem ad tentoria sua redire iubeantur, & statim deprehenditur explorator; quia non habet tentorium.*

VRBEMQUE IERICHO. ] q. d. Præcipuè & præ aliis locis lustrate urbem Iericho. Id iubet, quia Iericho in regione illa erat vrbs primaria, Iordanis vicinissima, & munitissima. Similes phrasès sunt 3. Regum 11. 1. *Rex Salomon amavit mulieres alienigenas, & (id est, sed præcipuè) filiam Pharaonis.* Psal. 17. 2. *Eripuit eum de manu hostium, & de manu Saul,* scilicet præcipuè & acerrimi sui persecutoris. 2. Reg. 2. 30. *Defuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Asacle, omnium primario.* Marci. 16. vers. 7. *Dicite discipulis, & (id est, præcipuè) Petro.*

Ierichuntis descriptio.

Porrò Iericho olim vrbs fuit magna, populosa (vnde & suum Regem habuit, vt patet vers. sequenti) sita in regione campestris & pinguisima. Ibi balsamum, qui est liquor odoratissimus præstantissimus provenit, nusquam alibi. Abundat rosæti-

cannis mellis, palmetis; vnde & ciuitas palmarum appellata est: vt videtur fuisse mundi paradysus. Dicitur teste Iosepho lib. 5. belli cap. 4. à Iordane sexaginta stadiis; hoc est septem milliariis Italicis cum dimidio, quæ leucas Gallicas vnus horæ duas cum media efficiunt: distat à Ierusalem stadiis 150. hoc est milliariis Italicis octodecim cum dimidio; quæ faciunt leucas Gallicas sex cum quadrante. In Iericho hospitatus est & habitauit. Elisæus 4. Reg. 2. Ibidem Christus Zacchæum à Sycomoro vocauit. Lucæ 19.

Dicta est Iericho vel à *יריח* *iareach*, id est Luna, quod Luna nascentis formam habeat planties illa, quæ ambit Ierichuntem; ita Arias Montanus; vel à *יריח* *irach*, id est dilatare; quod in latissimo sita sit campo; vel à *יריח* *reach*, id est odor, quod suauissimum balsami, mellis, rosarum, &c. exiret odorem. Ita Iosephus, Masius, Pagnin.

Symbolicè: Iericho typus est mundi, qui instabilis est, & mutatur vt Luna; ac latissimus est, & odoratas delicias suis amatoribus exhibet, sed quæ illico instar odorum & vaporum euanescent. Vnde Iesus ex ea Zacchæum ad se aduocauit, docens contemnere mundana, & ambire celestia vt pote præstantissima, & in æternum duratura. Ita S. Gregor. Rupert. & alij.

QUI PERGENTES, (vel natatu, vel vado, vt inuitur vers. 7. vel scapha Iordanem transmittentes) INGRESSI SVNT DOMVM MVLIERIS MERETRICIS NOMINE RAHAB. ] Pro meretricis Hebr. est *זונה* *zona*, quod & cauponariam siue tabernariam, vt vertit Chald. & Rabbini, & meretricem significat. Meretricem hinc virtutè Septuag. & cum talem eam nūcupet S. Paulus Hebr. 11. 30. fieri potest vt Rahab & cauponaria & meretrix fuerit. Sapè enim feminae marito carentes; quæ publicis hospitibus dant operam; fornicationis subeunt periculum, aut certè suspicionem: licet noster Serarius in Tobie 6. cap. 1. q. 3. multis contendat illo æuo non fuisse in vsu cauponas, nec hospitia publica. Quare certum est Rahab meretricem fuisse, incertum an fuerit cauponaria. Prudenti sanè consilio, Deique ductu exploratores hi domum Rahab adierunt, vbi occultissimè latitaret, vt pote porta vicinam, & muro vrbs adhaerentem. Erat ergo illa eis ad quiescendum & latendum, æquè ac ad effugiendum, si res posceret, opportunissima. Ita Arias, Vatabl. Masius, & alij.

NOMINE RAHAB. ] Rahab Hebr. idem est quod dilatio, vel se dilatauit, vt fecit hæc, cum nupta Salmon, Dauidis, Salomonis, Regum omnium, ipsiusque Christi effecta est mater, de quo paulò post plura. Porrò Rahab hoc tempore fuisse inquit Torriellus 14. vel 15. annorum, æquè ac eius maritum Salmonem: nam sub annum ætatis centesimum genuerunt Boos proauum Dauidis, vt patebit in fine libri Ruth, sed hoc difficile est creditu, vnde illud examinato cap. 6. 25. Notat S. Hieron. in cap. 1. Matth. in genealogia Christi non nisi infidelitate, vel luxuria infames nominari feminas, scilicet Ruth, Thamar & Rahab, vt qui inquit propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens omnium peccata deleret. Ita quoque S. Ambros. Chrysost. Euthym. & alij.

Excepti Rahab exploratores Hebræorum, illuminata & impulsâ à Deo, quasi diuini consilij in Chananæa fideli populo subigenda procuratores. Intellexit enim Deum in hac re velle vt sua ope-

ra,

ra, ac proinde velle vt ipsa eos exciperet, absconderet & dirigeret: quare ipsa debuit parere Deo, & ciues impios, patriamque suam Dei populo tradere, & vt ita dicam prodere; sicut Abraham debuit Deo iubenti immolare suum Isaac.

VERS. 3.

MISIT QUE REX IERICHO AD RAHAB. ] Rex, id est regulus, Dux, princeps vrbs Iericho. Tunc enim singulæ vrbes suos habebant Reges, id est Rectores & Duces. Vnde cap. 12. 9. triginta vrbum triginta nominantur Reges, quos Iosue deuicit. Rex ergo hos duos peregrinos censuit esse Hebræos & exploratores: pauidis enim tempore belli omnes sunt suspecti; suspicionem auxit peregrina illorum vestis, lingua & mores.

VERS. 4.

TOLLENSQUE MVLIER VIROS ABSCONDIT. ] Ex Hebræo clarè cum Vatablo sic vertas: *Accipiat autem mulier duos illos viros, & abdidit illum,* (id est vnumquemque illorum seorsim, ait Arias) abdidit autem illos Rahab, antequam Regij nuntij eos quaesituri aduenirent, cum audiret multitare vicinos, duos illos peregrinos ad se diuertentes esse exploratores, aut alio indicio, vel certè probabili suspitione coniecit, duorum horum ad se aduentum Regi nuntiandum fore. Quare coniciens delationem hanc, metuenisque inquisitionem & scrutinium domus suæ, prudenter illud præuenit, & exploratores abscondit: ac fortè regis nuntius ad scrutinium aduentantibus, ipsa adhuc occultandis exploratoribus occupabatur, idque insinuat Noster dum vertit: *Tollensque mulier viros abscondit.*

Porrò Rabbini quod est in Hebræo, *Abdidit illum*, in singulari, sic explicant, quod Rahab vnum dumtaxat absconderit, scilicet Caleb; Phinees enim ei responderit: *Ego sum sacerdos: sacerdotes verò, quippe Angelorum similes, si volunt, aspectabiles sunt, si nolunt, cerni nequeunt:* Itaque solum Caleb, non verò Phinees à Rahab fuisse absconditum arbitrantur. Sed hæc Rabbiorum commenta, solita sunt fabulorum istorum figmenta. Probabilis Philo, non ille celebris, sed Biblicarum antiquitatum scriptor obliuiscens (Hebræus tamen) ait hos exploratores fuisse duos filios Caleb, scilicet Cenez & Seemiamian. Vnde id habeat ignoro.

VERS. 5.

NESCIO QUO ABIERVNT. ] Mentitur vafra mulier. Caluinus hinc ei id vitio tribuit, sed ita vt virtuti hospitalitatis admistum, ei non fuerit ad culpam imputatum. Sed hinc est error in Deum blasphemus. Facit enim Deum quasi cæcum, qui linat sibi obduci velarique oculos, vt vitium non videat; aut malorum Symmysken & socium, qui vitia non censet esse vitia, neque ea vitio vertat. Fuit tamen mendacium hoc non perniciosum, sed officiosum, ideoque veniale, præsertim in femina rudi & pagana, quæ sibi persuadebat mendacium hoc casu esse licitum, imò honestum, vt pote necessarium ad saluandos hospites. Nec id mirum; cum olim Plato, Origen. S. Hieron. Chrysost. Theodor. Theoph. Castian. alique plures tam Christiani, quam Gentiles censuerint mendacium subinde esse licitum, illoque vtendum esse quasi helleboro, vt ostendi in mendacio obstetricum. Exodi 1.

Abulensis opinio de Deo mouente hominem ad peccatum veniale.

Porrò Abulen. hinc quaest. 30. censet Rahab à Deo motam fuisse ad peccatum veniale, scilicet ad mendacium hoc officiosum. Deus enim, inquit, potest mouere hominem ad peccandum veniale.

ter, propter magnum bonum, quod inde sequitur, & ne in maiora peccata incidat. Simili modo, inquit, si quis alterum quaerat ad mortem iniustam, & alius simplici mendacio eius vitam conseruare possit, debet conseruare, & si mentiri recusaerit, alius iniuste peribit.

Reprobatur.

Verum hæc sunt falsa & paradoxa. Deus enim nullius peccati potest esse auctor, cum sit summa puritas, veritas & sanctitas. Rursum mentiri non licet, etiam si inde totius mundi salus sequeretur. Non enim sunt facienda mala vt eueniant bona, ait Apost. nec mendacium necessarium est ad saluandam alterius vitam; potest enim quis in tali casu vt amphibologia: & si necessarium esset, non tamen mentiri liceret, quia mendacium intrinsecè malum & peccatum est, quod nullo casu facere licet.

Dices: Hoc mendacium erat in exitum suæ gentis, quam prodebat Hebræis hostibus; ergo erat perniciosum. Resp. mendacium hoc fuisse quidem damnosum Chananæis & Ierichuntinis; tamen quia Rahab Dei instinctu certè sciebat, illos ob sua scelera à Deo esse proscriptos & exilio addictos, adeoque Hebræis cum suis possessionibus deditos, non debuit illa, nec potuit nisi improbè patrocinari causæ iniuste Ierichuntinorum, & causæ, belloque iusto & pio Hebræorum aduersari, ac Deo ipsi reluctari. Quin verò vt Deo obediret, cordata admodum fide & pietate, mortis discrimini fortissimè & sanctissimè se obiecit, vt ab ea meritò eam laudet Apostolus Hebr. 11. 31. & operibus hinc iustificatam esse asserat S. Iacobus c. 2. 25. Quare ipsa illuminata tactaque à Deo, à libidine sua per penitentiam & castitatis propositum ad Deum sese conuertit, factaque est Hebræa & sancta, adeoque hoc generoso hospitalitatis actu, quo Hebræis ingressum in Chananæam patefecit, se nobilitauit, Hebræisque sibi adeo deuinxit, vt ob hanc beneficentiam Salmon princeps tribus Iuda eam in coniugem acceperit, ex eaque prognati sint omnes Principes & Reges Iuda, ac tandem Christus ipse, vt patet Matth. 1. vbi ipsa nominatur, & præ aliis feminis ponitur in Genealogia Christi; quia videlicet fuit alienigena & meretrix, & quia de populo Dei optimè merita. Licet enim esset alienigena, tamen iam conuersa ad Iudæismum duci potuit in vxorem à Iudæo Principe. Tali enim connubia non vetantur Deuter. 7. v. 3. sed alienigenatum dumtaxat persistentium in idololatria, vt patet ibidem vers. 4.

Hebræi tradunt Rahab hac fide & pietate promeruisse, vt octo Prophete & Sacerdotes ex eius stirpe procrearentur, scilicet Ieremias, Helcias, Suraias, Maasias, Baruch filius Nerie, Hanameel, Sellum, Ezechiel & Huldani. Fuit Hanameel filius Sellum patruelis Ieremiæ. Rursum iidem numerant nouem feminas gentiles, quæ maritis Hebræis nubentes, vel Hebræis adherentes, ab iis conuersæ fidelem magnamque sobolem procreauerunt; scilicet Agar Ægyptiam vxorem Abraham, Afeneth vxorem Ioseph, Saphoram Madiantidem vxorem Moysi, Saphoram & Phum obstetrices, quæ infantes Hebræorum à cede Pharaonis seruarunt. Exodi 1. 15. Pharaonis filiam, Rahab, Ruth & Iahel. Porrò S. August. lib. contra mendacium c. 15. *Quod scriptum est, inquit, Deum benefecisse cum Hebræis obstetricibus, & cum Rahab Ierichuntina meretrice, non ideo factum est, quia meretrice sum.*



sunt, sed quia in hominibus Dei misericordes fuerunt. Non est itaque in eis remunerata fallacia, sed benevolentia: benignitas mentis, non iniquitas mentientis.

VERS. 6.

IN SOLARIUM. ] Hebr. גג, id est tectum, ut vertit Chald. & Septuag. quod in Iudaea erat planum, ut in eo ambulare, cubare, sedere liceret. Vide dicta Deuter. 22. 8. Dicitur solarium, quia soli expositum. Tropolog. Origen. homil. 3. in Iosue: Hoc, inquit, susceptus eos in superioribus collocat, atque in editis & excelsum fidei constituit sacramentis. Nemo enim qui a Iesu mittitur, inuenitur deorsum & humi iacens, sed in superioribus permanet.

OPERVIT QVE EOS STIPVLA LINI. ] Hebr. in lini ligni, sed Hebræi lina ligni vocant lina lignea, siue quæ lignescunt; puta lina, quæ integra canna constant, quod Latine Latinus interpret clarè expressit, vertens stipula lini. Nam ligni nomen Hebræi tribuunt etiam plantis, ut iunco, hyssopo, lino, quæ calamo suo sensim durefcunt & lignescunt, ut patet 3. Reg. 4. 33. Temerè ergo Masius hic carpit nostrum interpretem. Illi enim fauent Chald. & Iosephus, qui vertunt lini fasciculos, Et Pagnin. vertens culmos lini, & Tigur. vertens cauliculos lini. Hic versus explicat vers. 4.

VERS. 9.

NOVI QVOD DOMINVS TRADIDERIT VOBIS TERRAM. ] Tradiderit, id est tradere decreuerit, assignarit, donarit, ac reipfa mox traditurus sit. Nouerat hoc Rahab partim ex miraculis & portentis, quæ Deus pro Hebræis pugnans operatus erat, partim ex Dei ipsius instinctu & reuelatione.

Quæres, qua lingua Rahab cum Hebræis exploratoribus collocuta sit? Resp. sua, id est Chananæa. Hanc enim calluisse videntur exploratores, imò hæc ipsa Hebræica erat affinis & vicina, ut patet ex nominibus, quibus Chananæi suas vrbes & homines vocitarunt, qualia sunt Salem, Sichè, Iericho, Cariatharbe, Bethlehem, Melchisedec, Adonisedec, Rahab, Abimelech, &c. Hæc enim Hebræa sunt. Pauribus id probat Serarius hic q. 25.

ELANGVERVNT. ] Hebr. נמוגגו, id est instar cere liquefacti sunt, dissoluti & tabefacti sunt: pavor enim ingens liquat, enervat & dissoluit omne robur, omnemq; animæ & corporis vires. Chald. fracti sunt. Vatabl. Consternati sunt metu vestri, hoc est panico terrore acti quasi colliquescunt. Septuag. vers. 11. vertunt ἐκέθησαν, id est obstupimus, extatici facti sumus, extra nos rapti defecimus, emoti sumus è mente nostra. Pavor enim facit inopes consilij, emotæ mentis, & quasi amentes.

VERS. 10.

QVOS INTERFECISTIS. ] Hebr. החרתם hecheranthem, id est anathema fecistis, anathematistis, id est velut anathema, id est hostiam Deo & iustitiæ vindictæ quæ diuinæ consecratam immolastis & occidistis. Vide dicta Leuit. 27. 28.

VERS. 11.

DOMINVS ENIM DEVS VESTER IPSE EST DEVS IN CÆLO SVRSVM, ET IN TERRA DEORSVM. ] q. d. Deus vester solus est Deus verus, qui cælum & terram æternis regit imperiis, & vbiuis locorum operatur ea quæ voluerit. Hebr. enim est Elohim, quæ vox significat Deum qui gubernatorem rerum omnium. Sensus est q. d. Cum Deus verus pro vobis pugnet, nec Chananæi, nec quis alius illi vobisque oblitere poterit, aut vos possessione terræ huius arcere, ut fat arguit illis inectus a Deo pavor, qui eos alioqui fortissimos, imbelles & enervos reddidit. Chald.

vertit: Et quod Dominus Deus vester sit Deus, cuius diuinitas est in cælo supra, & dominatur super terram subter. Hoc est quod ait Moses Deut. 33. 26. Ascensor cæli auxiliator tuus. Magnificencia eius dyscurrunt nubes habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: cœci et à facie tua inimicum, dicatq;: Contere; vbi plura hac de re dixi. Rahab ergo partim ex miraculis & prodigiis, partim ex Dei illustratione, cognouit idola Chananæorum esse Deos falsos fictolique, solum autem Deum Hebræorum esse Deum verum (Hebr. enim est tehoua) ideoque in eum credidit, sperauit, dilexit, ac pœnitens peccatorum suorum veniam ab eo flagitauit, itaque iustificata est, ut docet Apostolus Hebr. c. 11. 31. & Iacob. c. 2. 25.

ANIMA NOSTRA SIT PRO VOBIS IN

MORTEM. ] hoc est percat anima nostra, id est, pereamus nos, Deus nos perdat, vel terra nobis dehiscat, si vobis Hebræi nocuerint. Iurant enim, ut petierat Rahab; iuramento execratorio, ut patet vers. 17. Sciebant enim id Iosue & Hebræos ratum habituros, imò illi pro tanto hospitalitatis, qua aditus in terram promissam pandebatur, officio, gratias acturos; ac maiora beneficia illi relicturos. Sciebant pariter legem Dei iubentis omnes Chananæos occidi, non intelligi de ea quæ tam amicè Hebræos exceperat, eisque viam in Chananæam ad tot victorias aperuerat. Hoc enim eis epiixia distabat. Chald. vertit: Anima nostra tradita sunt pro animabus vestris. Clarè Vatabl. Animas nostras pro vobis morti deuotius præsstituros nos beneficium & fidem tibi; quod sic explicat. q. d. Seruabimus vos, etiam si nobis sit moriendum. Sed prior explicatio est germanior.

FACIEMVS IN TE MISERICORDIAM ET VERITATEM. ] Veritatem, id est æquitatem & fidelitatem, ut vertit Vatabl. officium scilicet officio reddendo, & fidem salutis quam tibi dedimus reipfa præstando. Est enim veritas iustitiæ, ut est loquelæ, ut bonum quod verè promissimus verè præstemus, de qua ait Ioannes in Euang. cap. 8. Ille (diabolus) in veritate, id est in fide & obedientia Deo promissa non stetit. Et in epist. 3. In veritate ambulat. Et alibi. Dominus aspiciet veritatem. Et: Vniuersa via Domini misericordia & veritas.

DEMISIT ERGO EOS PER FVNEM DE FENESTRA. ] Sicut Paulus Damasci è fenestra demissus est in spota, cuius hi exploratores fuere typus & figura. Act. 9. 25.

DOMVS ENIM EIVS HÆREBAT MVRO. ] Septuag. Quoniam domus illius erat in muro, & in muro ipsa habitabat. Quod Romæ quoque & alibi fit, vbi summa est pax: nam tempore belli id periculosum est: per domos enim muro hærentes exploratores, hostesque ipsi securè in vrberem ingredi & egredi possunt.

AD MONTANA CONSCENDITE. ] Quasi ad autia & semota. Mysticè Origen. Apostolis, ait, iussit Christus cælestia prædicare, quasi dicat: Nolite per valles incedere, humilia & deiecta refugite, excelsa & sublimia docete.

INNOCI ERIMVS A IVRAMENTO HOC QVOD ADIVRASTI (ita iurare fecisti, siue ad quod nos adegisti. Ita Pagnin. & Vatabl.) NOS.

SI INGRESSIBVS NOBIS TERRAM, SIGNVM FVERIT FVNICVLVS ISTE COCCINEVS. ] Ita legunt Hebræi, Chald. Septuag. & Roman. sine negatione. Complur. tamen & alij legunt

VERS. 14.

VERS. 15.

VERS. 16.

VERS. 17.

VERS. 18.

gunt cum negatione: Signum non fuerit. Sensus ergo est. q. d. Innoxios nos præstabimus, fidemque nostram liberabimus ab hoc iuramento, quo iurauimus te tuosque seruare, si funiculum istum alligaris ad fenestram, ut ex eo quasi signo domum tuam omnes Hebræi à ceteris internoscant, sciantque illam esse, quam seruatuos nos iurauimus. Ita Vatabl.

Verum quia Hebr. נקימ nekijm, id est innoxij, potius significat immunes, & obligatione iuramenti solutos, siue ut vulgè dicunt deobligatos, ut patet vers. 19. & 20. hinc ex Hebræo hic videtur esse sensus, q. d. iuramento nostro liberi soluti que erimus, si duo quæ iure exigimus non seruaueris. Exigimus enim primò, ut funiculum istum nobis pro signo des, tuam esse domum; Secundo, ut tuos cognatos omnes in tuam domum congreges, itaque sciamus esse tuos non alienos; si hæc duo non seruaueris, iuramento nostro non soluti erimus: Sin seruaueris, eo obligatos nos censebimus, illudque sanctè seruabimus. Vnde Complur. aliique ut dixi per negationem legunt: Innoxij erimus, &c. Si signum non fuerit funiculus iste.

FVNICVLVS (Hebr. funis) COCCINEVS: ] iste, scilicet qui hæc se oculis nostris offert. Alij: Iste, scilicet quo nos per murum demissisti, ut idem funis crassior, quo exploratores è manu Chananæorum liberat, Rahab quoque eorum liberatricem de manu Hebræorum liberaret. Exploratores dant signum funis, quod petierat Rahab vers. 12. quodque antequam è muro demitterentur dare debuissent, sed id eis ob periculum turbatis animis tum non occurrebat, cum omnes ad periculi fugam per securam è fenestra demissionem toti intenderent.

COCCINEVS. ] Dei prouidentia id factum, ut per eum, utpote rubrum Christi sanguis representaretur. Vnde S. Ambros. lib. 5. tie de cap. 5. censet Rahab hoc coccineo fune significare voluisse passionem Christi, cuius fide & meritis liberabatur à morte animæ & corporis. Audi eum lib. 5. de fide cap. 4. sub finem: Vidit hoc meretrix, & quæ in excidio ciuitatis desperaret salutis, quia fides vicerat, signa fidei atque vexilla Domini Passioni attollens, coccum in fenestra ligauit, ut species cruentis mystici, quo fore mundum redemptura vernaret. Ita foris Iesus vniuersi fuit præstantibus ad victoriam, intus species Domini Passioni periclitantibus ad salutem. Vnde quia intellexit Rahab caeleste mysterium, dicit Dominus in Psalmò: Memor ero Rahab & Babyloni scientibus me.

Sic & S. August. in Psal. 86. Memor ero, inquit, Rahab. Quæ est ista Meretrix illa in Hiericho, meretrix quæ suscepit muros, & alia via eiecit, quæ presumpsit in promissione, quæ timuit Deum, cui dictum est ut per fenestram mitteret coccum, id est, ut in fronte haberet signum sanguinis Christi. Saluata est ibi, & Ecclesiam gentium significauit. Vnde Dominus superbientibus Pharisæis dixit: Amen dico vobis, publicani & meretrices præcedunt vos in regno cælorum. Præcedunt, quia vim faciunt. Impellunt credendo, & ceditur fidei, nec obistere potest quisquam, quia qui vim faciunt diripiunt illud. Sic & S. Hieron. epist. 2. ad Nepotian. multis docet coccinum esse symbolum sanguinis Christi, æquè ac charitatis ignita, quæ ardebat Rahab. Et Origen. hic homil. 4. sanguis Christi est signum redemptionis, inquit, in domo Rahab, id est in Ecclesia.

ET OMNEM COGNATIONEM TVAM. ] putà non solum parentes, sed auunculos, matertoras, patruos, imò & affines, scilicet cognatorum vxores & Cornel. in Iosue.

cognatorum maritos; hi enim per vxores & maritos pertinebant ad Rahab, eiusque censebantur cognati. Negat hoc Abul. quæst. 55. eò quod vers. 13. Rahab solos fratres suos & sorores petierit liberari. Sed immeritò, nam nomine fratrum & sororum nepotes & cognati apud Hebr. intelliguntur; quos enim ibi fratres vocauit, hic cognatos vocat.

SANGVIS IPSIVS ERIT IN CAPVT EIVS. ] Sanguis, id est culpa sanguinis sui effusi in ipsum recidet. q. d. ipse sua culpa peribit, non nostra, quia pacta non seruauit.

MVNDA. ] id est liberi, & iuramenti obligatio- ne soluti.

DIMITTENS QVE. ] Putà valedicens eis, v.g. dicendo: Ite in pace, vel Pax vobiscum: iam enim funiculo eos per murum dimiserat: hic ergo dimissis valedicit.

PERVENERVNT AD MONTANA, ET MANSERVNT IBI TRES DIES, ] non integros, sed dimidiatos vel inchoatos. Nam die tertio mensis Nisan, siue Martij, missi à Iosue Istarunt Iericho, & hospitati sunt apud Rahab, sed cum illic eorum aduentus nuntius esset regis, illeque eos inquiri iuberet, Rahab eadem nocte eos per murum demisit: Demissi & dimissi latuerunt in montanis ad tres dies, scilicet die quarta, quinta & sexta Nisan, sed inchoata; nam die sexto ad vesperam redierunt ad Iosue. Quare non videtur verum, quod scribit Iosephus: eos post ingressum suum in Iericho sequentè diem totum insumpsisse in exploranda Iericho: sic enim proditi & capti fuissent, & satis ex Rahab intellexerunt metum statumque vrbs, ut tanta illustratione non esset opus, præsertim in tanto periculo, omnium oculis in eos intentis. Nam ob viciniam Hebræorum omnes Ierichuntini erant consternati, & quasi examinati, ut ait Rahab: quare vrberem suam clausit & arctissimè custodierunt, singulos ingredienti exactè inspiciendo & examinando, ac nominatim peregrinos, eorumque nomina ad Regem deferendo, ut fieri solet, singulis diebus ad vesperam in vrbs, quæ vicinum hostem metuunt. Si quis nolit hisce temporis angustiis arctari, malique tres dies integros latebrarum accipere, dicat exploratores à Iosue fuisse missos, venisseque in Iericho non tertio die Nisan, post expletos 30. dies luctus ob mortem Moïsi; sed ante eos expletos die primò Nisan, ita ut secundo die Ierichuntem explorarint, tertio die redierint, latuerintque in montibus tres integros dies, ac die sexto reuerfi sint ad Iosue. Ita ex Lyrano & Masio Salianus.

ET TIMORE PROSTRATI. ] Hebr. Timore liquefacti. Vide dicta vers. 9.

Allegoricè S. August. Origen. Rupertus: Rahab, inquit, representat Ecclesiam Gentium. Primum, quia sicut ipsa, ait Rupert. cap. 10. prius erat prostibulum dæmoniorum & lupanar idolorum, sed ex infidelibus & incesta per receptionem exploratorum Hebræorum facta est fidelis & casta; sic gentes idololatæ & impuræ per receptionem Apostolorum, factæ sunt Christianæ & sanctæ. Secundo, sicut Rahab per funiculum coccineum, sic Ecclesia per sanguinem Christi saluata est. Tertio, Rahab seruauit omnes cognatos, itaque, ut videtur, omnes ad fidem & cultum veri Dei Hebræorum adduxit; vnde & Rahab Hebr. idem est quod dilatio: sic Ecclesia per omnes gentes se dilatauit. Quarto,

Rahab typus Ecclesie. 1. 2. 3. 4.







rum fluminis retrorsum resiliet; pars verò in mare salium rapido cursu effugiet. Et inferius: Beati qui appropinquant arca, id est Deo: sed memento quod scriptum est: Qui appropinquant mihi, approximant igni pios illuminanti, impios adurenti.

ACCINCTI.] Hebr. חָבֵחַ hachen, id est firmando, scilicet se in eodem vestigio, hoc est firmiter, pede fixo. Chald. fixi. Aut rectè, & sic uti cœperant. Ita Arias. Tigur. de industria. Septuag. Aquila & Symmach. parati, ad transeundum. Masius: parando, sci-

licet populo transicum: Licet enim hachen, sit verbum infinitiui Hiphil, tamen apud Hebræos hæc verba sæpè capiuntur pro aduerbiis, ut patet Osee 5. vers. 2. & cap. 9. 9. Ionæ 4. 4. Isaïæ 31. 6. in Hebræo.

OMNISQUE POPVLVS PER ARENTEM ALVEVM TRANSIBAT.] Hebr. Et omnis Israël transibat per aridum, vsque dum absoluisset omnis populus transire Iordanem. Sic & Septuag. Chald. Vatabl. Masius & alij.

CAPVT QVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Iubes Iosue duodecim lapides erigi, tum intra, tum extra Iordanem, ad perpetuam transitus Hebræorum memoriam.

1. Quibus transgressis, dixit Dominus ad Iosue: 2. Elige duodecim viros singulos per singulas tribus: 3. Et præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria. 4. Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israël, singulos de singulis tribubus, 5. & ait ad eos: Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israël, 6. vt sit signum inter vos: & quando interrogauerint vos filij vestri cras, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides? 7. respondebitis eis: Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam foederis Domini, cum transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israël vsque in æternum. 8. Fecerunt ergo filij Israël sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Israël, vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. 9. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam foederis: & sunt ibi vsque ad præsentem diem. 10. Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Iosue, vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus, & dixerat ei Moyses. Festinauitque populus, & transit. 11. Cumque transissent omnes, transiit & arca Domini, sacerdotesque pergebant ante populum. 12. Filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant filios Israël, sicut eis præceperat Moyses: 13. & quadraginta pugnatorum millia per ruras, & cuneos, incedebant per plana atque campestria vrbs Iericho. 14. In die illo magnificauit Dominus Iosue coram omni Israël, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen, dum adiuueret. 15. Dixitque ad eum: 16. Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam foederis, vt ascendant de Iordane. 17. Qui præcepit eis, dicēs: Ascendite de Iordane. 18. Cumque ascendissent portantes arcam foederis Domini, & siccum humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut antè confueuerant. 19. Populus autem ascendit de Iordane, decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbs Iericho. 20. Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo sumperant, posuit Iosue in Galgalis, 21. & dixit ad filios Israël: Quando interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis: Quid sibi volunt lapides isti? 22. docebitis eos, atque dicetis: Per arenam alueum transiit Israël Iordanem istum, 23. siccante Domino Deo vestro aquas eius in conspectu vestro, donec transiretis: 24. sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccavit donec transiremus: 25. vt discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, vt & vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

VERS. 3.

RÆCIPE EIS VT TOLLANT DE MEDIO IORDANIS ALVEO, VBI STETERVNT PEDES SACERDOTVM,] non præcisè ex loco pedum, sed ex loco vicino. Nam vers. 4. dicitur: Ite ante arcam, &c. Et portate inde singuli singulos lapides, nimirum duodecim, vt significet duodecim tribus Israël iuxta eos Iordanem siccum

transisse. Hebr. addunt חָבֵחַ hachen, id est firmando, siue stato fixoque pede, vt dixi cap. 3. v. ult. Septuag. rō hachen referunt ad lapides. Vnde vertunt parietes, scilicet durissimos, qui durent ad multa sæcula, vt Noster translulit.

QVOS PONETIS IN LOCO CASTRORVM.] In Galgalis, vt patet vers. 9. & 20.

VT SIT SIGNVM;] & tropheum victi à vobis vincitque

etique quasi Iordanis, indeque totius Chananæ, quod scilicet 12. tribus Deo duce flumē hoc, indeque totā terrā promissam miraculosè superarint. Secundo, vt hoc sit signum eadem tribus à Deo conscriptas esse ciues & incolas, adeoque heredes eiusdem terræ. Tertiam causam dat vers. 25. Vt discant omnes terrarum populi fortissimam Dei manum. Quartam ibidem; Vt & vos timeatis Dominū Deum vestrum omni tempore, ac posteros vestros doceatis Deum timere, amare & colere, qui tanto prodigio vos in hanc terram induxit, & inductos conseruabit, quam diu in eius fide & cultu persistiteritis: quando autem ab eo defeceritis, ab ea expellet, vt illos expulit per Babylonios, ac deinde per Titum & Romanos. Discite hinc quā rigidè Deus exigit beneficiorum suorum memoriam, & gratos iis præmet, ingratos iis priuet & puniat.

CRAS,] id est deinceps futuris sæculis. Hebræi enim per cras significant tempus futurum, sicut per heri & nudius tertius præteritum. Est synecdoche & Catachresis.

VERS. 9.

ALIOS QVOQUE DVODECIM LAPIDES POSUIT IOSVE IN MEDIO IORDANIS ALVEO.] Hinc patet hos lapides non fuisse positos in vltiori ripa Iordanis, vt contendit Masius, sed in medio Iordane. Ita enim constanter vertit Noster & Septuag. Positi autem sunt in medio de causis, quibus priores extra Iordanem in Galgalis, vt scilicet Dei gloria & rei gestæ veritas omnibus sæculis testata fieret, ac lapides hi ferientes assidue oculos Hebræorum, mentium eorum Dei beneficentiam, omnipotentiam, timorem & reuerentiam iugiter repræsentarent. Positi autem videntur Dei si non iussu, vt priores in Galgalis, certè inflinctu, licet id Script. non exprimat. Poterant verò lapides isti esse monumentum, ac conspici notarique ab iis qui in ripa confisterent, præsertim decrescentibus aquis, quia erant lapides grandes, & Iordanis aquæ purissimæ maximeque perspicuæ esse perhibentur, ait Abul. & Arias. Denique non videntur lapides hi præcisè in medio Iordanis collocati; ibi enim ægrè videri potuissent, sed versus ripam, vbi conspici poterant. Nam rō in medio idem est quod sub medium, versus medium, non longè à medio.

Hos lapides designallè videtur S. Ioannes Baptista, dicens Matth. 3. 9. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Ioannes enim baptizabat in Bethabara, vbi Iordanem transierant Hebræi. Erant enim hi lapides figura gentium, ignorantia Dei & errorum fluctibus obrutarum; sed tandem de imo vitiorum & tenebrarum alueo ad Ecclesiam, & filiorum Dei gloriam, à Ioanne & Christo per baptismum suscitandarum. Ita Rupertus, Abul. Magalianes hic, ac Remigius, Anselm. & alij in cap. 3. Matth. & Pineda in Iob 1. vers. 1. n. 38.

Denique Caetan. opinatur hos 12. lapides in vnum acervū fuisse congestos. Verisimilius Abul. Serarius & Magalianes censent scorum singulos fuisse erectos, vt innuit hic Script. idque ad representandum 12. tribus Israël, quæ per Iordanis alueum siccò pede transierant.

Potèdè iussit Deus statui hoc monumentum diuisi Iordanis, quia fuit opus admirabile & diuinum. Celebrant historici Euphratis diuisionem, quam primò fecit Semiramis; secundo, Cyrus; tertio, Alexander Magnus. Cyrus enim Babylonem expugnauit, Euphraten, qui eam interluit, in fossas plurimas deriuando, ac per siccum Euphratis al-

ueum in urbem milites immittendo, teste Herodoto lib. 1. & Xenophonte lib. 7. At quot mensibus in his fossis effodiendis laboratum est? quantis impendiis? à quot hominum millibus? Iosue verò Iordanem, inferendo dumtaxat in eum arcam foederis, illicò diuisit, siccavitque, ac per eum tricies centena millia hominum, cum tot millenis gregibus ouium, bouum, afinorum, camelorum, equorum, curruum, &c. paucis horis traduxit, ac eodem die cum omnibus perrexit in Galgalis; qui locus distat à Iordane quinquaginta stadiis, teste Iosepho lib. 5. Antiq. c. 1. hoc est sex milliariibus Italicis, id est sex millibus passuum, & insuper 250. passibus.

Simili modo Elias pallio suo percutiens Iordanem eum diuisit, ac per diuisum siccò pede transit: idem fecit Eliseus 4. Reg. 2. 8. & 14. Vide hinc quanti Deus faciat suos fideles & sanctos, vtpote qui in eorum gratiam flumina fecerit, & elementa cetera commutet. Simili modo sub finem mundi Angelus siccabit Euphraten, vt reges per eum transeant. Apocal. 16. 12.

Allegoricè, transitum Iordanis appositè Origen. Rupert. & Theodor. ac S. Greg. hom. 26. in Euang. applicant Sacramento Baptismi & Pœnitentiæ, ac morti cuiusque fidelis, de quo plura in fine capituli. Hinc & 12. lapides in Iordane positos 12. Patriarchas repræsentasse, alios verò in Galgalis locatos figuram gessisse 12. Apostolorum asserit Rupertus. Sic & S. August. serm. 106. de Tempor. qui & causam addit: Post mortem enim Moysi, sepultis Patriarchis Apostoli surrexerunt: sic & in Psalmo legimus. Pro patribus inquit, tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Sic sepultis Patriarchis Apostoli nascuntur, quomodo sepulto seniore populo, iunior populus Iesu duce in terram repromissionis inducitur.

Quin & Tertul. lib. 4. contra Marc. c. 13. Deprehendendo, inquit. 12. lapides ab Iesu de Iordane electos, & in arcam testamenti conditos. Totidem enim Apostoli portendebantur, proinde vt fontes & amnes, rigatur aridum retro & desertum à nativitate orbem nationum, sicut & per Isaiam: Ponam in terra iniquos flumina. Proinde vt gemma illuminaturi sacram Ecclesie vestem, quam induit Christus Pontifex patris. Proinde vt & lapides solidi fide, quos de lauacro Iordanis Iesus verus elegit, & in sacrarium testamenti sui recepit. Vbi aduerte Tertul. lapsum videri memoria, cum ait, 12. hos lapides conditos in arcam testamenti: nil enim tale habet hic Iosue, imò hoc erat impossibile; arca enim parua tot tantisque lapides capere non poterat. Fortè Tertul. per in arcam intellexit ante arcam, vel coram arca, licet hoc non sat respondeat eius antitypo de Apostolis, dum typum explicans subdit: per 12. lapides in arca significatum esse, 12. Apostolos in sacrarium Ecclesie à Christo fore recipiendos.

VERS. 10.

SACERDOTES AVTEM QVI PORTABANT ARCAM STABANT IN IORDANIS MEDIO, DONEC OMNIA COMPLERENTVR, QVÆ IOSVE, VT LOQVERETVR AD POPVLVM, PRÆCEPERAT DOMINVS, ET DIXERAT EI MOYSES. FESTINAVITQVE POPVLVS ET TRANSIIT.] Quæ Iosue vt loqueretur ad populum præceperat Dominus, scilicet vt tollerent 12. lapides, eosque secum deferrent in Galgalis, in perpetuum transitus monumentum, vtque securè transirent per Iordanem in terram promissam, memores se Deum habere in arca præsentem & ductorem. Videtur ergo Iosue Moysi imitatione & iussu, intra alueum Iordanis iuxta arcam & sacerdotes consistens, transeunt & circumfuso populo

B 4 bene-

beneficij illius memoriam inculcasse, legisque & A  
præceptorum Dei summam repetiisse, ac eorum  
custodiam acri exhortatione commendasse. Iosue  
enim quasi ducem præcessisse populum cum arca  
patet Deuter. 3. vers. penult. ubi id ei Deus per  
Mosen præcepit, ac mox cap. 4. vers. 1. & sequ. man-  
data sua populo inculcat. Idem ergo hic videtur  
fecisse Iosue. Ita Arias & alij. Est autem hoc versu  
Anacephalosis siue recapitulatio iam dictorum;  
sternens viam sequenti narrationi.

FESTINAVITQUE POPVLVS ET TRANSIIT;]  
tum quia omnes eodem die paucis horis transit  
debeant Iordanem, & pergere in Galgala, ipsam-  
que Chanaanem. Erat autem populi turba copiosa  
& quasi innumera; tum quia infirma erat eorum  
fides, & pro se quisque verebatur ne horribile illum  
aquarum Iordanis montem à dextris extante, & in  
aëre quasi pendulū nō facerēt effugeret. Festinabat  
ergo quilibet & alius alium prætertere conabatur.

VERS. II.

CVMQUE TRANSSISSENT OMNES, TRANSI-  
VIT ET ARCA DOMINI, SACERDOTESQUE PER-  
GEBANT ANTE POPVLVM.] Hæc fuit rei gestæ fe-  
ries & ordo. Sacerdotes cum arca præcesserunt po-  
pulum per bis mille cubitos, primi que ingressi Ior-  
danem, deinde in medio eius constiterunt, ac po-  
pulus iuxta arcam transit; interim Iosue eum ex-  
hortante ad Dei cultum & obedientiam stetit ar-  
ca, donec totus populus cum omnibus armentis &  
impedimentis transiret, ut eis fiduciam transcundi  
daret. Cūque omnis populus transisset, arca  
quoque reliquum Iordanis transit, ac rursus tota  
Hebræorum agmina præiit per bis mille cubitos  
vsque ad Galgala, ubi figenda erant castra, ut esset  
itineris dux, populi propugnatrix, & hostium ter-  
ror. Ita Abul. Serarius & Salianus. Arcam seque-  
bantur tribus Ruben, Gad, & dimidia Manasse,  
deinde ceteræ novem tribus. Arca ergo quæ prima  
transitum Iordanis cæperat, eoque hinc iter siccum  
patefecerat, vltima absoluit, rursusque populum  
præcedens illi se ducem præbuit, illi antelata velut  
folium regis Dei, vestigiumque humeris sacerdotum,  
quorum officium est exemplo suo aliis antea. Audi  
Leonem Imper. in Tacitici duci belli in itineribus  
præcepta dantem cap. 9. num. 12. *Sin admodum lu-  
brica & difficilia loca fuerint, reipsum oportet primum eò  
transire, deinde ibi consistere & cōmorari, donec omnes sine  
offensione transierint. Et num. 13. Hoc enim patre nostrum  
Regem Basiliū fecisse cognovimus, quando contra Ger-  
maniam Syria civitatem copias duxerat, & Paradisum  
fluviū anticiparat, qui lampadibus in medio constitutis,  
ipse sua ipsius presentia atque ope vniuersum exercitum  
facile & sine offensione traduxit, qui sepe manum illis  
afflictis porrexeat, & quosdam ex periculis eripuit.*

VERS. 13.

ET QUADRAGINTA PVGNATORVM MILLIA.]  
τδ & significat, id est, q. d. Ex Rubenitis, Gaditis &  
Manassensibus 40. millia præcesserunt castra He-  
bræorum in Chanaan. Vnde Heb. & Chald. carent  
τδ & sic enim habent. *Circiter 40. millia transierunt  
ante Dominum* (id est ante arcam, vel potius coram  
arca consistente in medio Iordanis. Chald. *ante po-  
pulum Domini*) *ad bellum versus campos Iericho.* Sic ali-  
bi quoque accipi τδ & ostendi Leuit. 6. 1.

VERS. 15.

DIXITQUE AD EVM.] scilicet Deus ad Iosue.  
Ex Hebræo clarius veritas cum Masio: *Dixerat enim,  
vel dixerat autem ad eum.* Est enim hic repetitio, siue  
enarratio clarior versus vndecimi qui præcessit, ut  
quomodo in suum alueum reuolutus sit Iordanis;  
aptè recenscat, scilicet cū vltima arca, quæ suspen-

derat, suspensumque detinuerat Iordanem, donec  
populus transiret, Iordanem transiit, illic aequæ  
quali officio suo circa arcam venerandam perfun-  
ctæ, in alueum suum redierunt.

ET ELVEBANT SICVT ANTE CONSERUERANT.] VERS. 18.  
Hebr. addunt *per omnes ripas suas*, hoc est alueo ple-  
no, imò exundante. Vide dicta cap. 3. 15. Fluxit au-  
tem Iordanis vti prius, quia Deus molem illam a-  
quarum in alto suspensam sensim demisit, ut per  
alueum suum deflueret suo cursu in mare mor-  
tuum, siue in lacum Asphaltitæ. Nam si Deus totam  
aquarum molem simul laxasset, illa omnia longè  
latè que obruisset, quin & castra Hebræorum saltem  
vltima metisset.

POPVLVS AVTEM ASCENDIT DE IORDANE VERS. 19.  
DECIMO DIE MENSIS PRIMI.] Hinc patet He-  
bræos integros 40. annos peregrinatos fuisse in de-  
serto, ac finiente anno quadragesimo transiisse Ior-  
danem, & ingressos esse terram promissam, detra-  
ctis quinque diebus. Exierunt enim ex Ægypto  
15. die mensis primi, quo Pascha celebrant, & ag-  
num Paschalem immolant; ingressi vero sunt ter-  
ram promissam decimo die eiusdem mensis, eo  
quod ibidem circumcidi deberent ad celebrandū  
Pascha 15. die. Porro fallitur Tornielius, qui in  
Annal. scribit Hebræos transiisse Iordanem nona  
die mensis primi, ac in ripa Iordanis pernoctasse,  
mox sequenti mane diei decimæ perrexisse in Gal-  
gala. Nam ascendere de Iordane hic idem est quod  
transire Iordanem, & pergere in Galgala. Vtrum-  
que ergo factum est eadem die decima, non nona  
mensis primi. Porro fuit hic annus à creatione mū-  
di 2494. à diluuiō 837. ab Abraham 543. quo He-  
bræi transiisse Iordanem ingressi sunt Chanaanem,  
vbi dixi in fine præmij, iuxta chronotaxim quam  
Genesi præfixi.

CASTRAMETATI SVNT IN GALGALIS,] id  
est in loco, qui postea dictus est Galgala. Est Pro-  
leptis siue anticipatio; necdum enim huic loco in-  
ditum erat nomen Galgal, sed paulò post cap. 5.

Porro in Galgalis ob loci opportunitatem diu-  
tissimè mansere Hebræorum castra, ibique depositi  
fixique sunt 12. lapides sublati è Iordane. Hinc patet  
lapides hos non fuisse positos in arca, vti ait Ter-  
tul. lib. 4. contra Marcion. c. 12.

Minus rectè quoque R. Leni censet eos iuxta  
arcam collocatos, cum eaque transferri solitos: de-  
positi enim fixique sunt in Galgalis, ibique perpe-  
tuò manserunt, ut patet ex hoc versu, & ex versu  
3. imò S. Hieron. in Epitaphio Paulæ, asserit lapides  
hos à S. Paula viſos in Galgalis. Quare falsum quo-  
que videtur quod ait Iosephus, ex lapidibus hisce  
erectum fuisse altare, in eoque Iosue sacrificasse.

SICCANTE DOMINO DEO VESTRO AQVAS.] VERS. 23.  
eas scilicet diuidendo & suspendendo, ut siccus  
vobis ad transeundum maneret alueus: vel siccauit  
aquas Iordanis, id est siccauit Iordanem ipsum, al-  
ueumque Iordanis. Nam aquæ propriè non fue-  
runt siccata, sed pars defluxit, pars altera in altum  
erecta fuit suspensaque.

VT ET VOS TIMEATIS DOMINVM,] id est, Deum VERS. 25.  
quasi Dominum vestrum rerumque omnium  
agnoscatis, ametis, venerationem, omnique reueren-  
tia & studio colatis. Hoc enim est οὐκ ἐπιθεῖς, ut ver-  
tunt Septuag. Rectè enim aduertit Masius timoris  
nomine omnem religionem & cultum, primumque  
affectum erga Deum significari in veteri Te-  
stamento. Erat enim lex illa vetus timoris, sicut  
noua

noua est amoris, nimirum ut ille ait, *Primus in orbe A*  
*Deus fecit timor.* Sic Leuit. 19. 14. dicitur: *Non maledi-*  
*cas furdo, sed timebis Dominum Deum tuum, id est obe-*  
*diens Deo præcipienti ne maledicas furdo.* Deuter.  
6. 13. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias,*  
illum amando, reuerendo, colendo, laudando, gra-  
tias agendo, &c. Deut. 10. 12. *Et nunc Israël quid Do-*  
*minus Deus tuus petis à te, nisi vt timeas Dominum Deum*  
*tuum, vt timeas, id est vt illum ames & colas.* 1. Reg.  
12. 14. *Si timueritis Dominum & serueritis ei.* Timet  
ergo Deum, qui illi debitam seruitutem, id est la-  
triam, obedientiam, cultumque omnem exhibet.  
Tobia 4. vlt. *Multi bona habebis, si timueris, id est co-*  
*lueris Deum.* Psalm. 2. 11. *Seruite Domino in timore, &*  
*exultate ei cum tremore.* Psalm. 33. 10. *Timeat Dominum*  
*omnes sancti eius, timore non seruiis, sed filiali, sicut*  
filij timent offendere parentes, ne eis displiceant,  
scilicet ex amore, non ex timore; *Quoniam non est*  
*inopia timentibus eum.* Psal. 118. 38. *Statue seruo tuo elo-*  
*quium tuum in timore tuo.* Ibidem vers. 120. *Conſige*  
*timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.*

Iordanis ty-  
pus peni-  
tentia.

1.

2.

3.

4.

5.

plationi vacans. Sic S. Maria Ægyptiaca transito  
Iordane iuit in solitudinem, ibique in summa abſ-  
tinentia, sanctitate & oratione vixit per 47. annos.  
Hinc ibidem frequentia magna exstitit Monaste-  
riorum, sanctorumque Monachorum, Asceta-  
rum & Anachoretarum, quorum duces & primi-  
pili fuere Elias, Elisæus, & filij Prophetarum. Sextò  
sicut Iordanis hic à Deo actus intumuit, & con-  
uersus est retrorsum, sic pœnitens vitam commu-  
tat, ut qui prius terrena ambiebat, iam ambiat cæ-  
lestia (vbi explicat S. August. illud Psal. 113. *Iordanis*  
*conuersus est retrorsum*) quæ reipsa, si perseueret, con-  
sequetur, ac rum dicit cum Iacob: *In baculo meo*  
*transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis re-*  
*gredior.* Genes. 32. 10. Septimò, Naaman leprosus la-  
uans septies in Iordane lepram abluuit. 4. Reg. 5. sic  
peccator per pœnitentiam expurgat lepram pec-  
cati. Rursum hic adapta septem miracula Iorda-  
nis, quæ recensit Num. 34. 12.

Denique Iordanis fluuius nos tacite admonet  
omnia vitæ huius, tam prospera quam aduersa  
fluere, & illic præterfluere: quare illa humiliter,  
hæc fortiter esse superanda, ut vtraque generosè  
calcantes in cælum contendamus, ac mentem in  
beata æternitate figamus; alioqui enim si fluxum  
Iordanis, id est huius mundi sequamur, illa nos  
secum vehet in mare mortuum, vbi fuit Sodoma,  
id est in Tartara. Rursum, sicut Hebræi transito  
Iordane cum Chanaanis assidue bella gesserunt,  
donec iis expulsis terram possiderunt; sic & nos  
post pœnitentiam & mutationem vitæ, assidue  
cum septem vitijs capitalibus conſtigamus oportet,  
donec quietem terræ, id est animæ nostræ hic  
in teris, ac tandem in cælis obtineamus.

Quocirca Origen. hic homil. 5. Transire Iorda-  
nem, inquit, est omnia implere, quæ mandantur in  
Euangelio, ut omnibus terrenis nudati ad terram  
viuentium in cælis tendamus, ac præsertim serue-  
mus illa, quæ octo beatitudinibus continentur,  
scilicet: *Beati pauperes spiritu, beati mites, beati qui lu-*  
*gent, &c.* Hinc S. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 6. expli-  
cans illud Iob 40. *Et habet fiduciam quod insuat Ior-*  
*danis in os eius, illud attribuit sanctis, quos diabolus*  
*deuorare conatur: Iordanis, ait, Hebræo vocabulo de-*  
*scenso eorum dicitur. Et sunt nonnulli qui viam veritatis*  
*appetentes, semetipsos abiciunt, atque à vitæ veteris ela-*  
*tione descendunt: cumq; aterna cupiunt, valde se ab hoc*  
*mundo alienos reddunt, dum non solum aliena non appe-*  
*runt, sed etiam aliena derelinquunt, & non solum in eo glo-*  
*riam non querunt, sed hanc cum se obtulerit etiam con-*  
*temnunt.* Claudat agmen S. Bernard. qui serm. ad  
milites templi c. 9. ait: *Quid in fluminibus isto (Iorda-*  
*ne) eminentius, quod ipsa Trinitas sibi quadam euidenti*  
*presentia dedicauit. Pater audicus, visus Spiritus sanctus,*  
*Filius est baptizatus.* Math. 3.

CAPVT QVINTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Circumciduntur Hebræi in Galgalis. Mox vers. 10. celebrant Phasæ. Deficit manna, cum  
fruges terra comederunt. Denique vers. 13. Angelus armatus apparens Iosue eum animat,  
inbetq; ut soluat calceas, eò quod in terra sancta consistat.

1. Postquam ergo audierunt omnes Reges Amorrhæorum, qui habitabant trans  
Iordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti Reges Chanaan, qui  
propin-

propinqua possidebant magni maris loca, quod siccaisset Dominus fluentia Iordanis coram filiis Israël donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israël. 2. Eo tempore ait Dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundò filios Israël. 3. Fecit quod iusserat Dominus, & circumcidit filios Israël in colle præputiorum. 4. Hæc autem causa est secundæ circumcisionis: Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos via circuitus, 5. qui omnes circumcisi erant. Populus autem qui natus est in deserto, 6. per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircumcissus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè iurauerat vt non ostenderet eis Terram lacte & melle manantem. 7. Horum filij in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat. 8. Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur. 9. Dixitque Dominus ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, vsque in præsentem diem. 10. Manseruntque filij Israël in Galgalis, & fecerunt Phasè, quarta decima die mensis ad vesperum, in campestribus Iericho: 11. & comederunt de frugibus Terræ die altero, azymos panes, & polentam eiusdem anni. 12. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus Terræ, nec vñ sunt vltra cibo illo filij Israël, sed comederunt de frugibus præsentis anni Terræ Chanaan. 13. Cùm autem esset Iosue in agro vrbs Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatam tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? 14. Qui respondit: Nequaquam: sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. 15. Cecidit Iosue pronus in terram. Et adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum? 16. Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, sanctus est. Fecitque Iosue vt sibi fuerat imperatum.

VERS. I.

**R**EGES AMORRHÆORVM, & C. ET REGES CHANAAN. Septuag. & Reges Phœnicie. Sub his duobus populis omnes septem gentes habitantes in terra promissa intelliguntur per synecdochen, scilicet Heuæi, Iebusæi, Hethæi, Pheræzæi & Gergezæi. Deuter. 7. 1. Porro Amorrhæi vocabantur, qui versus Iordanem habitabant; Chananæi, qui versus mare Mediterraneum, quos Septuag. hic vocant Phœnices, alibi passim vocantur Palæstini siue Philisthini: imò subinde non solum Philisthini, vti sunt Gazæi, Azotij, Accaronites, sed & omnes Iudæi & Idumæi vocantur Phœnices, vti ex Dion. Afro, & Strabone lib. 16. docet Mafius. Hinc mulier quæ à Matthæo cap. 15. 22. vocatur Chananæa, à Marco vocatur Syrophœnicissa. Et sanè Tyrum & Sidonem, quæ erant Phœnicie metropoles, olim ad Chananæam, siue ad terram Iudæis à Deo promissam pertinuisse omnes consentiunt, etsi Hebræi ob suam ignauiam numquam iis potiti sint. Palchre & fuse idipsum confirmat hic Mafius & Arias, & Pererius in Exodum pag. 186. in fine.

Chananæi erant Phœnices.

DISSOLVTVM EST COR EORVM, ET NON REMANSIT IN EIS SPIRITVS. Est hyperbolè q. d. ita Chananæi & ceteri, Hebræorum per Iordanem sicco pede transitum animo sunt percussi, ac si vita & spiritus eos exanimis defecisset. Septuag. *Liquefacte sunt mentes eorum, & consternati sunt, & non erat in eis prudentia vlla, suggerens consilium conueniens ad resistendum Hebræis.*

Porro cor vocata est ea pars animi, in qua fortitudo & constantia est posita: Spiritus verò illa animi vis, qua sapimus, & quid agendum sit despiciamus & deliberamus: nam corde liquecente & confusente, scilicet eum per metum labascit fortitudo,

perturbari simul ac fatiscere sapiendi facultatem necessum est.

Eo tempore ait Dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, et circumcide secundò filios Israël. *Lapideos, Septuag. petros. Mafius, saxeos. Hebr. est פְּתוּרִים pethurim, quod Chald. Caietan. Arias, Pagnin. & Vatabl. vertunt acutos. Alij core exactos. Melius Noster, Septuag. S. August. Theod. Origen. Rupert. Mafius & alij vertunt lapideos. Hebr. enim פְּתוּרִים pethurim passim petram, lapidem & saxum significat. Vnde & תּוּר תור & תּוּר תור dicta est vrbs illa potens Phœnicia, eò quòd in rupe maris esset edificata, ideoque inexpugnabilis. Sic & Saphora vxor Moysis, cultro lapideo filios circumcidit, Exodi 4. Et multi censent Christum circumcissum fuisse cultro petriuo.*

Quæres: Cur Iosue iusserit Hebræos circumcidi cultro petriuo? Resp. literalis causa fuit, quam dat Theodor. quòd eo loci petrarum erat copia, ferri verò & chalybis inopia. Versabantur enim Hebræi circa Arabiam, quæ à copia petrarum dicta est Petraea, vbi petras exacuunt instar ferri, ex eisque cultros faciunt acutissimos. Sic & alibi olim ferrum erat rarum, ideoque carum magnique pretij. Vnde Lycurgus apud Spartanos monetam cudi iussit ex ferro, vt eius grauitate & pondere furta arceret, teste Plutarco. in eius vita. Et Catullus Aryn castratum scribit silice:

*Deuoluit, ait, ipse acuto sibi pondera silice. Quin & Græcos olim silice calamos acutisse scribit Iulianus lib. 6. Epigr. lapideum, aut, qui obtusam acuit genam calami.*

Allegor. causa fuit, vt hi cultri petriui essent, typus & figura Christi, qui spiritualis est petra, & spirituali circumcissione non carnem à præputio, sed mentem à vitio circumcidit, & corpus à moribus

VERS. 2.

Cur cultro lapideo circumcisi. Causa literalis.

his & morte circumcidit in colle præputiorum, id est in resurrectione mortuorum, ait Rupert. hic cap. 16. sic & Theod. quest. 3. Origen. Procopius & alij.

Porro S. 1 August. ser. 141. de Temp. S. Bern. ser. 1. de Circumc. & Magister sent. in 4. agens de circumcissione, censet circumcissionem debuisse fieri cultro lapideo, eò quòd idipsum hic iubeat Deus: sed hoc præceptum soli Iosue datum est, non ceteris. Vnde Genes. 17. 10. vbi circumcisionis institutio & præceptum à Deo sancitur, nulla lapidei cultri fit mentio. Quocirca etiamnum Iudæi se suosque circumcidunt cultro ferreo, non lapideo. Ita Abuleni. Hugo Victor. S. Thomas. Lyran. & disertè S. Iustinus (qui si fuit Iudæus putat Samaritanus) dial. contra Triphonem: *Prima, ait, illa vestra circumcissio olim fuit ac ferro, & etiamnum fit, ideoque permanet in vobis coram duritia; ac nostra que est secunda, fit per acutos lapides, puta per Christum & Apostolos, qui vitia cordis circumcidunt.*

CIRCVMCIDIT SECUNDO FILIOS ISRAEL. Cur secundò? An semel circumcisi recrescente, vel attrito præputio (quod olim fecit Symmachus S. Script. Interpres, & alij à Iudæis ad Samaritanos transfugientes, vti ostendi 1. Corinth. 7. vers. 18.) secundò illud circumcidere iubentur? Minime gentium.

Primò ergo Theodor. quest. 3. & Mafius putant hanc circumcissionem dici secundam, respectu primæ, quæ facta est ab Abraham, qui iussu Dei primus se cum tota familia circumcidit Genes. 17. Verùm respectu Abrahæ hæc non secunda, sed plusquam decima, imò centesima erat circumcissio: Nam post Abraham per 400. annos vsque ad Moysen omnes eius posterij fuere circumcisi.

Secundò, Vatabl. secundam dici censet respectu primæ, quæ facta est à Mose, qui populum ex Ægypto educit in Sina circumcidit. Sed de hac Mosis circumcissione nec Script. nec Philo, nec Iosephus, nec alius quis meminit.

Tertio, R. David Kimchi & Caiet. ad secundò interpretantur vicissim, siue per vices. q. d. Non simul omnes circumcide, ne circumcisi omnes languent, sintque inuulnidi ad resistendum Chananæis; sed duabus vicibus eos circumcide, vt dum hi circumciduntur, alij adhuc incircumcisi sint validi ad pugnandum cum Chananæis. Verùm hoc remotum & alienum est.

Dico ergo cum S. August. hic quæst. 6. & Abuleni non iuberi hic eundem hominem secundò circumcidi, sed eundem populum, qui primò in parentibus suis circumcissus fuerat in Ægypto, idque nutu & hortatu Moysis, vti sentit Tertul. lib. contra Iudæos, R. Leui & alij: Idem verò populus secundò iubetur circumcidi in filiis, qui incircumcisi manserant per 40. annos, quibus peregrinati fuerant in deserto; hi ergo intermissam tot annis circumcissionem resumpserunt in Chanaan. Hunc genuinum esse sensum patet ex iis quæ sequuntur, præsertim v. 4. 5. & 6. Idem enim hic fuit populus, qui à Mose ductus ex Ægypto, & à Iosue inductus fuit in terram promissam, qui primò fuit circumcissus in Ægypto tempore Moysis, imò omnes necdum circumcisi, fuere circumcisi paulò ante exitum ex Ægypto. In exitu enim celebrarunt Phasè, & comederunt Agnum Paschalem; hunc enim nemò comedere poterat nisi circumcissus. Exodi 12. Cessauit deinde populi circumcissio ob peregrina-

Circumcissio secunda quæst.

Resp. 1.

2.

3.

4. genuinè.

tionem in deserto per 40. annos; finita verò hac peregrinatione, cùm iam Israël ingressus esset in Chanaan, omnes eoque incircumcisi fuere à Iosue circumcisi, ideoque vocatur hæc secunda populi circumcissio. Ita Mafius, Lyran. Pererius, Serarius, & alij.

Tropol. Noster Iacobus Aluarez tract. de mortificatione. Prima, ait, circumcissio in Ægypto facta externam mortificationem designat; Secunda verò in transitu Iordanis effecta internam mortificationem significat, quæ meritò fit in colle præputiorum, quoniam qui interiora mortificare audeat, iam collem, id est aliquem gradum perfectionis ascendit. Harum prima exterior, si sola accipiatur nulla habita ratione secunda, non multi momenti est, quippe quæ animum incircumcissum ac vitium subiectum relinquit.

CIRCVMCIDIT EOS IN COLLE PRÆPUTIORVM. Id est in loco & colle ita dicta à circumcissione præputiorum ibidem facta à Iosue, sicut idem eadem causa dictus est Galgala vers. 9.

QUI OMNES CIRCVMCISERANT. Hinc verisimiliter à contrario nonnulli colligunt, aliorum qui circumcisi non erant, neque murmurandò rebelles Deo fuerant, neminem in deserto mortuum esse; idque insinuat Psaltes, Psalm. 105. vers. 37. & Moses Deuter. 29. 5.

POPVLVS AVTEM QUI NATVS EST IN DESERTO PER QUADRAGINTA ANNOS ITINERIS LATISSIMÆ SOLITVDINIS INCIRCVMCISVS FVIT. Quæritur qua de causa in deserto omissa fuit circumcissio, cùm à Deo esset præcepta? Genes. 17.

Primò, Thalmudici Tract. de iure Leniri, & ex eis R. David hic asserunt per 40. annos, quibus Hebræi peregrinati sunt in deserto, non spirasse Aquilonem, siue Boream ventum nubibus inimicum, idque ne columnam nubis ducem itineris dissiparet. Atque hac de causa Hebræos abstinentes à circumcissione, eò quòd illum ventum sibi putent obseruandum, quòd plagis medeatur. Verùm hæc sunt fabulorum istorum commenta, imò meræ nugæ & neniæ.

Secundò, Theodor. hic quæst. 2. S. Hieron. lib. 1. in Epist. ad Galat. Damasc. lib. 4. de fide c. 27. & alij hanc dant causam, quòd in deserto populus Israël per se & loci natura sat distinctus, & separatus erat à ceteris gentibus, ideoque non opus erat eum circumcidi. Circumcissio enim ea de causa fuit instituta, vt per eam Israël distingueretur à ceteris. Hæc ratio congrua est, sed insufficientis. Nam & in Iudæa diuisi erant Iudæi à ceteris gentibus, & tamen debebant circumcidi ob alios fines potiores, scilicet ob præceptum Dei, atque vt hac ratione nomen darent Synagogæ, fierentque filij Abrahæ & populus Dei, sicut nunc fit per baptismum.

Tertio, S. August. hic quæst. 6. censet omnissam fuisse circumcissionem, per populi inobedientiam, quare illum eam omittendo peccasse; Verùm hoc peccatum in populo suo redarguisset Moses & Script. quod tamen nusquam facit.

Quarto, Gabriel Vasquez in 3. p. disp. 164. cap. 2. suspicatur filios hosce mansisse in deserto incircumcisos ob culpam & murmur parentum: ob hoc enim Deum ipsos parentes puniuisse morte, eorum verò filios incircumcissione. Idem hic suspicatur Mafius & Perer. in cap. 17. Gen. Sed nil tale inuuit Script. imò contrarium insinuat, scilicet Deum patribus rebellibus reiectos surrogasse filios, cum usque

Tropolog.

VERS. 3.

VERS. 5.

VERS. 6.

Cur Hebræi incircumcisi in deserto?

Resp. 1.

2.

3.

4.

iusq; nouum fœdus (cuius symbolum erat circum-

geniis.

cisio) pepigisse, eosque induxisse in terram promissam à qua parentes ob rebellionem excluderant. Dico ergo vera omnia in deserto circumcissionis causa fuit, quod Hebraei ab ea excusarentur per assiduum peregrinationem: quia in eo nullam stabilem certamque habebant quietem; sed quoties mouebatur columna nubis via dux, toties eam sequi & castra mouere debebant Hebraei. Hoc autem facere nequiuissent, si eò die, vel paulò antè fuissent circumcisi. Circumcisio enim graue vulnus infligebat corpori acremque dolorem, vt nec pugnare nec ambulare posset, vt patet in Sichinitis, idcirco à Simeone & Leui casis ad vindicandum Dinam stuprum. Genes. 34. Quare ob crebrum incertumque motum castrorum Hebraei fuere excusati à circumcissione, ne per eam in vitam periculù incurrerent. Ita Abulen. Lyran. Masius, Serarius & S. Thomas 3.p. q. 70. art. 4.

In Chanaan verò, vbi figenda erat sedes, circumcisi fuere, mox in ipso eius ingressu, puta in Galgalis, idque primò, quia lex erat conditio fœderis inter Deum & Abraham eiuſq; posteros inchoanda eis Chanaanæ: legis autem inchoatio & quasi ianua erat circumcisio, vti Christianismi est Baptismus: per circumcissionem ergo eos capessere terram promissam par erat. Secundo, quia paulò post, scilicet 14. die mensis ad vesperam iussu Dei comedendus erat Agnus Paschalis vers. 10. hunc autem nemini comedere fas erat, nisi prius circumciso, itaque in familiam Abraham & Synagogam Israëlitis cooptato. Tertio, quia in ipso lumine Chanaanæ, Resp. Hebræorum tum civilis, tum facta statim instituenda erat, ac consequenter omnes leges Dei etiam ceremoniales (inter quas prima erat circumcisio) & iudiciales ab Hebraeis erant obseruandæ. Vnde statim celebrantur Phasæ, vt sanctè & religiosè auspicarentur possessionem terræ promissæ. Decimo ergo die mensis primi Nisan transiit Iordanem, & castra fixerunt in Galgalis, ac sequenti die vndecimo, ibidem circumcisi ob plagam vulueris quæ uenerat tres dies atque quarto decimo die, qui fuit 14. Nisan, ad vesperam celebrare Pascha.

Moraliter discant hic fundatores & gubernatores Reipubl. suum regimen ordiri à Deo, eiuſque lege & cultu, vti orditur hic Iosue: Deus enim propitiatus illud secundabit. Discant & quicquidque fidelis sua officia & actiones inchoare cum Deo, & à Deo, iuxta illud: A Deo incipe.

Porrò mendosè hic & Num. 14. 33. Septuag. pro 40. annis peregrinationis deserti habent 42. annos. Constat enim præcisè tantum fuisse 40. Rursum mendosè habent *μαεδ αγιηδ* pro quo per Metathesin litteræ δ cum β legendū *μαεδ βγιηδ*, quod nomen ex Hebr. *מילבאר*, id est desertum mutuat ad Græcum idiotisimum inflexerunt. Eremum ergo madbaritidem vocant eremum Hebræorum, siue quam Hebraei vocitarunt suum *milbar*, id est desertum.

Denique potuit hæc populi circumcisio vno die, scilicet vndecimo Nisan peragi, quia circumcidere poterat quicuis circumcilius, etiam si non esset sacerdos vel Leuita, sed laicus: vnus autem poterat per diem multos circumcidere. Circumcisi autem tunc erant & superstitēs viuēbant, qui circumcili egressi fuerant ex Ægypto, cum necdum attingissent annū vigesimum: quoniam eum attingerant, hi omnes ob

murmur mortui sunt in deserto. Rursum qui primi die vndecimo hic circumcidebantur, hi mox alios plures circumcidere poterant.

VT OSTENDERET EIS TERRAM LACTE ET MELLE MANANTEM.] Corrige cum Roman. Hebr. & Septuag. *Vt non ostenderet*. Irrauerat enim Deus se omnes murmuratores occisurum in deserto. Numer. 13.

HODIE ABSTVLI OPPROBRIUM ÆGYPTI A VOBIS, quia hodie à vita & moribus in circumcisorum per circumcissionem in gentem, Synagogam, legem & religionem meam sanctam et antistit. Idcirco VOCATVM EST NOMEN LOCI ILLIVS GALGALA.] id est amatio, scilicet præputij, & consequenter opprobrij Ægyptiorum: *galala* enim significat voluere, deuoluere, remouere; auferrea *galal* geminata prima syllaba fit *gilgal* & *yalgala*. Vnde hic locus dictus est *Gilgal*, *Galgala*, à S. Hieron. *Golgal*, quæ olim fuit ciuitas in clyta in recto itinere à Iordane in Iericho; à Iordane distans stadiis quinquaginta, à Iericho decem; in Galgalis Saul à Samuele vnctus est in primū Reg. 1. Regum 7. 10. Ibidem fixi sunt 12. lapides, testes transitus Hebræorum per Iordanem diuisum. In Galgala quoque versatus fuit Elifasus Propheta. 4. Reg. 4. 38. Rursum S. Hieron. Beda & Lyran. *Galgala* vertunt *rotam, reuolutionem, circulationem*. Vnde à *galal* & *gilgal* formatum est *gulgolet*, & Chald. *gulgolet*, *ebn*. indeque *Golgotha*, id est Caluaria siue cranium, ita dictum à conuolutione, quia rotundum: Hinc mons Caluaria, ita dictus, à craniis reorum ibi plexorū, in quo crucifixus est Christus. Quare Iosephus *Galgala* interpretans *libertatem*, consulere voluit pudori Hebræorum more suo, ac Vespasiani & Romanorum auribus blandiri, si non adulari.

Trop. Orig. hom., si, inquit, post remissionem (quasi circumcissionem) peccatorum, vltra non pecces, vnde ablatum est à te opprobrium Ægypti. Si verò iterum peccaueris, iterum in te vetera reuoluntur opprobria, idque eò magis, quò multo maioris criminis est filium Dei cõculcare. & sanguinem testamenti pollutum ducere, quam legem Moysi neglegere. Ægyptij enim tempore Iosue erant incircumcisi, gentiles, idolis & vitis addicti. Postea tamen circumcissionem acceptarunt, vt decet Ierem. cap. 9. vers. vlt. vide ibi dicta. Illam eos acceptasse nonnulli autumant tempore Salomonis, cum is duxit uxorem filiam Pharaonis Regis Ægypti, 3. Reg. 10.

Rursum, Noster Aluarez tract. de mortificatione, opprobrium accipit actiue, quo scilicet Ægyptij Hebræis ex Ægypto exeuntibus improperebant illos ire ad famem & mortem. q. d. certè vidistis quia siccatò Iordane in hanc regionem transiistis, & terram vobis promissam occupastis, & in ea tanquam in terra vobis pacifica circumcisi estis, & per tres dies sine vllò timore donec sanaremini quieuiſtis: non ergo ad mortem eduxi vos ex Ægypto, vt vestri oppressores dicebant, sed vt liberi & securi viuereſtis. Ita & à nobis spiritalem circumcissionem, id est mortificationem colentibus, mundi opprobrium auferetur, quia mundani videbunt nos per abnegationem nullo modo vitam perdidisse, sed vitam carnalem & Deo iniuſam pro vita spiritali & Deo grata commutasse.

ET FECERVNT PHASE QUARTADECIMA DIE MENSIS (primi Nisan) AD VESPERVM.] ob causas datas vers. 6. fuit hoc tertium Pascha Hebræorum. Primum enim celebrarunt pridie quam egredirentur

VERS. II.

rentur ex Ægypto. Exodi 12. secundum anno sequenti, post acceptam legem, & erectum Tabernaculum in Sina. Numer. 9. 2. Tertium hic. Alleg. Iosue hic nouum primumque in terra sancta Pascha celebrans, representat Iesum Christum nouum Pascha, id est Eucharistiam in vltima cœna instituentem. ET COMEDERVNT DE FRUGIBVS ( de frumento ) TERRÆ DIE ALTERO AZYMOS PANES, ET POLENTAM EIVSDEM ANNI.] De frugibus, siue hornis & preteriti anni, vt vult R. David & Vatabl. eoque alludit vox Hebr. *אבאר*, à rad. *אבא*, id est tranſiit, preterit, siue potius nouus presentis anni, vti exprimit Septuag. Porro Hebr. *אבאר*, & Chald. *abbura*, qualibet fruges significat anni tam presentis, quam preteriti. Ita Masius.

DIE ALTERO.] Hebr. *crastino Pasche*, id est post die primæ diei azymorum, putà secundo die azymorum, siue die 16. mensis Nisan; illo enim primum Deo offerre debebant manipulum spicarum, antequam vincerentur frugibus presentis anni, iuxta legem Leuit. 23. 14.

R. David verò per crastinum Pasche accipit primum diem azymorum, siue 15. Nisan. Pridie enim illius, putà 14. ad Vesperam comederunt Agnum Paschalem. Ipse enim vt dixi fruges accipit hornas, id est anni preteriti, quibus vesci licebat ante oblatum manipulum spicarum die secundo azymorum; hic enim offerebatur quasi primitiæ nouarū frugū anni presentis, non preteriti.

POLENTAM.] Hebr. *קליל*, id est toſtas fruges. Vide Leuit. 2. 14.

DEFECIT MANNA.] scilicet pluere vel ningere de celo. Deus enim qui Hebræis ob alimentum inopiam manna fuerat largitus, oblata alterius cibi copia manna subtraxit, perinde vt aues afferunt cibū pullis in nido dum teneri sunt, at cum crescendo validiores facti sibi sufficere possunt, eas sibi relinquunt, vt sibi annonam parent: Deus enim vt non deest in necessariis, sic nec redundat in superfluis.

Illustre exemplum est apud Theodor. in Philotheo c. 10. Theodosius Abbas, inquit militat Mosis orans, & virga petram percutiens, ex ea fontem aquæ perennis elicit, qui monasterium à se in loco arido edificatum irrigaret. Hic fons extracto postea in monasterio laucro exaruit, sed eo destructo rursus fluere cepit, quasi necessitati succurrens & cum ea cessante cessans.

Tropol. qui voluptates terræ ambiunt & gustant, priuantur celestibus: Deus enim spiritu orationis & contemplationis in deserto manentibus tribuit, carnis nimirum voluptates & sæculi ambitionem relinquuntibus, & ab illis qui corde in sæculum redeunt abscondit. Hi paulatim ex spiritualibus carnales fiunt, & huius manne suauitatem gustare desinunt: illi verò quotidie magis puri & spirituales euadunt: gustato enim spiritu desipit omnis caro. Et vice versa, cui sapit caro, huic desipit spiritus. Audi S. Bernard. epist. 3. ad Fulconem: *Quomodo ignis & aqua simul esse non possunt, sic spirituales & carnales delicia in eodem se non patiuntur. Vbi crapulam vultum inter pocula senserit Christus, vna sua dulciora super mel & statim menti propinare non dignatur. Vbi curiosa ciborum diuersitas, vbi diuitis supellectilis discolor varietas oculos pariter pascat & ventrem, celestis panis ieiunium deserit mentem. Idem serm. 6. de Ascens. Errat Cornelian Iosue.*

omnino, inquit, si quis celestem illam dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic veneno, charismata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris arbitretur. Audi & S. Hieron. Epist. 34. ad Iulianum: *Difficile, imò impossibile est, vt presentibus quis & futuris fruatur bonis; vt hic ventrem & ibi mentem expleat, vt de deliciis transeat ad delicias, vt in vitroque seculo primus sit, vt in celo & terra appareat gloriosus.*

Anagogicè Rupertus hic cap. 17. manna, ait, terrefre, id est Eucharistia deficiet, cum fruges solidas cæli nobis exhibebit Christus. Ibi enim ipse seipso, quasi pane vite nos pascet, & quasi vino diuino inebriabit; iuxta illud: *Inebriantur ab vberate domus tue, & torrente voluptatis tue potabis eos.* Plal. 35. 9.

Audi Rupert. *Fasimur mente legendo vel audiendo verbum Dei, pasimur & ore manducando de mensa Domini panem vite æternæ. & bibendo calicem salutis perpetuæ. At vbi venerimus ad illam terram viuentium, in illam beatam Sion, vbi in sua specie videbitur Deus deorum, neque verbo doctrina indigebimus, neque in istis speciebus panis & vini, sed in propria substantia videndo panem Angelorum manducabimus. Igitur postquam comederunt terra fruges defecit manna; quia videlicet postquam venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

Allegoricè manna defecit, id est bona legis veteris defecerunt, cum Iesvs eis substituit Eucharistiam, qui verè est panis Angelorū, & manna celorum. Ita Nyssen in vita Moſis.

CVM AVTEM ESSET IOSVE IN AGRO VRBIS IERICHO.] Hebr. *Cum esset in Iericho*, id est in ditione vel agro vrbis Iericho, nisi malis propositionem in pro apud per Enallagen Hebræis vitarat sumi. Simile est cap. 10. 10.

Siue ergo ex Galgalis Iosue castra mouerit in agrum Iericho, siue castris manentibus in Galgalis (Galgala enim à Iericho tantum decem stadiis, id est vix media leuca distabant) Iosue dux peruigil de Ierichunte primò obuia excidenda sollicitus, de quo excidij eius ratione & modo consilia animò versans, Deumque orans, in agrum Ierichuntis exierit, aut etiam locum oppugnandæ vrbi opportunū speculatum iuerit; ibidem hæc ei obiecta est visio, quæ illi ad rem peragendam animos adderet: Ita dum magna sanctaque animo machinamur, Deus se consiliis nostris insinuat, viresque & modos eâ exequendi demonstrat.

VIDIT VIRVM STANTEM CONTRA SE.] Hebr. *benegdo*, id est coram se, è regione, & ex aduerso sui. Erat hic Angelus specie *גביר*, id est, viri. Vnde nonnulli eum Gabrielem fuisse putant.

EVAGINATVM TENENTEM GLADIVM.] Instar præliantis, ideoque galea quoque, thorace & baltheo accinctus, vti opinatur Serarius. Soler Deus vel Angelus congruam personæ & rei de qua agitur, & ob quam apparet, formam, speciemque & habitum assumere. Strictus ergo fulminansque gladius in viri fortis manu, Dei potentiam & vindictam representat Iosue quasi militi duci que suo assistere, eique præsentem & paratam esse ad bellum, tam cruentum contra Ierichuntem conficiendum. Ita Rupert. Sic Christus apparuit Magdalenæ in horto vt hortulanus, duobus discipulis peregrinantibus vt peregrinus, Stephano stanti certantique stans. Act. 7. 55.

PERREXITQUE AD EVM.] Septuag. *Aggressus est eum*. Nota hic intrepidus Iosue animos, quibus Iosus solo armato occurrit, iisque verbis salutat, quæ

Anagog.

Allegor.

VERS. 13.

quæ



quæ planè aut duellum aut amicitiam dacerant.

ET AIT EI: NOSTER ES AN ADVERSARIORVM? Putant aliqui Iosue putasse virum hunc esse hominem, non Angelum, cuique dixisse: Ex nostrisne es an ex Chananæis? Unde Angelus subicit:

VERS. 14. NEQVAQVAM.] Non sum vester vel ex vestris castris egressus, neque ex adversariorum, sed sum Angelus Dei. Ita Abulen. Serarius & alij. Ex aduersio videtur Iosue ex tam augusta viri forma cognouisse, vel certè suspicatus esse eum esse Angelum tutelarem vel Hebræorū, vel Chananæorum, ideoque rogasse: *Noster es an adversariorum?* Ita Origen. hic hom. 4. qui ait Iosue dubitasse an bonus an malus esset hic Angelus. Sic & S. Gregor. Arias Montanus & alij. Fauet Chaldæi qui vertit: *Opiulatu nobis venisti, an hostibus nostris?*

Porro à Iosue Angelum quidem cognitum fuisse, & an ipse custos esset amicorum, an hostium, interrogare voluisse, Iobis Monachus apud Photium in sua Bibliotheca cum multis aliis, in hunc ferè modum scribit. Multa enim Iosue docebant neque aliquem esse hunc ex hostili acie, ac neque ex proprio exercitu, vt quod subito astisset, quod nemo aduersariorum auderet vel per medias hostium copias transire, vel in conspectum Imperatoris venire; quin & quod tanta vltus audacia; nihil omnino hostile fecisset; alioqui nec sapientissimi Imperatoris erat ignorare, qualis contribulium esset habitus atque apparatus, qualis item alienigenarum. Verum nouerat quidem Iosue visum illum, vnum intelligentium spirituum esse; sed hoc cognoscere auebat, vtrum quod apparuisset ex hostibus esset, an de illo exercitu qui protegebat Israël.

Tropol. Simili modo cum instinctibus & impulsibus animæ agendum, rogandumque: *Nostri estis an adversariorum?* vt si ab Angelo bono immitantur, admittantur; si à malo, repellantur.

Hinc & S. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 22. ait Iosue timuisse hinc illusionem diaboli; Ipse enim *Satanas transfiguratur se in Angelum lucis.* 2. Corinth. 11. *Hanc transfigurationem,* inquit, *Iosue timuit, quando videns Angelum, cuius esset partis inquisiuit dicens: Noster es an adversariorum? vt videlicet si aduersa virtutis esset, eo ipso quo se suspectum cognosceret, ab illusione restitueret.*

Idem habet B. Petrus Damiani lib. 2. epist. 7. quæ ordinè est 28.

Moral. S. Antonius apud S. Athanasium, ex hoc dicto factoque Iosue docebat, nos idem facere debere in quouis timore, tentatione, horrore, præsertim cum spectra vel phantasmata nos percellunt, vt audacter ea inuadamus, rogemusque qui sint, & vnde veniant? Hac enim audacia metum omnem & dolos diaboli discutimus. Audi S. Antonium: *Cum aliqua se vobis obtulerit visio, audacter requirite, quis sit ille, & vnde venerit, ac sine mora si sanctorū fuerit reuelatio, angelica consolatione timor vertetur in gaudium. Si vero diaboli fuerit tentatio, fidelis anima percuntationibus euanescent: quia maximum est securitatis indicium, interrogare quisnam est & vnde sit. Sic & Naue filius auxiliatorum suum interrogando cognouit: nec Daniele percuntantem latere potuit inimicus.*

VERS. 14. QUI RESPONDIT: NEQVAQVAM (sum aduersariorum) SED SVM PRINCEPS EXERCITVS DOMINI,] tam celestis (q. d. sum princeps omnium Angelorum) quam terrestris, putà fidelis po-

pali siue Israëlitarum; hoc est: Ego sum Michaël, qui præsum Ecclesiæ tam Angelicæ in cælis triumphanti, quam vestræ hic in Chananæa militanti. Ita Theod. Lyran. Abul. qui addit hunc Angelum fuisse eundem cum illo, qui castra Hebræorum in columna nubis quasi dux viæ præibat; & alij passim. Nam Michaël Daniel. 10. vocatur Princeps gentis Iudæorum, & conflagit cum Angelo Persarum, vt Iudæos fideles à captiuitate Babylonica liberet. Vide ibi dicta. Audi nostrum Franciscum Suarez tract. de Angelis lib. 6. cap. 19. num. 22. *Hinc nonnulli putant illum Angelum fuisse Michaëlem, qui princeps populi Israël dicitur Daniel. 10. Abul. verò qu. 71. credit fuisse Gabrielem, qui etiam curam habebat populi Iudæici, vt ex Daniele cap. 8. 9. & 10. constat: & fortasse Michaël habebat superiorem curam, & Gabriel propriam totius exercitus bellatorum. In quo sensu etiam probatur inde, dari Angelos custodes exercituum, præsertim fidelium, & qui causam Dei agunt. Quod etiam confirmari potest ex illo. Psalm. 33. Immitter Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Quo etiam testimonio ad hoc Patres communiter videntur. Hucusque Suarez.*

Michaël ergo fuit olim præses synagogæ Iudæorum, sicut nunc est præses Ecclesiæ Christianorū, ac vt talis ab ea inuocatur; vt eam contra dæmones, contra infideles, & quoslibet impios tueatur & propugnet, Sic quoslibet regna & Prouinciæ suam habent Angelum præsidem, æquè ac singuli exercitus fidelium, vt habuit Iudas Machabæus Angelum equitem in veste candida hastam auream vibrantem, qui castra præibat. 2. Machab. 11. 8. & Ezechias rex, cuius Angelus occidit vna nocte 185. millia Assyriorum. Hoc est quod cantat Psaltes Psalm. 33. 8. *Immitter Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Quare dux & milites in præliis assidue suum hunc Angelum inuocent, orantque cum Iuda Machabæo: *Dominator calorū mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum.* 2. Machab. 1. 15. 23. Ad hoc Deo militans Virtutes, Potestates, Principatus & Dominationes. Sic Angelus in columna nubis præiit castra Hebræorum in deserto per 40. annos, eisque plurimas victorias contra Amalec, Og, Schon, &c. dedit.

ET NVNC VENIO,] vt singulari mea præsentia, licet inuisibili vobis assistam, ac pro vobis muros Ierichuntis prosternam, itaque vos in urbem inducam, indeque ceteros Chananæos debellem, ac eorum ciuitates & arcēs vobis tradam.

ET ADORANS,] non latrā vt Deum, sed dulcia vt Angelum Præsidē. Adoratio enim siue vt Hebr. *חִשְׁתַּחֲוֶה* *hischtaue*, id est incuruari, & incuruatio in Script. non soli Deo datur, sed Angelis quoque & hominibus, quomodo Iapones, Sina, alijque Orientales se incuruantes, & fronte humum ferientes suos Reges adorant, id est venerantur. Et hoc significat Græcum *προσκύβω*.

Moral. notanda hic prompta & demissa animi Iosue religio, & deuotio erga Angelum.

SOLVE CALCEAMENTVM,] q. d. memineris te coram Deo, cuius vices ego gero, quemque vt legatus repræsentō, stare, usque quæ vides, & deinceps audies voluntatem consiliumque summi numinis tibi declarari, cui proinde reuerentiam exhibere par est depositione calceorum; locus enim hic

hic Dei per me apparentis præsentia sanctus sacer- que est. Idem iussit dixitque Angelus Moysi in tubo ardente apprensus, ac fortè idem fuit vtrobique. Vide dicta Exodi 3. 5. Porro plura hic Angelus dixit Iosue de modo expugnandi Ierichuntem, quæ audiemus cap. sequenti vers. 2.

Disce hic qua religione, & reuerentia, in templis yerlandum sit, vt non fabulis, sed orationi vaces, quamque Deus non tantum interiorem, sed & exteriorem cultum ceremoniamque requirat. Vnde pro locus in quo stas sanctus est, Hebr. est *sanctus est*, id est sanctissimus est, ob Dei præsentiam.

## CAPVT SEXTVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Iosue arca per septem dies circumducta, Ierichuntem ruentibus muris expugnat, statuitque anathema, & delet sanditas, solam Rahab cum suis seruat, ac eius reedificatori Dei maledictionem imprecatur.

1. Iericho autem clausa erat atque munita, timore filiorum Israël, & nullus egredi aut debet aut ingredi. 2. Dixitque Dominus ad Iosue: Ecce dedi in manu tua Iericho, & regem eius, omnesque fortes viros. 3. Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus. 4. Septimo autem die sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in iubileo, & præcedant arcam foederis: septiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. 5. Cumque insonnerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpauerit, clamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint. 6. Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos: Tollite arcam foederis: & septem alij sacerdotes tollant septem iubileorum buccinas, & incedant ante arcam Domini. 7. Ad populum quoque ait: Ite, & circuite ciuitatem, armati, præcedentes arcam Domini. 8. Cumque Iosue verba finisset, & septem sacerdotes septem buccinis clangent ante arcam foederis Domini, 9. omnisque præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. 10. Præceperat autem Iosue populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis: Clamate, & vociferamini. 11. Circiuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diem, & reuersa in castra, mansit ibi. 12. Igitur Iosue de nocte confurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini, 13. & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo vsus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos: vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat. 14. Circiueruntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. 15. Die autem septimo, diluculo confurgentes, circiuerunt urbem, sicut dispositum erat, septies. 16. Cumque septimo circuitu clangent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israël: Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. 17. fitque ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt, Domino. sola Rahab meretrix viuat, cum vniuersis qui cum ea in domo sunt: abscondit enim nuntios quos direximus. 18. Vos autem caute, ne de his, quæ præcepta sunt, quippiam contingatis, & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israël sub peccato sint atque turbentur. 19. Quidquid autem auri & argenti fuerit & vasorum, aeneorumque ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris eius. 20. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri illi corruerunt: & ascendit vnusquisque per locum, qui contra se erat: ceperuntque ciuitatem, 21. & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoque & oues & asinos in ope gladij percusserunt. 22. Diobus autem viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. 23. Ingressique iuuenes, eduxerunt Rahab, & parentes eius, fratres quoque, & cunctam supellectilem ac cognationem illius, & extra castra Israël manere fecerunt. 24. Urbem autem, & omnia quæ erant in ea, succederunt; absque auro & argento, & vasis aeneis, ac ferro, quæ in ararium Domini consecrarunt. 25. Rahab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israël vsque in præsentem diem: eo quod absconderit nuntios, quos miserat vt explorarent Iericho. In tem-

pore illo, imprecatus est Iosue, dicens: 26. Maledictus vir coram Domino, qui fuscitauerit & edificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo Dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni terra.

VERS. 1. IERICHO AUTEM ERAT CLAVSA ET MVNITA. Hebr. *סגורה ומגודה* *sogeter vniueret*, quod Masius, Varab. Pagnin. vertunt: *Iericho erat claudens se & clausa*, id est diligentissimè erat clausa, planè obferata & occlusa. Vnde Noster & Septuag. id explicantes vertunt: *Iericho erat clausa & munita*. Et clarè Chaldaeus: *Erat autem Iericho occlusa foribus ferreis, & munita vestibus aeneis ante filios Israël. Non erat qui exiret ex ea, neque qui intraret in eam. Non erat qui exiret ex ea ad pugnandum, neque qui intraret in eam ad pacificandum.*

Hic versus inseritur quasi per Parenthesin, vt melius intelligantur mira illa, quæ deinceps Angelus præcipit Duci Iosue ad vrbis tam munitæ expugnationem. Vnde Pagninus versus hunc collocat vltimum capituli præcedentis.

VERS. 2. DIXITQUE DOMINVS AD IOSVE: ECCE DEDI IN MANV TVA IERICHO. Dominus, id est Angelus legatus Dei, cuiusque personam representans. Vnde Hebr. vocatur IEHOVA, quod est nomen Deo proprium. Deus enim per Angelum loquitur, sicut Rex loquitur per legatum. Sic Angelus vice Dei promulgans eius legem in Sina vocatur IEHOVA, Exodi 19. 20. Pergit enim hic loqui Angelus, qui in fine capituli præcedentis Iosue iusserat, vt se exalcearet, & exalceatus audiret iussa Dei; hic ergo illa pandit & promittit, docetque modum quo Deus velit expugnari Ierichuntem, scilicet non fragore armorum, sed clangore tubarum.

VERS. 3. CIRCVITE VRBEM (ita remotè ab ea, vt sitis extra reliactum, ne quis ex illud in vos iaciat) CVCNCTI BELLATORES SEMEL PER DIEM: SICE FACIETIS SEX DIEBVS. Hebr. addunt: *Et sacerdotes tollant buccinas, quarum vsus est in Iubileo, & præcedant arcam foederis*; quæ Noster reiecit in versus sequentem. Vnde liquet primis quoque sex diebus sacerdotes claxisse buccinis, sed semel dumtaxat per dies singulos: septimo autem die septies.

VERS. 4. SEPTIMO AVTEM DIE SACERDOTES TOLLANT SEPTEM BVCCINAS, QVARVM VSVS EST IN IVBILEO. scilicet in anno quinquagesimo, qui totus erat festus & lætus. Erant hæ buccinæ ex cornu, non arctum, vt habet Chald. sed boum, vt ex S. Hieron. & aliis ostendi Leuit. 25. vers. 20.

SEPTIESQVE CIRCVIBITIS CIVITATEM ET SACERDOTES CLANGENT BVCCINIS, scilicet septies; cum ceteris sex diebus semel tantum circuirent, ideoque semel tantum clangerent, vt dixi vers. 1. itaque re ipsa factum esse patet ex ipsa præcepti huius executione, quæ narratur vers. 13. Ita Abulenf.

Sed cur iubet Deus Sacerdotes clangere buccinis Iubilei, iisque expugnari Ierichuntem? Resp. vt significaretur, tempus instare, quo terra sancta à Chananæis, tamquam iniquis & iniustus possessoribus, ad Deum quasi communem verumque Dominum & Principem vindicata, aliis iisque iustis & fidelibus traderetur colonis, puta Hebræis Abrahæ posteris, quibus à Deo erat addicta. In Iubileo enim prædia & possessiones veditæ, vel quouis modo alienatæ, ad primos redibant: heros & dominos, Leuit. 25. Iudæi autem in Patre suo Sem, filio

Noë possederant Palestinam, sed posteri eius ex illa à Chananæis fuere expulsi. Iure ergo hic quasi in Iubileo eorum posteros, scilicet Hebræos, quasi primos pristinosque heros in illam reduxit Deus, ideoque buccinis Iubilei eos clangere iussit.

Aliam causam dat Procopius: *Cur, inquit, tubis corneis ac Iubileis clausum canere iussit? Eo quod animalibus cornigeris cornua murorum vice sunt, adeoque nobis loco cornu Dominus esse debet, iuxta illud: Protector meus cornu salutis mee. Psal. 17. 3.*

Tertiam causam dat S. Ambros. in cap. 10. Lucae vers. 30. dicens: *Religionis insignia arma sunt sacerdotis, q. d. Sacerdotum arma sunt non galeæ capitis, sed buccinæ Iubilei, quia his suam religionem & sacerdotium testantur, quo profrauerent Ierichuntem.*

Porrò hæc cæremonia pompaque per septem dies circumeundi Ierichuntem & buccinis clangendi, speciem habebat obsidionis & oppugnationis, sed vmbralem, videlicet, vt Hebræorum fides exerceretur, & à timore excitaretur clangore tubarum, ac vt manifestissimè pateret non humana arte, sed Dei viuis voluntate, & potentia urbem superari. Ita Abulenf. Arias, Masius & alij.

Hoc est quod ait Apostolus Hebr. 11. 30. *Fide muri Iericho corruerunt circuitu septem dierum. Fide, quæ scilicet Iosue & Hebræi crediderunt Deo id ipsum promittente, ideoque ei obediunt urbem circueundo & clangendo.*

Hic autem fuit ordo totius pompæ: Hebræi bellatores armati præibant circumeuntes urbem, quasi se ostentantes vrbis ad eam inuadendam: illam mox sequebatur arca foederis cum sacerdotibus baiulis & Duce Iosue. Claudebat agmen vulgus imbelles. Arca ergo erat in medio, & anteriùs armatis, posterius cetero populo cingebatur, ne à Ierichuntinis erumpentibus intercipi posset. Vnde arca hic non præcessit, nec ab armatis distabat duobus millibus passuum, vt factum erat in transitu Iordanis, sed eos immediatè sequebatur. Primis sex diebus semel circuire urbem clangendo; septimo verò die septies, ac tunc vltimo circuitu, & clangore ac clamore horrifono totius populi corruerunt muri Ierichuntis, atque Hebræi eam cingentes suo quisque loco ingressi illam vastarunt & concremarunt, feceruntque anathema.

Huc pertinet præceptum Leonis Imper. datum ab eo suis ducibus & militibus in Tacticis cap. 20. num. 188. *Quando, inquit, in acie, sole contra lucente cum hostibus constitutus es, priusquam prælium committatur iube milites sursum arma, nudos gladios, ferrea scuta & illustria, & hastarum cuspides tollere: hæc enim si admòdum fulgeant, in aliquam perturbationem hostes commouent. Quando verò iam manus conferturus es, magno cum clamore vocis & armorum contra hostes contendant, itaque prælium cum hostibus incant.*

Moral. discant hic Duces & Præfides suos subditos semper labore aliquo occupare, ne marcescât otio. Vnde Leo Imperator ducibus suis ita præcipit in Tacticis cap. 20. num. 175. *Si exercitum tuum ad labores assuefacias, paratos & obediētes eos tibi semper habebis; & aciem seruantes, & corpore robustos. Otium enim languida & infirma facit corpora, timiditas effemina-*

28

tasq; mentes reddat: exercitatio autem & labores corpora strenua ac robusta, mentes viriles atque alacres facit. Ante tempus igitur omnia ad res agendas vitæ preparantur, vt necessarii temporibus omnia in promptu sint.

Anagog. Iericho, id est Luna, typus est mundi mutabilis & perpetuò sese mutantis, qui in die iudicij canente tuba Archangeli euerteretur, & igne conflagrationis comburetur. Ita Origen. hic hom. 7.

Tropol. sicut tunc clangentibus buccinis muri Ierichuntis corruerunt, ita nunc in lege noua, personante prædicatione Apostolorum & successorum, cadit mundi superbia cum suis turribus & vitis. Vnde S. Chrylost. hom. 21. in Epist. ad Ephes. Istaclitæ, ait, Ierichuntem euerteretur, choreas agentium (& cantantium) more potius, quam bellatorum. Audi Origen. in aduentu Iesv (Iosue) inquit, muri Iericho subuersi sunt, in aduentu Domini mei Iesv mundus vincitur: si tubam prædicationis eius audis & sequeris, tibi destructus est mundus. Subditque Iesv: destruxisse mundi muros, id est firmamenta, scilicet idolorum cultum, diuinationem dæmonum, commenta augurum, auspicium & magorum, ac oratorum eloquentiam, & Philosophorum sapientiam, rationes & argumenta. Claxit autem Christus tubis quatuor Euangeliorum, ac Epistolarum S. Petri, Pauli, Iacobi, Ioannis & Iudæ.

Audi S. August. serm. 106. de Temp. *Sicut tunc canentibus tubis muri illi ceciderunt, ita & nunc oportet vt ciuitas mundi, id est superbia cum suis turribus, auaritia scilicet, inuidia atque luxuria, simul cum populis, id est omnibus concupiscentiis malis, assidue sacerdotum prædicatione destruat atque disperat. Non ergo oportet vt sacerdotes in Ecclesia taceant, sed audiant Dominum dicentem, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Isaia 58. Et post nonnulla: Tubæ itaque peccatoribus necessaria est, quæ non solum aures eorum penetret, sed & cor concutiat, nec deleat cantu, sed castiget auditu, & strenuus quosque horretur in bonis, & remissos terrat pro delictis. Nam sicut in prælio tuba formidolosi militis mentem deiecit, & animum fortis accendit, ita & sacerdotalis tuba mentem peccatoris humiliat, animos viri sancti corroborat, nec parcat voci, vt parcat siluiti, & vno eodemq; sono isti adhortationem dat, quem admòdum sit fortior ad vincendum, illi terrorem incurit, quem admòdum sit tardior ad peccandum. Causam inferius subiicit: Nam sacerdotales illius temporis tubas quid aliud præfigurasse credimus, quam huius temporis sacerdotum prædicationes, per quas non cessant peccatoribus terribili sono austerum iudicium nuntiare, tristem gehemè interitum prædicare, & quodam comminationis strepitu aures delinquentium verberare? Sicut enim tunc tubarum clangor destructis camentorum muris ad populi interiora peruenit, ita nunc prædicationis sacerdotum destructis præuis cogitationibus ad animæ nuda pertransit: Et sicut sacra vocis sonus contumacem populum destruxit & captiuauit, ita & nunc sacerdotalis prædicationis sonus peccatorem subiungat.*

Sed cur septenario circuitu & clangore ruit Iericho? Resp. quia septenarius in Script. sacer est ob festum septimæ diei siue sabbatum, atque significat vniuersitatem, quia sex diebus Deus creauit mundum, & septimo quieuit. Hinc septem hic fuerunt buccinæ, septem sacerdotes, septem clangores, septem dies circuitus & clangoris. Vide dicta Leuit. 23. 24. & Numer. 10. vers. 3. Audi S. August. loco citato: *Septenario numero nunc per sacerdotes Dei non tam vna ciuitas destruitur, quam totius mundi iniquitas dissipatur. Nam sicut in singulari vrbis nuncupatione vni-*

Cornel. in Iosue.

uersi mundi habitus figuratur; ita septem dierum circulo totius mundi spatia distinguuntur, per quæ sacerdotatum prædicationum tubæ ipsi sæculo excidium annuntiant, & iudicium comminantur, sicut scriptum est: Quoniam mundus peribit, & omnia quæ in mundo sunt. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum, sicut & Christus in æternum manet. Mysticam septenarij circuitus significationem & causam assignabo, vers. 15.

Denique S. Chrylost. homil. 5. de penitentia, & Procopius hic notant septem dierum circuitum præcepisse Deum, vt Ierichuntinis percelleret, & ad penitentiam peccatorum induceret. Hoc enim spatium penitendi ex sua clementia iis dedisse, vt excidium euaderent, sicut tres dies dedit Niniuitis prædicante Iona cap. 4. qui & per eam excidium euaserunt.

VERS. 5. CVMQVE INSONVERIT VOX TVBÆ LONGIOR ATQVE CONCISIOR. Hebr. *Cum trahent in cornu Iubilei*. Masius: *Cum cornu Iubilei inflabunt sono productiore*, ideoque concisior, est vt rectè addit Noster, tum quia trahere vocem est vocem concidere & frangere. Sic enim dum terram trahis, eam ferrando incidis: tum quia dici halitus hominis tubam inflare nequit, quin inflationem hanc retrahat, infringat & incidat, vt respiret, & halitum spiritumque ad inflandum resumât.

ARMATI PRÆCEDENTES ARCAM DOMINI. S. Chrylost. in Psal. 43. quart. Si muri erant castri, cur armis induuntur? Ac responder, vt facilius Hebræi crederent urbem à se expugnandam: armantur ergo quasi reuera bellaturi. Planius dicas, velle Deum vt nos sibi in miraculis cooperemur, ac faciamus id quod est ex parte nostra; tunc enim faciet Deus id quod suum est. Deus enim ab otiosis abest, negotiosis adest, & tonans inuocat conantem. q. d. Armate vos, o Hebræi, & cum armis circuite urbem; tunc ego vobis adero, ac muros profernam, vt armati urbem ingredientem, armis vestris ciues omnes mactetis, & ciuitatem euerteret.

Porrò Iosue hic accuratè seruat præcepta militaria, quæ assignat Vegetius lib. 3. de re militari cap. vlt. dicens: *Exercitus labore proficit, otio confescescit. Numquam ad certamen publicum producas militem, nisi eum cum videris sperare victoriam. Subita conterrent hostem, ystrata vilescunt. Nulla consilia meliora, quam illa quæ ignorauerit aduersarius, antequam facias. Quid facturus, tracta cum paucissimis & fidelissimis, vel potius ipse tecum.*

VERS. 8. BVCCINIS CLANGERENT. Harum ergo clangore, sine balistis, sine arietibus, corruere muri Iericho.

Dilce hic Tropologicè quàm infirma, exilis & vana sit Iericho, id est, mundi gloria, vt pote quæ solis tubarum flatibus ruit & euanescit. Audi S. Gregor. 20. Moral. 24. *Præsentis vite gloria quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur. Audi & S. Chrylost. hom. 1. in Epist. 1. ad Corinth. Non videtis pueros, quando ludentes struxerint aciem, & ordinariunt milites; & eos præcedunt lictores, & præcones, & puer incedit in medio, loco Imperatoris, quàm sint ea quæ sunt puerilia: tales sunt res humane, iisque viliores & abiectiores, vt quæ sint hodie, cras non sint.*

RELIQVVM VVLGVS ARCAM SEQVEBATVR. Hebr. est *שדנד* *messaph*, propriè idem est quod congregans siue colligens, scilicet præuentem turbam, hoc est claudens agmen, vt vertit Masius, Vatabl. Pagnin. & alij. Septuag. *extremum agmen*, scilicet senum, famulorum, profelytorum, puerorum, feminarum,

C 3

narum, reliquique imbellis vulgi, quod arcam sequebatur. Prima enim acie praebant bellatores, in media erant sacerdotes cum arca & buccinis, in vltima erat reliquum hoc vulgus. Porro Chald. vertit: *Et tribus suppis Dan ibat post arcam.* Quin & Masius vertens, *claudentes agmen*, per hos intelligit Danitas, Aseritas, & Nephthianos: hæ enim tres tribus solebant claudere agmen castrorum in deserto. Verum in deserto arca erat in medio castrorum & duodecim tribuum, nam sex tribus anteedebant arcam, scilicet Iuda, Issachar, Zabulon, Ruben, Simeon & Gad: sex verò sequebantur arcam, scilicet Ephraim, Manasse, Benjamin, Dan, Aser & Nephthali, vt patet Numer. 10. vers. 13. 21. & sequi. Hic verò omnium tribuum bellatores armati praebant arcam, vt patet hoc versu; vulgus verò imbellis sequebatur arcam. Quare minus rectè Caiet. censet tribum Ruben, Gad & dimidiam Manasse præcessisse arcam, reliquas verò nouem tribus post arcam incesisse.

AC BUCCINIS OMNIA CONCREPABANT. ] Hinc collige non solum sacerdotes, sed & reliquum populum, buccinas suas inflasse: sed hæ diuersæ erant à buccinis sacerdotum, quæ erant iubilantes, populi verò erant vulgares & populares. Voluit enim Deus populum non esse otiosum, sed Deo & sacerdotibus in clangendo consentire & cooperari, vt horrifono omnium clangore Ierichuntini percellerentur. Negat id Masius, Lyranus & alij, sed clarè id significat Noster, & Septuag. hic; & clariùs vers. 13. vbi dicitur: *Vulgus autem reliquum sequebatur, & buccinis personabat*, quæ verba ita manifesta sunt, vt sine violentia ad sacerdotes torqueri nequeant. Quod ergo vers. sequenti Iosue populo imperat silentium, fuit hoc vocis & clamoris, non buccinarum & clangoris. Ait enim:

VERS. 10. NON CLAMABITIS, NEC AUDIETVR VOX VESTRA, NEC VLLVS SERMO EX ORE VESTRO EGREDIETVR. ] Ecce hic nulla clangoris & buccinarum fit mentio, aut vetatio. Causam dat Procopius & Chrysof. hom. 5. de Penitentia. Iussit, inquit, vulgus in cauda consequi, vt doceret neminem Dei aciem deserere debere, verum pro virili aduersis copiis resistere, siue in eadem stent acie, siue decertantes sequantur.

DONEC VENIAT DIES (septimus) IN QVO DICAM VOBIS, CLAMATE ET VOCIFERAMINI. ] Hebr. & Septuag. *Clamate, & tunc clamabitis.* Masius: *Vlulate, & vllulabitis*, quod Noster significantius eodem sensu vertit, *Clamate & vociferamini*, quasi communi omnium voce vos inuicem cohortantes ad prælium, ac quasi communibus animis armisque Ierichuntem inuasuri. Hebr. est *ויריח תארי*, quod Noster & alij in Psalmis vertunt *iubilare*. Vnde Vatabl. hic vertit: *Vociferamini, tum iubilum edite*, hoc est triumphum canite, quasi certi de victoria & vrbs expugnatione. Et Origen. hic hom. 7. vertit: *Iubilare: Beatus populus, inquit, qui sit iubilationem. Quare vociferatio populi concursus & vnanimis iubilatio quedam fuit, & victorie acclamatio per modum hymni aut gratiarum actionis, vt meritò dici beatus hic populus valeat, quippe qui scit iubilare.* Et inferius: Si iubilationis consensum de teipso exigas, id est si cogitationum & sensuum tuorum populus concordem semper & consonam præferat vocem, vt in verbis & factis verax sis & constans, ac spiritus carni dominetur, iubilationis emitte vocem, quia tibi victus est mundus. Hæc Origen. fufius, sed ego

A breuitatis studio plura eius verba in pauca cõtraxi. CIRCVMVIT ERGO ARCA. ] Hebr. *ויריח* VERS. 11. in Hiphil, hoc est *circumduxit*. Sed Hiphil sæpè pro Cal sumitur: vnde omnes hic vertunt *circumuit*.

IGITVR IOSVE DE NOCTE CONSVRGENTE. ] VERS. 12. Hebr. *בבוקר* habboke, id est in aurora, mane, siue in crepusculo matutino cum die sceret, quado finitur nox, & incipit lux cum die.

DIE AVTEM SEPTIMO. ] Tradunt Hebræi ex Thalmud Babylónico tract. de sabbato cap. 1. Septimum hunc diem fuisse sabbatum, eoque muros Iericho corruisse (ad religionem cultumque sabbathi populo persuadendum) septima vrbs circuituone septimoque clangore. Ita vt primus dies circuitus fuerit Dominicus. Sic & Lyran. Serarius & alij. Hinc Marcion blasphemabat Deum veteris Testamenti fuisse sibi contrarium, vt potè qui sabbati quietem Iudæis præcepisset, & tamen hic illos in sabbato vrbs circumire iuberet. Sed respondet Tertul. lib. 2. contra Marcionem c. 21. Deum in sabbato prohibuisse opera humana dumtaxat, non diuina, seu quæ Dei iussu fiunt, quale hic erat circumire vrbs: Deus enim erat Dominus sabbati, nec tantum in eo dispensare, sed & illud abolere poterat, vt priùs illud instituerat. Iudæis ergo fixit legem sabbati Deus, non sibi ipsi, quia ipse semper etiam sabbato operatur in celo & in terra omnia, quæcumque generantur & fiunt.

Porro. Iosephus scribit primum diem circuitus Ierichuntis fuisse diem Pascharis, siue 15. Nisan, *Seder Olam r'abba*, id est Chron. Hebr. magnù. & Serarius censent fuisse primum diem post octauam Paschæ, qui erat 22. Nisan. Verum nihil hic certò statui potest, cum Scrip. nil de eo tradat.

Mysticè Ambrosiaster (nam S. Ambrosium non esse auctorem, patet ex eo quòd meminit Longobardorum Italiam inuadentium, quæ inuasio diu post mortem S. Ambrosij contigit) in c. 1. Apocal. hos septem Ierichuntis circuitus, ad septem Ecclesiæ & iustorum sæcula refert: *Iericho namque, inquit, omne corpus reproborum, quod est ciuitas diaboli, significat: per filios verò Israel electi significantur: per sacerdotes predicatoris: per tubas doctrina predicationis: per populum verò qui eos sequebatur omnes iusti designantur, qui eorum doctrinam sequebantur, & actus imitabantur: per arcam autem quam serabant, Christus intelligitur, qui in sanctis cordibus eorum habitans portabatur.*

Et paulò inferius: *Prima igitur circuitio ad eos iustos, qui ante diluuium fuerunt, pertinet, qui & filij Dei dicti sunt: Ciuitatem igitur Iericho tandem circueunt, quam diu à societate reproborum se sequestrauerunt.*

*Secunda diei circuitus ad eos, qui post diluuium vsque ad Moysen fuerunt, pertinet: Qui & ipsi ciuitatem Iericho circumierunt, quia ab iniquitatibus reproborum se separauerunt.*

*Tertius verò circuitus ad eos, qui sub lege fuerunt pertinet, qui quanta sollicitudine à societate iniquorum se secerare deberent, ipsa lex manifestat. Propheta verò, ad quos quartus circuitus pertinet, in tantum peccata principum hominumque impiorum spreuerunt atque reprehenderunt, vt pro hoc quidam eorum lapidati, quidam interfecisti, quidam verò in occisione gladij mortui sunt. Apostoli verò & hi qui ex Iudæis crediderunt, ad quos quintus circuitus pertinet, quanto studio se ab infidelium Iudæorum consilio atque operibus segregauerint, Lucas in Actibus Apostolorum narrat. Gentes verò, ad quas sextus circuitus pertinet, quæ toto ardore se à societate impiorum disunxerint, martyres requisiti dicant. Septimus verò circuitus ad eos, qui temporibus*

ribus Antichristi futuri sum, pertinet. sed & illi quomodo Antichristi ministrorumque eius resutabunt perfidiam, hic liber manifestat. Septimo ergo die circumeuntibus sacerdotibus cum arca Iericho, atque vociferantibus, muri Iericho ceciderunt, omnisque populus cum rege suo interfecit, quia predicantibus in fine mundi predicatoribus veritatis, finemque mundi annuntiantibus subitò finis mundi adueniet, omnisque ciuitas diaboli destruetur, atque cum ipso capite suo diabolo perpetua morte damnabitur.

VERS. 16. DIXIT IOSVE AD OMNEM ISRAEL: VOCIFERAMINI. ] Vox Iosue non poterat audiri à toto populo, vt potè qui constabat tribus hominum millionibus. Dixit ergo id iis qui sibi vicini erant, & hi idem dixerunt proximis, & hi sequentibus, & ita deinceps vsque ad vltimos. Aut certè dixit, id est per præcones edixit, vt solet fieri in castris. Aut denique dixit, duodecim principibus duodecim tribuum, quisque ex eis idem dixit singulis capitibus familiarum in sua tribu, & hi vicissim singulis patribus, & hi omnibus suis filiis & famulis.

VERS. 17. SITQUE CIVITAS HÆC ANATHEMA. ] Hebr. *צרהם* chereim, id est res Deo soli deuota, & in eius honorem (vt de sceleratis qui eum læserunt, iusta sumatur vindicta, itaque per eam diuina iustitia hoc piaculum litetur, quo honos Deo ablatas quasi restitatur) morti & excidio, vel reali, vel ciuili addicta. Tam enim chereim & anathemata sunt quæ Deo in perpetuum dicantur, & ad profanos vsus redire nequeant, vt hic erant aurum, argentum, æs, ferrum, &c. quàm quæ Deo in holocaustum adolerent, aut per ferrum ignemque abolerent. Vide dicta Leuit. 27. v. 28. & Num. 21. v. 2. & 3.

Cur Iericho combussit? Quòd verò præter legem Deuter. 20. 16: qua solum iubetur ne vlli Chanaanæorum parcent, sed omnes occidant, hic insuper iubetur ipsa vrbs Iericho concremari, quod in alijs Chanaanæorum vrbsibus deinceps à Iosue expugnatis factum non legitur, cause fuerunt tres. Prima, quòd Deus Ierichuntem primam hostilem vrbs sibi quasi primitias Chanaanæ depocerat: primitiæ autem integra Deo persolui debebant. Ita Ioseph. Theodor. qu. 6. & Hebræi. Secunda, quòd solius Dei vi hic pariter esset victoria & Iericho expugnata, cum in ceteris vrbsibus subigendis Hebræi acriter decertarint, & eas insultu militari superarint. Tertia, quòd Deus voluerit exemplum seueræ vindictæ ceteris Chanaanæ vrbsibus in prima Ierichunte statuere, eisque terrorem incutere, & simul ad penitentiam sceleratissima vitæ prouocare.

Porro hæc Iosue gessisse Dei instinctu, vel Angeli monitu, licet Scrip. non exprimat, par est credere ex dictis cap. 1. & cap. 5. in fine, & cap. 6. vers. 2. Sic Romani vrbses hostiles diris & anathemati, certa verborum formula deuocuebant. Linius lib. 8. narrat Decium consulem in bello contra Latinos se vnà cum hostibus anathemati deuouisse, hæc prece: *Iane, Iuppiter, Mars, Iupiter, Quirine, Bellona, Lares, vos precor vti populo Romano vni victoriamque prosperetis, hostesque populi Romani terrore, morteque afficiatis; sicut verbis nuncupauit, ita pro Republica, populoque Romano, legiones auxiliæque hostium mecum diis manibus tellurique deuouo.*

VERS. 18. VOS AVTEM CAVEVE NE DE HIS QVÆ PRÆCEPTA SVNT QUIPPIAM CONTINGATIS, ET SITIS PRÆVARICATIONIS REI. ] Hebr. *Tantum seruate vos ad anathemate, ne forte anathematizetis* (anathematis culpam & penam vobis imponatis)

& capiatis de anathemate (clariùs vertit Masius: *Ne forte anathematizetis*, id est capiatis de anathemate: ad enim & est *אנתמות*, id est explicatiuum, idemque valet quòd id est, & ponatis castra Israël in anathema, vt propter anathema per sacrilegium Deo sublatum, castra ipsa fiant anathema, id est excidio à Deo per iustam vindictam addicantur, quod Noster vertit: *Et omnia castra Israël sub peccato sunt atque turbentur*, ne scilicet vnus qui aliquid ex Iericho suffurabitur, peccati & anathematis sui contagio & communionem, omnia castra inuoluat & contamine peccato, æquè ac pœna peccati furti que sui. Castra enim cenfebantur esse vnum corpus politicum, siue vnus populus; quare quæ vnus ex eis peccasset, Deus oculo iudicio in omnes vindicare, omnesque anathemati, id est excidio subicere decreuerat. Sensus est q. d. caute ne ex Ierichunte anathemati addicta quicquam suffuremini, ne sitis causa anathematis & perditionis non tantum vestra, sed & totorum castrorum Israël. Similis phrasis est cap. sequi. vers. 1. & 11. Matth. 26. 8. Ioannis 12. 4. Deuter. 21. 8. Hac quoque de causa toties in Scrip. ingeminatur: *Auferre malum de medio vestri, de quo plura cap. sequenti.*

Porro pro *אנתמות* *tacharimus*, id est *anathematizetis*, Septuag. vertunt *επισημαίνετε*, id est in animum inducentes, *cogitantes*, quasi pro *λογίζεσθε* legentes affine *λογίζεσθε* putà pro *tacharimus*, legerint *ταχιδι* *tachimodu*, id est desideretis, concupiscatis, ait Masius, aut certè vt Serarius, Sept. nouè acceperunt *ταχιδι* *επισημαίνετε* pro *επισημαίνετε*, id est in ira ponentes, scilicet iræ & vindictæ Dei subicentes, eamque in vos accerentes: *ταχιδι* enim non tantum animum, sed & iram significat.

VERS. 19. QUIDQVID AVTEM AVRI ET ARGENTI VE- RIT, ET VASORVM ÆNEORVM AC FERRI DOMINIO CONSECRATVR. ] Hebr. *Sanctitas est ipsi Domino*, id est quasi res sancta & sacra Deo consecratur. Vnde vt talis sit *repositum in thesauro eius*, Chald. *In thesauro domus sacrarij Domini inferatur*, putà in Tabernaculum quod erat quasi templum mobile Hebræorum, ad eius vsum & ornatum. Iericho enim facta erat *chereim*, id est anathema: tota ergo Deo soli cedere debebat, scilicet vrbs per incendium, aurum verò, argentum & æs (sub quibus stannum, chalybem, plumbum ceteraque metalla, quorum rarior erat vsum in Tabernaculo, intellige) per oblationem in Tabernaculo: nil verò ex ea in priuatos vel profanos vsus conuerti poterat.

D Tropol. Procopius: *Viros Dei, inquit, non diuitiarum, non gloriæ, non potentia, non sapientia, secularis cupidus esse decet. Est autem aurum diuitiarum figura seu imago: argentum gloriæ repræsentat, æs sapientia loquacitatem, ferrum robur & potentiam. Deus simul cum Achan propinquos ipsius perdidit, quòd facinoris ipsius conscij fuissent. Ipse quidem pœnas datus, populus autem ad pietatem redditur instructor, cautione sacrilegij tanquam rei pestifera eis subeunte.*

VERS. 20. IGITVR OMNI POPULO VOCIFERANTE ET CLANGENTIBVS TUBIS. ] Hebr. est: *Et clamauit populus, & clamauerunt tubis.* Priùs sacerdotes clangerunt tubis, deinde populus hoc clangore excitatus clamorem suum clangori iunxit. Vnde Vatabl. vertit: *Conclamauit igitur populus, postquam clangerunt cornibus.* Sic & Masius. Ac clarè Septuag. in edit. Roman. *Et clangerunt tubis Sacerdotes: vt verò audiuit populus tubas, iubilauit vnusquisque populus iubilare.*



iubilatione magna. Hebr. enim *הריעו* *taru*, quod A Nofter vertit, *Clamauerunt, vociferati sunt*, Septuag. vertunt *ἠλάλαζον*, id est iubilauit: *ἀλάλαζον*, enim est iubilo, vociferor, clamo, vlulo. Vide dicta vers. 10. vbi aduerte *ἀλάλαζον*, duo significare: Primò, clamorè edere militarem ad congregandum, qualem edunt milites ante pugnam instructa acie conflicturi, vt animos iramque in hostes excauant. Vnde Masius vertit: *Uulate*. Secundò, iubilare, siue exultare & canere triumphum parta iam victoria; quanquam Varro asserat iubilare propriè significare querelam, siue queritacionem rusticorum aliorum opem implorantium. Vtrumque huic loco congruit. Nam Hebræi clamabant ante pugnam, quasi inuasuri Ierichuntem; & simul iubilabant, quasi ex Dei promissione certi de victoria & eius excidio. Porrò Leo Imper. in Tacticis cap. 20. num. 204. de clamore militum ita sancit; *Vt robur exercitui inferas, præcipe vt si hostes cum clamore contra tuos veniant, tui statim cum silentio & taciturnitate præcedant: in illi silentes ac taciti ambulauerint, tum clamore ac stridore armorum tui illos imitant.*

MURI CORRERVNT.] Hebr. *Ceciderunt mania subter se*. Chald. *Labeatur murus vrbs, & absorptus est subter se*. Audi Caiet. Dicendo sub ea, manifestat quòd vel in fossam circumcirca, vel maiori miraculo sub terram casurus erat murus, vt Israëlita non impedirentur à ruinis muri, sed liberum haberent ingressum circumcirca in ciuitatem. Septuag. *Cecidit murus circumquaque*, impellentibus scilicet ad hoc signum sonumque murum Angelis, vel Deo concursum suum muro stanti ad standum subrahente. Sicut enim sole subrahente radios suos, lux euanescit, sic Deo subrahente concursum suum res corrui & euanescit. Porrò potest Deus subrahente concursum suum rei ad consistendum erecta, itaque facere vt res erecta non consistat, sed corruat, & non subrahente ad existendum, sed rem in sua existentia conseruare. Ita fecit hic: Subrahèdo enim concursum erectioni muri, fecit eum labi & ruerè, conseruando verò eundem existentia muri, fecit vt lapides, muri ruentis in suo esse permanerent, & non abirent in nihilum, yti que in nihilum abituri, si Deus ab existentia eorum concursum suum subduxisset. Præter hunc Dei concursum necessarius fuit alius, quo Deus concurrat cum muri casu, vt scilicet is ex alto in terram caderet & fueret.

Omnis enim res sicut in sui creatione, sic & in sui conseruatione intimè pendet à Deo; conseruatio enim est quasi continua creatio. Sic Christi vox deiecit armatam cohortem in monte Oliueti, & Paulum in campo Damasii: vox Domini confregit cedros Libani, vox Petri deiecit Ananiam & Saphitam, & Britannos hereticos iussu S. Germani decantatum Alleluya, vt Beda testatur lib. 1. histor. cap. 20. Et Albigenes illud ex Hymno, *Hostem repellas longius*, vti narrat historia Simonis Montisfortij.

Quin & Robertus Franciæ Rex psallens cum sacerdotibus, vrbs Auellonis quam obsidebat muros deiecit, suisque in eam aditum patefecit, vti narrat Lipsius in exem. polit. c. 2.

VERS. 21. ET INTERFERERVNT OMNIA QUÆ IN EA ERANT.] Hebr. *החרימו* *hacherimu*, id est anathematizarunt, perdidērunt, exciderunt. Iericho enim erat *cherem*, id est anathema & excidio addicta.

Mythicè Lytan. *Iericho*, ait, significat ciuitatem cul-

pe, quam fecit amor sui vsque ad contemptum Dei. Hac ciuitas triplici muro clauditur, muro scilicet carnalis concupiscentia, temporalis affluentia, & mundialis excellentia. Et paulò post: *Triplex hic murus subvertitur sonitu sanctæ prædicationis, clamore deuote orationis, circuitu propria discussionis; qui circuitus debet fieri septem vicibus, id est perfecte, quia perfectio numero septenario designatur. Qui enim conuertitur de culpa ad gratiam, debet diligenter & perfecte discutere propriam conscientiam. Quidquid autem in hac ciuitate reperitur saluti contrarium, debet iterum. Quod autem ibi inuenitur auri philosophica sapientia, argenti eloquentia, vasorum aneorum, id est naturalis industria, que valet ad multa, sicut & vasa ferri, id est corporalis & temporalis potentia, debet Domino consecrari, id est de cetero bonis actibus applicari. Rahab cum suis propter opus pietatis saluatur, quia secundum dictum Saluatoris. Math. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

PRODVGITE EAM (Rahab) ET OMNIA QUÆ ILLIVS SVNT.] Hebr. *הוציאו* *hosiu*, id est educite illam, scilicet extra domum suam. Hæc enim tota vrbe conflagrante pariter conflagrauit. Tota enim Ierichò erat anathemata & incendio addicta. Aliqui tamen ex vers. 25. censent domum Rahab ab incendio communi seruata, ac Rahab educitam extra castra, de quo vers. sequenti. Notet hic dux belli fidem hosti datam à suis seruare, sicut Iosue seruauit fidem datam Rahab ab exploratoribus. Vnde S. Ambros. in cap. 10. Lucae vers. 30. *Iste (Iosue) ait, sollicitus magis fidem seruare quam vincere, meretricis prius mandat salutem quam excidium ciuitatis.*

Porrò perperam Masius, Rahab hanc censet esse dueram à Rahab, quæ ponitur in genealogia Christi. Matth. 1. eodè inclinab ibidem Theoph. Nam S. Hieron. & alij passim docēt esse eandem.

INGRESSI QUÆ IUVENES.] Hebr. *iuuenes exploratores*. Vnde patet eos fuisse non senes, sed iuuenes, vt pote ad tale facinus aptissimos. Perperam ergo Rablini censent exploratores hos fuisse Caleb & Phinees, qui (autem ipsi) licet ætate essent senes, robore tamen & vigore erant iuuenes.

EXTRA CASTRA ISRAEL.] quia illa sancta erant per circumcisionem, per publicum Dei veri cultum, per arcam fœderis, per Iosue, sacerdotes, &c. Rahab verò erat à gente infideli & impia, ac necdum publicè Iudaismo nomen dederat: cognati quoque eius & affines erant adhuc infideles & idololatræ, sed paulò post à Iosue & Hebræis ad fidem cultumque vnus Dei, & ad Iudaismum fuerit conuersi, ideoque inter castra Israëlitis admitti. Ita Abulen. Masius; Salius, & alij.

ET DOMVM PATRIS EIVS.] Per domum, non materialem, sed familiam intellige, putà fratres, cognatos & affines Rahab. Vnde R. Simeon: Rahab, ait, sua fidè tantam apud Deum consecuta est gratiam, vt etiam si ducentos homines cognatos sibi coniunctos habuisset, atque illi cum ducentis alienis prosapiis affinitatem contraxissent, omnes illius gratia saluati fuissent.

Porrò nuptis postea Rahab Salmon Principi tribus Iuda, si non vt primaria, certè vt secundaria vxor, erat enim polygamia tunc licita. Tornicellus & Salmeron putant Rahab nupsisse Salmon anno ætatis suæ 14. Hebræi quinquagesimo; verisimiliter Salius censet Rahab fuisse 25, vel 20. annorum (fuerat enim meretrix) Salmonem verò ferè 40 annorum extitisse.

FECIT

FECIT IOSVE VIVERE, id est sanam & incolumem cum omnibus suis præstitit, in vita conseruatum, hoc enim significat Hebr. *החייה* *hecheie*. Minus rectè ergo Hebræi exponunt, alimenta ad vitam necessaria ei suppeditauit, licet & hoc fecisse Iosue non sit dubium.

VERS. 26. IMPRECATUS EST IOSVE, DICENS: MALEDICTVS VIR, &c. QUI ÆDIFICAVIT IERICHON.] Dira hæc imprecatio Iosue facta est Dei instinctu, vt par est credere, idque eo fine, vt æternum in ruderibus Ierichuntis extaret monumentum diuinæ potentia, & vindictæ in impiis eius ciues, ac benignitatis, veritatis & fidelitatis in pios Israëlitas, quod omnibus sæculis terrorem incuteret, omnesque ad Dei timorem & cultum prouocaret. Ita Masius, Arias & ceteri.

IN PRIMOGENITO SVO.] Masius. *In primogenitum suum iaciat ipse fundamentum, & in minimum suum collocat illius valuas*, quasi lapides iaciendo in fundamentum Ierichuntis, eosdem iaceret in suos, iisque eos lapidaret & occideret. Senfus est q. d. ait Masius, quisquis vnquam per futura sæcula ausus fuerit inflauare Ierichuntem à Deo statutam ana-

thema, hic cum prima vrbs fundamenta iecerit, maximum natu ex filiis suis amittat, deinde inter ædificandum ceteros omnes ex ordine, postremo autem minimum omnium, cum iam opere absoluto ad ianuarum locatione deuenerit. Ita Rupert. hic cap. 16. qui & culpæ congruam hanc fuisse penam ostendit, dicens: *Vt ambiendo conditoris nomen, totum cum effectu perderet genitoris honorem*. q. d. iustum est vt conditor veritæ vrbs desinat esse genitor sobolis. Ita has diras reipsa incurrit inobediens Hiel, qui Ierichuntem reaedificans filios amisit, vt patet 3. Reg. 16. 34. vbi dicitur: *In diebus eius edificauit Hiel de Bethel, Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.*

Tropol. destruit Iericho, qui abrenuntiat Satanæ & mundi pompis: reedificat verò qui vertitur ad vitia: hic amittit primogenitum in fundatione, & nouissimum in portarum positione, quia & fundamenta fidei, à quibus bona virtutum ædificia inchoantur, & claustra bonæ actionis perdit. Ita Beda, & ex eo Angelomus, & Eucherius in 3. Reg. 16. 34.

## C A P V T S E P T I M V M.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Achan furatur ex spoliis Ierichuntis, ideo caduntur Hebræi ab Haiensibus; mox vers. 7. orante Iosue Deus furtum Achan sortitione detegit, ideoque ipse furtum confessus vers. 20. cum suis igne consumitur.

1. Filij autem Israël præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratusque est Dominus contra filios Israël. 2. Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Bethauen, ad Orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascendite, & explore Terram. Qui præcepta complentes explorauerunt Hai. 3. Et reuerfi dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos? 4. Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes, 5. percussi sunt à viris vrbs Hai, & corruerunt ex eis triginta sex homines: persecuti que sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est. 6. Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini vsque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Israël: miseruntque puluerem super capita sua. 7. & dixit Iosue: Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cepimus, mansissemus trans Iordanem. 8. Mi Domine Deus quid dicam, videns Israël hostibus suis terga vertentem? 9. Audient Chananaei, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? 10. Dixitque Dominus ad Iosue: Surge, cur iaces pronus in terra? 11. Peccauit Israël, & præuaricatus est pactum meum: tuleruntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua. 12. Nec poterit Israël stare ante hostes suos, eosque fugiet: quia pollutus est anathemate. non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. 13. Surge, sanctifica populum, & dic eis: Sanctificamini in crastinum: hæc enim dicit Dominus Deus Israël: Anathema in medio tui est Israël: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. 14. Accedatisque mane singuli per tribus vestras, & quamcumque tribum fors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros. 15. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israël. 16. Surgens itaque Iosue mane, applicuit Israël

COGNATIONES SVAS, ET COGNATIO PER DOMOS, DOMVS QVE PER VIR OS.] Primò ergo iacta fuit fors per r. tribus, ac inuenta est rea tribus Iuda. Secundò, iacta fuit per omnes cognationes descendentes à Iuda, & inuenta est rea cognatio Zare. Tertio, iacta fuit per omnes domos & familias progenitas à Zare, & inuenta fuit domus siue familia Zabdi. Quarto, iacta fuit fors inter omnes qui erant è familia Zabdi, & deprehensus est Achan reus anathematis; siue furti & sacrilegij, vt patet vers. 16. & sequent.

QVEM SORS INVENERIT,] id est qui forte data vel iacta fuerit deprehensus. Hebr. est quem ceperit Dominus; quod primò Hebræi explicant de Arca fœderis: Talmudici enim affirmant omnes Israelitas iuxta Arcam transire iustos, & reliquos impune ac liberè abeuntibus, solù criminis reum veluti iniecta manu ab Arca ita retentum, vt ne pedem quidem ulterius movere poterit. Ac si ante sanctitatem illius arcæ clarissime radiantem, occultari non posset illius furti ac sacrilegij turpitudò: Et quod de Deo cecinit David: *Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Psal. 5. num 6. hoc ipsum de arca dici possit, quæ nemini apud se maligno patrocinetur.

Secundò, R. Salomon censet Achan fuisse deprehensum per Rationale Pontificis, in quo erant duodecim gemmæ, inscriptæ duodecim nominibus duodecim tribuum Israel; putat enim omnes tribus transisse iuxta Rationale, & cum transisset tribus Iuda, gemmâ smaragdî (vt dixi Exodi 28. vers. 17.) in qua scriptum erat nomen Iudæ, offuscata fuisse, suaque fuscædine & nigredine tribum Iuda ream esse denotasse, sed deinceps quæ cognatio, & quæ domus, quæ persona in tribu Iuda ream foret, per fortes fuisse exploratum. Verùm tunc dici solet Deum consultum per Ephod, vel per *Urim & Thummim* respondisse, quod hic non dicitur.

Tertio, verè Achan deprehensus fuit per sortem, quæ hoc vel simili modo peracta est, vt chartulis singulis singula nomina eorum qui erant in domo Zabdi inscriberentur, illaque in vnam imponeretur, vt cuius chartulâ primò educeretur, ille haberetur reus, ac deinde Iosue educens chartulam primam, inuenit in ea nomen Achan, qui proinde reus est habitus. Probatur id primò, quia Noster disertè ait eum sorte fuisse deprehensum. Secundò, idem asserit Iosephus, R. Leui Ben. Gerson, & Interpretes.

Tertio, quia capi à Domino, est capi à sorte imperata & directâ à Domino, vt patet 1. Reg. 10. 20. vbi Saul sorte electus est in Regem. ibidem cap. 14. 42. sorte deprehensus est Ionathas violasse iuramentum Patris de ieiunio: atque vtroque loco Hebr. est idem verbum quod hic, scilicet *נִלְכַד*, id est *captus est*, Ionathas & Saul. Sane vtrobique Hebræa expendent; & cum hoc loco conferenti, liquet idem vtrobique dici. Ergo cum ibi capi à Domino sit capi à sorte, vt veritè Noster, Septuag. & alij, idem hic quoque de sorte accipiendum est. Nam *fortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* Prouerb. 16. vlt. Denique eo tempore communis vsus erat sortium, & per illas rem conficere erat facillimû & expeditissimum. Hinc Ionas cap. 1. captus est sorte, S. Matthias in Apostolum electus est per sortem. Act. 1.

Nota ex Diu. Thoma 2. 2. quæst. 95. art. 8.

triplicem esse sortem. Prima, est diuisoria, qua res aliqua, v. g. hæreditas inter hæredes sorte diuiditur: Sic milites inter se diuiserunt vestes *CHARISTI* per sortem. Ioannis 19. 24. Secunda fors est consultoria, cum per illam in dubijs quid faciendum sit deciditur, v. g. vtri subuenias, si vterque æquè indigeat, & vterque tibi æquè sit proximus, nec vtrique subuenire valeas. Tertia fors est diuinatoria, qua quaeritur veritas rei arcanae vel futuræ. Duæ primæ sortes licitæ sunt; vt docet Sanctus Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. 28. & Epist. 180. ad Honoratum, Tertia fors, scilicet diuinatoria, illicita est & superstitiosa, nisi Deo palam iubente, vel interius instigante mitatur, vti hic factum, tuncque non tantum est licita, sed & certa ac diuina: Deus enim iubens vel instigans ad sortem, hoc ipso promittit se sortem directuram, vt in eum verè cadat qui quaeritur. Vide dicta Ionæ 1. & Actor. 1. in sorte Ionæ & Marthæ, & Prouerb. 16.

SVRGENS ITAQVE IOSVE MANE APPLICVIT ISRAEL PER TRIBVS SVAS.] *Appliquit*, id est ad-mouit sorti, siue sortes eis dedit, id que coram Domino, id est coram arca fœderis, quia Dei iussu fiebat hæc sortitio, & quia à Deo expectabatur promissa sortis directio in eum, qui sacrilegij occulti commissi verè erat reus.

ET AIT IOSVE AD ACHAN: FILI MI DA GLORIAM DOMINO DEO ISRAEL.] q. d. Da veritatis siue veracitatis honorem primæ & æternæ veritati, id est iudicio diuino sorte hac ostenso, confitendo scilicet rectum verumque esse hoc Dei de te iudicium, tæque verè esse fontem, nocentem, & reum sacrilegij, vt tam nobis notique Israeli, quam tibi tuæque salutis æternæ per penitentiam & confessionem consulas & prosis: confitere ergo veritatem; quæ Deum minime latet, ac mihi Dei vices gerenti, tæque iudicè interroganti & constringenti indica quid feceris: Sic enim, si veritatem verumque tuum sacrilegium, quod latet, confitendo manifestaris; Deum glorificabis: Ostendes enim Deum verè te per sortem reum designasse, ac ab eo facillè veniam culpæ & pœnæ æternæ impetrabis. Ostendes pariter Deum verè esse iustum & sanctum, æquè ac fidelem in promissis, quæ omnia cedent in magnam Dei gloriam, faciëntque vt omnes eum metuant & reuerentur. Confessio ergo rei glorificat Deum quem offendit. Audi S. Bernard. epist. 113. ad Virginem Sophiam: *Ama, inquit, confessionem, si affectas decorem. Confessione iungitur decor, iungitur pulchritudo. Confessione & decorem induisti.* Psal. 103. 2. Reuerà vbi confessio, ibi pulchritudo, ibi decor. *Si peccata sunt, in confessione lauantur: si bona opera, confessione commendantur. Bonum animæ ornamentum, confessio, quæ & peccatorem purgat, & iustum reddit purgatorem. Absque confessione iustus indicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Confessio igitur, peccatoris est vita, iusti gloria.* Audi & S. August. in Psal. 94 *Quare maxime pertinet ad laudem Dei, quando confiteris peccata tua? Quia tanto plus laudatur medicus, quanto plus desperatur egrotus. Confitere itaque peccata tua: tanto enim maior est laus ignorantis, quanto maior exaggeratio: est peccata confitentis.*

VERE EGO PECCAUI DOMINO, in Domino, eius mandatum de cauendo anathemate violando, ET SIC, ET SIC PECCI.] enarrando ea quæ

ex Iericho suffuratus erat vt sequitur. Videtur ergo Achan penituisse, ac per penitentiam & satisfactionem lapidationis, euasisse pœnam æternam, & ad salutem peruenisse: incendio enim corporali & temporali redemit æternam animæ incendium in gehenna, instar Ananiæ & Sapphiræ. Actor. 5. Noluit enim se occultare, & incendium hoc effugere, sed ad illud animosè se obtulit. Quare licet eum damnatum asserat Cassianus, & Concil. Aquisgran. sub Pipino; saluatum tamen eum censent Rabbini, Caiet. Masius, Serarius, Magalians & Abulens. quæst. 55. quem audi: *Non videtur, inquit, quod iste fuerit æternaliter damnatus, quia pro peccato suo condignam pœnam hic tulit, non ergo videbatur quod post mortem puniendus foret, potissimè quia videtur de peccato suo doluisse Achan, & illud confessus est humiliter dicens: Vere ego peccaui Domino Deo Israel.* Dubitat tamen S. August. cuius verba citabo vers. 25.

Achan saluus.

Via penitentia.

Moral. disce hic quanta sit vis penitentia, de qua Tertul. lib. de Pœnit. cap. 9. *Tantum, ait, releuat confessio delictum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactiois consilium est, dissimulatio contumacia. Satisfactio confessione disponitur, confessione penitentia nascitur, penitentia Deus iustificatur. Itaque exomologesis profertur, & humilificandi hominis disciplina est conuersationem iniungens misericordiam illicem.*

S. Ambros. in Psal. 37. *Plurimum, ait, suffragatur reo verecunda confessio: & pœnam quam euitare non possumus, pudore subleuamus.*

S. August. in Psal. 66. *Vt nobis peccatorum vulnera nunquam doesse possunt, sic & confessionis medicamenta desse non debent. Non enim idèd vult Deus vt confiteamur peccata nostra, quod ea ipse scire non possit: sed quia diabolus hoc desiderat, vt inueniat quod nobis ante tribunal iudicij æterni obiciat. Idèd vult vt magis defendere, quam accusare peccata nostra velimus. Contrario autem Deus noster, quia misericors est, vult, vt ea confiteamur in hoc seculo, ne pro illis confundamur in futuro. Si enim nos confitemur, ille parit: si nos agnosimus, ille ignoscit.*

S. Chrysol. serm. de Pœnit. & Confess. *In externis, ait, iudicij post confessionem confusio & pœna: in diuino virtus, iustitia, merces & absolutio; idcirco Pfaltes suspirans istud ipsum, ne quis verius pœnam post confessionem noget peccata, Confitemini, ait, Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Et Propheta, Dic tu prior iniquitates tuas vt iustificeris.*

Psal. 117.

Origen. homil. 2. in Psal. 37. *Sicut hi, inquit, qui habent intus inclusam escam indigestam, aut capsam humoris vel phlegmatis stomacho grauiter & molestè immixtam, si vomuerint releuantur: ita etiam hi qui peccauerunt, si quidem occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus videntur, & propemodò suffocantur à phlegmate vel humore peccati; si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum & confitetur, simul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam. Sic Serapion confessione expiauit non tantùm furtum suum, sed & furandî cupiditatem, vti narrat Cassian. coll. 2. cap. 11.*

VERS. 11.

VIDI ENIM INTER SPOLIA PALLIUM COCCINEVM.] Hebr. *Pallium Semaar*, id est Babylonum. Babylon enim erat in terra Sennar. Genes. 10. 2. Ita Chald. Masius, Caietan. Vatabl. & alij. Noster & nonnulli Hebræi coccineum vel purpureum vertunt. Nam Persarum, finitimarumque gentium luxum eo se ostentare solere vel ex eo constat, quod captis ab Alexando Magno Sufis, illic inuenta fuerint 10. millia pondo, siue talenta purpurei.

Cornel. in Iosue.

puræ Hermionicae, teste Plutarcho in Alexandro: Iosephus vocat chlamydem regiam, totam auro contextam. Vestis enim Regum erat purpura.

REGLVAMQVE AVREAM QVINQVAGINTA SICLORVM.] Hebr. *Linguam auream 50. siclorum*, hoc est laminam auream, in linguæ formam fusam vel extensam, quæ ponderabat & valebat ducentos aureos. Siclus enim aureus appendebat quatuor drachmas Atticas, hoc est quatuor aureos, siue dimidiam vnciam auri; sicut siclus argenteus appendebat quatuor drachmas argenti, siue quatuor Julios Romanos, vel quatuor regales Hispanicos. Quare siclus aureus valebat duodecim siclos argenteos, vt colligitur 1. Paralipom. 21. 25. collato cum 2. Reg. vlt. 24. Nam aurum argenti esse duodecuplum, siue vnam vnciam auri valere 12. vncias argenti docet Plato in Hipparcho. Ergo tota sacrilegij Achan materia quadringentorum aureorum non excedebat pretium, & tamen tantam Deo offensionem & iram, tantamque publicis rebus calamitatem attulit.

Porrò quòd noster Vilalpando in Apparatu, parte 2. lib. 2. disp. 4. cap. 23. opinatur, & multis contendit regaliam siue laminam hanc fuisse gladium idoli cuiusdam, v. g. Martis; idèdque Deum tam acriter puniuisse Achan eum suffurantem, coniectura est leuibus & incertis subnixâ indiciis.

Moral. disce hic quàm cupida, auidaque & effrænâ sit auaritia, adeoque quàm Iosue facilius fuerit sistere Solem & Lunam, quàm cohibere auaritiam. Audi S. Ambros. lib. 2. Offic. cap. 26. *Iesus Naue, inquit, qui potuit solem sistere, ne procederet, auaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet. Ad vocem eius sol stetit, auaritia non stetit. Sole itaque stante conficit Iesus triumphum; auaritia procedente penè amittit victoriam.*

CONTRA MEDIUM TABERNACVLI MEI.] Hebr. *In medio tabernaculi mei.*

PROIECERVNTQVE ANTE DOMINVM,] id est ante arcam & tabernaculum, quod erat quasi domus & solium Dei inter Hebræos habitantis. Ibi ergo proiecerunt hæc sacrilegia, vt Domino redderentur, quæ Achan sacrilegè abstulerat, sibi que vendicarat.

AD VALLEM ACHOR,] quæ scilicet paulò post dicta est *Achor*, id est turbationis, eò quòd Achan turbator Israël ibi è vita exturbatus sit, vt patet vers. vlt.

QVIA TVRBASTI NOS, EXTURBET (Hebr. *exturbabit*) TE DOMINVS] è castris Israël, æquè ac è vita, hoc est te reum plectat, lapidet & comburat. Loquitur Iosue vt Iudex sententiam in Achan reum & confessum pronuntians, non vt exitium imprecans. Vnde videtur limitare eam ad mortem præsentis vitæ, vt vitet æternam in gehenna.

LAPIDAVITQVE EVM OMNIS ISRAEL.] Quæres, quomodo Hebræi lapidarunt sacrilegum Achan, cum eum Deus vers. 15. iusserit igne comburi velut anathema? S. August. hic quæst. 9. per ignem intelligit lapidationem, quòd per illam velut ignem expiaretur omnis sacrilegij culpa. *Duc, ait, cause mihi occurrunt, propter quarum alteram Iosue non combussit hunc Achan. Aut enim verè penituit, & ita dignus non erat igne gehennæ, idcirco nec igne voluit eum Iosue comburere; aut non penituit verè, & ita fuit æterno igne torquendus. Idèd illam pœnam ignis refer-*

D

referuauit Iosue Domino, & ipse aliam panam, scilicet lapidationem inflisit.

Verum facilius & planior responsio est, Achan & lapidatum fuisse & combustum. Dum enim rogus ille iussu Dei struitur, incenditur, conscenditur, populus sceleri & scelesto indignans, ac placandi numinis avidus, ut Achan quasi catharma & communem Israelis perniciem à se propelleret à lapidibus manus continere non potuit, quin eum ut sacrilegum & anathemati addictum lapidaret, lapidatum deinde igni tradiderunt (licet post Serarius cenferat Achan prius viuum combustum, deinde cineres eius lapidibus obrutos fuisse.) Unde sequitur.

ET CUNCTA QVÆ ILLIVS ERANT IGNE CONSUMPTA SVNT. Cuncta, scilicet boues, oves, asini, tabernaculum, supellex, quin & filij & filia; hos omnes enim nominauit vers. 24. Unde patet cum Achan filios quosque & filias; Adlo & vxorem (licet id neget Abulen.) hæc enim cum marito cõsuet esse vna caro, vnaque persona (sic enim factum est vxoribus Core, Dathan, & Abiron, Numer. 16. 27.) fuisse combustos. Achan enim erat Israelis anathema, quod totum cum omnibus suis perimendum erat. Ita Abulen. hic quæst. 68. licet, ipse eos non igne, sed lapidibus obrutos putet.

Dices: quo iure peccante patre cum eo plectuntur filij & filia? Nam Deus Ezech. 18. sanxit: *Filius non portabit iniquitatem patris.* Resp. verisimile est filios & filias Achan grandiores furto paternam cõsensisse & cooperatos esse, abscondendo res ab eo furto sublatas ex cupiditate & auaritia. Ita Procopius. Si qui eius filij & filia paruuli fuerunt & infantes, adeoque à furto immunes & innocentes, hi tamen iuste quoque à Deo cum patre nocente occidi iussi sunt, quia Deus est absolutus vitæ necisque omnium, etiam innocentum Dominus, atque ob culpam saltem originalem, mortis reatu & debito quomodocumque & quomodocumque (id est quocumque mortis genere) Deus volens, soluendo, omnes etiam infantes illi obstringuntur, sicigitur hic quoque Deus filios Achan paterni criminis non confcios pari cum patre pena damnauit, ut eo grauior esset patris pena, quod ipse ob suam culpam videbat infantes quoque suos secum plecti; ac ut tali supplicio, taliq; anathemate omnia castra metu Dei percellerentur, ne quis deinceps tale quid attentate auderet. Vide Deuter. 13. 15. vbi iubetur vrbs tota periri, statimq; anathema, ex qua egressi sunt idololatæ decentes & docentes: *Seruiamus diis alienis.* Sic Num. 31. 17. iubet Deus omnes Madianitas masculos, etiam paruulos interfici, eò quod ipsi Hebræos impulerint ad cultum Beelphegor. Sic 2. Reg. 21. Nepotes Saulis ob eius scelus viui fuerunt crucifixi.

Porro notat Abulen. quæst. 31. Deum nusquam iubere filios occidi ob culpam parentum post eorum necem, sed ipsi adhuc viuentibus, ut scilicet parentes viuentes filiorum cadem sentiant & doleant, itaque in filiis puniantur. *Solum*, inquit Abulen. *puniuntur peccata patrum in filios, eis viuentibus, post mortem autem patrum quicquid accidat filiis, iam non est pro peccatis patrum, sed pro suis; quia pater non possit puniri in filiis post mortem, cum penam illorum non agnoscat, cum nesciat an nobiles, an ignobiles sint, ut dicitur Iob. 14. de mortuorum nobiles fuerint filij eius, sine ignobiles non intelliget.*

Moraliter: Disce hæc quam graue & terribile

sit peccatum, quamque Dei oculos offendant, utpote quod morte etiam innocentum expiandum fuit, ac morte ignis: verisimile est enim eos omnes non prius strangulatos, sed viuos fuisse combustos.

Audi S. August. hic quæst. 8. alia hic Dei iudicia expendentem, & tres huius supplicij causas assignantem. Prima est: *Nihil enim aliquid, quantum attinet ad vniuersi mundi administrationem, contingit mortalibus, cum moriantur quandoque morituri: & tamen apud eos qui talia metuunt disciplina sancitur: ut non se solum quisque curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis, & vnius hominis, alia pro aliis sint membra sollicita.* Et nonnullis interiectis secundam causam assignat: *Simul etiam ostenditur, quanta conexio sit in populi societate ipsa vniuersitas, ut non in seipsis singuli, sed etiam tanquam partes in toto existimentur: Per vnius iudicium peccatum, mortemq; paucorum admonitum est populus vniuersus, tanquam in corpore vniuerso querere quod amissum est.* Tertiam denique subiicit: *Simul etiam significatum est quantum mali fieret, si vniuersa illa congregatio peccasset, quando ne vnus quidem ita potuit iudicari, ut ab eo possent ceteri esse securi.* Subdit deinde August. id Iosue vel alteri homini iudici non licere, sed soli Deo. *Qui potens est etiam post mortem, quod homo non potest, liberare vel perdere; sed tamen Deum post mortem neminem perdere ob patris, sed solum ob propriam eius culpam.*

Moral. disce hæc, quam acriter Deus vindictam soleat sacrilegia. Sic Heliodorus templi pecuniam auferre satagens ab Angelis flagellatus, vix precibus Oniæ Pontificis mortem euasit. 2. Mach. 3. 26. Certe horrenda Antiochi Epiphanis sacrilegi mortem. 2. Machab. 9. vers. 5. & seq.

Leo Constantini Copronymi filius, religiosus quidem Imperator & pius ab initio; verum vbi coronam Ecclesie à Mauritio donatam gestasset, carbunculi morbo percussus, ardenti febre tandem extinctus est, teste Zonara tom. 3. & Glyca 4. p. Annal.

Petrus Arragonum Rex Tarraconensem Ecclesiam inuadens, à S. Thecla eius protectrice sibi apparente alapa percussus sensim extabit, ac moriens facti pœnitens iussit Tarraconensem Episcopum in pristinas possessiones restitui. Ita habet vita S. Theclæ, & Hieron. Surit. lib. 10. Annal. cap. 39.

Princeps Capuanus director bonorum Ecclesie cenobij montis Cassini, anno Domini 1078. cæcitate percussus fuit, vti narrat Leo Ostien. lib. 3. histor. montis Cassini c. 45.

Iulianus auunculus Iuliani Imper. Apostatæ, cum suis Quæstoribus Felice & Elpidio inauditis morbis lethalibus ictus, ob directum magnum Antiochiæ templum miserimè interit, vti narrat Niceph. lib. 10. cap. 29.

Magis horrendum est quod ex B. Petro Damiani narrat Baron. tom. 11. ad annum Christi 1055. Comitem quandam Germaniæ ob occupata & distracta bona Ecclesiastica, ad inferos cum heredibus damnatum, ibi crepitantibus flammis exurit.

Porro eiusdem anathematis & sacrilegij rei sunt Religiosi, qui contra vorum paupertatis bona monasterio communia furripiunt, & sibi appropriant: Religio enim proprium habere non licet, talesque ut anathemata exterminandi sunt. Sic S. Petrus Ananiam & Sapphiram, quod contra

tra votum partem pretij ex agro vendito sibi retinissent, morte puniuit. Act. 5. Narrat S. Hieron. Epist. 22. ad Eustoch. Monachum quandam morientem reliquisse centum solidos, quos texendo lino acquiserat, quos Macarius, Pambo & Isidorus, ceterique seniores decreuerunt infodiendos esse cum eodem dicentes: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Unde tantus, inquit, cunctos per totam Egyptum terror inuasit, ut vnus solidum dimississet sit criminis. S. Gregor. lib. 4. dial. cap. 55. narrat se, cum Abbas esset, copiosum monachum, qui tres aureos occultauerat, morientem à nequie visitari, sed ab omnibus vitari iussisse, ac mortuum in sterquilino sepeliri, eique ab omnibus acclamari: *Pecunia tua sit tecum in perditionem.* Auctor sermonum ad fratres in Eremito apud S. August. tomo 10. serm. 5. iussit Ianuarium monachum, cum centum & vndecim siclis, quos in cella absconderat, sepeliri; omnesque stendo ei intonare: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Plura vide apud nostrum Iacobum Aluarez tract. de paupertate lib. 5. p. 105.

CONGREGAVERUNT SUPER EVM ACER. VERS. 26. VVM MAGNUM LAPIDVM.] Alia est hæc lapidatio ab illa, de qua vers. 25. illa enim facta est viuo Achan, hæc mortuo; ut scilicet per eam aceruus lapidum erigeretur, in perpetuum lapidationis prioris & vindictæ sacrilegij monumentum.

## C A P V T O C T A V V M. S Y N O P S I S C A P I T I S.

Iosue metum fugamq; simulans, Haienses ex vrbe Hai ad se insequendum elicit, quibus egressis, à tergo latentes in insidiis, in urbem ciuibus vacuam immittit. Quare in Haienses egressos conuersus, eos trucidat, urbemq; concremat, ac spolia inter suos diuidit. Secundo vers. 30. sedus populi cum Deo instaurat, ac benedictiones legis obseruatoribus promissas, & maledictiones eius transgressoribus comminatas in montibus Garizim & Hebal proclamari iubet, iuxta iussa Moyses, Deuter. 27.

1. Dixit autem Dominus ad Iosue: Ne timeas, neque formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & confurgens ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manu tua Regem eius, & populum, urbemque & terram. 2. Faciesque vrbi Hai, & Regi eius, sicut fecisti Iericho, & Regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam. 3. Surrexitque Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, ut ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortium misit nocte, & præcepitque eis, dicens: Ponite insidias post ciuitatem: nec longius recedatis: & eritis omnes parati. 4. ego autem, & reliqua multitudo quæ mecum est, accedemus ex aduerso contra urbem. Cumque exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus. 5. donec persequentes ab vrbe longius protrahantur: putabunt enim nos fugere sicut prius. 6. Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, confurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem: tradetque eam Dominus Deus vester in manus vestras. 7. Cumque ceperitis, succendite eam, & sic omnia facietis, ut iussi. 8. Dimittiteque eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntque inter Bethel & Hai, ad Occidentalem plagam vrbis Hai: Iosue autem nocte illa in medio mansit populi, 9. surgensque dilucidò recensuit focios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum. 10. Cumque venissent & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad Septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. 11. Quinque autem millia viros elegerat, & posuerat in insidiis inter Bethel & Hai, ex Occidentali parte eiusdem ciuitatis. 12. omnis verò reliquis exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita ut nouissimi illius multitudinis Occidentalem plagam vrbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. 13. Quod cum vidisset Rex Hai, festinauit manè, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra desertum, ignorans quod post tergum laterent insidiæ. 14. Iosue verò & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam. 15. At illi vociferantes pariter & se mutuo cohortantes, persecuti sunt eos. Cumque recessissent à ciuitate, 16. & ne vnus quidem in vrbe Hai & Bethel remansisset qui non persequeretur Israel (sicut eruperant aperta oppida relinquentes,) 17. dixit Dominus ad Iosue: Leua clypeum, qui in manu tua est, contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam. 18. Cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ, quæ latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & succenderunt eam. 19. Viri autem ciuitatis, qui persequerantur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad caelum vique conscendere, non potuerunt vltra huc illucque diffugere: præfertim cum hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra

persequentes fortissimè restitissent. 21. Vidensque Iosue & omnis Israël quòd capta esset ciuitas, & fumus vr̄bis ascenderet, reuersus percussit viros Hai: 22. Si- quidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex vr̄be contra suos, medios hostium ferire cœperunt. Cùm ergo ex vtraque parte aduersarij cœderentur, ita vt nullus de tantâ multitudine saluaretur. 23. Regem quoque vr̄bis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Iosue. 24. Igitur omnibus interfectis, qui Israël ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus reuersi filij Israël percusserunt ciuitatem. 25. Erant autem qui in eodem die conciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vr̄bis Hai. 26. Iosue verò non contraxit manum, quam in sublime porregerat, tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai. 27. Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israël, sicut præceperat Dominus Iosue. 28. Qui succendit vr̄bem, & fecit eam tumulum sempiternum: 29. Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam & solis occasum. Præcepitque Iosue, & deposuerunt cadaver eius de cruce: proieceruntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eum magno acerio lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem. 30. Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israël in monte Hebal: 31. sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israël, & scriptum est in volumine legis Moyfi: Altare verò de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta Domino, immolauitque pacificas victimas. 32. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moyfi, quod ille digesserat coram filiis Israël. 33. Omnis autem populus, & maioris natu, ducesque ac iudices stabant ex vtraque parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Israël. 34. Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erant in legis volumine. 35. Nihil ex his quæ Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israël, mulieribus ac paruulis & aduenis, qui inter eos morabantur.

VERS. 1. **T**OLLE TRĒVM OMNEM MVLTVTDINEM PV-  
GNATORVM.] vt totis viribus aduertiatur Hai,  
& inde reliquas Chananae vr̄bes, vtque Hebrais  
priorè suorum clade conseruatis animos, addas;  
ne putent se ob paucitatem fuisse cæsos, ac denique  
vt omnes prædæ & spoliatorum Haiensium partici-  
pes efficias.

VERS. 2. **F**ACIESQUE VR̄BI HAI ET REGI EIVS, SICVT  
FECISTI IERICO ET REGI ILLIVS.] vt omnes do-  
mos vr̄bis comburas, & ciues omnes occidas vnâ  
cum Rege, vt fecisti in Iericho.

VERS. 3. **E**T ELECTA TRIGINTA MILLIA VIRORVM  
FORTIVM MISIT NOCTE.]

VERS. 4. **P**RÆCEPITQUE EIS DICENS: PO-  
NITE INSIDIAS POST CIVITATEM.]  
Dices, vt 12. dicitur Iosue posuisse in insidiis  
quinque millia virorum dumtaxat, quomodo ergo  
hic insidiis dantur triginta millia? Resp. cum Abu-  
lensi insidiis hæcè vniuersim fuisse triginta mil-  
lium, vt hic dicitur, sed ex iis deputata fuisse quin-  
que millia dumtaxat, quæ Haiensibus vr̄bem egres-  
sis ad Hebræos persequendum, vr̄bem à tergo in-  
gredierentur, eamque succenderent: reliqua verò  
25. millia ad hoc destinata fuisse; vt se cum Iosue  
contra Haienses aperto iam Marte pugnante late-  
raliter coniungerent, & vt insidiis quinque millium  
vr̄bem inuasuris, si illæ detegerentur, aut inuade-  
rentur, essent auxilio: vnde ijs præcepit dicens:  
NEC LONGVS RECEDATIS, ET ERITIS OMNES  
PARATI.] ad insidiis quinque millium, si inuadan-  
tur, defendendum, vel si id non fiat, ad mecum  
contra Haienses pugnandum. Denique vt Haien-  
ses vndique cingatis, & fugientes excipiat & oc-

cidatis, ne quis effugiat.  
CVMQVE EXIERINT CONTRA NOS, SICVT  
ANTE FECIMVS (reuera fugiendo) FUGIEMVS ET  
TERGA VERTEMVS.] fugam simulando.

VERS. 6. **D**ONEC PERSEQUENTES AB VR̄BE LONGVS  
PROTRAHANTVR.] Fuga ergo hæc materialis erat  
dumtaxat, non formalis, vt fuerat prior ob stra-  
gem ab Haiensibus editam. Fugiemus ergo, hoc est  
vt sequitur terga vertemus, & retrorsum curremus,  
quasi territi, & cædi metuentes vt prius. Quare  
erat hic simulatio fugæ potius, quam fuga. Estque  
hoc stratagema familiare militibus in præliis. Si-  
mulant enim fugam vt hostem ex vr̄be extrahant,  
ac extractum cingant & cædant.

Quærit hic S. August. An hæc simulatio sit licita?  
Videtur enim esse mendacium, quod semper est  
turpe & illicitum: sicut enim mendacium fit ver-  
bis, sic & factis, ac tum dicitur simulatio, quæ non  
est aliud quam mendacium in actionibus vitæ; sci-  
licet cum quis per has intendit aliud significare,  
quam interius in animo sentit, vt faciunt hypocri-  
tæ, qui simulant sanctitatem, vt alios decipiant, eo-  
rumque gratiam sibi concilient. Resp. esse licitam,  
quia vt rectè notat Caietan. mendacium non tam  
facile committitur factis, quam verbis: Verba  
enim propriè instruta sunt ad significandum men-  
tis conceptus, non facta; vnde verba determina-  
tam & præcisam habent significationem, quæ si  
mentis conceptui aduersetur, est mendacium; fa-  
cta autem lata & indeterminata, imò dubiam  
& ambiguum sæpè habent significationem: Quare  
etiam si videantur. mentis conceptui aduersari, re-  
uera tamen non aduersantur, ac proinde nec con-  
tinent

tinent mendacium. v.g. Si Iosue hic verbis dixisset  
Haiensibus: Nos metu vestri fugimus, quia time-  
mus à vobis cædi; mentitus fuisset. Iam autem hoc  
non dixit verbis, sed factis hoc visus est dicere, sed  
reuera nõ dixit. Fugit enim, hoc est retrocessit, non  
vt significaret se metuere Haienses, ideoque fuge-  
re, sed vt eos ex vr̄be eliceret ad se insequendum,  
ac insequetes cingeret & mactaret. Hoc enim verè  
intendebat, non aliud, & hoc verè significabat hæc  
materialis eius fuga, id est retrocessio: non ergo  
mentiebatur, quia quod factum significabat, hoc cor-  
de intendebat. Sciebat tamen Haienses aliter suam  
hanc fugam interpretaturos, scilicet se fugere me-  
tu cædis, itaq; se decipiendos; sed hanc eorum de-  
ceptionem ipse facto suo non significauit, nec for-  
maliter intendit, sed tantum fieri permisit ob suum  
commodum, vt scilicet eos ex se deceptos ipse ca-  
peret & occideret. Idem quotidie fit in præliis: vnde  
communis militum hominumque est sensus in  
huiusmodi stratagematibus bellicis nil esse vicio-  
sum, nullumque mendacium, sed ingeniosam in-  
dustriam ad hostes superandum, parandamque vi-  
ctoriam. Quare talis fuga communi militum æsti-  
matione non censetur esse fuga, sed simulatio fugæ,  
atque simulationem facto ipso præ se ferre &  
significare, non autem veram fugam. Nullum ergo  
in fuga hac est mendacium, quia ipsa ex com-  
muni hominum vsu & æstimatione non fugam, sed  
simulationem fugæ dumtaxat indicat & significat.  
Simularam enim fugam aliter significare nequeunt  
militum, quàm simulatè fugièdo, quod dum faciunt  
significat id quod in corde intendunt, ac proinde  
non mentiuntur, licet hostes putantes eos verè fu-  
gere fallantur & decipiantur; sed id fit non ex signi-  
ficatione militum, sed ex suspitione & imprudenti  
temerarioque iudicio hostium, cuius culpam &  
pœnam ipsi sibi imputent, non alii. Celebre est  
Platonis dictum: *Hostes industria magis & arte vincit,  
quàm viribus,* quorum alterum Ducis est, alterum  
militum.

Audi Leonem Imper. in Tacticis cap. 20. num.  
185. *Insidia omnes vehementiores habent impetus, quàm  
caetera incurfiones: ea tamen quæ à tergo sunt, longè vehe-  
mentissima. Nam huiusmodi insidias aliquando si compa-  
raueris, longè meliores efficacioresq; videbis esse iis quæ à  
latere sunt.* Et num. 8. *Alia,* inquit, *mimicis dicitur, alia  
ipse facit. Ros graues atque secretas cum multis ne com-  
municet, sed paucis iisque fidelioribus amicis suis. Ita enim  
hostes decipere sæpè necessarium esse diximus.* Et num. 53.  
*Ad omnes vite partes, præterquam in bello, incallidum te  
esse precipimus, ibi autem, & in iis te imperatoris confi-  
liis dolus adiuuat, vbi hostes eo decepturus es.* Iuxta illud:  
*Dolus, an virtus quis in hoste requiratur?*

Ratio est, quòd hic nulla iniusticia interuenit,  
nec fides data hosti frangitur, sed solertia & pruden-  
tia militari res geritur, qua fit vt & hostibus belli  
consilia occultentur, ac victoria certior securiorq;  
sit, & minori militum iactura comparetur. Quo-  
circa Xenophon in Hipparcho, Nihil, ait, in bello v-  
tilius doli. Antigonus rogatus quomodo essent ho-  
stes aggrediendi, dixit: *Aut dolo, aut vi, aut aperte, aut  
insidiis.* Lyfander: *Si,* inquit, *in præliis leonina pellis sus-  
ficere non possit, indynda certè vulpina est.* Ammianus  
lib. 17. refert ex Rege Sapore, *Esse quosdam qui pro-  
speros belli euentus, seu viribus, seu insidiis contraxissent, ma-  
ximè laudabant.* Agesilaus apud Plutarch. *Hostes, di-  
cebat, in bello fallere, non iustum solummodò valdeq;  
gloriosum, sed etiam suauè & lucrosam esse.* Brasidas in-  
Cornel. in Iosue.

A signis Dux, apud Thucydidem lib. 5. assererat: *Ille  
belli furia pulcherrimam laudem habere, per quæ hostes  
maximè decipiuntur, & amici plurimùm iuuantur.* Ge-  
nesior tamen est pugna & victoria, si aperto mar-  
te configatur & hostis superetur. Vnde cum A-  
lexandro Magno Dux quidam suaderet, vt noctis  
occasione contra Darium vr̄teretur: *Abst,* inquit,  
*meum non est suffragas querere victorias.* In eadem sen-  
tentia erat Virgilius ille Turnus, *Aneid. 9.* vbi  
detestatus veteres Græcorum insidias, & apertas  
Latinorum pugnas Troianis comminatus; sic  
inculcat:

-----Tenebras & inertia furia  
Palladij, castis summa custodibus arcis  
Ne timeant: nec equi cæca condemur in aluo.  
Luce palam certum est igni circumdare muros.  
Antiochus illustrem victoriam de Galatis per  
insidias consecutus, illacrymauit dicēs, vt habet Al-  
ciatus, Embl. 123.  
Vt superasse iuliat, sic superasse pudet.  
Nemo, inquit, mentis alte clanculum velis occidere  
hostem.

IOSVE MANSIT IN MEDIO POPVLI.] Rex er-  
go sit in medio regni, quasi centrum in circulo, vt  
omnia circum circa æquè circumlustreret, curet, di-  
rigat, administret, sicut cor est in mediò hominis,  
& sol in medio mundi. Vide Iulium Frontonem li-  
bris quatuor quos scripsit de stratagematibus; ac  
lib. 2. c. 5. multa insidiarum exempla recenset. Ac-  
cipite pauca è multis. Tomiris Scytharum Regina  
Cyrum Persarum ducem æquo Marte certantem,  
simulato metu elicit, ad notas militi suo angu-  
stias, atque ibi repentè conuerso agmine natura lo-  
ci adiuta deuicit.

Ægyptij conflicturi acie in eis campis, quibus  
iunctæ paludes erant, alga eas contexerunt, com-  
missioq; prælio fugam simulantem, hostes in insidias  
seuoauerunt, qui rapidius vehti per ignota loca, li-  
mo inhæserunt, circumuentiq; sunt.

Maharbal vinum infecit mandragora, quæ so-  
porem infert; nocte deinde intempesta, relictis  
intra castra quibusdam sarcinis, & omni vino in-  
fecto, fugam simulauit: cumque barbari occupa-  
tis castris in gaudiū effusi medicatū auidè merum  
hausissent, & in modum defunctorum strati iace-  
rent, reuersus cepit eos ac trucidauit.

Hannibal cum sciret sua & Romanorum castra  
in eis locis esse quæ lignis deficiebantur, ex industria  
in regione deserta plurimos armentorum greges  
intra vallum reliquit: qua velut præda Romani po-  
titi, in summis lignationis angustiis insalubribus se-  
cibus onerantur: Hannibal reducto nocte exercitu,  
securos eos & semicruda graues carne maiorem  
in modum vexauit.

Alexander Macedo, cum hostis in saltu editio-  
re castra communisset, seducta parte copiarum,  
præcepit his, quos relinquebat, vt ex more ignes  
excitarent, speciemque præberent totius exerci-  
tus: ipse per anias regiones circūducta manu, hostes  
superiore aggressus loco depulit.

Lapyges P. Licinio Proconsuli pagos quoque  
sub specie deditiois obtulerunt, qui recepti,  
& in postrema acie collocati terga Romanorum  
cecidissent.

Scipio Africanus cum aduersa haberet bina  
hostium castra, Syphacis & Carthaginensium,  
statuit Syphacis, vbi multa alimenta erant,  
aggredi nocte, ignemque iniicere, vt ex ea re Nu-  
midas

Insidiarum exempla.



midas quidem ex suis castris trepidantes caderet, A Pænos autem, quos certum erat ad succurrendum sociis procururos, insidiis dispositis exciperet. Vtrumque ex sententia cessit. Hæc omnia hæc Iosuanis insidiis sunt per familia, ac ducum magnorum stratagemata.

VERS. 10. RECENSUIT SOCIOS;] tum vt ex eis ordinaret aciem per centurias militum contra Haienses pugnaturas; tum vt ex inito numero postea constaret, num quis in pugna futura occubisset, & quot illi forent; tum denique vt paucas militum turmas præmitteret, maiorem verò partem exercitus longiusculè subsequi iuberet, ne ab Haiensibus conspici posset. Si enim Haienses totum exercitum Hebræorum, qui erat sexcentorum millium vidissent, consternati fuissent, nec ausi vrbe egredi iam autem videntes paucitatem eorum, qui præmittentur, ausi fuere eos inuadere, vt fecerant prius.

VERS. 12. QUINQUE AVTEM MILLIA VIROS ELEGERAT, ET POSERAT IN INSIDIIS INTER BETHEL ET HAI.] Eo ordine & fine, quo dixi vers. 3, scilicet ad vrbe civibus egressis vacuam inuadendam & occupandam. Pro Bethel perperam Septuag., habent Bethaven. Bethel enim legendum cum Hebr. Chald. & Roman. æquè ac vers. 9.

VERS. 13. OMNIS VERO RELIQUVS EXERCITVS AD AQUILONEM (VRBIS HAI) ACIEM DIRIGEBAT, ITA VT NOVISSIMI ILLIVS MVLTITVDINIS OCCIDENTALEM FLAGAM VRBIS ATTINGERENT.] Pro nouissimi, Hebr. est *אֲחֵרֵי יָבֵס*, quod Chald. Masius, Pagnin. & Vatabl. vertunt *insidias*. Radix enim *אֲכָב*, significat calcaneum, inde *אֲכָבִי*, est supplantare, insidiari, decipere: vnde *Iacob* idem est quod *supplator*. Verùm Noster, Septuag., Arias & alij melius vertunt *extremi* vel *novissimi*. Hebr. enim *אֲכָב*, quia significat calcaneum, quæ extrema hominis est pars, hinc significat rei extremum & nouissimum. Sensus ergo est, q. d. Iosue direxit aciem exercitus sui ad Aquilonarem vrbe Hai partem, ita tamen vt vltimum agmen, siue nouissimi ad Occidentalem vrbe partem, vbi latebant insidias, se dilatarent, vt scilicet insidiis se iungere, & si opus esset auxilium ferre possent. Eodem ergo redit sensus, siue veritas insidiis, siue veritas nouissimos; insidiæ enim erant ad Occidentem, ibi pariter erant nouissimi eò se dilatantes.

ABIIT ERGO IOSVE NOCTE ILLA (CUM TOTO reliquo exercitu) ET STETIT IN VALLIS MEDIO.] Videtur hic versus pugnare cum v. 9, vbi dicitur *Iosue nocte illa mansit in medio populi*. Sed resp. non pugnare. Est enim hic Anacephalæosis, siue recapitulatio. Hic ergo fuit rei gesta: ordo: Iosue noctu præmissis insidiis, eas cum toto populo eadem (non sequenti, vt vult Masius) nocte subsecutus est ad dimidium vallis, quæ media erat inter ipsum & vrbe Hai; sed ita vt maior exercitus sui pars non ita foret conspicua, ac vel colle, vel fossis, curribus aut syluis tegetetur, ne Haienses tantam multitudinem cernentes terrentur, nec vrbe egredi auderent. Mansit ergo Iosue nocte illa in medio populi siue castrorum, sed sub finem noctis, putà summo manè paucis secum delectis sociis versus vrbe contendit, vt Haienses foras pelliceret. Quod ergo hic ait, *Noctè illa*, intellige finientem, hoc est in aurora, siue summo manè in crepusculo. Haienses igitur videntes cum cum paucis, illico in eum ex vrbe eruperunt, ac à multitudine Hebræo-

rum sensim se aperiente circumuenti, omnes ad vnum cæsi sunt.

Dicitur hic dux belli à Iosue esse vigil & matutinus, atque audiatur Leonem Imper. in Tacticis cap. 2. num. 4. *Sobrium autem & vigilantem esse decet, vt in maximo acierum apparatu animo quasi excubet. Noctè enim quando animus maxime requiescit, Imperatoris sepe sententia versando mutatur, sepe cogitando confirmatur.*

CONTRÀ DESERTVM,] id est contra aciem Iosue, quæ veniebat ab Aquilonari vrbe parte, vbi pariter erat desertum, vel vt alij vertunt locus campestris: vtrumque enim significat Hebr. *אֲרָבָה*, Hebr. addunt *אֲרָבָה* *lammoed*, id est ad tempus constitutum, scilicet illa hora, quæ eruptioni à Rege erat indicta.

IOSVE VERO ET OMNIS ISRAEL CESSERVNT LOCO SIMVLANTES METVM,] id est fugam ex metu, quasi fingerent metuentes cædi ab Haiensibus vt prius ab eis cæsi fuerant. Hebr. est *אֲרָבָה* *imago*, id est percussus sum, hoc est simularunt se percuti, vel ita se gesserunt ac si percuterentur & fugarentur. Sic enim Hebræi sua verba sepe per videri vel apparere exponunt.

AT ILLI VOCIFERANTES PARITER, ET SE MVTVO EXHORTANTES PERSECVTI SVNT EOS.] Fideliter Interpres reddit sensum, etsi non verbum verbo. Ad verbum enim Hebr. est: *Et euocati vel exiit sunt omnis populus in ciuitate, persequendo eos.* q. d. Haienses vrbe egressi, videntes Hebræos fugere, suo clamore exciuerunt omnes qui in vrbe manserunt, ad persequendum eos, ita vt nullus in vrbe remaneret.

ET NE VNVS QVIDEM IN VRBE HAI ET BETHEL REMANSISSET.] Vide hic temeritatem & stoliditatem Haiensium, ortam ex præsentia prioris victoriæ. Debuertant enim ad vrbe tutelam aliquos relinquere, ac portas eius claudere, ne per insidias Hebræi illam occuparent; sed ex cæcitate à Deo volente eos tradere Hebræis, neutrum fecerunt.

DIXIT DOMINVS AD IOSVE: LEVA CLYPEVM, QVI IN MANV TVA EST CONTRA VRBEM HAI.] Pro clypeum, Hebr. est *קֶדָן* *kydon*, quod Iosue quoque Symmach. & Theodor. vertunt *clypeum*. Septuag. verò Chald. & recentiores vertunt *loricam*, vel *relium*, aut *hastam*, aut *vexillum*. Verisimile est Iosue clypeum hasta in altum sustulisse, vt ab insidiis à tergo vrbe à se dispositis conspici posset; illudque eis signum à Iosue fuisse datum (licet Script. id non exprimat) quo admonerentur, vrbe civibus egressis vacuam à tergo inuadere.

Erat secundò hæc clypei à Iosue eleuatio, signum præsentis opis, virtutis & vltionis diuinæ, sicut & ereuatio manuum Moïsi contra Amalec, dum Iosue cum eo pugnaret; vnde & altare à se in victoriam erectum vocauit: *Domini exultatio mea*, vel *Domini vexillum meum*. Exod. 17. 12. & sequenti. Vide ibi dicta. Hinc clypeum eoufque in altum eleuatam tenuit Iosue, quousque omnes Haienses caderentur, vt dicitur vers. 26.

Porrò S. Hieron. (si tamen ipse est auctor) quæst. in libros Regum, asserit locum hunc in quo clypeum extulit Iosue, esse aream illam, in qua arcam nutantem tangens tenensque Oza à Deo percussus occubuit. 2. Reg. 6. vnde Paral. 13. 9. vocatur arca *Chidon*.

Allegor. Origen. Iosue siue Iesus protendit manum versus Hai, id est mundum à dæmone vastatum, ac

Elenario  
clypei fuit  
signum  
Christi crucis.

tum, ac vastationi (hanc enim significat Hebr. Hai) & excidio ob scelera à Deo addictum, quando Iesus Christus manus suas cruci affixit, & affixas tenuit, donec omnis contra dæmonem & mundum victoria consummaretur.

Audi S. August. serm. 93. de Temp. extensionem manuum Moïsi contra Amalec (quod multò magis Iosue hinc eleuatiōi hastæ competet) extensioni manuum Christi in cruce contra diabolum allegoricè adaptantem: *Aduerte fratres: Moyses manus quidem leuauit, non tamen extendit; Cui ergo seruabatur vt manus extenderet, nisi Domino nostro IESU CHRISTO, qui extensus in cruce vnuerfum orbem complexurus, brachia pietatis expandit? Moyses ergo leuauit manus, & licet non expandit, tamen ista eleuatione mysterium crucis ostendit. Videte, fratres, iam tunc per sacramentum crucis superatas esse aduersarias gentes: Et nos fratres dilectissimi, si adiuuante Domino manus erigimus, diabolum superamus. In manibus opera debemus accipere. Si ergo talia sunt opera tua, vt illa possit in altum in conspectu Domini leuare, potes etiam & tu in teipso aduersarios tuos extingere. Quis bene manus leuauit, nisi qui per eleuatiōem in celo thesaurizat?*

Porrò aptè clypeus in hasta representat crucem Christi, quia crux nobis est clypeus & hasta: ipsa enim omnia arma tam defensiva quam offensiva subministrat. Ipsa enim est clypeus nobis ad repellendum omnes tentationes carnis & dæmonis. Ipsa est hasta ad carnem configendam & domandam.

VERS. 19. SVCCENDERVNT EAM,] Ignem iniicientes in aliquas Haiensium domos, vt fumum excitarent, quo signum darent Iosue & Hebræis à se captam iam esse vrbe. Nam postea Iosue rursùm totam vrbe iussit cremari vers. 28.

VERS. 20. VIDENTES FVMVM VRBIS AD CÆLYM VSQVE CONSCENDERE.] Ad cælum, id est altissimè. Est hyperbole. Sic Poëta ait: *It clamor celo. Et: Aurea femineus perstringit sidera clamor.*

NON PÔTERVNT VLTRA HVIC ILLVQVE DIFFVGERE.] Habebant enim à tergo vrbe suam Hai iam ab hoste incensam, à sinistra alteram insidiarum triginta millium partem, à fronte vero & à dextera totum reliquum Israëlitarum exercitum, qui ab ortu ad meridiem se distendentes fugam paulò ante simularant, iam verò conuersi eos inuadentes vndique cingebant, quod fuit consilium Iosue, vt nemo hostium euaderet.

Hebr. habent. *Non erant eis ad fugiendum, אֲרָבָה יַאֲדָיִם*, id est manus, id est locus; Ita Masius & Pagnin. vel *facultas*. Ita Chalk. & Vatabl. Vtrumque enim significat *iadain*, scilicet & locum, & vires siue facultatem.

VERS. 27. PRÆDAM CIVITATIS DIVISERVNT SIBI FILII ISRAEL.] In Iericho præda omnis fuit combusta, quia Deus eam statuerat anathema ad terrorem ceterarum vrbeum. In Hai verò Deus prædam dedit Hebræis, vt eos pauperes daret, & animaret ad securitatem prælii.

VERS. 28. QUI SVCCENDIT VRBEM, ET FECIT EAM TVMVLVM SEMPITERNVM.] Hebr. *Excussit Iosue Hai, rededitque eam in acernum perpetuum, & in desolationem vsque ad diem hanc*; Chald. *Fecit eam cumulum desolationis in perpetuum ad vastitatem*. Pro sempiternum. Hebr. est *עֹלָם* *olam*, quæ vox sepe non æternum nec perpetuum significat, sed longum tem-

pus, quod tamen insigni quapiam rerum conuersione interrumpatur. Sic Hai hic iuxta nomen suum à Iosue vastata & vasta, rursùm post mille annos edificata & habitata fuit tempore Efdre & Nehemix cap. 11. 31. quando videlicet noua post captiuitatem Babylonicam videbatur esse ætas, nouumque sæculum.

In Hai ergo impletum fuit illud Isaia 24. 10. *Attrita est ciuitas vanitatis, deserta est omnis latitudo, translatum est gaudium terræ*. Vide ibi dicta.

REGEM QVOQVE EIVS SVSPENDIT IN PATIBVLO.] Septuag. *In ligno gemino*. In cruce enim, & patibulo duo sint ligna oportet, vnum erectum, alterum transfuersum, siue instar crucis, siue instar litteræ Græcæ *Γ* aut Hebrææ *ך*, quod Origen. hic homil. 8. Alleg. de Christi cruce interpretatur.

CHRISTI crux, ait, gemina fuit, hoc est gemina & duplici ratione constat, quia visibiliter in cruce crucifixus est Christus, inuisibiliter verò ipse diabolus, iuxta illud Coloss. 2. *Chirographum quod erat nobis contrarium, tulit illud de medio assignis crucis sue, exuens principatus & potestates traduxit, liberè eas triumphans in ligno crucis*. Sic enim habet Græcus. Pro quo Latini habent *in semetipso*: Crux ergo fuit trophæum diaboli, in qua ipse crucifixus est & triumphatus. Hinc aiebat Paulus: *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri IESU CHRISTI, per quem mihi mundus crucifixus est. Et ego mundo*. Galat. 6. Nos enim mundo crucifigimur tunc, cum veniens princeps mundi in nobis non inuenit quicquam, & nobis mundus crucifigitur, cum peccati concupiscentias non recipimus. Huc vsque Origen.

Porrò Iosue morte suo hæc omnia narrat ad pompam, vt gratior sint auribus Vespasiani & Romanorum, vtque apud eos fama & honori getis suæ, putà Iudæorum consular. Vnde plura habet S. Script. dissona, imò contraria, vt quod ait Hebræos cepisse & seruasse paruulos, feminas & seruos vrbe Hai, cum diserte Script. cap. 8. vers. 25. asserat omnes eius incolas à viro ad mulierem fuisse occisos.

TUNC ADIFICAVIT IOSVE ALTARE DOMINO DEO ISRAEL IN MONTE HEBAL.] Tunc, scilicet sub illud tempus, quo deuicta Iericho & Hai securè poterat Iosue cum Hebræis pergere in Sichein, ad montes Garizim & Hebal, vt cum iam terra à Deo promissa potirentur, confirmarent fœdus olim cum Moïse initum cum Deo in monte Sina, idque in eodem loco, in quo Patriarcha Abraham, cum primùm relicta Chaldæa terra sua, vocante Deo Chananzam esset ingressus, altare Deo exerat, Genes. 12. 7. Vide dicta Leuit. 11. 30. Porrò hos montes Garizim & Hebal, sitos esse iuxta Sichein, non iuxta Iericho, vt vult. Euseb. siue Hieron. in locis Hebræis, diserte docet Ioseph lib. 4. Antiq. cap. vlt. S. Hieron. in Epitaph. S. Paulæ, Adrichom. & alij.

ET PRIMUM BENEDIXIT.] Clare Noster se iungit ac diuidit, quæ in Hebræo commiscetur hoc modo: *Sicut præcepit Dominus Moïsi ad benedicendum populum Israël*. Subaudi, sic fecit Iosue iuxta formam benedicendi à Deo præscriptam Numer. 6.

POST HÆC LEGIT,] hoc est legi iussit in Leuitis. Ita enim præceperat Deus per Moïsen, Deuter. 27. vbi totum hunc ritum benedicendi & maledicendi explicui, quare hic ea non repetam.

CAPVT NONVM. SYNOPSIS CAPITIS.

Gabaonites simulantes se exteros & remotos, pacem a Iosue & Hebraeis dolose impetrant. Quare incaute eis iurantes Hebraei, dolo, licet cognito, parant; sed ob fraudem lignationi & aquationi eos addicunt.

1. Quibus auditis, cuncti Reges trans Iordanem, qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac littore magni maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus, & Amorrhæus, Chanaanæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus, 2. congregati sunt pariter, ut pugnarent contra Iosue & Israël. vno animo, eademque sententia. 3. At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue, Iericho & Hai: 4. & callidè cogitantes, tulerunt sibi cibaria, faccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atque confitos. 5. calceamentaque perantiqua quæ ad iudicium vetustatis pittaciis confuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frustra comminuti: 6. perrexeruntque ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque simul omni Israël: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderuntque viri Israël ad eos, atque dixerunt: 7. Ne fortè in terra, quæ nobis forte debetur, habitetis, & non possimis foedus inire vobiscum. 8. At illi ad Iosue: Serui, inquit, tui sumus. Quibus Iosue ait: Quinam estis vos? & vnde venistis? 9. Responderunt: De terra longinqua valdè venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuius enim famam potentia eius, cuncta quæ fecit in Ægypto, 10. & duobus Regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanem, Sehon Regi Hesebon, & Og Regi Basan, qui erat in Astaroth: 11. dixeruntque nobis seniores, & omnes habitatores Terræ nostræ: Tollite in manibus cibaria ob longissimam viam, & occurrere eis, & dicite: Serui vestri sumus, foedus inire nobiscum. 12. En, panes quando egressi sumus de domibus nostris, ut veniremus ad vos, calidos sumptimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti. 13. vtres vini novos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti, vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. 14. Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt. 15. Fecitque Iosue cum eis pacem, & inito foedere pollicitus est quod non occiderentur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis. 16. Post dies autem tres initi foederis, audierunt quod in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. 17. Moueruntque castra filij Israël, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. 18. Et non percusserunt eos, eod quod iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israël. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes. 19. Qui responderunt eis: Iurauimus illis in nomine Domini Dei Israël, & idcirco non possumus eos contingere. 20. Sed hoc faciemus eis: Referuentur quidem ut viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peierauerimus: 21. sed sic viuant, ut in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquasque comportent. Quibus hæc loquentibus: 22. vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis: Cur nos decipere fraude voluistis, ut diceretis: Procul valdè habitamus à vobis, cum in medio nostri sitis? 23. Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei. 24. Qui responderunt: Nuntiatum est nobis seruis tuis, quod promississet Dominus Deus tuus Moyfi seruo suo, ut traderet vobis omnem Terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valdè, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi, & hoc consilium iniuimus. 25. Nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. 26. Fecit ergo Iosue ut dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israël, ut non occiderentur. 27. Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, vsque in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

VERS. 1.

Quibus auditis. Refer ad stragem ab Hebraeis editam in Iericho & Hai, non ad foedus in Hebal cum Deo initum, quod proximè præcessit: Illud enim obiter tantum inferitur, nam postea

rius contigit post expugnatas vrbes intermedias, vt securè omnes pergere possent in Sichem & Hebal, vt iam dixi.

LITTORE MAGNI MARIS.] putà maris mediterr-

terranei, quod erat magnum respectu maris Galilææ & maris mortui, quorum vtumque est in Iudæa. Porro iuxta mare mediterraneum habitabant Tyrij, Sidonij aliique Phœnicæ, qui gente & genere erant Chanaanæi, item Philistinij, qui Chanaanæis expulsi eorum vrbes occuparant. Quare hi omnes (eorumque regiones) traditi erant Hebraeis, et si ipsi sua ignauiam eas seipsa non occuparint.

VERS. 3.

AT HI QUI HABITABANT IN GABAON. Gabaon vrbs erat magna & potens, habebatque incolas robustissimos, ut dicitur cap. 10. 2. distabat à Ierusalem itinere duarum circiter horarum versus Occidentem, sita erat in tribu Benjamin in monte, vnde dicta Gabaon; id est mons vel collis. Audi Adrichom: in descript. terræ sanctæ pag. 17. Gabaon metropolis olim & regia vrbs Heuæorum, qui orti ab Heuæo filio Chanaan, distat ab Ierusalem stadiis plus minus quinquaginta, in monte Silo sita, ut autor est Broc. Vnde & ibi dicitur fuisse excelsum maximum. Habuit sub se ciuitates Caphira, Beroth & Cariathiarim: post verò attributa est filiis Aaron Leuitis. Nunc verò, ait Hieron. ostenditur villa eodem nomine in quarto milliario Bethelis contra Orientalem plagam, iuxta Rama & Remmon, vbi Salomon obtulit victimas. Huius incolæ Gabaonites indui vestibus triuis & vetustatem præ se ferentibus, in dolo supplices ad Iosue venerunt in Galgalis, & callidè se deducunt: deprehensa fraude in aquarios & lignarios templi perpetuò mancipati sunt, dicti Nathinæi, id est dati vel donati ad seruendum templo: quos cum Saul postea delere voluisset, ob hoc tota terra tribus annis fame afflicta est. Hic Salomon in tabernaculo Moysi (erat quippe hic tabernaculum 1. Paral. 16. 21. & 2. Paral. 1.) immolatis super altare aeneum mille hostijs sapientiam à Deo petiit & obtinuit. 3. Reg. 3. 9.

VERS. 4.

ET CALLIDE COGITANTES. Hebr. Fecerunt etiam ipsi in calliditate, vel astutia astutaque prudentia, videlicet callidè & prudenter cogitantes quomodo sibi prospicerent, vti faciebant alij Amorrhæi: sed hi belli imbuti consilia, vnde victi cessique sunt, at Gabaonitæ prudentiores, simulatione remotioris habitationis vitam ab Hebraeis petierunt, & impetrarunt. Videbant enim se licet bellicosos & fortissimos, Deo pro Hebraeis pugnante resistere non posse. Quare hac in re non peccarunt, sed piè & prudenter egerunt. Videbant enim se exitium euadere non posse, nisi per hanc simulationem supplices fierent Hebraeis, in qua licet mendacia nonnulla miscuerint, tamen bona fide putarunt in articulo tantæ necessitatis licitum esse mentiri, quod olim putauit Plato, Cassianus, aliique viri sapientes.

TULERUNT SIBI CIBARIA. Sic quoque vertit Chald. quim & Septuag. si apud eos vti ex Syro vult Masius legatur ἄριστοι αἰώνος, non autem ἐπισημῶν, id est instituerunt, vti legunt Complut. sic & Hebræi, si pro ἄριστοι legatur affine ἄριστοι, scilicet ἄριστοι, ἄριστοι, pro ἄριστοι, ἄριστοι. Radix enim ἄριστοι ἄριστοι significat victum vel annonam. Masius verò, Caiet. ceterique recentiores quia per ἄριστοι legunt ἄριστοι, hinc vertunt legatos egerunt, vel legatos se simularunt. ἄριστοι ἄριστοι enim significat legatum, inde in Hitpaël ἄριστοι ἄριστοι significat legatum agere vel simulare. Ita Marinus in Lexico.

SACCOS (cibariis, aliisque rebus ad iter necessariis plenos) VETERES ASINIS IMPONENTES. Ita legendum cum Hebr. Chald. Rom. & ceteris. Irrepit ergo mendium in Septuag. qui pro ἄριστοι, id est asinis, habent ὄμων, id est humeris.

QUAE AD IUDICIUM VETUSTATIS PITTACIIS CONSVTA ERANT. Pittaciis, id est variis frustis resarta. Hebr. enim ἄριστοι ἄριστοι ialu significat variū vellus diuersis particulis confutum, quod S. Franciscus dicere solebat, vestes & calceos rappeccatos paupertatis esse indices, ideoque eos suis affectis commendabat: Hinc Masius vertit: Quorum sola frustis suppacta erant.

PANES QVOQVE, & C. DVRI ERANT, ET IN FRVSTA COMMIVTI. Hebr. vocatur panis ἄριστοι ἄριστοι, id est puncturum, scilicet qui præ ariditate in frustra & micæ, seu puncta comminuerentur, aut comminui facillè possunt. Vnde Arias vertit, panes punctator. Vatabl. mucidos; Septuag. situ obstitos & corrosos. Masius mucore maculosos: mucidos enim habet mucoris maculas quasi puncta. Chald. crustulas. Alij adustos, à rad. ἄριστοι, id est vrere.

PERREXERVNT QVE AD IOSVE, QVI TVNC MORABATVR IN CASTRIS GALGALÆ. Verisimile est enim Iosue post querlam Ierichuntem & Hai, rediisse ad prima castra in Galgalis, adeoque in Galgalis fixisse & munituisse castra contra incursum Chanaanæorum. Galgala enim erat iuxta Iordanem, trans quem morabantur in vribus munitis tribus Gad, Ruben & dimidia Manasse, quas ad se euocare, vel ad eorum vrbes se recipere poterat, si à Chanaanæis premeretur. Quare ex Galgalis processit ad expugnationem Ierichuntis, Hai & ceterarum vrbum, relicto impedimētis & imbelli turba in Galgalis, vtpote loco & natura & arte munitissimo, præsertim ob viciniam Iordanis, atque expugnatis eueris vribus redibat ad castra in Galgalis, ibique manebat donec Dei monitu in alias expeditiones euocaretur, ut colligitur ex cap. 10. 7. & v. 43. 14. 6.

Audi Leonem Imper. de loco castrorum præcepta suis ducibus dantem in Tacticis, siue de ordinanda acie c. 11. n. 1. Aplicta igitur siue fossatum (nā aplictum propriè fossatum totius exercitus est) vnde lidè quantum potes munit. Si in locis spatiosis, laxisq; commode castra ponere poteris, ita facias: sin minus non negligenter, sed sedulo, firmiter & dense castra pones. Illa autem loca imprimè fugies, quæ aliquid prope celsus ac eminentius habent, ne illud inimici noctu & consertim anticipantes, multa mala vobis ex eo loco inferant. Et cap. 20. num. 27. Castra manire semper tutum est & amicitia pacisq; tempore. Si prope hostes fueris, fossatum circumducto vel ex lapidibus, vel ex lateribus circumvallatum, & ita castra tua in tuto ponas. Si enim aliquid aduersum contingat, minus imperatorum erit dicere aliquando: non putaram. Idem præceptum dat Vegetius, Elbanus, Cyllenius, Lipsius, Valtrinus & alij, qui de re militari scripserunt. Subiungit Leo non expedire ut castra diu eodem loco consistant, ob sordes & immunditias, quæ à singulis quotidie in loco arcto egeruntur, ideoque aërem inficiunt, ac morbos & pestem generant, vti in Italia & alibi experti sumus, & in dies experimur per aduentum exterorum pestem inuenturum.

DE TERRA LONGINQA VENIMVS. Mentuntur, sed id sibi licitum putant ad saluandam suam suorumque vitam, & licet mendacium hoc morab Hebraeis deprehendendum scirent, tamen ob religionem iuramenti quod extorsissent sibi parcendum sperabant.

NE FORTE IN TERRA QVÆ NOBIS SORTI DEBETVR HABITETIS. Hebr. tantum est: Fortè

VERS. 7.

Fortè

Forè in medio mei. (id est terræ meæ, mihi scilicet à Deo promissæ; & inter nos (forte diuidendæ) tu habitas. Tangunt rei punctum & veritatem q.d. Si terra vestra nobis à Deo promissa est, nolumus eam à vobis occupari & nobis adimi. Vnde Deus vetuerat Hebræis ne cum incolis Chananææ fœdus inirent, sed omnes mactarent. Deut. 7. 2. Exodi 34. 12. & alibi.

VERS. 8. AT ILLI AD IOSVE: SERVI, INQVIVNT: TVI SYMVS. Dicunt hoc non tantum per aulicissimum, vti aulici dicere solent sibi inqjcem: Seruus tuus sum, sed verè & sincere. Sciebant enim sibi ab Hebræis paritum non iri, nisi eis se subicerent & seruos efficerent. Cupiebant ergo seruitute vitam redimere. Vnde & Iosue mortem naturalem eis in ciuilem, id est in seruitutem conuertit. Ita Serarius & alij. Id magis patebit ex eorum dictis v. 9. & seq.

VERS. 9. RESPONDERVNT. ] Hebr. Et dixerunt vir Israël, id est quisque Israëlita ad Heuæum (Gabaonitæ ergo erant Heuæi) forsitan in medio mei tu sedes (habitæ) & quomodo seruiam tecum fœdus? Hoc enim vetuerat Deus, Deut. 7. 2.

DE TERRA LONGINQA VALDE VENERVNT SERVI TVI IN NOMINE DOMINI DEI TVI. ] Hebr. Ad nomen Domini Dei tui, hoc est exciti fama potentia & prodigiorum Dei tui, quibus ipse in deserto Og & Schon Reges, vestros hostes percussit. Tagent excidium Ierichuntis & Hai, quia illud nouum & recens erat, nec poterat ad longinquos (quales se fingunt) tam citò peruolare. Vide hic eorum astutiam artemque fallendi. Vnde nonnulli censent à Gabaon & Gabaonitæ deriuatum Italicum gabare & gabatores, id est decipere & deceptor. Hinc pater Gabaonitas, metu potentis Dei vindictæ in hostes Hebræorum exercitæ perculos, eius maiestatem, potentiam & diuinitatem agnouisse, ac in eum vt solum Deum, verum credidisse, vel vt in eum credant eumque colant promptos & paratos se offerre. Ideoq; Deus eos prae ceteris Chananæis in sua idololatria obstinatis seruauit, ac Iosue & Hebræos impulit vt eis parcerent, profelytos facerent, & sua Ecclesia vnirent. Ajunt ergo: Venimus in nomine Domini. Hebr. Ad nomen Domini, q. d. Venimus excitati per nomen & famam, gestorum admirandorum Dei tui, vt vobiscum in eandem societatem coiungamur. Ita S. August. Lyran. Caiet. Arias. Alibi venire in nomine Domini est venire Dei ope, potentia & virtute, vt Psal. 117. Benedictus qui venit in nomine Domini. Et Ioan. 17. Pater sancte serua eos in nomine tuo, id est virtute tua. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, id est virtute à te mihi data, sed ambulare in nomine Domini, est eum colere, inuocare, & in eum sperare, ac rem quampiam aggredi.

VERS. 14. SVSCEPERVNT IGVTVR DE CIBARIIS EORVM. ] Non vt ex eis ederent, habebant enim recentes ex frugibus terræ panes, sed vel in symbolum amicitia & fœderis, vt voluit Lyran. Arias, Vatab. & Caiet. cibos enim accipere, & prægustatos ab alijs degustare antiquum & vulgatissimū fuit, mutue communicationis, fidei, amicitia, hospitalitatis symbolum apud omnes, olim nationes, & hodie quoque ab Orientalibus, æquè ac ab Hibernis obseruatur, vel vt Masius explorandi causa, vt nimirum explorarent an vera dicerent, an scilicet verè panes essent, veritate aridi & muciidi, vti ipsi asserbant. Opponit enim hoc ei quod sequitur:

ET, OS DOMINI, NON INTERROGARVNT. ] q.

d. Veracitatem legatorum, ac longinquitatem explorarunt suis oculis & manibus, non autem consulendo Dominum per Pontificem Rationali, in quo erant Vrim & Tummin induto. Vide dicta Exodi 28. 30. ideoque errarunt & decepti fuere. Fuit ergo hic aliquod Hebræorum peccatum: Primò, inconsiderationis, quòd cum Deum haberent præsentem, dirigentem & respondentem, eum in re tam graui non consuluerint. Secundo, temeritatis & præcipitationis, quòd tam citò cum peregrinis & incognitis, imò de mendacio suspectis fœdus inierint, illudq; iuramento firmarint, nec prius rem tantam magis examinarint, an quis dolus in ea lateret, vti verè latebat, sed Deus id permisit, lumenq; suum eis subduxit, vt Gabaonitas iam se agnoscentes & metuentes tam in vita, quam in sui agnitione metuque & cultu seruaret & promoueret. Quocirca Leo Imp. suo belli Duci ita præcipit in Tacticis c. 20. num. 9. Tardè ac circumspèctè deliberare, & ea que deliberata consuetudine sunt aliqua cunctatione aut formidine non reuicere, necessarium cum primis est: timor enim non solum tuta res non est, sed etiam rebus bonis inuentis aduersissima est.

Moraliter dicè hic in rebus dubijs & arduis Deum consulere, eiusque lumen implorare, ac viros doctos & religiosos, præsertim Confessarios ac Superiores, qui locum Dei tenent adire & audire. Si lapis ergo nil magnum inchoato, nisi prius Deo consulto & propitiato. Ita Iudas Machabæus semper ante prælium legitur Deum inuocasse, ideoque eius ope tot tantisque victorias obtinuisse, excepto vltimo prælio, in quo non legitur orasse, ideoque licet fortiter pugnans occubuit.

VERS. 15. FECITQVE IOSVE CVM EIS PACEM, ET INI- TO FœDERE POLLICITVS EST QVOD NON OCCIDERENTVR. ] Hebr. Ad viuificandum eos, id est quòd vitam eis conferuaret, nec eos occideret. Hic enim erat finis pacis & fœderis à Gabaonitis expetiti. Audi S. Ambrosium lib. 3. de officijs. Iosue inquit quia adhuc erat ignarus locorum, atque incolarum infcius, non cognouit fraudes eorum, neque Dominum interrogauit, sed citò credidit. Adeò sancta erat illis temporibus fides, vt fallere aliquos posse non videretur, quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu æstimant? Et quia ipsis ipsa amica est veritas, mentiri neminem putant, fallere quid sit ignorant. Libenter credunt quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt.

Queres: an Iosue licitè potuerit fœdus inire cum Gabaonitis, eisq; vitam dare, cum Deus vetuisset Hebræis fœdus cum Chananæis (quales erant Gabaonitæ) inire, iussissetq; eos omnes occidi? Exodi 23. 32. Resp. licitè potuisse Iosue fœdus cum eis inire positis duabus conditionibus. Prior erat, vt Gabaonitæ suas vrbes, agros & ditiones cederent Hebræis: ipsi enim à Deo data erant, ac proinde eis se vt seruos subicerent. Posterior, vt fierent profelyti, ac relictis idolis suis, fidem cultumque veri Dei susciperent, itaque in vnam cum Hebræis Ecclesiam ac Rempubl. transirent. Causa enim cur Deus eos iusserat occidi erat, quòd ipsi essent idolatræ & scelerati, ac periculū erat ne Hebræos ad sua idola & scelera pertraherét. Hanc enim causam dat Deus Exodi 23. 32. & Deuter. 7. v. 4. Hoc autem periculo cessante permittebat Deus, vt eis parceretur & vita condonaretur, vtrumque autem præstiterit Gabaonitæ; nam & seruos se obtulere

VERS. 15.

Fœdus cum Gabaonitis licitum.

Prob. 1.

Hebræis, & eorum Deum agnouere, paratòque se obtulere ad eius religionem capessendam; ergo Iosue eis parcere poterat. Id ita esse patet primò, quia simili modo Hebræi dederit fidem Rahab Chananææ, quòd ipsam omnesque eius cognatos & affines seruarent, ac fidem datam præstiterunt, quia scilicet Rahab cum suis se subiceret Hebræis, ac parata erat fidem & religionem eorum capessere. Cur non simili modo poterat Iosue vitam condonare Gabaonitis?

2. Secundo, quia Iosue de facto pepercit Gabaonitis, postquam dolo eorum detectò cognouit eos esse Chananæos, voluitque fidem eis datam & iuramentum seruari. Hoc autem facere non potuisset, si hoc fœdus fuisset illicitum & à Deo vetitum. Nulla enim promissio, etiam iurata rata est & valida, que Deo Deique legi & iussi aduersatur. Nemo enim potest se obligare aut promittere se legè Dei violaturum, vel contra eam facturum.

3. Tertio, quia Deus seuerè puniuit posteros Saul, eosque iussit crucifigi 2. Reg. 21. 1. & sequ. quòd Saul Gabaonitas contra fidem à Iosue datam occidisset. Voluit ergo Deus fidem eis datam esse ratam, ac sanctè seruari.

4. Quarto, quia Deus Deuter. 20. 10. iubet Hebræis vt hostibus offerant pacem, ac si eam acciperent, cum eis fœdus inean. Sub his autem etiam Chananæos comprehendit censent Interpretes. Nam quòd Deus ibidem vers. 15. & 18. differentiam facit inter Chananæos propè, & alias gentes longinquè habitantes, in eo tantum facere videtur, quòd velit Chananæos omnes omnino occidi, ne Hebræos ad idola sua pertrahant, in ceteris autem gentibus velit parci mulieribus & infantibus. Magis id ipsum patet ex dicendis vers. 19.

VERS. 17. GABAON ET CAPHIRA, ET BEROOTH, ET CARIATHIARIM. ] Videntur illis Chananæorum vrbeb; nomina indicta varijs de causis, petitis à loci situ, natura & ingenio, item à commodis & incommodis, quæ illis certè res vicinæ afferebant. Sic Gabaon Chananæum vocabulum calmen significat, quia vrbs hæc sicca erat in monte; Caphira significat leuicolum, quia fortes instar leonum habebat incolæ; Berooth significat puteos, qui ibi erant excellentes & copiosi; Cariathiarim idem est quod vrbs sylvanum, ob earum ibidem copiam. Ita Arias. Propriè Gabaon idem est quod collis iniquitatis & doloris, ait S. Hieron. in nomin. Hebr. quia Gabaon ante Iosue erat vrbs scelerata, ideoq; doloribus plena, donec eam seruauit & saluauit Iosue.

VERS. 19. IVRAVIMVS ILLIS IN NOMINE (per nomen) DOMINI DEI ISRAEL, ET IDCIRCO NON POSSVMVS EOS CONTINGERE. ] Queritur, an iuramentum hoc Principum datum Gabaonitis de vita eis seruanda, illos obligauit ad fidem quam eis dederant præstandam? Obligasse negant Abulens. Masius, Arias, Magalanes, Serarius & S. August. hic quæst. 13.

Ratio est prima, quia hoc fœdus & iuramentum fraude & dolo Gabaonitarum fuit extortum. Secundo, quia in eo interuenit error personæ: putabant enim Iosue & Principes se non cum vicinis Chananæis, sed extraneis & remotis, putà Arabibus vel Syris, quales se mentiebantur Gabaonitæ, fœdus inire & iurare, itaq; tantum se obligare intendebant. Iuramentum enim, vt docet Syluester, Lessius & ceteri, sequitur naturam sui actus vel contractus, atque intelligi debet, secundum conditio-

Negant nonnulli.

nes & restrictiones quæ in tali actu vel contractu intelliguntur. Hic autem intelligitur illa conditio: si non estis Chananæi. Quare cum Gabaonitæ essent Chananæi, Hebræi intendebat quòd cum illis nolent patisci, nec fœdus inire, ac consequenter illis iuramento se non obligare. Tertio, quia ipsum factum erat contra legem Dei, iubentem omnes omnino Chananæos deleri. Num. 33. 52. Deut. 20. 16. Putarunt tamen Principes se hoc iuramento obligari: ex quo errore colligas, quanta ea etate fuerit nominis diuini reuerentia & religio permittitque Deus quæm consulere neglexerant eos errare, vt inde Gabaonitarum salutem eliceret, in eosque suam clementiam ostendèret. Fuerunt tamen obligati Israëlita renouata pactione, quia fraudem paulò post cognoscentes, prius factum fidemque eis datam ratam habuerunt, ad hoc Deo eos impellente, nam Deo placuisse vt illis pacem, vltro petentibus parceretur, fidesq; ac data seruaretur, conueniendò in lege mortis contra Chananæos lata, pater ex eo quòd fœdus hoc à Saule violatum grauius est probabile.

Probabilior tamen est contraria, scilicet hoc fœdus & iuramentum obligasse Iosue & Hebræos ad fidem, & vitam Gabaonitis datam præstandam, vti censent Lyran. Hugò, Dionys. Caiet. S. Ambros. lib. 3. Offic. c. 10. Gratianus 22. q. 4. cap. finali, ac fuse sùldeque Suarez lib. 2. de iuramento cap. 18. qui citat S. Thomam, Bonau. Richard. Ratio est prima, quia Deus permisit, imò quasi iusserat parci Chananæis, si ipsi pacem peterent, ac suas vrbes cederent Hebræis, eorumque religionem capessèrent, vti ostendit vers. 15. Omnia autem hæc præstiterit Gabaonitæ. Ergo poterat, imò ex charitate debebat eis parci, fœdusque cum eis iniri, id ipsum satis significat Script. cap. 11. vers. 19. vbi ait: Non fuit vinitas, que se videret filijs Israël, præter Heuæum qui habitabat in Gabaon, omnes enim bellando cepit. Domini enim sententia fuerat vt induerentur corda eorum, & pugnarent contra Israël, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent sicut præceperat Dominus Moysi. q. d. ideo iussit Deus deleri Chananæos, quia ipsi obstinatè resisterunt Hebræis, quia verò id non fecere Gabaonitæ qui erant Heuæi, sed pacem petierunt, ideoque illam eis dari voluit Deus.

Secunda, quia dolo hic Gabaonitarum non erat circa substantiam rei, aut circa id quod iuramentum requirebat vt esset validum, sed circa accidens dumtaxat, scilicet circa proximitatem vel longinquitatem habitationis eorum; Ergo non vitabat nec irritabat iuramentum, nec fœdus iuratum. Fuisse circa substantiam, si ipsi voluissent suas vrbes suamque idololatriam retinere, itaque fœdus inire cum Hebræis; hoc enim erat à Deo vetitum, ideoque Hebræi nullo ad hoc iuramento se obligare poterant: iam autem cum offerant sua prædia Hebræis, & eorum religionem cupiant amplecti, substantiam fœderis à Deo permitti, imò iussu præstant: nec dolo illam violat aut elidit. Quare non fuit hic error personæ, sed alicuius accidentis personæ. Volebant enim Hebræi cum presentibus Gabaonitis contrahere fœdus, sed errabant in accidente, putantes eos remotè, nò propinquè habitare, quod fœdus non vitat: sicut si quis contrahat matrimonium cum femina presente, validè contrahit, esto erret, putetque eam esse Italam, cum sit Germana.

Dices:



Dices: Iosue non intendebat contrahere cum Gabao- nitis, nisi hac conditione, quod non essent Chananaei. Responde, vel non manerent Chananaei, si scilicet vellent persistere in hostilitate, infide- litate & impietate Chananeorum. Iam autem Gabao- nites hac tria se abdicarunt, cupieruntque in amicitiam, religionem & pietatem Hebraeorum transire: Quare iam non Chananaei, sed potius He- braei & profelyti censendi sunt, cum qualibus Iosue optabat foedus inire.

3. Tertia, quia dolus hic non erat noxius, sed com- modus Hebraeis. Quid enim profuisset eis cedere & mors Gabaouitarum, nisi ad opinionem & infami- am crudelitatis barbarae, quod petentes pacem machassent, apud omnes gentes conciliandam. Vita autem eorum multum Hebraeis profuit, quia eis vii sunt quasi seruis ad lignationem & aquationem. Ergo dolus hic non vitabat foedus, nec facie- bat Hebraeos in voluntarios, na paulo post cognito dolo voluntaria foedus in initium obarunt.

4. Quarta, Gabaoonites supplices petebant vitam duntaxat, offerentes se ad omnem seruitutem, quis nisi barbaris id eis negasset, eoique trucidaf- set. Sane id non fecit Tamerlanes, nec Amurathes, nec Ottomannus, nec quis alius quatuorlibet cru- delis & tyrannus.

5. Quinta, Iosue potuisset & debuisset, ac proinde voluisset eis parcere, si ipsi sine dolo fatedo se Chananaeos se ipsi subiecissent, & in seruos adixissent. Hac enim erat mens Dei, vti iam ostendit. Ergo cu ipsi idem nunc faciant, eis parcere debuit, esto dolus aliquis interueniat: vnde & de facto dolo cog- nito eis pepercit.

6. Sexta, id diserte ipsi hic farentur & asserunt: Iurauimus, inquit, illis in nomine Domini Dei Israel (cuius fidem & cultum ipsi agnoscent & suscipere cupiunt) & idcirco non possumus eos contingere. Et mox: Ne contra nos ira Dei conuertatur si peierauerimus. Nota rō iurauimus, scilicet in praeterito: loquuntur ergo de iuramento non post dolum agniti renouato, sed primitus ante doli cognitionem praestito, eoque se obligari asserunt. Idem patet ex violatione huius iuramenti, quam Deus vltus est crucifixione poste- rorum Saulis, 2. Reg. 21. Hinc patet responso: ad argumeta contrariae sententiae. Denique verisimi- le est Eleazarum Pontificem cognito dolo Deum consuluisse. (Hoc enim iusserat Deus Num. 27. 21.) Quid in re tam graui & perplexa facto foret opus, aut certe Iosue Deum orasse, & ab eo audisse vt Gabaoonitis parceret, eorumque tam corpora quam animas per veram religionis professionem ser- uaret.

Dices: Chananaei erant homines sceleratissimi & corruptissimi, ideoque Deus omnes deleri iusse- rat, ne sua vitia affricarent Hebraeis. Ergo licet Gabaoonites metu mortis promitterent morum & vi- tiorum emendationem, tamen eis Hebraei credere non debebant, sed metuere ne paulo post in pristina scelera relaberentur, ideoque illos omnes dele- re, vti iusserat Deus. Resp. communiter id verum erat, at no in Gabaoonitis, qui tam serio se in seruos ad omnia paratos & ad veri Dei cultum offerebant. Adde eorum mentem & constantiam fuisse pro- bandam, eisque adhibendos fuisse religionis ma- gistros, aequae ac inspectores & custodes, qui si de- prehenderent eos ad sua idola relabi, ad Iosue id- ipsum referrent cuius erat eos castigare & extermi- nare, vti iam fit Maranis & Iudaeis ad CHRIS- TVM

conuersis: nec dubium Iosue idipsum praestitisse. Verum euentus docuit Gabaoonitas in fide & Iu- daismo fuisse constantes, ideoque Deus eorum ce- dem in Saulis posteris adeo grauius vindicauit. Rebellionis hic non erat periculum, quia Gabao- nites erant pauci, exarmati, & inter Hebraeos dis- tributi, vt inter se coire, & contra eos conspirare non possent.

Disce hic quam sancte fides, praesertim iurata, sit seruanda hosti, etiam impio & infideli, quales erant Gabaoonites. Idem diserte docet sanctique Leo Imper. in Taetstis, siue de acie ordinanda. Fide enim sublata euertitur omnis hominum contra- ctus & societas, quae fide quasi basi innititur, vt ho- mines iam non homines, sed leones, tygrides & fe- ra esse videantur.

SED SIC VIVANT, VT IN VSVS VNIVERSAE MULTITUDINIS LIGNA CAEDANT, AQUASQUE COMPORSENT. Principes hic Gabaoonitas vita do- nant, sed seruitute damnant, idque iuste, tum quia vitam duntaxat eis promiserant & iurauerant, tum quia Gabaoonites dolum fecerant, & fraude iura- mentum extorserant, tum quia ipsi erant Chananaei, quos Deus volebat occidi, & si quibus ob de- ditionem parceretur, eos seruituti addici. Mitis ergo fuit haec eorum poena, quae tandem facta est honorata fors & conditio seruendi templo, vti patebit vers. vlt.

QUIBUS HAE LOQUENTIBUS VOCAVIT GABAOONITAS IOSUE, vt Principum sententiam ap- probans, eandem quasi summus Princeps & Iudex promulgaret Gabaoonitis. Recte quoad sensum vertit Interpretis, quod in Hebraeo sic ad verbum sonat: Cum locuti essent de illis Principes, vocauit eos Iosue, &c. Hebr. enim וַיִּקְרָא וְעַתָּה non tantum sicut sed & cum, vel quando significat.

ITAQUE SVB MALEDICTIONE ERITIS,] puta sub seruitute & onere lignandi & aquandi. Serui- tus enim onerosa est species quadam maledictio- nis, id est maleficientiae & castigationis.

DECREVITQUE IN ILLO DIE EOS ESSE IN MINISTERIO CVNCTI POPVLI, ET ALTARIS DOMINI. Duplex ergo fuit onus & officium Gabaoonitarum. Prius, comportare ligna & aquam totis Hebraeorum castris. Vnde a Iosue lib. 11. Antiq. cap. 4. & 5. vocantur δὴμασται, id est publi- ci serui.

Posterior, eadem comportare tabernaculo, & postea templo, cui ferè soli addicti fuere post diui- sionem castrorum & tribuum, terraeque promissae possessionem, praesertim tempore Salomonis, idque ex praescripto & distributione exactiore officiorum templi facta a Dauide, quem verisimile est eos vo- casse Nathinaeos, quorum crebra est mentio Estra c. 2. 43. & 50. c. 8. 20. Nehem. 3. 26. & 31. 1. Paral. 9. 2. Nam Gabaoonitas hos esse Nathinaeos non tantum recentiores docent, vt Lyran. Masius, R. Salomon, Sigonius de Repub. Hebraeorum lib. 5. cap. 7. Ri- bera lib. 3. de Templo cap. 4. Vilalpando in Appa- ratu part. 1. lib. 2. c. 7. sed & S. Hieron. (si tamen ipse est Auctor) in Tradition. Hebr. in lib. 1. Para- hpm. Nathinaei, inquit, id est donati (à rad. נָתַן na- than, id est dedit) sunt Gabaoonites, eò quod ad seruendū dati sint ad templum Domini donati, scilicet primum a Iosue hic. Vnde Hebr. est נתן יתנעם, id est de- dit eos (vnde Nathinei nomen) Tabernaculo; deinde a Dauide, donati inquam, vt subseruirent Sacerdo- tibus & Leuitis, non proximè tanquam Subdiaco- ni

ni Diaconis, vt vult Sigon. sed remore, vt laici, & A exteri personis sacris ex Leui oriundis, idque indi- cat Script. Estra 8. 20. & 1. Paral. 9. 2. Vnde & valde verisimile est Gabaoonitas sacris Iudaicis fuisse ini- tiatos, ac per Circumcisionem in Iudaismum transisse, vti bene probat Abulenf. Atque hac de causa Iosue eos vocat sacros seruos, id est seruos facti templi. Nathinaei, ergo Hebr. idem est quod Deodatus. Sic apud Carthulianos & alios Religio- sos fratres laici vocantur donati vel oblati, scilicet ordini & Deo. Hi ergo Nathinaei pificis sunt si- miles, ac rectè Nathinaei vocari queunt.

Dices: Salomon in templo fabricauit mare aeneum aquis refertum, item aquae ductus plures, quibus aqua infunderet in templum. Erat insuper probatica Piscina iuxta templum ad ablundas vi- ctimas Deo sacrificandas. Hebraei quoque ligna offerebant templo, & ad illud conuehebant. Ergo ad neutrum munus opus erat Nathinaeis. Resp. negad conseq. Nam Salomon tot aqueductibus alleuauit quidem onus Nathinaeorum, non tamen omnino sustulit: Nam ex aquae ductibus Nathi- naei aquam deportare debebant, non tantum ad altare, sed etiam ad omnes sacerdotum culinas al- tari vicinas. Idem dico de lignis. Insuper sacerdo- tes Nathinaeis utebantur ad quoslibet templi vsus,

vti nos vtimur sacristanis eorumque ministris. Templum enim erat vastissimum instar vrbs, ac quotidie plurimae, & subinde millenae (vt fecit Sa- lomon) in eo oues, viruli, & boues sacrificaban- tur, ad quorum abluitionem, coctionem & crema- tionem ingens vis aquarum requirebatur. Quare sicut Sacerdotes & Leuitae per vices seruiebant templo, tumque habitabant in templo, sic & Na- thinaei: alioqui verisimile est eos sparsim habitasse in vrbus sacerdotibus assignatis, eisque seruuisse. Denique Salomon. in fabricando templo, inter alios operarios vsus fuit Nathinaeis, vti docet Vilal- pando & alij.

IN LOCO QVEM DOMINVS ELEGISSET,] ad col- locandum in eo Tabernaculum cum arca fede- ris; Cherubim & Propitiatorio, & consequenter ad sui venerationem, cultum, sacrificia & adora- tionem. Hic locus primò fuit in Galgalis, deinde in Silo, tertio in Nobe, quarto in Gabaa, denique in templo, cum illud Salomon extruxit. Porro arca mansit in Galgalis toto septennio, quo Iosue Chananaeos debellauit: arca enim erat in castris, castra autem erant in Galgalis, vt patet cap. 10. vers. vlt. Bellis septennalibus finitis, octauo anno ductus fuit, Iosue transfudit arcam e Galgalis in Silo, vt pa- tebit cap. 18. vers. 17.

CAPVT DECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Quinque Reges Chananaei oppugnant Gabaoonitas quasi transfugas; sed eis Iosue succurrit, hostes fugat, qui lapidibus e caelo pluentibus conteruntur. Mox vers. 12. Iosue sistit Solem & Lunam, donec hostes omnes profugerent. Deinde vers. 22. quinque Reges in spelunca latentes pedibus calcari & suspendi iubet. Denique vers. 28. plures vrbes expugnat, quo facto reuertitur ad castra in Galgalis.

1. QVæ cum audisset Adonisedec Rex Ierusalem, quod scilicet cepisset Iosue Hai, & subuertisset eam (sicut enim fecerat Iericho & Regi eius, sic fecit Hai & Regi illius) & quod transfugissent Gabaoonites ad Israel, & essent foederati eorum, 2. timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabaoon, & vna ciuitatum regali- um, & maior oppido Hai, omnesque bellatores eius fortissimi. 3. Misit ergo Adonisedec Rex Ierusalem ad Oham Regem Hebron, & ad Pharam Regem Ierimoth, ad Iaphia quoque Regem Lachis, & ad Dabir Regem Eglon, dicens: 4. Ad me ascendite, & ferite praesidium, vt expugnemus Gabaoon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel. 5. Congregati igitur ascenderunt quinque Reges Amorrhæorum, Rex Ierusalem, Rex Hebron, Rex Ierimoth, Rex Lachis, Rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaoon, oppugnan- tes eam. 6. Habitatores autem Gabaoon vrbs obsessae miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum: ascende citò, & libera nos, ferque praesidium: conueni- runt enim aduersum nos omnes Reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis. 7. Ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortissimi. 8. Dixitque Dominus ad Iosue: Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus ex eis tibi resistere poterit. 9. Irruit itaque Iosue super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis. 10. Et conturbauit eos Domi- nus a facie Israel: contriuitque plaga magna in Gabaoon, ac persecutus est eos per viam ascensus Beth horon, & percussit vsque Azeca & Maceda. 11. Cumque fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth horon, Dominus misit super eos la- pides magnos de caelo vsque ad Azeca: & mortui sunt multo plures lapidibus gran- dinis, quam quos gladio percusserant filij Israel. 12. Tunc locutus est Iosue Domino, in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaoon ne mouearis, & Luna contra vallē Aialon.

Cornel. in Iosue.

E

13. Ste-

13. Steteruntque Sol & Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque Sol in medio caeli, & non festinauit occumbere spatio vnus diei. 14. Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediēte Domino voci hominis, & pugnante pro Israël. 15. Reuersusque est Iosue cum omni Israël in castra Galgala. 16. Fugerant enim quinque Reges, & se absconderant in spelunca vr̄bis Maceda. 17. Nuntiatumque est Iosue, quod inuenti essent quinque Reges latentes in spelunca vr̄bis Maceda. 18. Qui praecipit fociis, & ait: Voluite laxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios, qui clausos custodiant. 19. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos vr̄bium suarum intrare praesidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras. 20. Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsque ad interuentionem penè consumptis, hi qui Israël effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas. 21. Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani & integro numero: nullusque contra filios Israël mutire ausus est. 22. Praecipitque Iosue dicens: Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque Reges qui in ea latitant. 23. Feceruntque ministri vt sibi fuerat imperatum: & eduxerunt ad eum quinque Reges de spelunca, Regem Ierusalem, Regem Hebron, Regem Ierimoth, Regem Lachis, Regem Eglon. 24. Cumque educti essent ad eum, vocauit omnes viros Israël, & ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite, & ponite pedes super colla Regum istorum. Qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, 25. rursum ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris, aduersum quos dimicatis. 26. Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi vsque ad vesperum. 27. Cumque occumberet sol, praecipit fociis vt deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in speluncam, in qua latuerant, & posuerunt super os eius laxa ingentia, quæ permanent vsque in praesens. 28. Eodem quoque die Macedam cepit Iosue, & percussit eam in ore gladij, regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecitque Regi Maceda, sicut fecerat Regi Iericho. 29. Transiuit autem cum omni Israël de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam: 30. quam tradidit Dominus cum Rege suo in manus Israël: percusseruntque vr̄bem in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiserunt in ea vllas reliquias. Feceruntque Regi Lebna, sicut fecerant Regi Iericho. 31. De Lebna, transiuit in Lachis, cum omni Israël: & exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam. 32. Tradiditque Dominus Lachis in manus Israël, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnemque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. 33. Eo tempore ascendit Horam Rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad interuentionem. 34. Transiuitque de Lachis in Eglon, & circumdedit. 35. atque expugnauit eam eadem die: percussitque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea, iuxta omnia quæ fecerat Lachis. 36. Ascendit quoque cum omni Israël de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam: 37. cepit eam, & percussit in ore gladij, regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in ea fuerant commoratae: non reliquit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit consumens gladio. 38. Inde reuersus in Dabir, 39. cepit eam atque vastauit: Regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius. 40. Percussit itaque Iosue omnem Terram montanam & meridianam atque campestem, & Asedoth, cum Regibus suis: non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat, interfecit, sicut praeeperat ei Dominus Deus Israël. 41. à Cadesbarne vsque Gazam. Omnem Terram Gosen vsque Gabaon, 42. vniuersosque Reges, & regiones eorum, vno impetu cepit atque vastauit: Dominus enim Deus Israël pugnavit pro eo. 43. reuersusque est cum omni Israël ad locum castrorum in Galgala.

VERS. I. QUA CVM AVDISSET ADONISEDEC REX IERUSALEM, quæ à Gabaon tantum distabat duabus leucis sine horis; ideoque eius Rex inuasit Gabaonitas, quod ad Hebræos transissent, quodque sibi vicini panderent Hebræis iter ad suam Ierusalem expugnandam. Videtur Adonisedec hoc nomen, assumpsisse à Melchisedec, qui in eadem ante 400. annos regnarat, eamque iustis suis legibus, moribus, & exemplis fecerat sedem p̄fectæ iustitiæ, vt scilicet in ea vigeret iustitia, Dei cultus,

A rusalem expugnandam. Videtur Adonisedec hoc nomen, assumpsisse à Melchisedec, qui in eadem ante 400. annos regnarat, eamque iustis suis legibus, moribus, & exemplis fecerat sedem p̄fectæ iustitiæ, vt scilicet in ea vigeret iustitia, Dei cultus,

cultus, veraque religio. Audi Masium: Vocabantur p̄fectis illis temporibus omnes Reges Ierosolymæ (vt autumant Iudæi) vel Melchisedec, vel Adonisedec, quorum illud Regem Iustitiæ, hoc donum Iustitiæ significat. Vnde conicitur vr̄bem illam primum isedec, id est iustitiam (quam in ea plantarat primus iustus sanctusque eius Rex Melchisedec) fuisse nominatam: postea verò salem, id est pacem, quod in ea securè & pacificè habitaretur (nam nomen Iebus, quod aliquando illi à vulgo attributum est. 1. Paralipomen. 11. 4. incolarum, non vr̄bis proprium erat) ac deinde Ierusalem, id est factum est siue à Dauide, vt innuit Iosephus lib. 7. Antiq. cap. 3. siue ab aliquo alio, per coniunctionem siue combinationem duarum vocum. Nam cum Abraham eodem loco sacrificaturus filium suum, loco nomen dedisset *Isaac*, *Adonai* iure, id est videbit vel providebit Dominus sibi victimam, ex illo iure, id est providebit, & vetustiore nomine salem, conflatum est nomen Ierusalem, id est providebit, aut videbit pacem, siue visio pacis. Hec Masius. Vide dicta Genes. 22. 14. Falluntur ergo Iosephus lib. 7. belli cap. 18. & Hegesippus lib. 3. cap. 9. dicentes Melchisedec vr̄bis conditorem possuisse hoc nomen Ierusalem, eò quod ipse ad vetus nomen salem addiderit *israhel*, id est sacrum, propter ædificatum ibidem à se templum, quasi Ierusalem idem sit quod *israhel*, id est sacrum templum vr̄bis salem. Alij cum Euseb. lib. 9. Præpar. cap. 4. Salomoni id tribuunt, quasi Ierusalem idem sit quod *israhel*, id est sacrum templum Salomonis. Verum nec Melchisedec, nec Salomon Græcè locutus est, sed Hebraicè.

Errat pariter Stephanus Byzantius lib. de vr̄bibus asserens à Solymis montibus Solymos dici & salem, quæ postea dicta est Elia ab Elio Adriano Imper. eius restauratore.

A verò quoque alienum videtur quod scribit noster Christoph. à Castro in *cap. 4. Baruch.* sub finem, Ierusalem dictam à Iebusæis incolis, q. d. *israhel salem*, id est *timere* vr̄bem nostram *saalem*, vt vel ipso vr̄bis nomine vicinis ciuitatibus terrorem incuterent. Alienum pariter videtur quod indicat S. Hieron. de locis Hebr. litt. 1. Ierusalem dictam à Iebus filio Chanaan & pronepote Noe, ac salem (Iebusæi enim incolere Ierusalem) commutata scilicet littera *s* in *r*, euphonia causa, quasi Ierusalem idem sit quod Iebusælem.

Diuinitus autem hæc nomina vr̄bidata sunt, propter œconomiae Passionis, crucis & mortis mysterium in ea peragendum, in quo mysterio iustitia, pax, & felicitas totius orbis posita fuit, iuxta illud Thren. 2. *Hecce est vr̄bs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ:* Et illud Psal. 73. *Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terra.* Et illud Isaie. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Et Apocal. 21. 2. *Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de caelo, à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo.* Vide Tobiam cap. 13. 11. & sequent. in elogijs Ierusalem exultantem. Audi Adrichom. in descript. Ierusalem: *Ierusalem ciuitas Dei electa, sancta & gloriosa, fundata in montibus sanctis, loci eminentia, celi solique felicitate cunctas mundi vr̄bes superans, in totius orbis & Iudææ medio, seu centrum & umbilicus terra sita est: & tanquam regia inter omnes accolæ, velut caput in corpore eminet, splendidissq. aedificijs sicut sol præ cæteris lucet. Tantæq. gloria illustratur, vt singulari quodam privilegio vnicus olim electus à Deo locus, ac non tantum solum*

Ierusalem quale & quanta.

Cornel. in Iosue.

lis cuiusque anime, verum etiam militantis Christi in terris Ecclesie, denique & beata illius in celo triumphantis extiterit figura. Vr̄bs perfecti decoris, gaudium & exultatio vniuersæ terræ. Hæc circa annum à mundo creato 2023. tempore Abrahami à Melchisedec Rege condita, Hebraicè Salem, Græcè verò Solyma vocata est: atque ab eo quinquaginta annis possessa videtur. Quam demum Iebusæi à Iebusæo filio Chanaan prognati occupauerunt: à quibus Iebus & Iebusæum aliquando dicta est: quo tempore eius Regem Iosue occidit. Tenuerunt autem eam Iebusæi annos octingentos & viginti quatuor, tantumq. vr̄bis fidebant firmitati, vt Dauide Rege ipsam oppugnaturus per contemptum cecos, claudos & mutilos in manibus collocarint, dilutantes hos ad arandum hostem sufficere. Hucusque Adrichom.

Denique S. Hieron. epist. 17. ad Marcellam, inuitans eam vt Romam migret Ierusalem: *In tribus nominibus, ait, Trinitatis demonstrat fidem. Iebus, Salem, & Hierusalem appellatur. Primum nomen calcata, secundum pax, tertium visio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad fidem, & post conculationem ad pacis visionem erigimur: ex quo Salomon id est pacificus in ea natus est, & factus est in pace locus eius. Et in figura Christi sub etymologia vr̄bis; Dominus dominantium & Rex Regum nomen accepit.*

VRBS ENIM MAGNA ERAT GABAON, ET VERS. 2. VNA CIVITATVM REGALIVM.] Hebr. *Sicut vna ciuitatum Regni.* q. d. Gabaon erat vna ex præcipuis regni Chanaanorum ciuitatibus. Septuag. *Vna præcipuarum ciuitatum Regum.* Masius: *Quanta vlla vr̄bium regni Chald. Regiorum.*

QUARE TRANSVGERIT.] impune scilicet ad VERS. 4. Iosue. q. d. Quare permittemus impunitum hoc Gabaonitarum à nobis ad Hebræos transfugium? q. d. Puniamus hæc eorum à nobis apostasiam, & excindamus eos, ne quis audeat eos imitari, & ad Hebræos transfugere, quia pacem fecit cum Iosue.

IRRUIT ITAQUE IOSVE SUPER EOS RE- VERS. 9. PENTE TOTA NOCTE ASCENDENS DE GALGALIS.] q. d. Iosue tota nocte profectus de Galgalis, summo mane peruenit ad Gabaon, ac subito, & ex improviso in castra hostium eam obsidentium irruit, itaque eos somno sopitos, turbatos, pauidosque oppressit. Nota hæc nouum stratagemata Iosue, quo celeritate & matutina irruptione hostium castra turbauit & superauit. Prudenter enim, ait Themistocles magnus Græcorum in præliis dux, *Amicos patientia, hostes celeritate superandos esse.* Et Iulius Cæsar: *Veni, vidi, vici.* quod imitatus Carolus V. piensius dixit: *Veni, vidi, vicit Christus.* Celer & peruius fuit Hannibal, æquè ac Vespasianus Imper. Vide dicta Apoc. 3. v. 3. Sic Troia à Græcis capta est, qui vt ait Virgil. *Aeneid. 2.*

Inuadunt vr̄bem somno vinoq. sep̄tam. Noctu ergo summe contra hostes tam corporis quam animæ excubandum est. Noctu enim demones perambulant vt turpia, scelestæ & infanda concitent. Quare contra eos sub noctem, vt opem Dei & Angelorum impleremus, recitamus Psal. 90. *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cali commorabitur.* &c. *Non timebis à timore nocturno, &c. A negotio perambulante in tenebris.* Chald. *Non timebis à timore demonum, qui ambulat in nocte, à morte in tenebris ambulante.*

IN GABAON. in agro Gabaon, obsidebant enim Gabaon. Vide simile cap. 5. 3.

PERSECVTVS EST EOS.] scilicet Israël Amoræthos, vel Deus per Israëllem quasi militem suum: E 2 Hebræi

Hebraei enim saepe subtrahunt verbi suppositum, illud- A que ex circumstantiis, quasi obuium lectori intelligen- dum suppleendumque relinquunt.

VERS. II.

DOMINVS MISIT SVPER EOS LAPIDES MA- GNOS DE CAELO.] Lapidis grandinis intellige. Ad- dit Iosephus lib. 5. Antiq. c. 2. tonitrua & fulmina; quare non solum lapidosa & inusitata magnitudi- nis grandine, sed etiam tonitru & fulminibus ter- ribilem fuisse hanc tempestatem, aequae ac fuerat illa Aegyptiaca, Exodi 9. 23. Similia fulminum auxi- lia a Deo fuisse immissa legioni Christianae ( quae inde fulminatrix est appellata ) sub Marco Aurelio Imperat. narrat Euseb. lib. 5. Histor. c. 5. ac Theo- dosio Imper. contra Eugenium prelianti narrat Clau- dianus, dum ita canit:

O nimum dilecte Deo, cui fundit ab aetheris  
Aeolus armatas hyemes, cui militat aether,  
Et concurati veniunt ad classica venti.

Sic ad Samuëlis preces Deus Philisthaeos per toni- trua percussit, & Hebraeis perecutiendos obicit. 1. Reg. 7. 10.

VERS. 12.

TVNC LOCVTVS EST IOSVE DOMINO.] Chald. Tunc Iosue laudauit Dominum. & laudando eum rogauit fiducia plenus, vt susteret solem, do- nec plenam de hostibus caelis obtineret victoriam; qua prece ad Deum praemissa, Iosue fidens, omnino diuinae virtuti opique imperauit soli quietem & solstitium. Ecclesiast. c. 46. 4. docet Iosue id fecisse ex zelo & iusta ira contra hostes populi Dei, vtique impellente eum Spiritu sancto. Vide hic, quam po- tens sit fides magna in Deum; sed hanc nobis sug- gerat & inspirat Deus oportet, vt eam impleant Iosue; alioqui enim temerarius fuisset imperando soli stationem. Hoc est quod Christus promissit, Matth. 27. 22. dicens: Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Quantum ergo credis & speras, tantum a Deo accipies. Quis ergo non sum- ma speret a Deo, vt summa accipiat?

SOL CONTRA GABAON NE MOVEARIS ET LUNA CONTRA VALLEM AIALON.] Hebr. est: Sol iace, quod R. Salomon intelligit de Pythagorico caelorum concentu, q. d. Solne canas: vt Iosue; sed iace & audi vocem iustissime meum, ac siste gra- dum. Verum hoc ridiculum est & futile; Sol iace, ergo idem est quod Sol quiesce, ne loco mouearis. Septuag. Sol apud Gabaon stans. & Luna apud vallem Aialon. Sensus ergo est. q. d. Tibi, o Sol, in virtute Dei omnipotentis iubeo, impero, vt non mouearis, sed immotus fixusque, ex aduerso vrbium Gabaon & Aialon consistas, vt lucem nobis praebas, donec hostes nostros persequamur, omnesque ad interuentionem deleamus. Nam vrbs Aialon, vicina erat vrbis Gabaon, & inter eas vallis erat: me- dia, in qua praesidium hoc gerebatur. Vnde apparet illo die fuisse circa nouilunium, lunamque soli fuisse coniunctam. Quod verò lunam nominet Iosue, facit hoc, nō, quasi id necessarium esset ad praeben- dum suis lumen (hoc enim, aliunde praestabat solus sol) sed quia poetica copia ludit in Sole & Luna, si- cut in Gabaon & Aialon: hic enim versus aequae ac duo sequentes sunt Hebraici rythmi, de prompti vt videtur ex libro Iustorum. Vnde apparet eos non esse compositos a Iosue, sed hic inferi ex lib. Iustor- um, siue Eclras restaurator librorum sacrorum, siue quis alius eos hic inseruerit, nisi quis dicat librum Iustorum hic vocari annales publicos, in quibus quo- libet anno vel aëo iustorum, praesertim. Heroum illustria facta scribebantur, quasi eos citet hic Iosue.

Secundò, nominat Lunam, vt innuat non tan- tum Solem, sed & Lunam, omnesque caelorum or- bes iustos fuisse gradum, susteret: Sol enim & Luna, quae astra sunt nobilissima, ac diei & nocti praesunt, omnia reliqua caelestia astra & corpora significant: alioqui enim statio Lunae ad lumen & ad victoriam hic non requireretur: significat ergo Deum tunc omnes caelorum orbes cohibuisse, ne videlicet con- stitutus ab eo à mundi creatione perpetuus inter orbes hos ordo, tenor & consensus vnus aut duo- rum inaequali progressionem perturbaretur, vt fu- sè docet Abulen. & Masius, ac Conimbricenses in lib. 2. de caelo qu. 2. art. 3. in fine. Simile accidit I- saiae cap. 38. vbi Isaias ad preces Ezechiae Regis solem decem gradibus retrocedere iussit.

Hoc ergo Iosuo die non fuit tempus, cuius mensura est motus primi mobilis (hic enim mo- tus illo die cessabat, sed fuit duratio quae rem qua- uis existentem & perdurantem naturaliter comi- tatur, & cuius mensura poterat esse duratio primi mobilis, etiam dum ipsum quiescit. Atque haec duratio mensurari poterat per horologia non sola- ria, sed arenaria vel ferrea, quae suis temporibus li- brata statò tempore decurrunt, singulaeque horas suo indice vel sono pulsusque indicant. Simili mo- do cessante motu Solis & Lunae cessauit reciproca- tio suae fluxus & refluxus maris; hic enim à motu Lunae causatur. Ita Conimbr.

NONNE SCRIPTVM EST HOC IN LIBRO IV- STORVM?] Fuit hic liber quasi sanctorum Catalo- gus, in quo praecleara virorum fide & religione il- lustrum facta erant descripta. Quis & qualis fuerit nescitur. Nam planè intercidit. Ita Theodor. & alij. Vide Sixtum Senensem in Catalogo sacrorum li- brorum, varias de hoc libro virorum sententias re- ferentem.

STETIT ITAQUE SOL IN MEDIO CAELI.] id est in ipso caelo magno & vasto: Est Hebraismus frequens, vel in hemisphaerio nostro, quod dimi- dium est respectu aetheris hemisphaerij, quod respicit Antipodes.

ET NON FESTINAVIT OCCUMBERE SPATIO VNIVS DIEI.] Hinc videtur quod Iosue imperarit stationem soli sub vesperam, cum is occumberet, ideoque vereretur Iosue ne hostes per tenebras im- minentes effugerent. Iustinus Martyr dialog. con- tra Tryphonem opatur diem hunc Iosuanum fuisse 36. horarum. Nam praeter duodecim horas naturales, addit illi 24. horas supernaturales, qui- bus Solem stetit putat; nam dicitur hic Sol ste- tisse spatio vnus diei, quod ipse de die naturali viginti quatuor horarum accipit. Verius id accipias de die artificiali; haec enim sola lucem praebet, id- que innuit Ecclesiasticus cap. 46. 5. dicens: Vna dies facta est quasi duo. q. d. Dies quae solet esse duodecim vel 24. horarum, facta est 24. vel 28. horarum. Ste- tit ergo hic sol per 12. vel potius 14. horas. Hec enim pugna contigit sub solstitium aestiuum, quando in Iudaea dies est 14. horarum.

Plura de hac statione solis litteralia & mystica dixi Ecclesiastici 46. 5. quibus adde Tropol. In Lu- na cognitionem intellectus, quae in hac vita semper minus clara est, & in sole ardorem affectus con- sidera. Haec interdum in vno summo bono in- tuendo & diligendo absque varietate subsistunt, donec viciscatur se homo de inimicis suis. Ni- hil enim ita imperfectiones nostras domat & ab- sumit, ac donum istud perfectissimae contem- plationis,

plationis, qua homo beneficio Domini nouit an- gelicos spiritus amulari.

Physic.

Physicè & bellicè Leo Imper. in Tactis in Epi- logo num. 51. In acie instruenda, ait, solem à tergo & ven- tum habere, & in hostium oculis vtrumque collocabis. Idem dicas de puluere, vt eum à tergo, & à fronte hostium colloces, vt in eorum oculos inuoler, eos- que excacet, vt praerari nequeant; nimirum puluis sequitur ventum.

Anagog.

Anagog. Rupertus in hac statione solis, ait, est figura iudicij extremi: quando enim Christus iu- dicaturus adueniet, tunc stante sole longus erit dies, donec viciscatur se de inimicis suis: iuxta est, ait Sophon. cap. 1. dies Domini magnus, dies ira, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis, & miseria. Imò post diem iudicij cessabit omnis caelorum motus, ac sol, luna & stellae consistent eodem loco in aeternum, vt docent Theologi.

Allegor.

Allegoricè Iosue hic typus fuit IESV CHRISTI: Sicut enim pugnante Propheta ( Iosue ) sol stetit: ita dum Saluator noster morte sua mortem assulueret, sol meridie continuè radios suos, & tenebris repleuit terram, ait Theod. quest. 15.

Denique Hebraei, ob imperatam hanc à Iosue solis stationem, sepulchro eius inculpserunt so- lem, ad perennem tanti miraculi memotiam, quod ipse fuisset solis stator, ac instar solis nocte & die fuisset perigil: nam vigili stant bella magistro, de qua re rursum dicam c. vlt. 30.

VERS. 14.

NON FUIT ANTEA, NEC POSTEA TAM LONGA DIES.] Nam dies Ezechiae ab Isaiā prolongatus fuit dumtaxat 15. horarum. Decem enim horis diei Isaias adiecit quinque; hic verò Iosuanus dies fuit 28. horarum. Nam 14. horis diei Iosue adiecit alias horas 14. Vide dicta Eccles. 45. 5. & Isaiā 38. 8.

OBEDIENTE DOMINO VOCI HOMINIS, ET PVGNANTE PRO ISRAEL.] Portentum est quod Deus obediat homini, sicut Deus obediuit Iosue petenti vt susteret sole, quia Iosue in omnibus obe- diebat Deo. Vis vt Deus te audiat? audi tu Deum, obedi obedi; sic faciet tibi obedire omnia à se crea- ta, tibi que quasi omnipotentiam suam communi- cabit. Scriptum est enim: Voluntatem timentium se faciet. Ita S. Dominicus dicebat se à Deo impe- trare quicquid ab eo postularet. Idem etiam num experiantur viri sancti: Ex quo intelligitur Deum seruorum suorum precibus obedire, & ad eorum ne- cessitatem creaturas suas opportunè gubernare, ait Au- ctor de mirabil. S. Script. apud S. August. tom. 3. lib. 2. cap. 4.

Miratur S. Bernard. Deum natum ex Virgine illi quasi filium obediuisse, at magis mirum Deum obedire Iosue. Christus enim matri obediuit, non quia Deus, sed quia homo & filius; hic verò Deus vt Deus obediuit Iosue. O prodigium, o stupor, o di- gnatio nunquam in caelis vel terris audita, quod Creator creaturæ, Deus homini obedit. Exclamat S. Bern. Erubescere cinis, Deus se humiliat, & tu te ex- altas; Erubescere puluis, Deus obedit homini, & tu nec homini, nec Deo obedis?

Sancus ergo Iosue imperat caelis, ac quasi rex illis leges figis, atque Solè & Lunam in medio cur- su sola voce & imperio, tanquam habenis mirabi- liter detinet & frænat. Sic sancti imperant vitæ & morti, caelo & inferno, dum mortuos suscitant, & animas gehennæ addictas conuertendo in caelum transferunt. Cui enim Creator obedit, illi & An- geli, & daemones, & homines, omnesque creatu- rae obediunt oportet. Vide hic quanta sit vis ora- tionis, quæ Deum nobis facit obedire. Vnde Iacob in oratione luctans cum Deo, illum que volentem vincens vocatus est Israël, id est dominans Deo. Genes. 32. 28. Orans ergo Deum fit Israël, Deoque praua- let: Vide dicta Iacob. 5. vers. 16. & seq. Vnde Chald. hic verit: Vt exaudiretur cor à Deo oratio hominis, quia per verbum suum pugnabat Dominus pro Israele. Sic & Masius, Pagnin. Arias & Vatabl. Audiatur S. Hieron. in cap. 28. Isaiæ: Fiducia habitantis in se Dei, locu- tus est IESVS: Stet Sol. S. Ambros. lib. 1. Offic. cap. 40. IESVS: Naue cum aduersum Gabaonitas surgeret praesit, & vereretur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis & fidei clamauit; Stet Sol; & stetit dum haec victo- ria consummaretur. D. Bernardus apud eius vitæ au- ctorem lib. 2. cap. 7. cum aduersus Leoninos schi- smaticos constanter agendum, ardentè que precan- dum suaderet: Iosue, ait, pugnat, & vt ad consumma- tionem victoriae dies sufficiat procelata, soli vt stet non tam orat quam imperat, & meretur fidas tam solis obedientiam, quam de hoste prostrato victoriam.

VERS. 15.

RAEL IN CASTRA ( in Iosue pro castris muni- tum ) GALGAL. ] Reuerfus est, scilicet confecto prorsus bello, quo Deus miraculosè pugnabat pro Is- raële solem sustendo, donec omnes hostes cederentur, vt praecessit. Hic ergo versus per anticipatio- nem hic ponitur, & quasi per parenthesin interit- citur; nam proprio loco collocandus esset in versu ultimo capitis. Ita Masius: Aut planius & magis cõ- nexè cum versu sequenti q. d. Reuerfus est, hoc est re- uerti incipiebat Iosue, quia fugerant quinque Re- ges hostium duces, & videbantur effugisse; abscon- derant enim sese in spelunca Maceda: quod cum audisset Iosue, reflexit iter, ac speluncam custodiri iussit, donec sui ceteros eorum affeclas persequerentur & cederent, vt sequitur. Vnde Vatabl. ver- tit: Et Iosue adornabat reditum.

FUGERANT ENIM, ] iuxta sensum iam datum. VERS. 16.

Masius & alij vertunt: Fugerant autem, vt hic versus ne catur cum vers. 13. & vers. 14. per parenthesin inferatur.

PERSEQUIMINI HOSTES.] Audi quid de hostes fugientes insequendo sanciat Leo Imper. in Tactis cap. 20. num. 202. Victoria tibi à Deo concessa, ne statim turbulenti & confusi illos insequaris, sed inter in- sequendum ne conuersi te rursum adoriantur providebis: nã effusa & intemperans insectatio opportunus ad offensionem facit eos, qui insequuntur.

Et Vegetius lib. 3. cap. vlt. Qui dispersis suis, inquit, inconsulte insequitur, quam acceperat, aduersario vult dare victoriam. Vnde Iosue hic iubet, vt totus Hebræorū cunens hostes persequatur.

IN MACEDA VBI TVNC ERANT CASTRA.] Iussit enim Iosue suos custodire quinque Reges absconditos in Maceda, ibique castra figere, donec pars vna exercitus fugientes persequeretur & cederet: quae hoc pacto ad ceteros in Ma- ceda rediit. Castra ergo hic vocantur portio & munitio exercitus portio. Ex Maceda deinde caelis quinque Regibus, redire ad pristi- na plenaque castra sita in Galgalis, vt patet vers. vltim.

NVLIVSQUE CONTRA FILIOS ISRAEL MY- TIRE AVSVS EST.] Hebr. Nemo contra filios Israël acuit linguam suam. Masius: Nec canis acuisser linguam suam in quemquam filiorum Israël. q. d. Israël nil pas- sus est mali, fuitque omnibus circumcirca gētibz formi-



formidabilis, quare nemo ausus fuit ipsum allatrare, ne canis quidem, animal alioqui cum primis irritabile, sed dentibus, non lingua metuendum: canes enim multum lingua latrantes, vix dentibus mordent. Est Proverbium.

VERS. 24. PONITE PEDES SUPER COLLA REGVM ISTORVM.] Non fuit hoc insolentis animi, aut victoria elati. Iosue enim optimè callebat illud Aristidis tomo 2. Orat. 2. de pace: *Vix victoria honestus, non minorem quam victoria laudem affert.* Iussit ergo suis colla Regum calcare; Primò, vt suis fiduciam, & animos ad ceteros Chanaanæorum reges debellandos adderet, ostenderetq; Deum implere p̄missa per Moysen. Deuter. 33. vlt. vbi dicitur: *Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.*

Secundò, vt meritas de impiissimis tyrannis sumeret pœnas.

Tertiò, vt suos longius ab infandis eorum sceleribus & communionem cum scelestis Chanaanæis abdicaret, vt potè quos tam Dei vindicta, quam Iosue sententia calcari, necari, necatòque in crucem agi ostentariq; videret. Allegor. *Fuit hæc non crudelitas, sed humanitas,* q̄ Origen. homil. 11. *Christi sacramentum designans, quod Dominus IESVS adumbratum prius à filio Naue per singulas ciuitates, nunc in veritate per singulas animas credentium complet: vt qua possidebantur à pessimis regibus, secundum principem mundi huius, expulsis & peremptis, facerent eas dignetur habitaculum fidei & sancti Spiritus templum.*

Symbol. S. Hieron. lib. 1. contra Iouin. per quinque Reges accipit quinque sensus, qui in homine regnant, sed à Iesv pugnante superantur. *Significatur, inquit, quòd antequam Dominus populum suum educeret de Aegypto, & circumcideret eum, visus, odoratus, gustus, auditus tactusque regnauerunt, & his quasi principibus fuerunt vniuersa subiecta, quos IESVS ad speluncam corporis confugientes & ad tenebrosam locum, id est ipsum ingredientem corpus interfecit, vt per id occideretur, per quòd antè regnabant.*

VERS. 31. DE LEBNA TRANSIUIT IN LACHIS.] Vide vt Iosue sapienter vtatur victoria, ac regibus cæsis vrbes omnes consternatas capiat, & instar fulminis peruadat. Peccauit ea in re Hannibal, si enim cæsis Romanis ad lacum Thrasimenum Romam perrexisset, eam cepisset: Vnde de eo dictum: *Vincere scit Hannibal, sed victoria vti nescit.*

VERS. 37. CEPIT EAM.] Iosue ergo cepit Hebron, sed peruolando. Vnde nonnulli gigantes eam rursus occuparunt quos in eadem postea deleuit Caleb, vt patet cap. 13. 14. de quo cap. sequ. vers. 21.

ET PERCVSSIT IN ORE GLADII,] id est in

acie gladij, quod Galli dicunt *au fil de l'espée.* Hæc phrasi significatur omnes gladio fuisse trucidatos; quod enim homini est os, hoc gladio est acies. Sicut enim homo cibum quem ore contingit, deuorat; sic gladius quicquid acie sua ferit, consumit.

REGEM QVOQVE EIVS.] scilicet iam antè percussisset gladio, ac percussum suspenderat in patibulo, vt dixit ver. 26. Reperit enim Regis eadem, quia recenset stragem communem vrbi eius Hebron illatam, cum Rex cæsus sit non in Hebron, sed in Maceda.

PERCVSSIT, &c. ASEDOTH.] Ita legendum cum Roman. non *Asoth.* Sic & Septuag. Hebræum nomen vt proprium regionis retinuerunt, tam hinc quam cap. 12. 8. & cap. 13. 20. sed & Euseb. in locis Hebr. asserit, *Asedoth* esse nomen proprium vrbis Mafius tamen & alij hoc nomen accipiunt non vt proprium, sed vt appellatiuum, vertuntque *effusionem*, siue loca deuia & conualles; vbi scilicet montes collæsiue in valles camposq; se porrigit & effundunt. Noster Deuter. 4. 27. vertit *radices montis*, ac Nuzar. 21. 15. vertit *scopulos*, qui in flumine se proterunt & effundunt.

OMNE QVOD SPIRARE POTERAT INTERFECIT.] Hebr. *Omnen animam*, id est omnem hominem, qui spiritu & halitu vitæque fruebatur, interfecit: Nam pecora non esse cæsa, sed in prædam abacta patet cap. sequenti 14. Nusquam enim Deus iussit pecora occidi, nisi in Iericho cap. 6. 21. quia ipsa statuta fuit anathema. Ita Abul. quæst. 98.

A CADESARNE VSQVE GAZAM.] Vide hinc fortitudinem, felicitatem, celeritatem, victorias Iosue, quibus quasi fulmen tranfluendo omnia stravit & subegit, licet munitissima, qualis erat Gaza vrbs Philistinorum fortissima, adeò vt Alexander Magnus spatio bimestri eam oppugnatit antequam caperet, teste Diodoro lib. 17. Hinc & à robore nomen accepit. Gaza enim Hebr. *גזא* Azza, vel Gaza (nam litteram *Am* sæpè pronuntiant vt g. sic *גמרה* pronuntiant *Gomorra* *גמור*, &c.) Hoc tamen nomen alia de causa eidem vrbi confirmatum est postea à Cambysè filio Cyri, quam recenset Pomponius Mela lib. 1. cap. 11. *In Palestina, ait, est ingens & munita admodum Gaza. Sic Persæ ararium vocant. Et inde nomen est, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli opes & pecuniam intrulerat, vt illa in Gaza, vt pote munitissima, esset tutissima. Hinc & paulò post Iosue transitu gigantes receperunt Gazam, eamque munitiorem effecerunt, vt narratur cap. sequ. vers. 22.*

4. Egressi que sunt omnes cum turmis suis; populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis. 5. conueniunt que omnes reges isti in vnum ad Aquas Merom, vt pugnarent contra Israël. 6. Dixit que Dominus ad Iosue: Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israël: equos eorum subneruabis, & currus igne combures. 7. Venit que Iosue, & omnis exercitus cum eo, aduersus illos ad Aquas Merom subito, & irruerunt super eos. 8. tradidit que illos Dominus in manus Israël. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt vsque ad Sidonem magnam, & Aquas Maserephoth, campum que Masphe, qui est ad Orientalem illius partem. Ita percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: 9. fecit que sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, curru que combussit igni. 10. Reuersus que statim cepit Afor: & regem eius percussit gladio: Afor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. 11. Percussit que omnes animas, quæ ibidem morabantur: non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsque ad interneconem vniuersa vastauit, ipsam que vrberem peremit incendio. 12. Et omnes per circuitum ciuitates, reges que earum cepit, percussit atque deleuit, sicut præceperat ei Moyses famulus Domini. 13. Absque vrbus, quæ erant in collibus & in tumulis, stræ, ceteras succendit Israël: vnam tantum Afor munitissimam flamma consumpsit. 14. Omnem que prædam istarum vrbiu ac iumenta diuiserunt sibi filij Israël, cunctis hominibus interfectis. 15. Sicut præceperat Dominus Moyfi seruo suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuersa compleuit: non præterit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum quod iusserat Dominus Moyfi. 16. Cepit itaque Iosue omnem Terram montanam, & meridianam, terram que Gosen, & planitiem, & Occidentalem plagam, montem que Israël, & campestria eius: 17. & partem montis quæ ascendit Seir vsque Baalgad, per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit. 18. Multo tempore pugnavit Iosue contra reges istos. 19. Non fuit ciuitas quæ se traderet filiis Israël, præter Heuæum, qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. 20. Domini enim sententia fuerat, vt iudurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israël & caderent, & non mererent vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moyfi. 21. In illo tempore venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis, Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israël, vrbes que eorum deleuit. 22. Non reliquit vllum de stirpe Enacim, in Terra filiorum Israël: absque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solis relictæ sunt. 23. Cepit ergo Iosue omnem Terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israël secundum partes & tribus suas, qui euit que Terra à præliis.

VERS. 1. IABIN REX ASOR.] Afor erat totius Chananæe metropolis, inter omnia eius regna tenens principatum: cæsit tribui Nephtali, distat à Cæsarea Philippi sex miliaribus, à mari mediterraneo nouè. Ita ex Iosepho & aliis Adrichom.

VERS. 2. CONTRA MERIDIEM CENEROTH,] hoc est ad meridiem stagni Genesareth, quod alio nomine mare Tiberiadis siue Galilææ dicitur.

VERS. 4. POPVLVS MULTVS NIMIS, SICVT ARENA QVÆ EST IN LITTORE MARIS,] id est magna & innumerabilis hominum multitudo. Est enim hyperbole in Script. vsitata, pertinens ad amplificandam victoriam, ac simul terræ promissæ fecunditatem (vt pote quæ tantam multitudinem alere potuerit) commendandam. Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 2. asserit fuisse trecenta millia peditum, decem equitum, & duo millia curruum.

VERS. 6. VULNERANDOS.] Alij vertunt *occidendos*: vtrumque significat Hebr. *חללים*, & vtrumque hic factum: iusserat enim Deus omnes Chananæos occidi.

EQVOS EORVM SVBNERVABIS,] hoc est equis neruos vel suffragines aut crura incidet, vt videlicet inutiles reddantur, ne posthac illis vtrius in bello, & fiduciam ponas in eis me neglecto, Hac enim

de causa equorum copia à Deo fuit improbata, & vetita Hebræis Deuter. 17. 16. Psal. 147. 10. Psal. 20. 8. Vide dicta Exodi 13. 13. Eadem de causa iussit & currus comburi: reliqua verò præda camelorum, asinorum, bouum, ouum, &c. Hebræis frui permisit. Ita Abul. Mafius, Arias, Vatabl. Vide dicta Exodi 13. 13.

Tropol. Origen. cum demone pugnantem, inquit, arma ei eripiamus necesse est: equum ergo eneruamus, cum lasciuum corpus ieiunio frangimus: corpus enim est quasi equus lasciuus, cui animus quasi eques insidet & præsidet, vt illud domet, & flagello disciplina quasi auriga moderetur & regat.

VSQVE AD SIDONEM MAGNAM,] non quòd alia fuerit Sidon minor, sed quòd Sidon vicina Tyro cognomen habuerit magna. Sidon enim artificum industria, nauium nautarum que copia, & maxima portus commoditate ab omnibus celebrata fuit. Dicta est Sidon à Sidone filio Chanaan conditore, vt vult Iosephus 1. Antiq. cap. 6. & S. Hieron. in quæst. in Genes. vel vt Iustinus historicus lib. 18. Strabo lib. 12. & alij à piscium copia. Phœnices enim piscem vocant *said* (quod Hebr. significat venari) vnde & hodie Sidon vulgò à Turcis & Syris vocatur.

## CAPVT VNDECIMVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Iosue pralio superat Iabin Regem Afor præpotentem cum Regibus sibi fœderatis, ac Chanaanam penè totam subiugat, itaque à præliis cessat. Huc vsque audiuit bellum Australe Iosue, nunc audietur Aquilonare: ipse enim subacta Chanaanæ Australi, arma iam vertit ad Aquilonarem.

1. QVæ cum audisset Iabin rex Afor, misit ad Iobab regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph: 2. ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & in regionibus Dor iuxta mare: 3. Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebusum in montanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in Terra Maspha. 4. Egref-

tur *saïd*, vel *saïd*. Est autem hæc vrbs in Phœnicia, adeoque videtur olim fuisse Metropolis Phœnicie. Vnde *Isaie* 23. 12. Tyrus illa mercibus opibulque & viribus inelya vocatur filia Sidonis. Sita est in litore maris mediterranei sub Antilibano. Ita *Mafius*.

ET AQUAS MASEREPHOT. Hebr. *מיסרפוט* *miserpote* aquarum, hoc est, *Et vstrinas aquarum*, vt vertit *Mafius*, vel vt alij *adustiones vel incendia aquarum*. *Tigur.* *Calofactiones aquarum*: per quas *Varabl.* & *R. David* intelligunt aquas calidas, quales sunt *Aquisgrani* ad balnea. Alij *salinas* intelligunt, quod scilicet ibidem aqua ex mari per canales deducta, solis radiis excocta, & quasi exusta in salem durabatur. Ita *Chald.* *Liran.* *R. Salomon.* *Adrichom.* & alij. Tertio, *Mafius* fornaces vitrarias intelligit: arenam enim vi ignis excoctam & liquatam, ex qua constat vitrum; hic vocari aquam: omne enim liquidum subinde aqua vocatur.

VERS. 10. ASOR ENIM ANTIQVIVS INTER OMNIA REGNA HÆC PRINCIPATVM TENEBAT. Hinc liquet *Asor* fuisse Metropolim *Chananae*; vt dixi vers. 1. ideoque *Iabin* Regem *Asor* hos omnes Reges & vrbes *Chananae*; quæ hic nominantur, non tantum habuisse fœderatas, sed etiam sibi quasi Principi subditas.

VERS. 11. NON DIMISIT RELIQVIAS. Nonnullos tamen fuga, vel tum; vel antea euasisse qui paulo post mortem *Iosue* vires receperunt, vrbesque restaurarunt, ac novos Reges sibi creauerunt, qui *Hebræos* vexarunt & afflixerunt, patet *Iudic.* 4. 2. vbi post 130. annos *Iabin* Rex *Asor* dicitur per viginti annos dominatus *Hebræis*. Vnde verisimile est, *Iabin* fuisse commune nomen Regum *Asor*, vt Regum *Aegypti* commune nomen fuit *Pharo*, deinde *Ptolemæus*; ac Regum *Syriæ* nomen erat *Antiochus*. Ita *Mafius*. Simile accidit in *Madianitis*, qui excisi à *Mosè*, *Numer.* 31. rursum succreuerunt, ac iterum bella mouerunt *Israëlitis*. Vnde à *Gedeone* prostrati sunt *Iudic.* 6. Sic & *Hebronitæ* à *Iosue* succisi, rursum vires, vrbesque *Hebron* receperunt, ac à *Caleb* deuicti sunt, vt patet vers. 21. conferendo cum *Iudic.* 1. vers. 10.

Porrò *Procopius* lib. 4. de bello *Vandalorum*, & ex eo *Eutagrius* lib. 4. histor. cap. 18. asserunt multos *Chananeorum* cernentes se *Iosue* non posse resistere, ex *Chanana* profugisse in *Aegyptum*, *Libyam* & *Africam*, ibique nouas edificasse vrbes, nonnullos quoque in *Germaniam*, aliasque *Europæ* prouincias peruenisse tradunt *Rabbini*, ac imprimis *Aben Ezra*, & ex *his* *Genebr.* in *Chronol.*

VERS. 13. ABSQVE VRBIBVS QVÆ ERANT IN COLLIBVS ET IN TVMVLIS SITÆ, CETERAS SVCCENDIT ISRAEL. Hebr. *Tantum vrbes que erant in tumulis suis non succendit*. Vnde rectè infert noster *Interpres*, asseritque ceteras vrbes, quæ non erant in collibus, à *Iosue* fuisse succensas. Dicuntur verò vrbes in tumulis sitæ, quæ eminentiore sunt loco, vel in collibus, ideoque loci natura munitæ. Vnde *Theod. Chal.* & *Varabl.* vertunt *vrbes fortes*. *Mafius*, *Aggeribus munitas*. Sensus est, q. d. *Iosue* vrbes non munitas succendit, eò quod timeret ne illæ se abeunte rursum à *Chanana*is hostibus occuparentur, eum ipse pauciores haberet milites, quam vt omnes vrbes quas capiebat valido presidio firmare posset: vrbes verò in collibus munitas non succendit, vt potè quas facile paruo presidio tenere & tutari poterat: excepta tamen vrbe *Asor*, quæ

caput erat & metropolis aliarum: hanc enim exussit: quia si illa mansisset integra; fuisset continua belli materia, *Chanana*is ad regiam hanc vrbe[m] repetendam, & sibi vendicandam perpetuo intentis & excubantibus. Ita *Abulenf.*

MONTEMQVE ISRAEL. Quæres, quis sit hic mons. *Mafius* & *Arias* censent montem hic vocari loca montosa circa *Samariam*. Mons enim *Samarie* dictus est mons *Israëlis*, postquam decem tribus facientes schisma à *Iuda* & *Roboam* Rege, nomen *Israëlis* sibi appropriarunt, regniq[ue] sui caput fecerunt *Samariam*, ac Regem sibi creaturunt *Iero-boam*. Hinc colligit *Mafius* hunc librum non à *Iosue*, sed diu post eum ex *Diariis* à *Iosue* relictis fuisse conscriptum.

Alij per montem *Israëlis* accipiunt montem *Sion*, in quo edificatum fuit templum, vt ille ob templum *Antoninomaticè* vocetur mons *Israëlis*. Alij accipiunt montem *Bethel*, vbi *Iacob*, qui alio nomine dictus est *Israël*, vidit *calam* è terra in celum porrectam, Deumque *scælæ* innixum, ac ab eo promissionem *Chananae* à posteris suis possidendæ accepit, *Genes.* 28. 12. Alij cum *Caiet.* & *Saliano* intelligunt montem *Garizim*, vel similem iuxta *Sichem*, situm in agro, quem *Iacob* ibidem emerat. *Genes.* 33. 19.

ET PARTEM MONTIS QVÆ ASCENDIT SEIR. id est in *Idumæam*. Rectè vertit noster *Interpres*, si in *Hebræo* moderna puncta à *Rabbini* substituta commutet, ac loco *החלה* *hechale*, legas *החלה* *hechale*; id est istam partem. *Aquila* quoque *Chald.* & *Varabl.* vertunt *montem diuisum*, id est diuisum & diuidentem, quia *Chanana*am diuidit & determinat ab *Idumæa*. Recentiores cum *Symmacho* & *Mafio* vertunt *leuè*, id est leuè[m] politum, glabrum, id est nudum & arboribus vacuum. *Sepruag.* retinuerunt nomen *Hebræum* quasi proprium.

MVLTO TEMPORE PVGNAVIT IOSVE CONTRA REGES ISTOS. *Iosue* lib. 5. *Antiq.* cap. 2. asserit *Iosue* quinquennio subegisse *Chananaeam*. Verius est eum id fecisse septennio, saltem inchoato. Id enim disertè tradunt *Chronologi* *Hebræorum* in *Seder Olam*, ac *Theodor. Abul. Mafius*, *Serarius*, *Tornicellus* & alij, idq[ue] satis colligitur ex annis *Caleb* cap. 14. 7. vt tibi ostendam.

NON FVIT CIVITAS QVÆ SE NON TRADERET. Corrige cum *Roman.* *Quæ se traderet*. *Hebr.* enim est *quæ pacem faceret*, vel offerret, aut oblatam acceptaret. Tradunt enim *Rabbini*, quos sequitur *Mafius*, *Iosue* obtulisse pacem singulis vrbus *Chananae*, sed omnes pacem abnuisse, quod nollet conditionem pacis, scilicet subiectionem & seruitutem *Hebræorum* subire. Alij tamen negant *Iosue* obtulisse eis pacem, eò quod *Deus* veller omnes occidi. Locus enim *Deuter.* 20. 10. vbi iubetur vt pax offeratur vrbus hostilibus, ambiguus est & dubius, an ad exteros dumtaxat, an verò etiam ad *Chananeos* pertineat.

DOMINI ENIM SENTENTIA FVERAT, VT INDVRARENTVR CORDA EORVM. Hebr. *Domino erat vt indurarent cor suum*. Ita *Mafius*. Ipsi ergo *Chananaei* se indurabant, vt nollet cum *Hebræis* pacisci, non verò, vt ait *Caluinus* hic, ipse *Deus* qui veniam *Chananaei* negari iusserat, eos in caecum furorem impulit, ne locum darent misericordie. Id tamen *Domini* sententia & iudicio factum est, ob nefaria eorum scelera: factum inquam, non actiue

& impulsu, sed permissiue & obieciue, illa nimium prouidentia, quam circa peccata, sanctissima Dei maiestas habet: quæ qualis & quanta sit explicui *Exodi* 7. 3.

Hinc elicitur, quod si *Chananej* pacem à *Iosue* & *Hebræis* petissent, ac poenitentes in vnus veri Dei cultum cum *Hebræis* trāsire voluissent, Deum decretum suum de illis occidendis reuocaturum fuisse, aut potius declaraturum illud non comprehedere *Chananeos* poenitentes, sed tantum impoenitentes, & in sua impietate obduratos. Ita *Abulenf. Mafius* & alij.

VERS. 21. INTERFECIT ENACIM, id est gigantes posteròs *Enac* gigantes.

Quantur: quomodo *Iosue* gigantes, eorumque vrbes *Hebron*, *Dabir* & *Anab* deleuerit, cum post mortem *Iosue* id fecerit *Caleb* & *Orthoniel*, vt dicitur cap. 14. 12. & *Iudic.* 1. vers. 10. 11. & 12. *Abulenf.* quæst. 85, respondet esse hic *Anticipationem*, tribuque hic *Iosue* illa quæ ipse inchoauit, sed posteri eius perfecerunt. Melius respondet *Mafius* vtrumque contigisse: gigantes enim à *Iosue* partim *Caleb*, partim *pulsos* esse ex *Hebron*, *Dabir* & *Anab*, cum ipse illas vrbes victor percurreret, *pulsos* verò ac profugos, qui scilicet *Iosue* manus euaferunt, fugisse, & sese recepisse in *Gazam*, *Geth* & *Azotum*, quæ erant vrbes *Philistinorum*. Vnde post mortem *Iosue* viribus resumptis, maiorum suorum sedes, scilicet *Hebron*, *Dabir* & *Anab* recuperarunt, rursumque occuparunt, donec tandem à *Caleb* & *Orthoniele* funditus fuere deleti. Id insinuat versus sequens.

Porrò *Enacim*, *Hebr.* idem est quod *Torquati*, torque ornati. Sic *Manlius* apud *Romanos* cognominatus est *Torquatus*, quod Gallo in prelio torque ademisset. Porrò *torques* aurei militibus ob rem

strenuè gestam donari ab Imperatoribus solebant: vnde *torquati* dicti, qui duorum generum erant, *simples* & *duplars* que. *Vegetius* lib. 2. *Torquati*, inquit, *duplars*, *torquati* *simples* erant, quibus *torques* aureus solidus virtutis præmium fuit: quæ qui meruisset, præter laudem interdum duas consequeretur annonas, *duplars* duas, *simples* vnâ. *Torquati* tamen hodie vocitari debent equites, qui vulgò *còchleati* dicuntur, quos *Rex* noster gestamine suo regioque insigniuit, qui que ordinem regium gestare dicuntur. Ita *Budeus*. Sic tradunt *Rabbini* gigantes hosce bellipotes; vasti sua corpora torquebus implese & ornasse. *Enacim* enim erant *Colossæi* gigantes & monstra hominum.

CEPIT ERGO IOSVE OMNEM TERRAM Chananae. *Omnem*, id est potiorem & quasi omnem; pauca enim intacta reliquit, vel *omnem*, scilicet quæ bello tentauit, quam adire & expugnare voluit; nullam enim adit, quam non expugnauit, vt *Deus* illi promiserat c. 1. 3. Aliquas tamen in *Chanana* vrbes non adit, intactasque reliquit aequè ac *Gazam*, *Geth*, *Azotum*, & ceteras vrbes *Philistinorum* perinde ac *Tyrum*, *Sidonem*, ceterasque *Phœnicie* vrbes, quæ tamen ambitu terræ à *Deo* *Hebræis* promissæ continebantur. Cur id fecerit causas afferam *Iudic.* 2. 21.

SECVNDVM PARTES ET TRIBVS. significat id est, q. d. secundum partes, id est secundum tribus. *Hebr.* iuxta partitiones eorum, ad tribus eorum, id est prout *Hebræi* per suas tribus erant diuisi & dispersi.

QVIEVITQVE TERRA, id est habitatores terræ à *Iosue* vel occisi vel suppressi subactique, nullum *Israëli* bellum mouerunt. Ita *Arias*, *Varabl.* & alij.

C A P V T D V O D E C I M V M. SYNOPSIS CAPITIS.

Numerantur 31. Reges à Iosue in Chananae castris. Vide hic vt Iosue Regum omnium fuerit terror, imò iudex & vindex.

1. HI sunt reges, quos percusserunt filij *Israël*, & possederunt Terram eorum trans *Iordanem* ad solis ortum, à torrente *Arnon* vsque ad montem *Hermon*, & omnem Orientalem plagam quæ respicit solitudinem. 2. *Sehon* rex *Amorrhæorum*, qui habitauit in *Hesebon*, dominatus est ab *Aroer*, quæ sita est super ripam torrentis *Arnon*, & mediæ partis in valle, dimidiæque *Galaad*, vsque ad torrentem *Iaboc*, qui est terminus filiorum *Ammon*. 3. & à solitudine vsque ad mare *Ceneroth* contra Orientem, & vsque ad Mare deserti, quod est mare salissimum, ad Orientalem plagam per viam quæ ducit *Bethsimoth*: & ab australi parte, quæ subiacerit *Afedoth*, *Phasga*. 4. Terminus *Og* regis *Basan*, de reliquijs *Raphaim*, qui habitauit in *Astaroth*, & in *Edrai*, & dominatus est in monte *Hermon*, & in *Salecha*, atque in vniuersa *Basan*, vsque ad terminos. 5. *Gessuri*, & *Machati*, & dimidiæ partis *Galaad*: terminos *Sehon* regis *Hesebon*. 6. *Moyfes* famulus *Domini*, & filij *Israël* percusserunt eos, tradiditque Terram eorum *Moyfes* in possessionem *Rubenitis*, & *Gaditis*, & dimidiæ tribui *Manasse*. 7. HI sunt reges Terræ, quos percussit *Iosue*, & filij *Israël*, tratis *Iordanem* ad Occidentalem plagam, à *Baalgad* in campo *Libani*, vsque ad montem cuius pars ascendit in *Seir*: tradiditque eam *Iosue* in possessionem tribubus *Israël*, singulis partes suas. 8. tam in montanis quam in planis atque campestribus. In *Afedoth*, & in solitudine, ac in meridie *Hethæus* fuit & *Amorrhæus*, *Chananaeus* & *Pherezeus*, *Heuæus*, & *Tebriæus*. 9. Rex *Iericho* vnus: rex *Hai*, quæ est ex latere *Bethel*, vnus: 10. rex *Ieru-*

Ierusalem vnus, rex Hebron vnus: 11. rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus, 12. rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, 13. Rex Dabir vnus, rex Gader vnus, 14. rex Herma vnus, rex Hered vnus, 15. rex Lebna vnus, rex Odullam vnus, 16. rex Maceda vnus, rex Bethel vnus, 17. rex Taphua vnus, rex Opher vnus, 18. rex Aphec vnus, rex Saron vnus, 19. rex Madon vnus, rex Afor vnus, 20. rex Semeron vnus, rex Achfaph vnus, 21. rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus, 22. rex Cades vnus, rex Iachanan Carmeli vnus. 23. rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex Gentium Galgal vnus, 24. rex Therfa vnus: omnes reges triginta vnus.

VERS. 2. **D**OMINATVS EST, & C. MEDIE PARTIS IN A VALLE.] Hebr. *Dominatus est in medio vallis*. Ita & Septuag. quasi dicat, Dominatus est per dimidiam vallem, quæ diuiditur fluuio Arnon, ita vt medietas fluuij & vallis adiacentis esset Schon Regis Amorrhæorum, altera verò dimidia pars esset Moabitarum. Vide Deuter. 3. 16.

VERS. 4. **R**APHAIM.] Ita vocabantur gigantes prognati ex Rapha, sicut Enakim prognati ex Enac. Vide dicta Genes. 14. 5.

**Q**UI HABITAVIT IN ASTAROTH.] Ita dicta est hæc vrbs & regio Og regis Basan, ab Astarte idolo Dianæ siue Iunonis, hoc est lunæ quæ ibi colebatur; vnde & cognominabatur *caraim*, id est duorum cornuum, quia luna dum nascitur bicornis est. Vide dicta Genes. 14. 5. sic & *Baal gad*, ait Arias, ex nomine Fortunæ, quæ ibi colebatur nomen accepit: *Gad* enim est fortuna, vt dixi Genes. 30. 11. *Baal est Deus*.

VERS. 9. **R**EX IERICHO VNUS.] Rex, id est regulus, siue princeps. Singulæ enim vrbes cum suis municipiis suos habebant Reges, id est Rectores & Principes, vt patet ex seq. olim enim singularum vrbium Domini vocabantur Reges, teste Aristot. lib. 3. Polit. Strabone lib. 16. & Plinio lib. 6. cap. 9. Hinc collige quanta fuerit illius æui simplicitas, cum Reges suis contenti vrbibus alias non ambirent, sed cum eis contra communes hostes, v. g. Hebræos conspirarent. Iam autem non rãtò videmus tantam esse hominum ambitionem, vt ei satiande totus mundus non sufficiat. Vnde de Alexandro Magno cecinit Poëta:

*Vnus Pelæo iuueni non sufficit orbis,  
Sarcophago contentus erit.*

Quid miseri mortales terram ambitis? quid agros agris, vrbes vrbibus, regna regnis adicere satagitis? quid tota vita vosmetipsos in fundorum dilatione excruciatu cras morituri? Deo iudici vindicæque ambitionis, iniustitiæ & tyrannidis exactam rationem reddituri: in tumulo terræ octopedali sepeliendi? in gehenna per omnem æternitatem arsurus? Hoc est terræ punctum, quod inter

mortales ferro & igni diuiditur. O quam angusti sunt mortalium termini! O quam angusti cæcique mortalium animi! Itane terræ punctum vastissimis, pulcherrimis, opulentissimis caloribus regni que antefertis?

**R**EX GENTIUM GALGAL VNUS.] Hebr. ad Galgal additur articulus *Lamed*. q. d. *Rex Gentium Galgala*, vel in Galgala vnus. Certum est Galgal hic non esse Galgala, vbi Iosue transito Iordane fixit castra: ibi enim nulla erat ciuitas, nullus rex. Quare verisimiliter Masius & alij censent Galgal esse Galileam. Hæc enim Hebr. dicitur *Galil*. *Galgal* autem idem est quod *Gail*, geminata dumtaxat littera *Gimel*, quod frequens est Hebræis. Vnde Septuag. in editione Romana *Galgal* vertunt *Galileam*, nec vsquam aliam inuenimus *Galgal* quam Galilæam. Hæc vocatur *Gentium*, tum quia vicinos habebat Tyrios, Sidonios, aliosque Gentiles; tum quia in ea habitabant, & permixtæ erant variae Chanæorum aliorumque populorum Gentes, inquit Abul. tum quia ad illam ob maris emporia & mercimonia magnus erat aliarum gentium concursus, ait Masius. Accessit postea quarta causa, quod Salomon Hiram regi Tyri Gentili, ob præstitam in fabrica templi operam, in Galilæa dederit viginti vrbes, vt notat S. Hieron. Verum hæc donatio Galilææ primitus non indidit cognomen *Gentium*, sed iam inditum roborauit & confirmauit. De Galilæa plura dicam cap. seq. vers. 2.

**O**MNES REGES TRIGINTA VNUS.] Notat S. Hieron. epist. ad Dardanum, terram Hebræis à Deo promissam datamque in longitudine à Dan vsque ad Bersabee cõtinerere tantum 1600. millia passuum, siue 160. miliaria Italica, latitudinem verò, quam à Ioppe ad Iordanem metimur, completi sexaginta passuum millia; ergo angustior erat Italiâ, imò & Belgio. Quare tot in terra tam angusta dominari regulos, totque alios in ea superesse populos, de quibus cap. sequenti, arguit admirabilem olim fuisse soli illius vberitatem, meritoque vocari terram lacte & melle manantem.

## C A P V T D E C I M V M T E R T I V M.

### S Y N O P S I S C A P I T I S.

**I**bet Deus Iosue, vt reliquis nouem tribubus Chananaam trans Iordanem, tam bello subactam quam subigendam distribuatur, sicut Moses distribuera eandem cis Iordanem sitam tribus tribubus, scilicet Ruben, Gad & dimidia Manasse. Vnde vers. 15. recenset & repetit sortem & terminos à Mose datos tribui Ruben, ac vers. 24. datas tribui Gad, & vers. 29. datas tribui Manasse.

1. Iosue fenex, prouectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum: Seniuisti, & longæuus es, terraque latissima derelicta est, 2. Quæ necdum sorte diuisa est: omnis videlicet Galilæa, Philistiim, & vniuersa Gessuri. 3. A fluuio turbido, qui irrigat Ægyptum, vsque ad terminos Accaron contra Aquilonem: Terra Chanaan, quæ

quæ in quinque regulos Philistiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Afcalonitas, Gethæos, & Accaronitas. 4. Ad meridiem verò sunt Heuæi, omnis Terra Chanaan, & Maara Sidoniorum, vsque Apheca & terminos Amorrhæi, eiusque confinia. 5. Libani quoque regio contra Orientem, à Baalgad sub monte Hermon, donec ingrediatis Emath. 6. Omnium qui habitant in monte, à Libano vsque ad Aquas Maferephoth, vniuersique Sidonij. Ego sum qui delcho eos à facie filiorum Israël. Veniat ergo in partem hereditatis Israël, sicut præcepi tibi. 7. Et nunc diuide terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, 8. cum qua Ruben & Gad possederunt terram, quam tradidit eis Moyfes famulus Domini, trans fluuenta Iordanis ad Orientalem plagam. 9. Ab Aroër quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuersaque campestria Medaba, vsque Dibon, 10. & cunctas ciuitates Schon, Regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, vsque ad terminos filiorum Ammon, 11. & Galaad, ac terminum Gessuri & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuersam Basan, vsque ad Salecha, 12. omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth & Edrai, ipse fuit de reliquis Raphaim: percussitque eos Moyfes, atque deleuit. 13. Nolueruntque disperdere filij Israël Gessuri & Machati: & habitauerunt in medio Israël vsque in præsentem diem. 14. Tribui autem Leui non dedit possessionem: sed sacrificia & victimæ Domini Dei Israël, ipsa est eius hereditas, sicut locutus est illi. 15. Dedit ergo Moyfes possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas. 16. Fuitque terminus eorum ab Aroër, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in valle eiusdem torrentis media: vniuersam planitiem, quæ ducit Medaba, 17. & Hesebon, cunctosque viculos earum, quæ sunt in campestribus: Dibon quoque, & Bamothbaal. & oppidum Baalmeon, 18. & Iassa, & Cedimoth, & Mephaath, 19. & Cariathaim, & Sabama, & Sarathafar in monte conuallis. 20. Bethphogor & Afedoth, Phafga & Bethiesnoth, 21. & omnes vrbes campestris, vniuersaque regna Schon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, quem percussit Moyfes cum principibus Madian: Henæum, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe duces Schon habitatores Terræ. 22. Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filij Israël gladio cum ceteris interfectis. 23. Factusque est terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarum per cognationes suas vrbium & viculorum. 24. Deditque Moyfes tribui Gad & filiis eius per cognationes suas possessionem, cuius hæc diuisio est: 25. Terminus Iaser, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem terræ filiorum Ammon, vsque ad Aroër, quæ est contra Rabba. 26. & ab Hesebon vsque Ramoth, Mafphe & Betonim: & à Manaim vsque ad terminos Dabir. 27. & in valle quoque Betharam, & Bethnemra, & Socoth, & Saphon reliquam partem regni Schon regis Hesebon: huius quoque finis, Iordanis est, vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad Orientalem plagam. 28. hæc est possessio filiorum Gad per familias suas, ciuitates & villæ earum. 29. Dedit & dimidiæ tribui Manasse, filiisque eius iuxta cognationes suas possessionem, 30. cuius hoc principium est: à Manaim vniuersam Basan, & cuncta regna Og regis Basan, omnesque vicos Iair, qui sunt in Basan, sexaginta oppida. 31. & dimidiam partem Galaad, & Astaroth, & Edrai, vrbes regni Og in Basan: filij Machir, filij Manasse, dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes suas. 32. Hanc possessionem diuisit Moyfes in campestribus Moab trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam. 33. Tribui autem Leui non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israël ipse est possessio eius, vt locutus est illi.

VERS. 1. **Q**UÆ NECDUM SORTE DIVISA EST.] Hebr. *Superest terra ad possidendum eam*, videlicet per sortis iaciendæ diuisionem à te, ô Iosue, faciendam, vt Noster clarè exprimit, idque siue ea iam à te occupata sit, vt Galilæa, siue occupanda restet, vt terra Philistina.

VERS. 2. **O**MNIS VIDELICET GALILÆA.] Chald. Septuag. Recentiores Hebr. nomen *Geliloth*, accipiunt non vt proprium, sed vt appellatiuum, vertuntque *limites vel littora Philistinorum* (simile dixi Iosue 3. 4.) indeque Galilææ nomen est inditum, ait Masius, vel propter sinuosos littorum &

A riparum recessus, vel quia fluctus illic ventis aut æstu reciprocantur volutatumque ludunt (*galal*, enim significat voluere, reuoluere, conuoluere,) vel denique à congestis conuolutisque ibidem pallim arenarum tumulis. Duplex enim est Galilæa, & vtraque mari adiacet, ideoque in Hebr. est nomen plurale *Gelilote*, q. d. *Galilæas*. Galilæa enim alia est inferior circa Tyberiadem & stagnum Geneareth, quam occupauerunt tribus Zabulon & Issachar: alia est superior circa Capharnaum, Tyrum & Ptolemaida, quem occupauerunt tribus Afer & Nephtali: hæc enim



enim dicta est Gentium, quod à Gentilibus circū-

Denique Galilæam nobilitauit, tum Iosue, tum

Tropol. Galilæus princeps est, & cum Iosue

VERS. 3.

A FLUVIO TURBIDO.] Is est Nilus, hic enim

Limeser Aegyptum toto semel irrigat anno.

Fertilis aestiva Nilus abundat aqua.

Dices: terra promissa non extendebatur vsque

terminus terræ promissæ, tum quia torrens ille de-

Porrò Nilus sua exundatione ita fecundat Æ-

Aegyptus sine nube seras: imbreffig, serenos

Quocirca Pharao superbiens estimabat se non

Meminit ergo Nili hic Script. vt indicet Iudæam

TERRA CHANAAN, QUÆ IN QVINGVE

QVINGVE REGVLOS.] Hebr. Quingue Sarnim.

Laris, sed spectata inter bonos moderatio prouehabat, qui &

Pari mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

VERS. 4.

AD MERIDIEM VERÒ SVNT HEVÆI, OM-

ET MAARA SIDONIORVM.] Recentiore ñ

VERS. 5.

EIVSQVE CONFINTA.] Hebr. רְהָאָרֵץ הַחֲבֵרֹנִית

DONEC INGREDIARIS EMATH.] Duplex, ait

VERS. 7.

ET NVNC DIVIDE TERRAM IN POSSESSIO-

VERS. 8.

CVM QVA RVBEN ET GAD POSSEDERVNT

quentis. Hic enim finiuntur verba Dei iubentis, no-

NOLVERVNTQVE DISPERDERE FILII IS-

ET OMNES VRBES CAMPESTRES, VNIVER-

QVEM PERCVSSIT MOYSES CVM PRINCI-

DIMIDIAM PARTEM TERRÆ FILIORVM



virique iusti, qui erat nepos Abrahæ Hebræorum Patriarchæ. Hanc ergo Ammonitarum regionem Schon subegerat, cuius ditionem dimidia ex parte possederunt Gaditæ, alteram verò dimidiam tenuerunt Rubenitæ.

QVÆ EST CONTRA RABBA,] id est, quæ est è regione siue opposita ciuitati Rabba, quæ postea à Philadelpho dicta est. Philadelphia.

VERS. 30. ET CUNCTA REGNA OG REGIS BASAN,] quæ fuere tria, Argob, Basan, & pars Galaad. Sæpius tamen Og vocatur Rex Basan, & sub Basan cætera duo intelliguntur. Vide Deuter. 3. vers. 13. & sequent.

VERS. 31. ET DIMIDIAM PARTEM GALAAD,] scilicet

## CAPVT DECIMVM QVARTVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Præparatur diuisio Chanaanæ per sortes in duodecim tribus; unde ei quadam præmittit, nimirum debere tribum Leui ab ea excipi, ac tribum Ioseph in duas diuidi, scilicet in Ephraim & Manasse, atque Calebo extra sortem dandam esse illam terræ portionem, quam ipsi ob merita olim Deum per Moysen assignarant.

1. **H**OC est quod possederunt filij Israël in Terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos & Iosue filius Nun, & principes familiarum per tribus Israël: 2. sorte omnia diuidentes, sicut præceperat Dominus in manu Moysi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui. 3. Duabus enim tribubus, & dimidiæ, dederat Moyses trans Iordanem possessionem: absque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos: 4. sed in eorum successerunt locum filij Ioseph in duas diuisi tribus, Manasse & Ephraim: nec acceperunt Leuitæ aliam in Terra partem, nisi vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua. 5. Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filij Israël, & diuiserunt Terram. 6. Accesserunt itaque filij Iuda ad Iosue in Galgala, locutusque est ad eum Caleb, filius Iephone Cenezæus: Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me & te in Cadesbarne. 7. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus Domini de Cadesbarne, vt considerarem Terram, nuntiauique ei quod mihi verum videbatur. 8. Fratres autem mei, qui ascenderant mecum, dissoluerunt cor populi: & nihilominus ego secutus sum Dominum Deum meum: 9. Iurauitque Moyses in die illo, dicens: Terra, quam calcavit pes tuus, erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum: quia secutus es Dominum Deum meum. 10. Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est vsque in præsentem diem. Quadraginta & quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israël per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum, 11. sic valens, vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellandum quam ad gradiendum. 12. Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si fortè sit Dominus mecum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi. 13. Benedixitque ei Iosue: & tradidit ei Hebron in possessionem. 14. atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem: quia secutus est Dominum Deum Israël. 15. Nomen Hebron antè vocabatur Cariath-Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est: & Terra cessauit à præliis.

VERS. I. QVAM DEDERVNT EIS ELEAZAR SACERDOS B summus scilicet Pontifex] ET IOSVE FILIUS NVN, ET PRINCIPES FAMILIARVM (id est tribuum) PER TRIBVS ISRAEL.] q. d. Et duodecim principes iuxta duodecim tribus Israël: quæque enim tribus suam habebat principem. Hebr. *Capita Patrum* (id est principes) *tribuum filiorum Israël.* Igitur tres hic ponuntur diuisionis & sortitionis

A dedit Moyses Manassibus, nam alteram dimidiã dedit Gaditis. Porro *ad* & est *dimidiã*, siue explicatiuum; explicat enim quæ fuerint regna Og Regis Basan, atque inter ea fuisse potiora dimidiam partem Galaad, Astaroth & Edrai.

DIMIDIÆ PARTI FILIORVM MACHIR.] Solus Machir filius Manasse fuit patri superstes, quare idem est tribus Machir, quod tribus Manasse: Machir enim, vt pote solus filius, ex assè fuit heres patris sui Manasse, Machiro tamen additus fuit Iair eius ex filia nepos, cum alioqui Iair ob patrem esset de tribu Iuda: vnde posterius Iair in Galaad cum posteris Machir habitauerunt. 1. Paral. 2. vers. 21. & seq.

Porro

Portò præponitur hic Eleazar Iosue, quia dignior: Dignior enim est Pontifex Principe & Rege. Negar id Abulensis, censetque Iosue digniorem fuisse Eleazaro, sed contrarium ostendi ex ipsius Script. verbis Num. 27. 21.

VERS. 3. ABSQVE LEVITIS, QVI NIHIL TERRÆ ACCEPERVNT INTER FRATRES SVOS.] quia Leuitarum portio erat Dominus, id est oblationes; oblationes enim & victimarum Deo immolataram pars cedebat Leuitis.

VERS. 4. SED IN EORVM SVCCESSERVNT LOCVM FILII IOSEPH IN DVAS DIVISI TRIBVS, MANASSE ET EPHRAIM.] Carpit hic Masius vulgatum Interpretem, quod Hebræo nonnulla adiungat. Nam in Hebr. tantum est: *Quia filij Ioseph fuerunt duæ tribus, Manasse & Ephraim.* Verum Resp. Nostrum id clarius interpretari vertendo: *Sed in eorum locum successerunt filij Ioseph.* q. d. quia seclusa tribu Leui tantum restabant vndecim tribus Chanaanæ diuisuræ, hac de causâ tribus Ioseph diuisa est in duas, vt numerum duodenarium tribuum Israël expleat, itaque acciperet duas terræ promissæ portiones, vnam pro tribu Ioseph, alteram pro tribu Leui, quam scilicet illa acceptura fuisset, si inter duodecim fuisset computata: iam autem ea exclusâ, successit illi altera pars tribus Ioseph, ac duodecimam tribum constituit, itaque duodecimam partem terræ promissæ obtinuit. Volebat enim Deus duodecim tribubus distribui Chanaanæ, ideoque eam in duodecim portiones diuidi, atque hac ratione tribus Ioseph successit quoque tribui Ruben in iure primogenituræ, quod erat vt primogenitus (qualis erat Ruben) duplicem portionem hereditatis paternæ obtineret, ceteri verò fratres simplicem. Hoc iure excidit Ruben propter incestum cum Bala nouerca sua commissum, ideoque illud datum est casto Ioseph. Vnde ipse per duos filios suos, scilicet Ephraim & Manasse, duas tribus constituit, & duplicem sortem sanctæ adeptus est.

VERS. 6. AD IOSVE IN GALGALA.] Ibi enim erant castra & stantia Iosue & Hebræorum, quare ibidem hæc omnia gesta sunt, factaque hæc prima diuisio Chanaanæ in quinque tribus, nam posterior diuisio in septem reliquis tribus facta est in Silo cap. 18. v. 1.

LOCVTVSQVE EST AD EVM CALEB FILIUS IEPHONE CENEZÆVS.] Caleb hic explorauerat terram sanctam, missus à Mose cum Iosue & ceteris decem exploratoribus; hisque illam calumniantibus & murmur populi excitantibus, Caleb cum Iosue restitit, murmurque repressit, terram promissam laudando, eamque Dei ope facilem expugnata ostendendo. Quare Deus illi in præmium iussit dari extra sortem, Hebronem eiusque confinia. Numer. c. 13. & 14. quæ proinde ipse hic à Iosue sibi assignari deposcit. Quocirca alius est hic Caleb à Caleb, qui fuit ataus Beseleel, & filius immediatus Elron filij Phares, filij Iuda, de quo 1. Paral. 2. 18. vti contra R. Salomonem probam Exodi 31. 1. Esto hic quoque Caleb descendat de Iuda & fortè à Phares & Ebron, sed mediantibus auis & abauis, Caleb, Hebr. idem est quod canis, idque appositè, quia ipse vt canis allatauit exploratores terræ sanctæ detrahentes, murmurque populi repressit. Rursum Caleb idè est quod quasi cor, quia ipse corde generoso & magnanimo tuitus est causam fidemque Dei, cõtra ceteros exploratores & populû murmurantè.

Cornel. in Iosue.

FILIUS IEPHONE.] Nonnulli Iephone accipiunt non vt proprium, sed vt appellatiuum significans oculatum, sagacem; *panis*, quod significat aspiciere, inspicere, perspicere. Verum certum est Iephone esse nomen proprium patris Caleb, cuius tamen etymon vni datum apprimè conuenit Calebo, vt pote oculatissimo & prudentissimo.

CENEZÆVS.] Cur Caleb vocatur Cenezæus? Numetantur Cenezæi inter ceteros Chanaanæ populos Genes. 15. v. 19. Sed certum est Caleb inde non vocari Cenezæum: fuit enim ipse gente & genere Hebræus, non Chananæus. Rursum fuit alius Cenezæus ab Esau progenitus (vnde teste S. Hieron. in locis Hebr. Idumæi nonnulli dicti sunt Cenezæi) de quo Genes. 36. 15. & 42. sed certum pariter est nec ab eo Caleb dici Cenezæum: constat enim eum fuisse Iudæum, non Idumæum, atque à Iacob, non ab Esau progenitum.

Dico ergo Caleb vocari Cenezæum ab auo vel proauo, qui fuit Cenez, fuitque vir eximius, ideoque nomen suum posteris communicauit, vt ab eo vocarentur Cenezæi; id ita esse colligimus ex eo quod nomen hoc Cenez frequens & celebre fuerit in familia Caleb; nam & frater Calebi, qui fuit pater Orthonielis iudicis, vocatus est Cenez: nepos quoque Calebi ex filio nuncupatus est Cenez, vt patet cap. seq. vers. 13. Iudic. 1. 13. 1. Paral. 4. 13. & 15. idque ex auo vel proauo suo viro illustris, qui dictus erat Cenez, vt videtur. Quare non est verisimile Cenez hunc fuisse vitricum vel patruum Calebi, vt nonnulli volunt. Cenez ergo genuit Iephone, Iephone genuit Caleb, inde Caleb dictus est Cenezæus. Vnde Cenezæus Hebr. idem est quod *possessio mea iste*, vel *nidus meus iste*, ait Pagnin. in nomin. Hebr. q. d. Caleb fuit verè nepos & heres aui sui Cenez viri illustris, ac cum possessione & hereditate simul eius virtutes heroicas possedit & hereditauit: quare verè fuit, dicitque potuit Cenezæus, æquè ac Israëlita & filius Abrahæ.

TERRA QVAM CALCAUIT PES TVVS ERIT POSSESSIO TVA.] Quæ fuerit hæc terra non explicuit Moyses, Numer. 14. v. 24. sed hinc liquet fuisse Hebronem quam adiit Caleb, dum terram cum aliis exploratoribus lustraret, cum illi eam adire non auderent ob metum gigantum eam incolentium.

QVADRAGINTA ET QVINQVE ANNI SVNT, EX QVO LOCVTVS EST DOMINVS VERBVM ISTVD AD MOSEN, QVANDO AMBVLABAT ISRAEL PER SOLITVDINEM; HODIE OCTOGINTA QVINQVE ANNORVM SVM.] Hic locus magnam lucem affert toti huic libro. Caleb enim hisce verbis totam istius temporis Chronologiam complectitur, ex quo certò colligitur bellasse Iosue cum Chananæis per sex annos, itque subactis anno septimo diuisisse eorum terram per duodecim tribus Israël. Hæc ergo est Periocha & Synopsis gestorum Iosue.

Iosue anno sui ducatus suæque gubernationis primo, die decimæ mensis primi, traduxit populum Israël per Iordanem cedentibus aquis, in terram Chanaan, vt audiuius cap. 3. & 4. Pascha verò celebravit in Galgalis die 14. mensis primi in planitie Hierichuntis, sequenti die populus comedit de frumento terræ, quo factò, mox postero die manna desit, vt dictum est cap. 5. Hinc patet Iosue & Hebræos mox ab obitu Moysi, anno scilicet ineunte 41. ab exitu ex Ægypto, ingressos esse

F 2

Chronolog. gestorum Iosue.

esse Chananaeam, & euersa Jericho cum ceteris gentibus bellum gessisse, idque per sex annos. Septimo enim anno omnibus subactis, diuisit Iosue Chananaeam Hebrais. Id ita esse patet ex collatione historiae recensitae hoc cap. cum iis quae narratur Num. 13. & Deut. 2. Nam cum Iosue inchoaret hanc diuisionem, Caleb ait ei hoc versu, se cum inter alios ad explorandam terram Chanaan de Cades Barne, Numer. 13. emitteretur, fuisse 40. annorum, & ab eo tempore ad praesens fluxisse 45. annos, seque iam 85. esse annorum. Certum est autem eum cum aliis exploratoribus fuisse missum anno secundo ab exitu ex Aegypto. Num. 10. & 13. & Iosue 14. a quo anno usque ad annum 40. ab exitu ex Aegypto, quo mortuus est Moses, & Iosue dux constitutus, fluxerunt anni 38. iam computata ab anno 38. ad 45. habebis septem annos, quibus sex prioribus bello domitis & caesis Chananaeis, septimo eorum terram diuiserunt; cum scilicet iam Caleb esset 85. annorum. Diuisio ergo hanc terram facta est anno 47. ab exitu ex Aegypto, qui fuit ductus Iosue septimus, saltem inchoatus. Ita Theodor. hic quaest. 16. Abulens. in cap. 13. quaest. 3. & in cap. 22. q. 2. vbi refutat Iosephum quinquennium, & Lyranum sexennio tempus belli definitum. Sic & Masius, Magalanes & alij hic. Denique haec est communis Hebraeorum sententia.

VERS. 11. **SIC VALENS.]** Deus Calebi seruauit in senecta robur pristinum, tum in praemium suae fidelitatis, vt terra promissa, pro qua contra murmuratores steterat, vicens valensque potiretur & fruere; tum vt testis esset oculatus omnium quae gesta erant a Mose in deserto, eaque narraret iunioribus Hebrais: omnes enim murmuratores a Deo morte puniti fuere in deserto, eorum ergo filij iuuenes, qui non murmurauerant, ingressi sunt terram promissam. His igitur Caleb senex testatus est & praedicauit mira, quae Deus Patribus praestiterat in deserto. Sic mox post Christum longevi fuere. S. Ioannes, S. Simeon, S. Dionysius Areopagita, S. Polycarpus, alijque plures, vt posteris essent oculati vel auriti testes gestorum Christi. Similis fuit Paulus Concordiensis, cuius validam senectam, ita describit S. Hieron. Epist. 21. ad eundem: *Ecce, inquit, centenis aetatis circulis volutus, & tu semper praepcepta Domini custodiens, futura beatitudinem vita per praesentia exempla meditaris. Oculi lumine vigent, pedes imprimunt certa vestigia, auditus penetrabilis, dentes candidi, vox sonora, corpus solidum & succi plenum, cani cum rubore discipulanti, vires cum aetate dissentiunt: Non memoria tenacitatem, vt in plerisque ceruimus, antiquior senecta dissoluit; Non callidi acumen ingenij frigidus sanguis obtundit; Non contractam rugis faciem arata frons asperat; Non denique tremula manus per curuos cera tramites errantem stylum ducit: futura nobis resurrectionis virorem in te Dominus ostendit: vt peccati sciamus esse, quod ceteri adhuc viuentes praemiorum in carne; insitit, quod tu adulescentiam in aliena aetate mentiris.*

**TAM AD BELLANDVM,] cum** gigantibus in Hebrone, mihi a Deo data degensibus, vt eos expellam & Hebronem expugnem mihi que vendicem. Vnde sequitur.

VERS. 12. **DA ERGO MIHI MONTEM ISTVM, QVEM POLLICITVS EST DOMINVS TE QVOQUE AUDIENTE, IN QVO ENACIM SVNT.]** Montem istum, in quo sita est Hebron, Dabir & Anab vrbes: has enim Deus promissit Calebo Numer. 14. 24. licet enim Script. eas ibi nominatim non exprimat; ta-

men Moses viua voce idipsum declarauit, vt patet ex hoc loco, scilicet terram eo loco a Deo promissam Calebo, esse montana Hebron. Causa, cur Deus haec praeter aliis assignarit Calebo fuit prima, inuicta & excelsa virtus ac fortitudo Calebi, quae paulo ante dixit se iam 85. annorum tam esse validum animo & corpore, quam cum esset 40. annorum. Secunda, quia montana Hebronis ab Enacim, id est gigantibus insidebantur, quos ceteri Hebraei mirè formidabant, nec ausi fuissent eos aggredi, vti aggressus est Caleb. Tertia, quia ante annos 40. Caleb ingressus fuerat hanc montana, eaque cum gigantibus lustrata, populoque dixerat illa facile per Deum posse expugnari, cum ceteri exploratores meticulosi id negarent, populique metu gigantum ab ingressu in terram promissam absterrent. Voluit ergo Deus ostendere verum esse quod dixerat Caleb, ac per eum gigantes debellare. Ita Deo duce fortissimos quoque & quaque ardua superamus, si Deo nixi rem fidenter & animose aggrediamur. Deus enim opem quam promissit praestat, & incipientes adiuvat, roborat, promouet, vt rem aliis difficilem facile expediant. Sic David carneam illam turrim, vt ait Chrysol. putà Goliath lapillo prostravit, quia Deo confusus magno animo cum eo duellum iniit. S. Antonius, teste S. Athanas. vidit quandoque diabolum specie gigantis caput inter nubi artollere & condere, sed eius fraudem agnoscentis: Frustra, inquit, me tentare conaris ista mole corporis, exere: si quid habes in me potestatis & virium, exere: *Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo? Dominus procreator vite, a qua trepidabor* Quo dicto larua illa gigantea euauit. Tales difficultatum laruas singulis obicit daemon, sed si Deo nixi eas spernamus, ac contra eas conemur, in fumum ibunt.

**IN QVO ENACIM SVNT.]** putà gigantes prognati ab Enac gigante: licet enim gigantes hos Hebrone expulerit Iosue cap. 11. 12. tamen hinc liquet nonnullos cladem istam euasisse, ac profugisse ad Philistinum, indeque reparatis viribus rediisse Hebronem, eamque quasi aurorem sedem insedis, ideoque Calebum rursus eos expulisse.

**SI FORTE.]** Non quod Caleb dubitet de promissis Dei, sed quod modestè de se sentiat, vereaturque ne Dei opem sibi promissam sua culpa vel socordia auertat.

**BENEDIXIT QVIBVS EI IOSV.]** q. d. Iosue prospera omnia apprecatus est Calebo, ac praefertim felicem expugnationis montanarum viuum, quas insidebant gigantes, exitum. q. d. Deus te fortunet, Deus tibi benedicat, Deus gigantes tibi subiiciat. Ita Abulens. Aliter Arias & Vatabl. Benedixit, inquit, id est collaudauit animos & virtutem Calebi. Masius verò: *concessit* (Calebo) ea quae audiebat.

**QVIA SECVTVS EST DOMINVM DEVM ISRAEL.]** Hebr. *quia compleuit post Dominum Deum Israel*, id est, quia plenè secutus est Deum, sicut eundem olim secutus fuerat Israel, siue Iacob Pater & Patriarcha suus. Septuag. *Ed quod ipse secutus esset mandatum Dei Israelis.* Iidem verò vers. 8. vertunt: *Ego verò adhaesi Domino Deo meo.* Sensus est q. d. Caleb non solum priuatim pie sanctèque vixit, sed Dei etiam gloriam, ac proximorum, putà Hebraeorum prosperitatem & salutem quibus fieri poterat modis, ad vltimum vsque vitæ actum sedulo

sedulo & constanter procurauit, & omnino muneribus illo, cui eum Deus praefecerat, grauitè, attentè & constanter perfundus est. Ita Masius.

VERS. 15. **NOMEN HEBRON ANTE VOCABATUR CARIATH-ARBE: ADAM MAXIMVS IBI INTER ENACIM SITVS EST.]** Ostendit Enacim, id est gigantes fuisse in Hebron, vti dixit v. 12. ex eo quod Hebron olim sit dicta Cariath, id est ciuitas vrbe gigantis.

Nota: Primò, haec ciuitas dicta est Hebron: nam de ea dicitur Num. 13. 23. *Hebron septem annis ante Tanim vrbe Aegypti condita est.* Deinde Hebron occupata fuit ab Arbe gigante cum suis posteris, indeque cognominata est Cariath id est ciuitas vrbe, qui fuit Adam, id est homo maximus inter Enacim, vel qui Antonomastice cognominatus est Adam, quia homo erat maximus inter gigantes, ac in Hebron sibi sedem sepulchrumque delegerat. Vnde ex Hebraeo sic proprie clareque vertas: *Hebron antea vocata est Cariath-Arbe, is homo maximus fuerat inter Enacim.* Ita Chaldaeus, Masius, Caietan. Vatabl. Arias, Pagnin. & alij. Hunc genuinum huius loci esse sensum, patet ex Hebraeo, & ex eo quod hic Arbe fuerit pater Enac, vt dicitur cap. 15. 13. & cap. 21. vers. 11. Ab Enac autem prognati sunt Enacim gigantes. Hinc Arbe hic vocatur maximus, tum vastitate corporis, tum principatu & imperio, tum rerum gestarum gloria, tum dignitate, vt qui fuerit pater, imò Patriarcha Enacim, a quo scilicet omnis haec gigantium soboles est profeminata, ideoque nomen eius inditum fuit Hebron, in qua gigantes hi habitauerunt. Idem fuit ex Septuag. qui vertunt: *Nomen Hebron olim vrbs Arbe* (perperam nonnulli legunt Argob) *Metropolis ipsorum Enacim ista.*

Aliter interpretatur S. Hieron. in cap. 27. Matth. & quaest. in Paralipom. ac Hebraei in Beresit Rabba, id est in Genesi maiori, atque eos secuti Lyran. Hugo, Dion. Carthus. Abulens. videlicet q. d. Hebron prius vocata est Cariath-Arbe, id est ciuitas quatuor, scilicet virorum illustrium, quia in ea sepulti sunt quatuor Patriarchae, nimirum Adam, Abraham, Isaac & Iacob cum vxoribus suis. De tribus vltimis patet ex Genesi 47. 30. & alibi; de Adam patet ex hoc loco. Idcirco enim S. Hieron. hic nomen Adam protoplasto proprium retinuisse videtur, vt indicaret eum in Hebron esse sepultum, ideoque expressit *ed stus*, id est sepultus est, quod in Hebraeo non extat, sed subintelligi potest. Porro S. Hieron. licet in hanc sententiam videatur pronior, tamen eam non planè plenèque astruit. Audi eum in Epitaph. S. Paulae: *Ascendit Hebron, haec est Cariath-Arbe, id est oppidum virorum quatuor, Abrahami, Isaac, Iacob & Adam, magni, quem ibi conditum iuxta librum Iesu Naue Hebraei autumant: licet, plerique Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monstratur.* S. Hieron. sequuntur Isidorus, Rupertus, Marianus Scotus, & alij iam citati. Fauet nomen Hebron, quod Hebr. significat societatem, coniunctionem, copulationem; nimirum in ea sepulchra societatem acceperunt quatuor summi Patriarchae.

Porro quod Ioannes Lucius lib. 1. de Emendat. temp. cap. 4. censet Adamum fuisse gigantem, ex eo quod hic vocatur Adam maximus inter Enacim, improbabile est: Sic enim fuisset homo monstruosus a Deo conditus, ac naturæ monstrum. Dicitur ergo maximus inter Enacim non proceritate, sed dignitate, quia fuit primus homo creatus a Deo, & patens ceterorum omnium, item doctorum magna scientia, *Cornel. in Iosue,*

sapientia, gratia, potestque in paradiso. Illud autem inter Enacim, tantum significat eum in Hebrone inter Enacim esse sepultum. Rursum S. Hieron. sua sententiam accepit ab Hebraeis, qui in Beresit Rabba scribunt, ideo nomen Arbe, quod significat quatuor, illi vbi esse impostum, quia praesens saeculus quatuor illic viri habitauerunt, Aner, Escol, Mamre & Abraham; iidem illic, sint circumcisi, quatuor item matronae celeberrimae ibidem sepultae fuerunt, Henas, Sara, Rebecca & Lia: & quatuor Patriarchae Adam, Abraham, Isaac & Iacob; & quod ex eo loco Abraham quatuor Reges infecutus percussit. Verum vt plurima quae sunt in illis Commentariis ficticia esse constat, sic haec parum firma & probabilia esse debent.

Audi nunc Abulensem: *Iste est verior & communior sensus, quem omnes ferè Catholici tenent: Nam Adam vixisse perhibetur apud vrbe Hebron, & ibi finiuisse dies suos, ibique sepultus est cum Eua coniuge: ibi quoque eum a Deo formatum esse perhibent. Nam extra paradysum eum plasmatum constat. Eua autem formata est in paradiso ex costa Adae, Genes. 2. sic quoque testatur Genes, quae nunc habitant apud vrbe Hebron, quae ab incolis Vallis lachrymarum dicitur, ed quod Adam ibi Abelem a Caino occisum luxerit centum annis. Haec Abulens. Eadem tradunt Saligniacus, Bredenbachius, Borchardus, & ex iis Adrichom. in descript. tribus Iuda num. 7. 90. 91. 100. & 145. Hinc & Dauid rex inauguratus est, & regnauit in Hebron, quasi in auita patrum & aurorem vrbe. 2. Regum 2. 3. Ibi quoque fuit domus Zachariae, in qua natus & educatus est S. Ioannes Baptista. Hinc & Masius in cap. 15. 13. asserit vicinas Hebroni vrbes fuisse nuncupatas Dabir, id est sacrum penetrale, & quasi oraculum; ac Cariath-Sepher, id est ciuitas litterarum, quod in illa quasi in archiuo seruantur monumenta Patrum antiquorum.*

Verum haec omnia accepta videntur ex S. Hieron. cuius auctoritatem posteri Latini vulgò secuti sunt. Nam ceteri antiquiores & doctiores asserunt Adamum habitasse in Iudaea ac Ierosolymis, ibique mortuum & sepultum esse, non in Hebron, sed in Golgotha, siue monte Caluaria, vbi crucifixus est Christus, imò a Caluaria Adae nomen accepisse montem Caluariae. Ita Origen. hom. 35. in Matth. S. Epiphani. haeresi 46. quae est Tatianorum, S. Athanas. tract. de Passione Domini, S. Cyprian. serm. de Resurrectione, S. Ambros. lib. 5. epist. 19. & in Luca cap. 23. Theoph. & Euthym. in cap. 27. Matth. quin & ipse S. Hieron. epist. 17. ad Marcell. S. Cyrillus, Moses Bar-Cepha lib. de Paradiso, S. Germanus Patriarcha Constant. Anastasius Sinaita lib. 6. Hexam. & alij quos citant & sequuntur Suarez 3. p. quaest. 46. art. 10. & Sixtus Senen. lib. 6. Biblioth. Annotat. 132. Hos praesicos sequuntur recentiores, scilicet Baronius, Pererius, Tornellus, Feuard. qui ait hanc esse constantem Ecclesiae sententiam; Saliarius, & alij.

Conantur nonnulli vtramque sententiam conciliare, dicendo Adamum primò fuisse sepultum in Hebron, deinde in Golgotha. Ita Honorius Augustodun. in Chron. Vilalpandus in Appar. lib. 1. cap. 9. D. Iorio, & fauet Serarius, idque ob traditionem incolarum Terrae sanctae, quam recenset Borchardus, Adrichom. & alij. Genebrard. verò lib. 1. Chronol. ait Adamum iuxta Hebraeos sepultum in Hebron, iuxta Patres verò in Golgotha. Vt est, mihi

certum est id de Hebron hoc loco non significari. Nam *Adam* hic non est nomen proprium, sed appellativum, significans hominem; nec protoplastum, sed Arbe gigantem denotat. Sic 2. Reg. 7. 19. dicitur: *Ista est lex Adam* (id est hominis) *Domine Deus*. Et Osee 11. 4. *In sumiculis Adam traham eos*. *Adam*, id est hominis, quibus scilicet trahi solent homines. & sæpe alibi, præsertim in Hebræo. *Adam* enim dicitur ab אדם *Adama*, quæ vox significat terram rubram, sicut homo ab humo, Genes. 2. Explicat enim quis fuerit *Arbe*, scilicet Adam, id est homo *maximus*, tum mole corporis, tum potentia, dignitate & auctoritate. Vnde videtur quod *Arbe* idem sit quod אב ראש *Rab*, id est magnus, potens, princeps, à radice אב ראש *raba*, id est multus, id est magnus fuit. ut Aleph in *Arbe* non sit radicale, sed Heermanicum, siue formativum nominis; nisi malis *Arbe* proprie accipere, ut significet quatuor, & quartum

## CAPUT DECIMUMQUINTUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**I**osue per sortes dividit Chananaeam duodecim tribubus. Igitur hoc cap. primò, narrantur regiones qua sorte obtigere tribui Iudæ. Deinde vers. 13. quomodo Caleb armis obtinuerit Hebronem loca, vicina. Tertio, vers. 21. numerantur civitates qua in hac sortitione tribui Iudæ obtinuerunt.

Porro fors tribus Iudæ maior fuit sortibus aliarum tribuum; tum quia tribus Iudæ erat maior & numerosior ceteris omnibus, ut patet Numer. 2. 3. & seq. tum quia Caleb extra sortem in tribu Iudæ inssu Dei obtinuit confinia Hebronis.

1. Igitur fors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit: A termino Edom, desertum Sin contra Meridiem, & vsque ad extremam partem Australis plagæ. 2. initium eius à summitate maris salissimi, & à lingua eius, quæ respicit Meridiem. 3. Egrediturque contra Ascensum Scorpionis, & pertransit in Sina: ascenditque in Cadesbarne, & pervenit in Ebron, ascendens ad Adar, & circumiens Carcaæ. 4. atque inde pertransiens in Afemona, & perveniens ad torrentem Ægypti: eruntque termini eius mare magnum. hic erit finis meridiana: plagæ. 5. Ab Oriente verò erit initium, mare salissimum vsque ad extrema Iordanis: & ea quæ respiciunt ad Aquilonem, à lingua maris vsque ad eundem Iordanis fluvium. 6. ascenditque terminus in Beth-Hagla, & transit ab Aquilone in Beth-Araba: ascendens ad lapidem Boën filij Ruben. 7. & tendens vsque ad terminos Debera, de Valle Achor, contra Aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex aduerso Ascensionis Adommim, ab Australi parte torrentis: transitque aquas, quæ vocantur Fons solis: & erunt exitus eius ad Fontem Rogel. 8. Ascenditque per conuallē filij Ennom ex latere Iebusæi ad Meridiem, hæc est Ierusalem: & inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Geennom ad Occidentem in summitate vallis Raphaim contra Aquilonem. 9. pertransitque à vertice montis vsque ad fontem aquæ Nephthoa: & pervenit vsque ad vicus montis Ephron: inclinaturque in Baala, quæ est Cariathiarim, id est, vrbs filiarum. 10. & circuit de Baala contra Occidentem, vsque ad montem Seir: transitque iuxta latus montis Iarim ad Aquilonem in Cheslon: & descendit in Bethlames, transitque in Thamna. 11. & pervenit contra Aquilonem partis Accaron ex latere: inclinaturque Sechrona, & transit montem Baala: pervenitque in Iebneel, & magni maris contra Occidentem sine concluditur. 12. hi sunt termini filiorum Iudæ per circuitum in cognationibus suis. 13. Caleb verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iudæ, sicut præceperat ei Dominus: Cariath-Arbe patris Enac, ipsa est Hebron. 14. Delavitque ex ea Caleb tres filios Enac, Sesai & Ahiman & Tholmai de stirpe Enac. 15. Atque inde conscendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariath Sepher, id est, civitas litterarum. 16. Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariath Sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. 17. Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: deditque

ei

ei Axam filiam suam vxorem. 18. Quæ, cum pergerent simul, suasa est à viro suo ut peteret à patre suo agrum, suspiravitque ut sedebat in asino. Cui Caleb: Quid habes, inquit? 19. At illa respondit: Da mihi benedictionem: Terram australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum superius & inferius. 20. Hæc est possessio tribus filiorum Iudæ per cognationes suas. 21. Erantque civitates ab extremis partibus filiorum Iudæ iuxta terminos Edom à Meridie: Cabseel & Eder & Iagur, 22. & Cyna & Dimona & Adada, 23. & Cades & Asor & Iethnam, 24. Ziph & Telem & Baloth, 25. Asor noua & Carioth, Hebron, hæc est Asor, 26. Amam, Sama, & Molada, 27. & Afergadda & Hasemon & Bethphelet, 18. & Haferual & Berfabee & Baziothia 29. & Baala & Iim & Esēm, 30. & Eltholad & Cesil & Harma, 31. & Siceleg & Medemena & Sensenna, 32. Lebaoth & Selim & Aën & Remon. omnes civitates vigintinovem, & villæ earum. 33. In campestribus verò: Estaol & Sarea & Afena, 34. & Zanoë & Ængannim & Taphua & Enaim, 35. & Jerimoth & Adullam, Socho & Azeca, 36. & Saraim & Adithaim & Gadera & Gederothaim: vrbes quatuordecim, & villæ earum. 37. Sanan & Hadassa & Magdalgad, 38. Delean & Masepha & Iechthel, 39. Lachis & Bascath & Eglon, 40. Chebbon & Leheman & Cethlis 41. & Gideroth & Bethdagon & Naama & Maceda: civitates sedecim, & villæ earum. 42. Labana & Ether & Aïan, 43. Iephta & Esna & Nesib, 44. & Ceila & Achzib & Maresa: civitates novem, & villæ earum. 45. Accaron cum vicis & villulis suis. 46. Ab Accaron vsque ad mare: omnia quæ vergunt ad Azotum & viculos eius. 47. Azotus cum vicis & villulis suis. Gaza cum vicis & villulis suis, vsque ad torrentem Ægypti, & mare magnum terminus eius. 48. Et in monte: Samir & Iether & Socoth 49. & Danna & Cariathfenna, hæc est Dabir: 50. Anab & Istemo & Anim, 51. Gofen & Olon & Gilo: civitates vndecim & villæ earum: 52. Arab & Ruma & Esaan, 53. & Ianum & Beththaphua & Apheca, 54. Athmatha, & Cariatharbe, hæc est Hebron, & Sior: civitates novem, & villæ earum. 55. Maon & Carmel & Ziph & Iota, 56. Iezraël & Iucadam & Zanoë, 57. Accain, Gabaa, & Thamna: civitates decem, & villæ earum. 58. Halhul, & Bessur, & Gedor, 59. Mareth, & Bethanoth, & Elrecon: civitates sex & villæ earum. 60. Cariathbaal, hæc est Cariathiarim vrbs filiarum, & Arebba: civitates duæ, & villæ earum. 61. In deserto Betharaba, Meddin, & Sachacha 62. & Nebfan, & civitates salis, & Engaddi: civitates sex, & villæ earum. 63. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iudæ delere: habitavitque Iebusæus cum filiis Iudæ in Ierusalem vsque in præsentem diem.

VERS. 1. **I**GITUR SORS FILIORVM IVDÆ PER COGNATIONES (familias) SVAS ISTA FVIT.]

Quæres: quis fuerit modus sortium, & quali sortitione Chananaea per 12. tribus earumque familias sit diuisa. Primum, Arias Montanus censet, sortitionem hanc factam per Vrīm & Tumimim, & quæ erant in Rationali Pontificis: Pontificis enim illis amicti, Deumque consulentes animo, inquit, atque oculis à Deo imago obiciebatur eius rei de qua responsum quærebatur. Exod. 28. v. 30. Verum hoc erat oraculum, non fors, quare non sortitione, ut ait Scrip. sed prophetia & respōso Dei facta fuisset hæc diuisio.

2. Secundò, Andreas Masius opinatur, Chananaeam in duodecim æquales partes fuisse descriptam, & schedulis ex vrna casti eductis, similive fortiendi modo cuique tribui suam terræ portionē, alteri cuius tribui æqualem obtigisse. Verum hoc rectè refellit Abulens. quæst. 5. in cap. 18. qui cum Lyrano inæquales fuisse putat regionis portiones. Et merito: nam tribus valde erant inæquales: aliquæ enim erant numerosissime, vti tribus Iudæ erat dupla ad tribum Manasse & Benjamin, ut patet Numer. 2. Quare iniquum fuisset tribum Dan æquari tribui Iudæ in portione possessionis.

3. Tertio, Abulens. censet, lustratores & descriptores Chananaeæ illam in duodecim partes inæ-

quales diuisisse, ac cuique tribui suam partem maiorem vel minorem pro sui amplitudine vel exiguitate assignasse: iussit deinde ad sortes, ac sortes diuisionē iam ab eis factam confirmasse & approbasse. Verum hoc non satis congruit cum Script. quæ hic & Numer. 26. 55. & 36. ac Num. 33. 54. dicitur iubet sorte diuidi terram, ut quod sortitione cuique obtigerit, hoc illi cedat, ac quisque illud capiat quod sorte ei ceciderit. Vnde liquet, quod fors primò diuisionem hanc peregerit, non verò descriptorum partitio.

4. Quarto, Iosephus lib. 5. Antiq. c. 2. tradit, sorte educta esse ex vrna nomina singularum tribuum, ac illam, quæ primò educta fuit, primam optione elegisse sibi illam Chananaeæ partem, quam præ aliis optabat. Simili modo & optione illam quæ secundo loco educta fuit partem Chananaeæ sibi delegisse, ac deinde illam quæ tertio loco educta fuit, & ita de cæteris. Verum hæc mutila & manca est sortitio, scilicet solarum tribuum, non autem regionum; nec tam sortitio est, quàm optio & electio: Script. autem dicit, terram ipsam sorte fuisse diuidendam, ac re ipsa diuisam, atque cuique tribuendam portionem prout fors ceciderit, non quæ optio cuiusque elegerit.

5. Quintò, verisimilius Rabbini lib. de Pactis seu contract. p. 1. c. 3. tradunt, duas fuisse sortium vrnas, Germana-



ac in vnam coniecta fuisse nomina duodecim tribuum orientium, in alteram verò nomina descriptarum regionum, ac deinde Eleazarum Pontificem vnam coram omnibus quassasse, sursumque & deorsum agitate, deinde ex vna extraxisse nomen tribus sorte casuque occurrentis, ex altera verò nomen regionis primò in manum incidentis, atque hanc regionem tribui isti fortitione hac attribuisse.

Dico ergo, probabilius videri, totam Chananæam descriptam fuisse in duodecim partes, non tam magnitudine quam æstimatione, puta bonitate & fertilitate (huius enim maximam habitam fuisse rationem in æstimatione harum sortium, tradit Iosephus) æquales, illasque rursum in alias minores fuisse subdivisas, vt satis colligitur ex oppidorum per singulas regiones descriptione hoc cap. vers. 31. 41. 44. 57. 62. deinde descriptores hocce dispexisse magnitudinem vel paruitatem singularum tribuum, earumque inter se proportionem iniisse, quædam quarta parte, quædam media, quædam tertia, &c. aliis tribubus erant maiores, quædam minores, quædam æquales, ac proinde minores ex duodecim Chananææ portionibus iam distributis vel quartam portionis vnius partem, vel dimidiam, vel tertiam dumtaxat pro sua paruitate sibi deprecabant. Aliæ verò maiores pro sui amplitudine præter vnam integramque duodecimam Chananææ portionem, iuxta aliam quartam alterius portionis partem, vel dimidiam, vel tertiam sibi adiungi suo iure postulabant: quod enim vni minoris demebatur, hoc alteri maiori accedebat, & vice versa. Hoc factò, chartulas nominum duodecim tribuum in vnam vnam, duodecim verò portionum regionis cum suis subdivisiõibus iam distributis in alteram vnam coniecerunt, tumque primò ex vna vna eduxerunt nomen tribus, ac ex altera nomen portionis terræ primò occurrentis, illamque tribui eductæ assignarunt; sed proportione Geometrica, iuxta cuiuslibet tribus magnitudinem vel exiguitatem; ita scilicet vt iuxta eam educerent chartulas regionis, quæ ad integram, vel dimidiam, vel sesquialteram, aut aliam portionis proportionem cuique tribui debitam continerent, v.g. Si ponamus tribum Iuda fuisse duplam ad ceteras, dicendum est per sortes datam illi fuisse duplam terræ portionem, sed vicinam & contiguam, vt tota tribus simul in eadem regione habitaret, nec vna pars ab alia seorsim habitando diuelleretur. Rursum simili sorte portio tribus cuiusque subdivisa fuit in singulas eius familias. Hunc fuisse sortis & fortionis modum, indicat Script. Numer. c. 26. & c. 37. & hic cap. 18. & c. 19. vbi pariter clarè significatur, illam tribum, cuius nomen primò ex vna sorte educebatur, primam ex altera vna regionis & portionis sibi cessuræ sortem eduxisse, ac deinde illam quæ secundò, tertio, quarto, &c. educebatur, quamque scilicet ordine sortis & vicis suæ. Vnde c. 19. v. 1. dicitur: *Et egressa est sortis secunda filiorum Simeon.* Et v. 10. *Ceciditq; sortis tertia filiorum Zabulon.* Et v. 17. *Isachar egressa est sortis quarta.* Et v. 24. *Ceciditq; sortis quinta tribus filiorum Aser, &c.*

Potro videntur descriptores regionum Chananææ in prima eius descriptione errorem commisisse, in designatione portionis quæ Iudæ obuenit, aut certè in magnitudine & proportione tribus Iuda ceteris tribubus æstimanda: nam nimis magna tribui Iuda partem obuenisse, liquet ex eo, quòd hæc tribus aliquam suæ regionis partem postea cesserit tribui Simeoni, vt patet cap. 19. v. 1. imò & tribui Dan, vt patet de Saraa & Estaol, quæ hoc cap. v. 33. Iudæ assignantur, cum tamen c. 19. 41. tribui Dan attribuantur, indeque ortus sit Samson, qui fuit Danita. Atque hac de causa, scilicet de errore commissò subdubitis Iosue, vt eum corrigeret cap. 18. misit novos descriptores, qui secundo & certius septè tribubus in diuisa adhuc terra, vel si ea iusto sit minor, etiam in terra iam diuisa septem sortes describant.

Denique aduerte: plures in Chananæa fuere vrbes idem habentes nomen, vt non mirum sit idè nomen vrbs diuersis tribubus assignari. Sic vna fuit Bethlehem Iudæ, in qua natus est Christus, altera Bethlehem data Zabulonitis c. 19. 15. Sic vna Samaria attributa fuit tribui Ephraim, quæ postea Sebaste dicta est, fuitque metropolis regum Israël, altera data tribui Zabulon c. 19. 15. Sic Bethoron alia fuit in tribu Ephraim, dicta superior c. 16. 5. alia inferior in tribu Beniamin c. 18. 3.

INITIVM EIVS A SYMMITATE MARIS SALISSIMI, id est, ab extremitate maris mortui siue lacus Asphaltitis, in quem conuersa est Sodoma & Pentapolis.

ET A LINGVA EIVS. Lingua maris mortui, ait Masius, est sinus maris, quo scilicet eius pars angustior in continentem excurrit in speciem lingue, vbi videlicet hoc mare definit iuxta Idumæam. Graphicè hoc repræsentat Adrichom. in suis tabulis Geographicis terræ sanctæ. Sic Isaiæ 11. lingua maris Ægypti vocatur pars sinus Arabici, quæ linguæ figura Ægyptum alluit.

MARE MAGNUM, id est mediterraneum, quod magnum est respectu maris Galilææ & maris mortui. Alioqui absolute mare magnum est Oceanus.

ASCENDITQUE TERMINVS IN BETH HAGLA. Beth Hagla nunc, qui olim dicebatur Area Athad, locus est trans Iordanem, vbi Ioseph & filij Israël planxerunt Iacob patrem suum, quando eum tulerunt de Ægypto, vnde etiam Bethagla, hoc est locus gyri dictus est, eò quòd ibi more plangentium circumierunt in funere Iacob. Ita S. Hieron. in locis Hebr. Borchardus, Adrichom. & alij. Hagla enim Hebr. circulus & gyrum significat. Vide dicta Genes. 50. v. 10.

RESPICIENS GALGALA, QUÆ EST EX ADVERSO ASCENSIONIS ADOMMIM. Alia est hæc, vt videtur, Galgala à Galgala iuxta Iordanem, vbi Iosue sua habuit castra. Nam hæc longè distabant ab Adommim. Galgala huius versus cap. 18. 18. in Hebr. vocantur גלגלית, vbi S. Hieron. vertit tumulos. Masius opinatur Galgala huius versus esse eadem cum Galgalis, in quibus erant idola tempore Aod Iudicis, Iudic. 3. 19. Potro Adommim locus erat in via Ierichuntis infestus latronibus. Vnde dicitur est Adommim, id est rubedines, ob crebram sanguinis effusionem, quæ ibi fiebat, huncque locum notat Christus in Parabola Samaritani, cum ait: *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones.* Lucæ 10. 30.

AB AVSTRALI PARTE TORRENTIS. non Carith, vt vult quidam, sed Cedron, qui per vallem Iosaphat iuxta Ierusalem fluit, & tandem labitur in mare mortuum. Ita Adrichom.

ET ERVNT EXITVS EIVS AD FONTEM ROGEL. q. d. idemque exit & terminatur ad fontem Rogel,

Rogel, id est ad fontem Fulonis, qui Hebr. dicitur rogela רוגל, id est pes, id quòd Fullo pedibus suis calcans pannos abluat. Ipat hic fons iuxta Ierusalem, hortosque regios irrigabat, iuxta quem Isaias, Achaz regi Chritum ex Virgine natusurum prædixit. Isaiæ 7. 36.

VERS. 8. Gohennom quid?

ASCENDITQUE PER CONVALLIEM FILII ENNOM. Puta per Gehennom: גהנום enim vallem significat. Potro Gehennom, ait Adrichom. quæ & Benhenom, id est vallis filiorum Ennom, locus erat in suburbanis Ierusalem, contra Orientem sub monte Offensionis, iuxta piscinam Fulonis, vt Teppe amoenissimus, fontibus Silos, ac fluxu torrentis Cedron irriguus, viridarius & hortus constitutus, totusque nemorosus ac deliciis plenus.

In hac valle patentes immolabant & cremabant suos infantes idolo Moloch, & ne euilatus eorum audirentur, pulsabant תוף toph; id est tympanum. Vnde locus dictus est Tophet. Fuit hoc prælium & vna species inferni, qui inde dictus est gehenna. Vide dicta Levit. 18. 21.

HÆC EST IERUSALEM. Dices quomodo Ierusalem hic numeratur in sorte tribus Iudæ, cum alibi dicatur esse in tribu Beniamin? Resp. Abulen. cap. 18. in fine, Ierusalem propriè pertinuisse ad sortem Beniamin, vt patet c. 18. vlt. & Iudic. 1. v. 21. fuisse tamen tribui Iudæ confinem, vt hoc loco significatur; vnde factum est sequentibus annis, vt conuenientibus Beniamitis, vel etiam eis inuitantibus Iudæi ex Iuda oriundi Iebusæos validissimos, Ierusalem occupantes, ex ea expulerint, vrbemque iure belli sibi vendicarent, ac caput regni effecerint. Sicut David vrbem Siceleg, quæ hinc Simeonitis annumeratur, Philistinis extorsit, suæque tribui Iuda adiunxit. Reg. 27. 6. Sic & Iosephus Ierusalem Beniamitis attribuit lib. 5. Antiq. c. 1 & 2. Hinc & Moses Deuter. 33. 12. prædicit in sorte Beniamin, id est in Ierusalem ædificandum fore templum, in quo Deus habitet. Aliqua tamen Ierusalem pars pertinuit ad tribum Iudæ, vt patebit ex verbis proximè sequentibus.

ET INDE SE ERIGENS AD VERTICEM MONTIS (Sion siue Moria, in quo Salomon ædificauit templum) QUI EST CONTRA GEHENNOM AD AQUILONEM IN SYMMITATE VALLIS RAPHAIM (id est gigantum, qui à Rapha oriundi dicti sunt Raphaim) CONTRA AQUILONEM. Sensus est q. d. Sortes tribus Iudæ Aquilonaris, postquam à valle Ennom pertigit ad sedes Iebusæi, in radice montis Moria sese attollit, indeque protenditur vsque ad verticem montis eiusdem, qui mons est à regione vallis Ennom, eamque habet ad Orientem; idem deinde mons flectitur ad occidentem Ierosolymæ, ibique definit in extremitate vallis Raphaim, quæ respicit Aquilonem. Hinc patet aliquam partem vrbs Ierusalem pertinuisse ad tribum Iudæ, aliam & potiore ad tribum Beniamin. Vnde Efdre 11. 4. tam filij Iudæ quam Beniamin dicuntur habitasse in Ierusalem; nimirum, vt hinc dicitur, funiculus Iudæ ducebatur per verticem montis Moria ad latus Iebusæi, qui arcem occupabat, ita vt eum relinqueret ad Austrum; quare Australior pars modica montis Moria ad Iudæ pertinebat, ita vt reliquam montis partem Borealem, in quo ædificatum est templum, reliquamque vrbem inferiorem Beniamitis relinqueret. Consentiant enim Hebræi & Christiani templum fuisse in sorte tribus Beniamin, non Iudæ.

ET PERVENIT CONTRA AQUILONEM PARTIS ACCARON. Hinc & magis ex v. 45. 46. & 47. patet Accarò & ceteras quatuor Sarrapias Philistinorum, puta, Azotum, Alcalonem, Geth & Gazam primitus pertinuisse ad tribum Iudæ, postea tamen partem eorum cecisse tribui Dan, vt patet c. 19. 43. quæ enim ibi Acron vocatur est Accaron, vt manifestum est in Hebræo; licet enim eam deinde expugnarent bellatores tribus Iudæ Iudic. 1. tamè id fecerunt non quòd Accaron ad se pertineret, sed quòd eius inceda sibi essent infesti, vt pote vicini. Denique Philistin omnes hæc quinque Sarrapias tandem occuparunt, & perpetua cum Iudæis bella gesserunt.

CALEB VERO FILIO IEPHONE DEDIT (Iosue) & CARIATH ARBE PATRIS ENAC, id est ciuitatem Arbe, qui fuit pater Enaci gigantis, ex quo prognati sunt Enacim gigantes. Ipsa est Hebron.

ATQUE INDE CONSCENDENS VENIT AD HABITATORES DABIR, QUÆ PRIVS VOCABATUR CARIATH SEPPER, ID EST CIVITAS LITTERARVM. Videtur ergo hæc fuisse Academia Chananæorum, in qua litterati litteras librisque quoslibet docebant. Potro hæc vrbs tria habuit nomina, nam primò, dicta est דביר Dabir, quasi oraculum sapientia; aut à דבר davar, id est loqui, quòd in ea eloquentia rectè loquendi ars doceretur. Secundò, dicta est Cariath Sepher, id est ciuitas litterarum. Tertio, eadem, vt patet ex vers. 49. dicta est Cariath Sema, id est vrbs acuminis, in qua scilicet acutè de rebus singulis differebatur: פשר

Scanan enim (littera samech in vicinam Schin commutata) est acuer. Vnde Scenina apud Chald. significat acumen ingenij, & Sciman acutè differere. Hinc Septuag. ibidem vertunt: *ciuitas litterarum.* Hæc ergo fuit antiquissima & prima orbis academia, quam in Script. legimus. Vide hic antiquitatem Academicarum. Hæc enim Academia erat celebris & vetus tempore Iosue, qui Christum præcessit annis 1456. Vide Middendorpium lib. de Academicarum origine. Ita Lyran. Abulen. Serarius, Arias & alij hic ac Driedo lib. 4. de Dogmat. variis pag. 238. Sic Metropolis Hispaniæ olim Mantua nuncupata, à Mauris occupata Africanè vocata est *Madrid*, id est mater scientia, quòd Mauri in ea Scholas & Academiam suam erexerint, vti ex Hispan. archiuus refert Serarius in c. 1. Iudic. v. 12. Talis quoque posteriore æuo fuit Thecua, vnde sapiens illa mulier Thecutis vocat eam matrem in Israël, ideoque rogat Dauidem vt ei parcat. 2. Reg. 14. 2. Talis quoque fuit vrbs Theman apud Idumæos, ex qua prodiit Eliphaz Themanites amicus Iob. Vnde Themanitici Sophi & Sapietes celebrantur. Baruch 3. 23. Tales quoque fuere Athenæ in Græcia, Memphis & Heliopolis in Ægypto. Masius ex Chald. *Cariath Sepher* vertit vrbem archiorum siue tabulariorum, quòd in ea esset Archiuum, quòd scilicet in ea multa vetustatis monumenta post orbis diluuium reposita fuerint. Arias vocat *Bibliothecam publicam.*

CEPITQUE EAM OTHONIEL FILIUS CENEZ FRATER CALEB IUNIOR. Frater, id est cognatus, puta fratris filius, siue nepos Calebi: nam Caleb non fuit filius Cenez, sed Iephone, ac proinde nõ potuit esse frater germanus Othonielis, qui fuit filius Cenez. Cenez ergo fuit frater Calebi, & pater Othonielis. Vnde Septuag. Vatican. & Roman. habent



bent ἀδελφῶν (Regia tamen habent ἀδελφῶν) id est A fratris. Chald. quoque & Vatab. vertunt in genituo: Filius Cenez fratris Caleb, siue filius Cenez, qui fuit frater Caleb iunior. Hebræi enim (sp̄e) subtrahunt pronomina relatiua & verbum est. Itaque hîc videtur genuinus sensus: filius Cenez. Qui (Cenez) fuit frater Caleb iunior.

Mafius tamen & alij censent Caleb verè fuisse fratrem germanum Othonielis, sed vterinam duntaxat, quòd vterque eandem habuerit matrem, ex qua Iephone genuerit Caleb, Cenez verò genuerit Othonielem. Poterat autem scire Othoniel, licet patrius ducere neprem suam ex fratre, puta Axam, quia Leuit. 18. v. q̄r̄ veratur dumtaxat coniugium amitæ cum nepote, non autem neptis cum patruo. Hæc sententia est probabilis, valdeq; conformis versioni vulgatae.

Porro Deus rem hanc totam direxit, quia destinabat Othonielem successore Iosue in principatu. Dedit ergo ei animos & vires, vt Cariath Sepher à viris fortissimis & gigantibus infestam expugnaret, vt eximia suæ virtutis & fortitudinis specimen daret, ob quam mereretur fieri princeps, & auctoritatem quam dignam apud populum nancisceretur, ideoque Caleb ei filiam suam Axam vxorem promisit, vt pote confusus eius virtutis, & præcius non alium quam ipsum rem tantam attentaturum.

VERS. 18. QUAE CVM PERGERENT SIMVL.] q. d. cum Axam sponsa deduceretur in domum Othonielis sponsi sui. Moris enim tunc erat (vti etiamnum est multis in locis) vt sponsæ nuptæ ex parentum domo ad ædes mariti magna cognatorum turba comitante deducerentur, quæ si longius absissent, asinis vel mulis, vel equis vel camelis (vti Rebecca Genes. 24. 64.) pro regionis consuetudine honoris causâ veherentur. Atque adeo, ait Arias, apud montanos illos viros qui rupi nostræ in Aracena agro (in Hispania) vicina colunt, nouam nuptam ad templi vltimū limen a fello vehi honestum putant.

Porro Rabbi hîc dant etymon Axæ. Axæ, inquit, id est quod ira vel irascens, eò quòd Axæ adeo esset pulchra, vt quicumque intueretur eam iraceretur vxori, eò quòd præ Axæ videretur esse deformis. Hæc illi carnales & crassi. Longè melius Pagnin. & alij: Axæ, inquit, idem est quod eleganter calceata, adornata, & composito gradu incedens. Isaie 3. 16. iuxta illud Cant. 7. 1. Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia Principis, vide ibi dicta. Talis Tropol. est anima modesta, quieta, composita, & passionibus suis dominans.

SVASA EST A VIRO SVO.] Hebr. contrariè habent: impulit ipsa eum, scilicet Axæ virum suum: sed Resp. Axam impulisse maritum, vt vel ipse peteret à Patre suo Caleb terram irriguam, vel sibi permitteret eandem ab eò petere, ac suaderet quid in ea te foret melius: maritum autem annuendo respondisse & suasisse vt ipsa peteret. Suasus ergo mariti ipsa illam petiit, vt sagaciter & breuiter vertit noster Interpres; idque innuunt Septuag. dum vertunt: Consuluit que cum eo, petam à Patre meo agrum.

SVSPIRAVIT QVE.] Hebr. tishach, quod Mafius, Vatab. Pagnin. & passim Hebraisantes vertunt: dimisit se, vel desixit se in terram. Nam & noster Indic. 4. m̄i vertit desixit, Septuag. & alij infixit.

Verum nostro consentiunt Septuag. qui hîc vertunt: Et desixit, id est clamauit, & Indic. 1. 14. ἐξήγησεν, ratio-

id est murmurauit, siue quia tam Noster quam Septuag. pro תשאך tishachlegerunt תשאך teenach id est ingemuit, suspirauit, nam & תשאך sunt litteræ vicina: siue quia תשאך tishach, subinde pro affini תשאך anach aspiciiebant, quod nos iam scire non possumus, eò quòd verbum tishach nūquam alibi reperitur. Et sanè suspirasse Axam, ac suspitio permouisse Patrem ad concedendum ea quæ postulabat, valde est verisimile. Hic enim est seminarum mos, hæc earum est ars.

AT ILLA RESPONDIT: DA MIHI BENEDICTIONEM.] Acute & appositè, ait Arias, prudens sagaxque puella vsa est voce Hebr. ברכה berecha, quæ & benedictionem, & faustitatem, & bonas preces, & singulare beneficium, priuilegium, fertilitatem, atque etiam aquæ copiam significat. Omnia enim hæc vnica voce berecha postulabat Axæ.

Alleg. Rupert. in lib. Iudicium c. 2. Othoniel, ait, est Christus, Saluator noster & iudex, qui Cariath Sepher, id est ciuitatem litterarum percussit, quæ prius Dabir, id est loquens siue loquela vocabatur, quando manifesta veritate Euangelij, loquacem scribarum & Pharisæorum Synagogam in littera legis gloriantem redarguit & c. Et paulò inferius: Proposito sibi premio vt acciperet Axam coniugem, id est nouam de genibus Ecclesiam. Cuius pater per fidem factus est Caleb, quod interpretatur quasi cor, scilicet Deus qui nobis factus est quasi cor, dicendo: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Hinc ipse qui factus est vir Saluator mundi, suscit vt peteret à patre suo agrum. Docuit enim Ecclesiam suam orare, & petere à Deo Patre regnum celorum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes Axæ sedens asino suspiras, quando conuersa ad Christum Ecclesia, prima iam gratia, id est peccatorum remissione percipit secundam gratiam, id est sancti Spiritus illustratione regni celestis desiderium postulat.

TERRAM AVSTRALEM ET ARENTEM DEDIT MIHI, IUNGE ET IRRIGUAM.] Licet enim Auster in Europa sit pluuuus & fecundus ideoque terra Australis sit fecunda: Iudæis tamen Auster, vt pote à vasta Arabiæ solitudine spirans, est calidus, vrens & siccus, ideoque humorem terræ exsugens, eam facit aridam & sterilem, ventus verò Occidentalis, vt pote à mari veniens, Iudæis est pluuuus & fecundus, vt patet 3. Reg. 18. 44. Amos 5. 8. Luca 12. 54.

DEDIT ITAQVE EI CALEB IRRIGUAM SVPERIVS ET INFERIVS.] Hebr. גללות גללות gullorh maim, id est, ait Mafius, vortices aquarum, siue scatebras vel scaturigines, quibus quasi terræ venis ebulientes aquæ volutatum (גללות galal enim significat voluere, conuoluere) protrudi videntur, easque duplices; scilicet superiores quibus cliuosa, & inferiores, quibus planiora loca & campi irrigari, itaque fecundari possunt. Cum scatebris: fundos quoque earum accipe, vti mox dicam. ita quoque Theodor. quæst. 2. in lib. Iudic. & Procopius, qui addit Symmachum vertisse possessionem in superioribus, & possessionem in inferioribus. Per quæ Tropol. ait Procop. innuit facultatem celestis ac sublimis cogitationis, æquæ ac humilioris, quare possessio superior est oratio & meditatio, inferior humiliatio & mortificatio.

Plantus & preliis S. Gregor. (quem sequitur Rupert.) lib. 3. Dial. c. 34. & lib. 6. Registri Epist. 23. ad Theodistum, docet duplicem hîc notari compunctionem: Axæ, inquit, super asinum sedet, cum iratio-

VERS. 19.

rationabilibus carnis suæ motibus anima praesidat. Quæ suspirans à patre terram irriguam petit: quia à creatore nostro cum magno gemitu querenda est lachrymarum gratia. Sunt namque nonnulli, qui iam à dono perceptorum liberè pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram australem & arenam habent, sed adhuc irrigua indigent, quia in bonis operibus positi, in quibus magni ardore regni celestis mala etiam quæ antea perpetraverunt deplorant. Quocirca mox subiungit: Sed quia, vt dixi, duo sunt compunctionis genera, Dedit ei pater suus irriguam superius & irriguam inferius. Irriguam quippe superius accipit anima, cum sese in lachrymis celestis regni desiderio affigit: irriguam verò inferius accipit, cum inferni supplicia stendo pertimescit. Et quidem prius inferius, ac post irriguam superius datur. Sed quia compunctio amoris dignitate præcinit, necesse fuit vt prius irriguam superius, & post irriguam inferius commemorari debuisset. Vnde paulò antè dixit: Sicq; fit vt perfecta compunctio formidinis tradat animum compunctio dilectionis. Audi S. August. lib. Medit. c. 36. Da mihi, inquit, euidens signum amoris tui: irriguam lachrymarum fontem, ingere emanatum, vt ipsa quoque lachryma tuum in me testentur amorem: ipsa prodant, ipse loquantur, quantum te diligat anima mea, dum pre nimia dulcedine amoris tui nequit se à lachrymis continere.

IRRIGUAM.] Perperam in Septuag. legitur ἀνάγειν id est, redemptionem, vt legunt Theodor. S. August. Procop. vt patet ἀνάγειν, id est, ablatione, irrigationem, vt vertit Theodotion. Caiet. per irriguam superius accipit fontes in montibus erumpentes, per inferius puteos. Alij per irriguam superius accipiunt agrum pluuuus irriguam, siue qui pluuuus rigari solet, per inferius fontes. Alij melius intelligunt agros & fundos montanos, & decliues fontibus aquilique irriguos: poterant enim filia fundorum esse hæredes, si nuberent viro suæ tribus & familia; tunc enim non transferentur ad aliam tribum & familiam, quod tantum vetatur Numer. 36. 6.

VERS. 32. OMNES CIVITATES VIGINTI NOVEM.] Sunt 37. si singula nomina numeres, sed inter eas vici quidem celebriores commemorati sunt, vt proprie vrbes fuerint 29. dumtaxat. ita Mafius.

VERS. 62. ET CIVITAS SALIS.] Ita dicta, eò quòd vicina sit mari mortuo siue salso; aut quòd iuxta eam v-

xor Lot respiciens retrò versa sit in statuam salis; aut quòd in ea essent salinae, in quibus aquæ è vicino mari mortuo siue salso calore solis decoquebatur, ex iisque fiebat sal. Nonnulli suspicantur hanc esse Segor, in quam fugit Lot, Genes. 19. 23. Adrichom. tamè & alij illam à Segor distinguunt, & propriam per se ciuitatem salis constituunt.

IRRIGUAM AVTEM HABITATOREM IERVSALEM NON POTVERUNT FILII IYDA DELERE.] Ob suam concordiam & peccata, quibus irritatus Deus opem suam eis subtraxit, vt dicitur Iudic. 2. 20.

Quin & Dauidis tempore Iebusæos habitasse inter Israëlitas, adeoque Dauidem eis eripuisse arcem Sion, nec tamen eos omnino eliminasse, sed subiugasse dumtaxat, ac Iebusæos vt in ius ditionemque, sic & in sacra religionemque Israëlitarum tranfisse, colligitur ex 2. Reg. 24. 22. vbi Dauid ab Areuna Iebusæo emit arcem in qua Deo immolaret. ita Mafius. Est Prolepsis. Nam hæc post felicia Iosue tempora sub Iudicibus contigerunt: Igitur Iosue cepit Ierusalem, eiusque regem Adonisedec cum aliis quatuor regibus occidit, vt adiuuimus cap. 10. arcem tamen Ierusalem non cepit, sed eam renuerit Iebusæi: inde factum, vt iidem post obitum Iosue sensim vrberem totam rursum occuparint, vt occuparunt Hebron & Dabir à Iosue antè expugnatas; hinc necesse fuit vt filij Iuda Ierosolymam expugnarent, quod fecerunt post mortem Iosue, vt audiemus Iudic. 1. Perperam ergo R. Dauid ait non licuisse Iudæis expugnare Ierusalem, eò quòd eam tenerent Iebusæi oriundi ex Abimelech, cum quo Abraham fœdus inierat Genes. 21. sed id fecisse Dauidem, cum fœdus hoc longinquitate temporis esset extinctum. Hæc enim mæra sunt fragmenta.

Tropol. Iebusæus Hebr. idem est quod calcator (Tropol. enim significat calcare) hîc significat, nostram concupiscentiam, eiusque motus, qui Iudæum, id est rationem & mentem, fidei & pietatis erga Deum professorem, quotidie exagitant, vexant, proculcant, nec viribus nostris expelli possunt, sed Dauide opus est, is est Christus ex Dauidis sanguine ortus, sed neque hic illos profus exterminat, sed subigit, vt assidue cum eis luctando, eosque supprimendo, perpetuum habeamus bellandi & vincendi exercitium.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Describuntur fines limitisq; regionis, quæ sorte tribui Ephraim obuenit.

1. Cecidit quoque fors filiorum Ioseph, ab Iordane contra Iericho & aquas eius ab Oriente: solitudo quæ ascendit de Iericho ad montem Bethel: 2. & egreditur de Bethel Luza: transitque terminum Archi, Atharoth, 3. & descendit ad Occidentem iuxta terminum Iephleti, vsque ad terminos Beth horon inferioris, & Gazer: finiunturque regiones eius mari magno: 4. possederuntque filij Ioseph Manasse & Ephraim. 5. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas: & possessio eorum contra Orientem Atharoth addar vsque Beth horon superiorem. 6. Egrediunturque confinia in mare: Machmethath verò Aquilonem respicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanathselo: & pertransit ab Oriente Ianoë. 7. descenditque de Ianoë in Atharoth & Naaratha: & peruenit in Iericho, egrediturque ad Iordanem. 8. De Taphua pertransit contra

contra mare in Vallem arundineti, suntque egressus eius in mare salissimum. hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas 9. Urbesque separatae sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, & villæ earum. 10. Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer: habitavitque Chananæus in medio Ephraim usque in diem hanc tributarius.

VERS. I. **C**ECIDIT QUOQUE SORS FILIORUM IOSEPH. [scilicet Ephraim & Manasse, quibus ut audivimus cap. 14. v. 4. duas tribus constituerunt. Iam dimidia tribus Manasse portionem regionis suæ à Mose acceperat cis Jordanem; restabat ergo altera dimidia cum tota tribu Ephraim, quæ hæc à Iosue trans Jordanem partem suam sorte accipiunt, sed ita ut fors Manasse vicina esset & contigua forti Ephraim. Hoc capite ergo describitur fors Ephraim, sequenti verò cap. fors dimidiæ tribus Manasse: v. trique deinde lateralis & contigua erat fors tribus Benjamin. Graphicè singularum tribuum sortes, vrbes, montes & fluvijs describitur S. Hieroni & Euseb. in locis Hebr. Masius hæc, & Arias in Apparatu Biblior. Regior. libro Caleb, atque eadem in tabulis Geographicis oculantem spectanda exhibet Adrichom. etsi nonnulla in eas desiderentur. Eas adeat Lector: spinosum enim esset & operosum, ac Lectori tædiosum parumque vile, si ea hæc commentando persequeretur.]

VERS. 8. **I**N VALLEM ARVNDINETI.] Masius & alij: in torrentem arundinis. valles enim, per quas labuntur torrentes & aque, fertiles sunt arundinum; hæc enim nascuntur in locis paludosis & humectis. SVNTQUE EGRESSVS EIVS IN MARE SALISSIMUM.] id est in mare quod natura sua est salu. Hebr. mare salis, quod nos ter vertere solet mare salissimum. Significat mare mortuum, siue lacum Asphaltitem, ut patet c. 18. 19. Numer. 34. v. 3. & alibi. Verum hæc illud accipi nequit: ab eo enim longe

abest tribus Ephraim: quare hæc accipi debet mare Mediterraneum. Vide Serarius opinatur, quod salissimum hæc irreprehensibile: nam eo carent Hebr. Chald. & Græca, illudque nos omittit c. seq. v. 9. ubi mare (scilicet Mediterraneum) assignat terminum tribus Manasse, quæ contermina erat tribui Ephraim.

VRBES QUE SEPARATÆ SVNT FILIIS EPHRAIM IN MADIO POSSESSIONIS FILIORVM MANASSE, ET VILLÆ (id est pagi vel vici suburbani, ait Masius) EARVM.] q. d. Cum fors urbium quæ ceciderat tribui Ephraim, non sufficeret tantæ multitudini Ephraimitarum, adiunctæ sunt eis aliquæ vrbes ex tribu Manasse, quæ tribui Ephraim erat cognata & contermina.

HABITAVITQUE CHANANÆVS IN MADIO EPHRAIM VSQUE IN DIEM HANC TRIBUTARIVS.] Factum hoc ex ignavia Ephraimitarum. iusserat enim Deus Chananæos exterminari, nec stædus cum eis iniri etiam sub pacto tributari.

Tropol. S. Grégor. lib. 4. Moral. c. 22. Quid Chananæus, inquit, gentilis videlicet populus nisi vitium significat? & sepe magnis virtutibus terram reprobationis ingredimur, quia spe inima de æternitate roboramur: sed dum inter acta sublimia, vitia quedam parva retinemus, quasi Chananæum vivere in terra nostra concedimus. Qui tamen nobis tributarius efficitur, quia hoc ipsum vitium, quod subigere non possumus, ad usum nostræ utilitatis humiliter recorquimus, ut eo de se mens & in summis vitiis sentiat, quod suis viribus etiam parva quæ appetit non expugnat.

## CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

**D**escribuntur fines dimidiæ tribus Manasse cis Jordanem, & alterius dimidiæ trans Jordanem v. 5. quæ pariter reliquit in sua sorte nonnullos Chananæos, eosque fecit sibi tributarios. Denique v. 14. conquerentibus filiis Ioseph de habitatione angusta, Iosue respondit ut armis sibi spatia laxent, eticiendo Chananæos ex montibus.

1. **C**ecidit autem fors tribui Manasse: (ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad & Basan: 2. & reliquis filiorum Manasse iuxta familias suas, filiis Abiezer, & filiis Helec, & filiis Esriel, & filiis Sechem, & filiis Hopher, & filiis Semida. isti sunt filij Manasse filij Ioseph, mares, per cognationes suas. 3. Salphaad verò filio Hopher filij Galaad filij Machir filij Manasse, non erant filij, sed solæ filia: quarum ista sunt nomina: Maala & Noa & Hegla & Melcha & Therfa. 4. Veneruntque in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij Nun, & principum, dicentes: Dominus præcepit per manum Moyfi, ut daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditque eis iuxta imperium Domini possessionem in medio fratrum patris earum. 5. Et ceciderunt funiculi Manasse, decem, absque Terra Galaad & Basan trans Jordanem. 6. Filia enim Manasse possederunt hereditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant. 7. Fuitque terminus Manasse ab Afer, Machmethath quæ respicit Sichem: & egreditur ad dexteram iuxta habitatores Pontis Taphuæ. 8. Etenim in sorte Manasse ceciderat Terra Taphuæ, quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim. 9. Descenditque terminus Vallis arundineti in Meridiem

diem torrentis ciuitatum Ephraim, quæ in medio sunt urbium Manasse: terminus Manasse ab Aquilone torrentis, & exitus eius pergit ad mare: 10. ita ut possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, & utramque claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Afer ab Aquilone, & in tribu Issachar ab Oriente. 11. Fuitque hereditas Manasse in Issachar & in Afer, Bethsan & viculi eius, & Ieblaam cum viculis suis, & habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis: similiterque habitatores Thenac cum viculis suis, & habitatores Maggeddo cum viculis suis, & tertia pars urbium Nopheth. 12. Nec potuerunt filij Manasse has ciuitates subuertere, sed cepit Chananæus habitare in terra sua. 13. Postquam autem conualuerunt filij Israël, subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos. 14. Locuti que sunt filij Ioseph ad Iosue, & dixerunt: Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi vnus, cum sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus? 15. Ad quos Iosue ait: Si populus multus es, ascende in siluam, & succide tibi spatia in Terra Pherezai & Raphaim: quia angusta est tibi possessio montis Ephraim. 16. Cui responderunt filij Ioseph: Non poterimus ad montana conscendere, cum ferreis curribus vtantur Chananæi, qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Bethsan cum viculis suis, & Iezrael mediam possidens vallem. 17. Dixitque Iosue ad domum Ioseph, Ephraim & Manasse: Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis forem vnã, 18. sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia: & poteris ultra procedere cum subuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.

VERS. I. **I**PSE ENIM EST PRIMOGENITVS IOSEPH.] Dat causam cur tribus Manasse fuerit vna è tribubus quæ Chananæam sorte diuiserant, nimirum quia licet Manasse non esset filius Iacobi Patriarchæ, sed nepos, tamen quia filius erat Iosephi, Iacob cum sibi in filium adoptarat, & pari iure cum ceteris filiis suis immediatè Chananæam diuidere & hereditate iusserat. Genes. 48.

MACHIR PRIMOGENITO (imò vnigenito) MANASSE.] Hic enim non alium reliquit filium quam Machir, qui fuit pater Galaad. Qui (Galaad) fuit vir pugnator, non in Chananæa, sed in Ægypto sub Pharaone in bellis Ephraimitarum, qui cæsi narrantur i. Paral. 7. 21. Galaad enim natus est in Ægypto viuentè adhuc Iosepho auo: quare Pharaoni in bellis seruire potuit ante ceptam eius in Hebræos persecutionem. Exodi 1. Videtur Galaad mortuus in Ægypto, vel certè in deserto, nam in egressu Moysi & Hebræorum ex Ægypto, ipse si adhuc vixit fuit 140. annorum, in ingressu verò Hebræorum in Chanaan fuisse 180. annorum, quæ ætas nulli illo æuo contigit.

VERS. 4. **D**OMINVS PRÆCEPIT.] Numer. 27. Vide ibi dicta.

VERS. 5. **E**T CECIDERVNT FUNICVLI MANASSE DECEM, ABSQVE TERRA GALAAD ET BASAN TRANS IORDANEM.] Funiculi, id est portiones, siue sortes hereditariae: olim enim funiculis dimetiabantur limites & hereditates, sicut iam metiuntur virgis vel baculis mensurijs, esto hæc tantæ terræ dimensio non sit facta funiculis (hoc enim nimis longum & operosum fuisset) sed oculari inspectione & spatij æstimatione. Est ergo Catachresis.

Porro tribus Manasse diuisa fuit in duas partes. Dimidia enim tribus obtinuit Galaad & Basan cis Jordanem, altera dimidia obtinuit suas sortes trans Jordanem, easque decem, quia decem familijs Manasse dandæ erant decem sortes, nimirum quinque filiis, scilicet Abiezer, Helec, Esriel, Sechem & Semida v. 2. & quinque filiabus Salphaad, scilicet Maala, Noa, Hegla, Melcha & Therfa: nam sextus filius Hopher nullos genuit filios nisi Salphaad, qui hæc

Cornel. in Iosue.

A ce quinque filias dumtaxat post se reliquit, sibi que substituit, v. 3.

VERS. 8. **E**T ENIM IN SORTE MANASSE CECIDERAT TERRA TAPHUÆ, QUÆ (terra Taphuæ) EST IUXTA TERMINOS MANASSE, ESTQUE FILIORVM EPHRAIM.] Vnde ex Hebræo sic clarè veritas: Ipsius Manasse fuit terra Taphuæ, Taphuæ verò in termino Manasse, fuit filiorum Ephraim. Sensus est, q. d. Terra vicina urbi Taphuæ fuit filiorum Ephraim: vnde v. sequenti dicitur, ciuitates aliquas Ephraim (vti erat Taphuæ) fuisse in medio urbium Manasse. Idem dixit cap. 6. vers. 9. Causa erat, quod tribus Ephraim esset copiosior & numerosior, quam in regione, quæ sorte sibi obtigerat, tota commode habitare possit; quare terminos eius nimis arctos laxare oportuit, ut aliquas in sorte Manasse vrbes occuparet & incoleret, relictis tamen agris vicinis ipsi tribui Manasse, eò quod agri, qui tribui Ephraim obtigerat, adeò fertiles essent, ut toti tribui alendè sufficerent. Ita Masius, & alij.

VERS. 14. **F**UITQUE HEREDITAS MANASSE IN ISSACHAR ET IN ASER.] Ibi, id est iuxta, vel in confinio & quasi complexu tribuum Issachar & Afer, quomodo Hebr. dicitur vna aurea habens manna, & virga Aaron fuisse in arca, id est iuxta arcam, nã in arca erant dumtaxat tabulae legis. Hebr. 9. 4. vide ibi dicta.

Bethsan, quæ postea dicta est Scytopolis, id est Scytarum ciuitas, quod à Scyris habitata sit, ut indicat S. August. quæst. 8. in lib. Iudic. Iosephus lib. 5. Antiq. c. 1. Herodotus lib. 1. & alij.

VERS. 14. **L**OCVTI QUE SVNT FILII IOSEPH (puta Manasse & Ephraim) AD IOSVE, ET DIXERVNT: QUARE DEDISTI MIHI POSSESSIONEM SORTIS ET FUNICVLI VNVS, CVM SIM TANTÆ MULTITVDINIS, ET BENEDIXERIT MIHI DOMINVS.] q. d. Cur nobis qui facimus duas tribus, scilicet Ephraim & Manasse, tam angustos dedisti limites, vt vnus funiculi, id est vnus sortis & tribus esse videatur, quia vix vni soli tribui sufficiunt, cum tamen Deo nobis benedicente in magnam multitudinem excreuerimus. Dicunt hoc, non quod regio

regiones eis forte assignatae utrique tribui non sufficerent, sed quod plerumque possiderentur a Chanaanais, quos ipsi expellere se posse diffidebant, eod quod arces & vrbes in montibus & rupibus occuparent sicut & arte munitas. Sperabant ipsi se a Iosue, utpote suo contribuli (erat enim Iosue ex tribu Ephraim) obtenturos ut ex aliis tribubus regiones aliquae pacificae sibi assignarentur. Sed stetit Iosue fortis, noluitque aliis tribubus quidquam adimere, quod suae tribueret. Nihil ergo dedit carni & sanguini, sed totum iustitiae, iustamque distributionem iam factam confirmavit. Unde ait:

VERS. 15. SI POPVLVS VLTIVS ES, ASCENDE IN SILVAM, ET SVCCIDE TIBI SPATIA IN TERRA PHEREZAE ET RAPHAIM. q. d. Si abundas hominibus, & quæris laxiora ad habitandum spatia; noli ea postulare in aliis tribubus cum illorum iniuria, sed spatia tibi assignata in terra Pherazæ & Raphaim, iis expulsis, & instar silvæ excisis, occupa, excole, ædifica. Est Metaphora: terram enim a Chanaanais occupatam vocat silvam, eod quod sicut silva excindi debet, ut locus arati possit; sic excindendi erant Pherazæ, ut eorum terram occuparent Iosephita.

VERS. 16. NON POTERIMVS AD MONTANA CONSCENDERE, CVM FERREIS CVRRIBVS VTANTVR CHANANÆI. Erant hi falcati currus, qui fal-

cibus & gladiis armati, in hostes immissi, homines & obuia quæque secabant, & quasi demetebant. Talibus vsus est Darius Rex Persarum pugnans contra Alexandrum Magnum. Audi Curtium lib. 4. Ipse ante se falcatos currus habebat, quos signo dato universos in hostem effudit. Ruebant laxatis habenis aurigæ, quod plures nondum satis prouiso impetu obtulerent. Alios ergo hasta multum ultra temonem eminentes, alios ab vtroque latere dimissa falces lacerauerunt.

Xenophon lib. 6. Cyropædia, Cyrum horum curruum facit inuentorem; sed hinc liquet, tempore Iosue, qui Cyrum nongentis annis antecessit, talibus curribus vsos fuisse Chanaanæos. Porro terror iste curruum mox euauit: nam iis opposuerunt milites longis hastis densatos, qui equorum ventres suffoderent, itaque iis occisis vel caesis curruum inutiles redderent. Adinuenit hoc Alexander Magnus, teste Curtio lib. 4. & Diodoro Siculo lib. 17. Pedes, inquit, omnes phalangis commonuit, quando propius impulsu fuisset currus, ut clypeos coningerent, sarissisq; eos vehementer pulsarent, eo strepitu consternatos equos quadrigas retrosum rapturos, quod ita accidit.

DIXIT QVE IOSVE. Iosue nil Manassensium replica motus stat firmus, nec aliud eis responsum dat, quam id quod iam dedit, scilicet ut armis sibi spatia laxent.

## CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Sortitio tribuum cepta in Galgalis, sed intermissa, in Iosue restituitur in Silo. Mittit ergo ipse mensores, qui reliquam Chanaanam adhuc indiuisam exactius dimebantur, & in septem regiones pro septem reliquis tribubus partiantur. Quæ circa tribus Benjamin prima unam ex septem forte occupat, v. 11. cuius deinde vrbes & limites describuntur.

1. Congregati que sunt omnes filij Israël in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij, & fuit eis Terra subiecta. 2. Remanserant autem filiorum Israël septem tribus, quæ necdum acceperant possessiones suas. 3. Ad quos Iosue ait: Vsq; quod marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis? 4. Eligite de singulis tribubus ternos viros, ut mittam eos, & pergant atque circumeant Terram, & describant eam iuxta numerum vniuscuiusque multitudinis: referantque ad me quod descripserint. 5. Diuidite vobis Terram in septem partes: Iudas sit in terminis suis ab Australi plaga, & domus Ioseph ab Aquilone. 6. mediam inter hos Terram in septem partes describite: & huc venietis ad me, ut coram Domino Deo vestro mittam vobis hanc sortem: 7. quia non est inter vos pars Leuitarum, sed sacerdotium Domini est eorum hereditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manasse, iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad Orientalem plagam: quas dedit eis Moyse famulus Domini. 8. Cumque surrexissent viri, ut pergerent ad describendam Terram, præcepit eis Iosue, dicens: Circuite Terram, & describite eam, ac reuertimini ad me: ut hinc coram Domino, in Silo, mittam vobis sortem. 9. Itaque perrexerunt: & lustrantes eam, in septem partes diuiserunt, scribentes in volumine. Reuersique sunt ad Iosue in castra Silo. 10. Qui misit sortes coram Domino in Silo, diuisitque Terram filiis Israël in septem partes. 11. Et ascendit fors prima filiorum Benjamin per familias suas, ut possiderent Terram inter filios Iuda & filios Ioseph. 12. Fuitque terminus eorum contra Aquilonem a Iordane: pergens iuxta latus Iericho Septemtrionalis plagæ, & inde contra Occidentem ad montana conscendens, & perueniens ad solitudinem Bethauen, 13. atque pertransiens iuxta Luzam ad Meridiem, ipsa est Bethel: descenditque in Atharoth addar, in montem qui est ad Meridiem Beth horon inferioris: 14. Et inclinatur circuiens contra mare ad Meridiem montis qui respicit Beth horon contra Africum: fuitque exitus eius in Cariath baal, quæ vocatur & Cariathiarim, urbem filiorum Iuda. hæc est

est plaga contra mare, ad Occidentem. 15. A Meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vsque ad fontem aquarum Nepthoa. 16. Descenditque in partem montis, qui respicit Vallem filiorum Ennom: & est contra Septemtrionalem plagam in extrema parte Vallis Raphaim. Descenditque in Geennom (id est, Vallem Ennom) iuxta latus Iebusæi ad Austrum: & peruenit ad Fontem Rogel, 17. transiens ad Aquilonem, & egrediens ad Enfemes, id est Fontem solis: 18. & pertransit vsque ad tumulos, qui sunt a regione Ascensus Adommim: descenditque ad Abenboen, id est, lapidem Boen filij Ruben: & pertransit ex latere Aquilonis ad campestria: descenditque in planitiem, 19. & prætergreditur contra Aquilonem Beth hagla: suntque exitus eius contra linguam maris salissimi ab Aquilone in fine Iordanis ad Australem plagam: 20. qui est terminus illius ab Oriente. hæc est possessio filiorum Benjamin per terminos suos in circuitu, & familias suas. 21. Fueruntque ciuitates eius, Iericho & Beth hagla & Vallis Casis, 22. Beth Araba & Samaraim & Bethel 23. & Auim & Aphara & Ophera, 24. Villa Emona & Ophni & Gabee: ciuitates duodecim, & villæ earum. 25. Gabaon & Rama & Beroth, 26. & Mesphe & Caphara, & Amofa 27. & Recem, Iarephel & Tharella, 28. & Sela, Eleph, & Iebus, quæ est Ierusalem, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & villæ earum. Hæc est possessio filiorum Benjamin iuxta familias suas.

VERS. 1. CONGREGATI SVNT OMNES FILII ISRAEL A silis equè esse factam, in eaque a mensuris commissum esse errorem: nam ut is emendetur, Iosue denuò mittit nouos descriptores, qui septem tribubus exactius restantem terram dimebantur, & in septem regiones distribuunt.

AD QVOS IOSVE AIT: VSQVE QVOD MARCETIS IGNAVIA? &c.] Solet labore fessos corripere sopor & torporis hic Israëlitas bello septennali fatigatos inuasit ignauia ad mittendū Geometras, qui Chanaanam reliquam in septem partes æquè septem tribubus partirentur. Non ergo significat hic Iosue, multum temporis, scilicet septem annos inter priorem & posteriorem hanc Chanaanæ diuisionem intercessisse, ut volunt Rabbini, & eos secuti Masius & Magalanes. tantam enim morâ & ignauiam nec tulisset Iosue, nec Hebraei. Quis enim eorum tam numerosos (erant enim plusquam decies centena millia hominum in septem hisce tribubus) aluisset, nisi ipsi singuli terram, quæ sortitione sibi obuenerat, arassent, seminassent, coluissent? Tantum ergo vrget eos, ut illic missis agrimenforibus terram diuidant, ut diuisa septem tribubus sortitione distribuatur; ipsæ cæteris tribubus, quæ iam suas sortes possidebant, litem moueant, aut eorum limites inuadant & deprædentur. Otium enim est causa indigentiae; indigentia est causa furti & rapinae.

Tunc enim Iosue Chanaanam a se debeatam pacificè possedit, eamque inter 12. tribus distribuit; quare tunc singuli domos incolere, vineasque & agros excolere ceperunt. Tunc ergo pariter leges & ceremoniæ a Deo præscriptæ per Moysen in praxin inductæ sunt, ac consequenter ritus anni septimi, pariter & quinquagesimi, siue Iubilæi.

Igitur annus octauus Iosue (non primus, quo ingressus Chanaanam expugnauit Ierichuntem, ut nonnulli volunt) fuit exordium horum annorum. Ab illo enim numerari ceperunt anni tam Sabbathici, quam Iubilæi, iuxta legem a Deo sanctam Leuit. 25. 2. & seq. ut ibidem ostendi.

VERS. 2. REMANSERANT AVTEM FILIORVM ISRAEL SEPTEM TRIBVS, QUÆ NECDVM ACCEPERANT POSSESSIONES SVAS.] Id factum est partim ex torpore & ignauia septem tribuum, hanc enim eis obicit Iosue v. sequenti: partim quod eis oborta fuerit suspicio, priorem terræ sanctæ dimensionem non Cornel. in Iosue.

DESCRIBANT EAM IUXTA NV. MERVM VNIVSCVIVSQVE MULTITVDINIS.] Id est iuxta numerum tribuum, ut scilicet pro septem tribubus terram describant & diuidant in totidem portiones siue regiones, sed ita ut numerosiori tribui maior vel fortior terræ portio assignari queat. Ita se explicat v. sequenti. Iaciebantur enim sortes pro quantitate tribus, ut si illa esset magna, regio sorte dilatari; si parua, regio sorte arctari posset.

MEDIAM INTER HOS TERRAM IN SEPTEM PARTES DISTRIBVITE:] Id mediam inter hos non est in Hebræo, Chald. & Septuag. nam etiam ultra sortem tribuum Ephraim & Manasse, fors septem tribuum extendebatur vsque ad Libanum. Unde aliqui



aliqui suspicantur huc esse mendum, & corrigendum sic, reliquam inter vos. Et sanè rō mediam exponendum est reliquam. Reliqua enim terræ pars erat media, vel inter Iudæos & Iosephitas, vel inter Iosephitas & Libanum, vel inter Iudæos & Idumæos. Hi enim erat limites terræ Hebræis promissa, à Deo statuti.

VERS. 7. SED SACERDOTIVM DOMINI EST EORVM HEREDITAS.] Sacerdotium, id est Sacerdotalis proventus, puta oblationes, victimæ, primitiæ, vota, quæ Sacerdotibus ex lege dari debebant, erant quasi hereditas Leuitarum; inde enim viuebant, quia non habebant portionem terræ, vti ceteræ tribus.

VERS. 9. REVERSIQVE SVNT AD IOSVE IN CASTRA SILO.] Iosephus ait eos septem mensibus occupatos fuisse in hac terræ descriptione, ac septimo mense ad Iosue in Siluntem reuerfos.

VERS. 14. ET INCLINATVR.] Hebr. נָשָׂא נַפְשׁוֹ, id est delinatur, figuratur cum aliqua inclinatione & flexu. Vnde Masius vertit, gyrauit; Tigrus, respexit.

## CAPVT DECIMVMNONVM.

## SYNOPSIS CAPITIS:

Sorte datur v. 1. tribui Simeon sua Chananaea portio, ac tribui Zabulon v. 10. mox Issachar v. 17. deinde Aser v. 24. ac Nephthali v. 31. & Dan v. 40. Denique v. 49. ipse Iosue datur Tammath Sare, quam petierat.

1. ET egressa est fors secunda filiorum Simeon per cognationes suas: fuitque hereditas 2. eorum in medio possessionis filiorum Iuda: Bethabee & Sabee & Molada 3. & Haferfual, Bala & Afem 4. & Eltholad, Bethul & Harma 5. & Siceleg & Bethmarchaboth & Haferfusa 6. & Bethlebaoth & Sarohen: ciuitates tredecim, & villæ earum. 7. Ain & Remmon & Athar & Afan: ciuitates quatuor, & villæ earum: 8. omnes viculi per circuitum vrbium istarum vsque ad Baalath Beer Ramath contra Australem plagam. Hæc est hereditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas, 9. in possessione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat. & idcirco filij Simeon possederunt in medio hereditatis eorum. 12. Ceciditque fors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas: & factus est terminus possessionis eorum vsque Sarid. 11. Ascenditque de Mari & Merala, & peruenit in Debbafeth, vsque ad torrentem qui est contra Ieconam. 12. Et reuertitur de Sared contra Orientem in fines Ceseleththabor: & egreditur ad Dabareth, ascenditque contra Iaphie. 13. Et inde pertransit vsque ad Orientalem plagam Gethhepher & Thacasin: & egreditur in Remmon, Amthar & Noa. 14. Et circuit ad Aquilonem Hanathon: suntque egressus eius Vallis Iephtahel, 15. & Careth & Naalol & Semeron & Iedala & Bethlehem: ciuitates duodecim, & villæ earum. 16. Hæc est hereditas tribus filiorum Zabulon per cognationes suas, vrbes & viculi earum: 17. Issachar egressa est fors quarta per cognationes suas. 18. fuitque eius hereditas, Iezraël & Cafaloth & Sunem 19. & Hapharaim & Seon, & Anaharath 20. & Rabboth & Cefion, Abes, 21. & Rameth, & Engannim, & Enhadda, & Bethpheses. 22. Et peruenit terminus eius vsque Thabor & Sehesima & Bethfames: eruntque exitus eius Iordanis: ciuitates sedecim, & villæ earum. 23. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas, vrbes & viculi earum. 24. Ceciditque fors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas: 25. fuitque terminus eorum Halcath & Chali & Beten & Axaph 26. & Elmelech & Amaad & Messal: & peruenit vsque ad Carmelum maris & Sihor & Labanath. 27. Ac reuertitur contra Orientem Bethdagon: & pertransit vsque Zabulon & Vallem Iephtahel contra Aquilonem in Bethemec & Nehiel. Egrediturque ad lænam Cabul, 28. & Abran & Hohob & Hamon

mon & Cana, vsque ad Sidonem magnam. 29. reuertiturque in Horma vsque ad ciuitatem munitissimam Tyrum, & vsque Hofa: eruntque exitus eius in mare de funiculo Achziba: 30. & Amma & Aphec & Rohob, ciuitates vigintidua, & villæ earum. 31. Hæc est possessio filiorum Aser per cognationes suas, vrbesque & viculi earum. 32. Filiorum Nephthali sexta fors cecidit per familias suas: 33. & coepit terminus de Heleph & Elon in Saananim, & Adami, quæ est Neceb, & Iebnael vsque Lecum: & egressus eorum vsque ad Iordanem. 34. reuertiturque terminus contra Occidentem Azanotthabor, atque inde ingreditur in Hucca, & pertransit in Zabulon contra Meridiem, & in Aser contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum solis. 35. ciuitates munitissimæ, Assedim, Ser, & Emath, & Reccath & Cenereth, 36. & Edema & Arama, Afor 37. & Cedec & Edrai, Enhafor 38. & Ieron & Magdalel, Horem & Bethanath & Bethfames: ciuitates decem & nouem, & villæ earum. 39. Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali per cognationes suas, vrbes & viculi earum. 40. Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est fors septima: 41. & fuit terminus possessionis, eius Sara & Esthaol, & Hirsemes, id est, ciuitas solis. 42. Selebim & Aialon & Iethela, 43. Elon & Themna & Acron, 44. Ethece, Gebbethon & Balaath, 45. & Iud, & Bane & Barach & Gethremmon. 46. & Meiarcon & Areon, cum termino qui respicit Ioppen. 47. & ipso fine concluditur. Ascenderuntque filij Dan, & pugnaverunt contra Lesem: ceperuntque eam: & percusserunt eam in ore gladij, & possederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesem Dan, ex nomine Dan patris sui. 48. Hæc est possessio tribus filiorum Dan, per cognationes suas, vrbes & viculi earum. 49. Cumque completet forte diuidere Terram singulis per tribus suas, dederunt filij Israël possessionem Iosue filio Nun in medio sui, 50. iuxta præceptum Domini, urbem quam postulauit, Thammath Saraa in monte Ephraim: & edificauit ciuitatem, habitauitque in ea. 51. Hæc sunt possessiones, quas forte diuiserunt Eleazar sacerdos & Iosue filijis Nun, & principes familiarum ac tribuum filiorum Israël, in Silo, coram Domino ad ostium tabernaculi testimonij, partiti que sunt Terram.

VERS. 1. FUITQUE HEREDITAS EORVM (Simeonitarum) IN MEDIO POSSESSIONIS FILIORVM IUDÆ.] R. Salomon asserit, Simeonitas in fortitione 12. tribuum fuisse præteritos, eò quod Iacob maledicens Simeoni dixerit de eo & Leui: *Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël*, Genes. 49. 7. quare Simeonitas fuisse exortes hereditatis, sed reliquas tribus iecisse fortém, quænam illos in se reciperet, ac fortem cecidisse super tribum Iuda: hanc ergo eos intra se recepisse, sed ægrè & eoactè, ideoque eos à se expulisse sub Dauide. idque colligit ex 1. Paral. 4. 31. Verum hæc sunt mera commenta, imò errores S. Script. repugnantes, quæ hic expressè asserit, Simeonitis æquè ac aliis tribubus sorte portionem suam in Chananaea obtigisse. Quod ergo hic dicuntur ipsi fortem recepisse in medio filiorum Iuda: sic accipe, quod fors eorum contermina fuerit forti tribus Iuda: illique immixta; quodque tribus Iuda, cum nimis laxa haberet terrarum spatia, quàm vt omnia excolere, & contra feras tueri posset, partem eorum cesserit tribui Simeonis. Hæc enim cæteris tribubus erat minor, minusque numerosa. Nam in vltimo censu in ea dumtaxat numerati sunt 22200. Porro oraculum Iacob non fauet R. Salomoni, sed aliud intendit, vti ostendi Genes. 49. 7. Ita Masius, & alij.

VERS. 13. AMTHAR.] Sic & Septuag. vocem Hebr. אֲמָתָר *Amthar*, vt nomen proprium vrbis accipiunt. Symmach. verò accipit vt nomen appellatum, & epithetum Remmon; vnde vertit *Remmon inchoam*. Chald. Masius, Vatab. Pagnin. Arias, R. Dauid, & Rabi Salomon vertunt: *Quæ gyrauit vel circumflectitur in Noa*.

VERS. 26. ET PERVENIT VSQUE AD CARMELVM MARIS.] Additur *ad maris*, quia duo erant montes Carmeli in terra Sancta; vnus in tribu Aser adiacens mari mediterraneo, alter in tribu Iuda, cuius incolæ fuit Nabal maritus Abigail.

VERS. 27. BETH DAGON.] Id est domus Dagon, quia scilicet in hac vrbe colebatur Dagon forma piscis, vel potius Sirenis. Vnde Serapius in Iudic. c. 16. q. 23. opinatur Dagon fuisse Venerem, de quo plura 1. Reg. 5. 2.

VERS. 34. CENERETH.] Ab hac vrbe nomen accepit lacus Cenereth, siue maris Galilee illi adiacens. Masius & Arias censent Cenereth esse illam, quæ postea in gratiam Tibertij Cæsaris dicta est Tiberias. Alij volunt esse Capharnaüm.

VERS. 47. ASCENDERUNTQUE FILII DAN, ET PUGNAVERUNT CONTRA LESEM.] Id post mortem Iosue factum, vt fuse narratur Iudic. 18. 1. & sequen. Hinc patet, hanc urbem non esse scriptam à Iosue, vel potius, ab eo qui illum digessit & edidit, multa illi fuisse inserta & addita, vti sunt illa cap. 15. vers. 14. & vltim. & cap. 17. vers. 12. & 13. &c.

VERS. 49. DEDERVNT FILII ISRAEL POSSESSIONEM IOSVE.] Nota hic & mirare modestiam Ducis Iosue; nam qui primò omnibus alijs, fortis diuisit, suam vitimus accepit. Rursum ipse noluit fortem sibi iaci vt alijs, sed datum à populo suscepit. Nimirum Iosue fuit Iesu Christi, qui



VERS. 50.

cum primus esset omnium, imò & c. pro nobis factus est victorum nouissimus. Itaque 33.3. **VERS. 50.** Iuxta præceptum Domini. Hoc præceptum Num. 14. 24. non exprimitur, sed hæc suppletur. Hinc ergo liquet, Deum præcepisse, vt Iosue daretur illa portio terræ, quam ipse optaret. Si enim Deus ibidem iussit dari Calebo Hebronem, cur non & socio eius Iosue, qui Calebum superauit, fuitque dux & princeps populi, idque satis insinuat Caleb, cum hæc c. 14. v. 6. ait ad Iosue: *Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me & te in Cadesbæne.*

**VRBEM QUAM POSTULAVIT, THAMNATH SARAA IN MONTE EPHRAÏM.]** Petiit Iosue hanc urbem, tum vt inter, contribules suos in tribu sua Ephraim habitaret, tum modestiæ causa. Nam vrbs hæc Thamnath cognominata est Saraa, ab auidine & inutilitate loci: Thamnath Saraa enim Hebr. idem est quod *figura diffuens vel inutilis*, vel vt alij, *imago superfluitatis aut factoris*, vel vt Pagnin. *numerabæ resituum*, quasi Iosue occupasset id, quod aliis omnibus erat residuum & inutile; sicut S. Ludovicus, S. Hedvygis, S. Elisabeth humilitatis & de quorundam studio, læpè comedebant reliquias mensæ pauperum, quos aiebant. Elegit ergo Iosue vltimam omnium urbem deteriorem & incultam, inter montana & aspera loca stam, ducibusque ac magistratibus insignè continentis & paupertatis exemplum reliquit, fecitque illud monitum Ecclesiastici c. 32. 1.

## CAPVT VIGESIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Iosue designat sex vrbes refugij, tres cis, & tres vltra Iordanem.*

**1. ET** locutus est Dominus ad Iosue, dicens: **2.** Loquere filiis Israël, & dic eis: **3.** Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi; **4.** vt confugiat ad eas quicumque animam percusserit nescius: & possit euadere iram proximi, qui vltor est sanguinis: **5.** cum ad vnam harum confugerit ciuitas, stabit ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbs vltius ea quæ se comprobent innocentem: sicque suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum. **6.** Cumque vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percussit proximum eius, nec ante biduum, triduumve, eius probatur inimicus. **7.** Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingrediatur ciuitatem & domum suam de qua fugerat. **8.** Decreueruntque Cedès in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est Hebron, in monte Iuda. **9.** Et trans Iordanem contra Orientalem plagam Iericho, statuerunt Bosor, quæ sita est in campestri solitudine, de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse. **10.** Hæ ciuitates constitutæ sunt cunctis filiis Israël, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi, effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

VERS. 2.

**SEPARATE VRBES FUGITIVORVM.]** Hebr. **CREDDENS FACTI SVL.]** Vt si probet suam innocentiam, scilicet se casu & inscium occidisse, reducat ad ciuitatem refugij, ibique maneat donec Pontifex moriatur; sin autem pateat eum voluntariè & studio occidisse, occidatur & ipse.

VERS. 6.

**DONEC STET ANTE IVDICIVM CAUSAM**

## CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Assignantur Leuitis triginta octo ciuitates in variis tribubus ad habitandum.*

**1. AC**cesseruntque principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israël: **2.** locuti que sunt ad eos in Silo Terræ Chanaan, atque dixerunt: Dominus præcepit per manum Moysi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta. **3.** Dederuntque filij Israël de possessionibus suis iuxta imperium Domini, ciuitates & suburbana earum. **4.** Egressa que est fors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis, de tribubus Iuda, & Simeon, & Benjamin, ciuitates tredecim: **5.** Et reliquis filiorum Caath, id est, Leuitis qui super fuerant, de tribubus Ephraim, & Dan, & dimidia tribu Manasse, ciuitates decem. **6.** Porro filiis Gerson egressa est fors, vt acciperent de tribubus Issachar & Aser & Nephthali, dimidiaque tribu Manasse in Basan, ciuitates numero tredecim. **7.** Et filiis Merari per cognationes suas, de tribubus Ruben & Gad & Zabulon, vrbes duodecim. **8.** Dederuntque filij Israël Leuitis ciuitates & suburbana earum, sicut præcepit Dominus per manum Moysi, singulis sorte tribuentes. **9.** De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates: quarum ista sunt nomina, **10.** filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim fors illis egressa est) **11.** Cariatharbe patris Enac, quæ vocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum. **12.** Agros vero & villas eius, dederat Caleb filio Iephone ad possidendum. **13.** Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugij ciuitatem, ac suburbana eius: & Lobnam cum suburbanis suis: **14.** & Iether, & Ethemo, **15.** & Holon, & Dabir, **16.** & Ain, & Ieta, & Bethsames, eum suburbanis suis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum est, duabus. **17.** De tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon, & Gabae, **18.** & Anathoth & Almon, cum suburbanis suis: ciuitates quatuor. **19.** Omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotis, tredecim, cum suburbanis suis. **20.** Reliquis vero per familias filiorum Caath Leuitici generis, hæc est data possessio. **21.** De tribu Ephraim vrbes confugij, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer. **22.** & Cibsaim & Beth-horon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. **23.** De tribu quoque Dan, Eltheco & Gabathon, **24.** & Aialon & Gethremmon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. **25.** Porro de dimidia tribu Manasse, Thanach & Gethremmon, cum suburbanis suis, ciuitates duæ. **26.** Omnes ciuitates decem, & suburbana earum, data sunt filiis Caath inferioris gradus. **27.** Filiis quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugij ciuitates, Gaulon in Basan, & Bosram, cum suburbanis suis, ciuitates duas. **28.** Porro de tribu Issachar, Cefion, & Dabereth, **29.** & Iaramoth, & Engannim, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. **30.** De tribu autem Aser, Masal & Abdon, **31.** & Helcath & Rohob, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. **32.** De tribu quoque Nephthali ciuitates confugij, Cedès in Galilæa, & Hammoth Dor, & Carthan, cum suburbanis suis, ciuitates tres. **33.** Omnes vrbes familiarum Gerson, tredecim, cum suburbanis suis. **34.** Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Tecnam & Cartha. **35.** & Damna & Naalol, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. **36.** De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine, Misor & Iaser & Tethson & Mephaath, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. **37.** De tribu Gad ciuitates confugij, Ramoth in Galaad, & Manaïm & Hesebon & Iaser, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. **38.** Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes suas, duodecim. **39.** Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israël fuerunt quadraginta octo. **40.** cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. **41.** Deditque Dominus Deus Israël omnem Terram, quam traditurum se patribus eorum iurauerat: & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. **42.** Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nullusque eis hostium

hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. 43. Ne unum quidem verbum, quod illis praestitutum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

VERS. 1.

Sacerdotes sparsi per duodecim tribus, ut omnes docerent Dei cultum.

ACCESSERVNTQUE PRINCIPES FAMILIARVM A LEVI.] Nota, Iacob Patriarcham morientem Genes. 49.7. filio suo Levi, eiusque posteris Leuitis in castigationem cedis Sichimitarum irrogasse poenam dispersionis inter fratres suos: sed Deus, qui diues est in temperanda vindicta & in clementia, poenam hanc ob merita posterorum in laudem & gloriam conuertit, voluitque vt Leuitarum ac sacerdotum ceteris & collegia per omnes tribus spargerentur, vt omnes ex sacerdotio tam dignitatem quam vtilitatem sanæ doctrinæ legisque diuinæ cognoscendæ acciperent. Erant enim hæc collegia quasi seminaria religionis & pietatis, ex quibus ciuitates vicinæ cælestis disciplinæ semina, sanctiorisque vitæ exempla petere possent. Sic pollicetur Deus Osee 2. 23. quod per vniuersam terram seminabit. *Iez. 11. id est semen Dei, scilicet sacerdotes, quasi Apostolos & viros. Apostolicos.* Sic S. Basil. teste S. Greg. Nazianz. orat. 20. monasteria construxit iuxta vrbes, vt vtrorumque incolæ commoda sua inter se communicarent, vti faciunt terra & mare terræ idcirco immixtum; vt scilicet monasteria ab vrbibus alerentur, vrbes vero à monasteriis, quasi gymnasii pietatis, sanctiorem vitam addicerent. Hæc de causa passim in Germania, alibi que in locis iuxta vrbes celebriores edificata sunt monasteria antiquissima, imò vrbibus ipsis antiquiora, ac quæ vrbibus ipsis occasionem & initiu dederunt, vt rectè aduertit Thomas Bozius in signis Ecclesiæ.

Quocirca S. Chrysost. hom. 59. ad Populum, eum hortatur vt crebro monasteria & monachos intuat. *Sunt enim, inquit, omnia ibi illecebris vacua, & ab omni interpellatione & inquietudine libera: insuper sunt portus tranquillissimi, quos qui inhabitant, veluti ignes sunt, qui cum è loco editiori emicent, lucem eminus exhibent aduentantibus, cumq; in portu residerint, ceteros ad suam allicunt tranquillitatem: neque eos qui se intuentur pati naufragium suum, vel in venenis esse, qui ad se oculos intenderint. Adhuc igitur viros tales, vtere eorum contubernio, accede, inquam, sanctos tange pedes, multo enim honestius est illorum pedes amplexari, quam aliorum caput. Dic enim mihi, si quidam statuarum pedes apprehendunt, quoniam regis tantam imaginem habent, tu si eum tenueris, qui in seipso Christum habet, non saluus eris. Sancti igitur sunt pedes tales, vel si vilissimi fuerint.*

VERS. 3.

DEDERVNTQUE FILII ISRAEL.] Nota: hæc vrbium distributio à duodecim tribubus facta Leuitis, contigit paulò post fortitionem & diuisionem terræ, antequam singulæ tribus sortis suæ possessionem adirent; idque ne primi possessores suis sedibus à Leuitis exturbarentur. Reliqua dixi Num. 35. 1. & seq.

Porrò plures vrbes datæ Leuitis hæc numerantur, quàm cæteris tribubus, idque tum ad honorè sacerdotij, vt sacerdotes & Leuitæ de domibus nõ solliciti, totos se darent Dei cultui, ait Philo lib. de sacerdot. honor. tum quia cæteræ tribus præter vrbes habebant multos pagos & vicos; Leuitæ autè non, sed tantum suburbana ad mille passus. Ita Abulen. Denique Leuitis per totam Iudæam sparsis

sacerdotibus obtigerunt vrbes Ierolymæ & templo futuro vicina, vt illud, æquè ac illius ciues & principes, facilius adire possent, ac cum tribu Iuda coniugia contrahere, quia hæc duas tribus voluit Deus permisceri, eò quod Christus, qui ex tribu Iuda nasci debebat, non rex solum futurus erat, sed & Pontifex, ait Theodor.

CARIATH-ARBE PATRIS ENAC.] Hoc est, vrbs Arbe gigantis, qui fuit pater Enac, à quo prognati sunt Enacim gigantes. VRRES CONFUGII SICHEM.] Hebr. Chadd. & multa Latina manuscripta cum Abulen. legunt *vrbes in singulari.* Nam vna dumtaxat fuit hic ciuitas refugij, scilicet Sichem, cæteræ vero, scilicet Gazer, Ciblain & Bethoron, cessere Leuitis ad habitandum dumtaxat non homicidis ad confugiendum. Idem est v. 26. 31. 35. 36. omnibus enim hæc versibus pro *ciuitate refugij*, Hebr. Chadd. & manuscripta cum Abul. legunt in singulari *ciuitatem refugij*, ob causam iam dictam. Vide Franc. Lucam hic Annot. 36.

DE TRIBU RUBEN, &c.] Totus hic versus in Hebræo iam deest: noster videtur eum ex Septuag. trahuisse. Vide Franciscum Lucam Annot. 37. Olim videtur extitisse in Hebræo; nam nonnulli Codices Hebraici eum habent, æquè ac Chaldaeus, qui pro *Iaser & Ierhsen* legunt *Iassa & Cademoth*. Ita quoque legit Noster 1. Paral. 6. 78. & 79. quare videntur hæ vrbes duo habuisse nomina.

DEDITQUE DOMINUS DEVS ISRAEL OMNEM TERRAM QUAM TRADITVRVM SE PATRIBVS EORVM TYRAVERAT, ET POSSEDERVNT IL-LAM, ATQUE HABITAVERVNT IN EA.] Dices: Videtur hoc repugnare iis quæ dicta sunt hæc versu 4. & quæ dicuntur Iudic. 1. vbi asseritur Hebræos multis in locis non potuisse exterminare Iebusæos & Chananeos: quare multa adhuc ab Hebræis necdum possessa, sed possidenda supererant. Resp. primo, Deum dedisse Hebræis omnem Chananeam, quoad ius & dominium; quod ipsi in eam totam habebant, vnde & eam vel eis per sortes distribuit. Rursum quoad eius possessionem, sed cum limitatione, quam ipse expressit Exodi 23. 19. dicens: *Non eiciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur. & crescam contra te bestie: paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augetis & possideas terram.* Hoc enim commodius & vtilius erat Hebræis. Dedit ergo Deus omnem terram à se promissam, non totam simul & seimel, sed sensim & pedetentim, expellendo ex ea Chananeos, ne illa iaceret inculta, setaque eam occuparent, donec Hebræi eam totam incolere & excolere possent. Hæc enim est conditio, quam promissioni suæ addiderat, quæ conditio non onerosa, sed commoda erat Hebræis. Ita Abulen. Masius, & alij. Similem phrasim audiui-mus cap. 11. vers. 16.

Subtilius respondet S. August. quæst. 21. totam terram promissam Hebræis à Deo esse datam, quia etiam ille portiones quas ipsi non possederunt datæ sunt eis ad quandam exercitationis vtilitatè, vt scilicet discerent cum hostibus configere.

C. A.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Iosue Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribum Manasse ad sedes suas cis Iordanem benedicendo remittit. Illi altare ibidem adificanti: vnde ceteræ tribus concitantur ad bellum, sed missis legatis excusationem eorum accipiunt, quod scilicet altare adificarent, non ad sacrificium, sed ad monumentum societatis.

1. Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, 2. dixitque ad eos: Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyse famulus Domini: mihi quoque in omnibus obedistis, 3. nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diem, custodientes imperium Domini Dei vestri: 4. Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyse famulus Domini trans Iordanem: 5. ita dumtaxat, vt custodiatis attentè; & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyse famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & obseruetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. 6. Benedixitque eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. 7. Dimidiæ autem tribui Manasse possessionem Moyse dederat in Bafan: & idcirco mediæ quæ superfuit, dedit Iosue sortem inter ceteros fratres suos trans Iordanem ad Occidentalem plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, 8. dixit ad eos: In multa substantia atque diuitiis reuertimi ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris. 9. Reuersique sunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, à filiis Israël de Silo, quæ sita est in Chanaan, vt intrarent Galaad Terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moyse. 10. Cumque venissent ad tumulos Iordanis in Terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. 11. Quod cum audissent filij Israël, & ad eos certi nuntij derulissent, ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, altare in Terra Chanaan, super Iordanis tumulos, contra filios Israël: 12. conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent & dimicaret contra eos. 13. Et interim miserunt illos in Terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis, 14. & decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus. 15. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, in Terram Galaad, dixeruntque ad eos: 16. Hæc mandat omnis populus Domini: Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israël, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? 17. An parum vobis est quod peccastis in Beelphegor, & vsque in præsentem diem macula huius sceleris in nobis permanet? multi- que de populo corruerunt. 18. Et vos hodie reliquistis Dominum, & cras in vniuersum Israël ira eius defæuier. 19. Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad terram, in qua tabernaculum Domini est, & habitate inter nos: tantum vt à Domino, & à nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri. 20. Nõne Achan filius Zare præterit mandatum Domini, & super omnem populum Israël ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus periisset in scelere suo. 21. Responderuntque filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, principibus legationis Israël: 22. Fortissimus Deus Dominus, Fortissimus Deus Dominus, ipse nouit, & Israël simul intelliget: si præuarcationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsentem: 23. & si eâ mente fecimus, vt holocausta, & sacrificium, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quærat & iudicet. 24. & non ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus: Cras dicent filij vestri filiis nostris: Quid vobis & Domino Deo Israël? 25. terminum posuit Dominus inter nos & vos, o filij Ruben, & filij Gad, Iordanem fluiuium: & idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occasionem auertent filij vestri filios nostros à timore Domini. Putauimus itaque melius, 26. & diximus: Extruamus nobis altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas, 27. sed in testimonium inter nos

nos & vos, & sobblem nostram vestramque progeniem, vt feruiamus Domino, & iuris nostri sit offerre, & holocausta, & victimas, & pacificas hostias: & nequaquam dicant cras filij vestri filiis nostris: Non est vobis pars in Domino. 28. Quod si voluerit dicere, respondebunt eis: Ecce altare Domini, quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum. 29. Absit a nobis hoc scelus, vt recedamus a Domino, & eius vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas; prater altare Domini Dei nostri, quod extructum est ante tabernaculum eius. 30. Quibus auditis, Phinees sacerdos, & principes legationis Israel, qui erant cum eo, placati sunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, libentissime susceperunt. 31. Dixitque Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos: Nunc scimus quod nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis a prauaricatione hac, & liberastis filios Israel de manu Domini. 32. Reuersusque est cum principibus a filiis Ruben & Gad, de Terra Galaad, finium Chanaan, ad filios Israel, & retulit eis. 33. Placuitque sermo cunctis audientibus. Et laudauerunt Deum filij Israel, & nequaquam vltra dixerunt, vt ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent terram possessionis eorum. 34. Vocaueruntque filij Ruben, & filij Gad, altare quod extruxerant, Testimonium nostrum, quod Dominus ipse sit Deus.

VERS. 3. **N**EC RELIQUISTIS FRATRES VESTROS A LONGO TEMPORE.] Hebraei in Seder Olam dicunt fuisse duo septennia, siue 14. annos: septem enim annis pugnatum esse ante primam sortitionem, vt colligitur cap. 14. 10. ac totidem exactos a prima sortitione vsque ad secundam; qua completa est diuisio terrae promissae cap. 15. & sequi. Hebraeos sequitur Mafius, Magalians & alij. Sed verius est vnum dumtaxat fuisse septennium, quo scilicet bellatum est: haec enim tres tribus non nisi ad bellandum venerant: bellis ergo septennio confectis domum redierunt, vt dixi cap. 18. 1. & seq.

Magnam sane fidem, obedientiam & patientiam haec tres tribus praestiterunt, dum per septem annos a domo, liberis, vxoribus abfuerunt, vt fratribus bellando praesent, eosque in Chanaan trans Iordanem collocarent.

VERS. 4. **I**N TABERNACULA VESTRA.] In domos vestras: militum enim domus castrenses sunt tabernacula. hi autem fuerant, erantque milites.

VERS. 6. **B**ENEDIXITQUE EIS IOSUE.] Hoc est, bona & fausta eis apprecatus est.

VERS. 8. **I**N (id est cum) MULTA SVBSTANTIA ATQUE DIVITIIS REVERTIMINI.] Est imperatiuus, non indicatiuus, vt patet ex Hebraeo *ושובו* scilicet, pro quo Septuag. alio puncto legentes *ושובו* scilicet, vertunt, reuersi sunt.

**D**IVIDITE PRAEDAM HOSTIVM CVM FRATRIBVS VESTRIS.] Non consulit, sed praecipit, ait Abulens. Serarius & Mafius. *Diuidite*, scilicet in duas partes aequales; vt dimidium praedae cedat vobis qui ad pugnam existis, dimidium vero fratribus vestris, qui in Galaadite ad sarcinas manserunt, illaque tutati sunt: sed in hoc dimidio plus cessit iis qui ad pugnam exierunt, quam iis qui in Galaadite remanserunt; nam pauci erant qui exierant, multi qui remanserant. exierant enim dumtaxat quadraginta millia, manserant ad octoginta millia. Secutus est Iosue exemplum & mandatum Moysi, qui Num. 31. iussit spolia Madianitarum ex aequo diuidi inter pugnantes & restantes ad sarcinas. Vnde idipsum postea secutus Dauid lege perpetua firmavit, sanxitque: *Aequa pars enim descendentis ad praelium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident.* 1. Reg. 30. 24.

**D**E SILO, QUAE SITA EST IN CHANAAN, VT INTRARENT GALAAD TERRAM POSSESSIONIS SVAE.] Chanaan hic significat terram trans

Iordanem sitam vsque ad mare mediterraneum, quam occuparunt nouem tribus: Galaad vero terram cis Iordanem, quam possederunt tres tribus, scilicet Ruben, Gad, & dimidia Manasse, quae proinde iam confectis bellis ex Silo & Chanaan reuertuntur ad sedes suas in Galaad. Alias tota tertia duodecim tribuum alibi saepe vocatur Chanaan.

**C**VMQUE VENISSENT AD TYMVLOS IORDANIS IN TERRAM CHANAAN.] Id est, cum venissent ad fines Chanaan, puta ad tumulos Iordanis, vbi scilicet Iordanis arenarum cumulis & rimulis coeuerunt, ne alueus suum egrediens exundet. Vnde Iosephus lib. 5. Antiq. vertit, *ripam Iordanis*; Symmachus, *limites*; Mafius, *aggeres Iordanis*. Septuag. Hebr. vocem *Galiloth* retinuerunt, quasi nomine proprium loci. Hinc ergo patet, tres tribus hoc altare erexisse non in Galaadite, sed in Chanaan, hoc est in ripa citeriore Iordanis, quae pertinebat ad Chanaan, non vero in ripa vltiore quae spectabat ad Galaaditem. Ratio erat, quia hoc altari testari volebant ius suum pristinum, quod habebant in Chanaan, praesertim ad sacrificandum in altari templi ceteris nouem tribubus communi.

**A**LTAIRE INFINITAE MAGNITVDINIS.] hoc est vastissimum & maximum. Est hyperbole.

**C**ONTRA FILIOS ISRAEL.] Non quasi contra nouem tribus habentes suum altare in Silo, noui sibi altare in ripa Iordanis erecturi; hoc enim erat lege vetitum, ideoque schismatis initium, vt interpretabantur nouem tribus: sed contra, id est a regione, ex opposito; ita scilicet vt altare hoc medium esset inter Galaaditas & Chanaanos, siue inter tres tribus & ceteras nouem, ac has illis sociaret, & in religione iureque sacrificandi connecteret.

**V**T DIMICARENT CONTRA EOS.] Quasi apostatas & schismaticos, qui scilicet a lege & tabernaculo, altarique Mosaico desisterent, & nouam sibi legem cum nouo altari conderent. Vide hic zelum Phinees & nouem tribuum in propugnanda auita lege & fide, ne diuersa religio in vnam suam Synagogam & Rempublicam irreperet, itaque in vniuersum populum, omnesque tribus id permittentis ira Dei defauiret. Omnes enim duodecim tribus faciebant vnam Rempubl. vnamque Ecclesiam: quare potior pars, scilicet nouem tribus, tenebantur curare vt reliquae tres in eadem permanerent,

nerent, nec schisma facerent, nouamque Ecclesiam a sibi conderent.

VERS. 17. **A**N PARVM VOBIS EST QUOD PECCASTIS IN BEELPHEGOR?] Id est, hoc adorantes, & fornicates cum filiabus Moab. Num. 25.

**E**T VSQUE IN PRAESENTEM DIEM MACVLA HVIVS SCELERIS IN NOBIS PERMANET.] Macula tum infamia, tum culpa; erant enim multi, qui eam poenitentia necdum deleuerant, imo fornicationem istam adhuc desiderabant: tum poenae; Deus enim adhuc tam enormis idololatrie & fornicationis poenas ab Hebraeis exigebat.

VERS. 18. **E**T CRAS IN VNIVERSVM ISRAEL IRA EIVS DESERVET.] Cras id est mox. Deus enim tam enorme & publicum sacrilegium indignans, illic accertime vindicabit, tam in vos velut eius auctores, quam in nos velut eius permissores.

VERS. 19. **Q**UOD SI PVLTATIS IMMVNDAM ESSE TERRAM,] ob idola & scelera priorum incolarum, quae per sacrificia vobis expiare non liceat, vt licet nobis qui altare Dei habemus in Silo. Septuag. pro immunda habent *μυαε*, id est parua, sed legendum *μυαε*, id est immunda. *Habitate inter nos*, partem terrae nostrae vobis cedemus, nostro dispendio vobis locum in terra nostra dabimus, nosque coarctabimus vt vos a scelere auocemus, & in auita fide feruemus. Vide hic veram charitatem.

VERS. 20. **A**TQUE VTINAM.] Legit Interpres *והו*, id est vinam, iam alio puncto legunt *והו*, id est non; vnde vertunt: *Et ipse vnus homo non mortuus est in scelere suo* (sicque legunt Septuag. in Complut. et in Roman. de sit non) sed cum eo plures alij, qui ob scelus eius caesi sunt ab Haenibus, cap. 7.

VERS. 22. **F**ORTISSIMVS DEVS DOMINVS, & C. IPSE NOBIS.] Contestantur Deum se innocenti pioque animo altare erexisse; vnde dant ei tria nomina huic loco congrua, eaque repetunt. Primum est *Deus*, id est, fortis: secundum *Deus*, id est Deus omnium gubernator, iudex & vindex. Tertium, *Iehoua*, id est *deus*, id est qui est, siue ipsum ens. Sed quia Hebraei ex reuerentia pro *Iehoua*, quod est nomen Dei proprium, legunt *Adonai*, hinc nos ter eos secutus verti *Dominus*. Contestantur ergo tria praecipua Dei attributa, scilicet potentiam, iustitiam & maiestatem. q. d. Contestantur Deum, Dei que fortissimi robur & omnipotentiam, vt ipse illam in nos exercent, si idipsum machinati sumus. Contestantur tertio Dei essentiam & maiestatem immensam, a qua omne nostrum esse ceu radius a sole pedet, vt illud a nobis adimat, nosque annihilat, si ab eo, sine quo esse non possumus, separare nos volumus. Ex hisce verbis Hebraei prisci opinati sunt Phinees esse Eliam; eosque sequitur B. Petrus Damiani epist. 12. vel vt alij diuidunt 11. cap. 2. ad Nicolaum II. Pont. quem audi: *Elias interpretatur Dominus Deus, quod ex hac occasione ei impostum creditur, quia cum legatus a populo ad Ruben & Gad, qui nouum altare construxerant, mitteretur, hoc ab eis responsum excusationis accepit: Fortissimus Deus Dominus ipse nouit, si prauaricationis animo hoc altare construximus. Inde ergo Phinees vocatus est Elias; vt illorum responsum eius videatur esse vocabulum.*

**Q**UARE CENSERET IPSE QUOD PHINEES, VTPOTE ELIAS, ADHUC VIUAT, & VICTURUS SIT VSQUE AD FINEM MVNDI,] quando praedicans contra Antichristum ab eo occideretur, & martyr occumbet. Verum hanc sententiam vt paradoxam confutauit Num. 25. vers. 13.

**E**T SACRIFICIVM.] Hebr. *מנחה*, id est sacrificium farris & farinae, de quo Leuit. 2. vnde distinguitur hic ab holocaustis & victimis pacificis, quae carnea erant, non farrea.

**E**SE QUERAT ET IVDICET.] q. d. Ipse vt iudex inquirat, & si nos reos sacrilegij inuenierit, iudicet, id est damnet, punit & vindicet.

**A**TQUE TRACTAVIT.] Hebr. *דאגא*, id est cura, sollicitudine, quae animum multa versare, secumque & cum locis tractare & voluere cogit.

**C**RAS DICENT FILII VESTRI FILIIS VESTRIS, & C. PARTEM NON HABETIS IN DOMINO.] id est, Vos non estis populus Domini particularis, vt ipsius peculiaris cultus participes, ac promissionum Abraham & Iacobi partibus nostris de Messia, de qua cura populi Israelitici a Deo factarum heredes sitis, quia Iordane a nobis diuisi estis: quare ad vos non

pertinet Deus noster, nec noster Deus est vester Deus; abite ergo ad vestros gentium deos. Sic 2. Reg. 20. 8. auit decem tribus ad Roboam: *Non est nobis pars in Isai.* q. d. Nolumus tecum participare, qui es filius Isai siue Iesse, ex eo per Dauidem & Salomonem progenitus, nolumus te tam crudelem nobis dominari, nolumus tibi esse subiecti. Sic & Christus ait Ioan. 13. 8. *Si non laueris te, non habebis partem mecum.* Sensus est, q. d. Nolumus desciscere a Domino nec a vobis; altare autem a nobis fabricatum non ereximus ad proprium altaris vsum scilicet ad sacrificandum in eo, quale solum in lege vetitum est a Domino, sed tantum ad aeternum auitae religionis & professionis nostrae monumentum, vt quae omnibus testatum maneat, nos ad cultum; altare & sacrificia, quae trans Iordanem in Silo & Ierusalem apud vos peragentur, pertinere, ac ius habere cum reliquis noue tribubus trans Iordanem, victimas nostras Deo in templo vestro offerendi. Esto ergo Iordanis nos a vobis diuidat, religio tamen, Ecclesia & Respubl. non diuidet, sed vobis socij & contribules in omnibus erimus, vt haecenus fuimus. Ita Abulens. Mafius, & alij.

Nota hic modestiam, aequae ac zelum trium tribuum, quo plane sedatit nouem tribuum animos contra se ira accensos.

Zelus ergo religionis impulit eos ad edificandum hoc altare potius quam aliud quoduis monumentum, quia altari hoc in Chanaan finibus erecto testabantur se velle colere Deum quem colebant ceterae tribus habitantes in Chanaan, adeoque se cum illis conspirare in vna eandemque religionem: haec enim maxime consistit in sacrificio quod fit in altari. Quare altare est symbolu sacrificij, aequae ac fidei & religionis. Ita Abulens.

**S**ED IN TESTIMONIUM INTER NOS ET VOS;] quod scilicet nos ius habeamus in altari vestro sacrificandi, & vos non habeatis ius nos impediendi.

**E**T LIBERASTIS FILIOS ISRAEL DE MANU DOMINI.] Abstinento a schismate & noua religione, ob quam Deus vniuersum Israel acriter castigasset.

**D**E TERRA GALAAD FINIVM CHANAAN.] Ita legitur Roman. q. d. De terra Galaad, quae est in finibus Chanaan, siue quae finit & terminat Chanaanam, inquit Hugo & Abulens. Verum Biblia, Complut. Regia, aliaque legunt sic: *De terra Galaad in terram Chanaan.* sic enim habent Hebr. Chald. & Septuag. quae lectio planum clarumque exhibet sensum.



VERS. 34. **V**OCAVERUNTQUE FILII RUBEN ET FILII GAD ALTARE QUOD EXTRUXERANT, TESTIMONIUM NOSTRUM QUOD IPSE SIT DEVS. ] Septuag. Rom. asserunt, ipsum Iosue hoc nomen imposuisse altari. Sed Latina, Hebr. & Chald. asserunt Rubenitas & Gaditas id fecisse. Quare videtur in Septuag. irrepsisse mendum, nisi dicas Iosue nomen hoc à Rubenitis altari impositum confirmasse, eique suum calculum addidisse. Nomen ergo altaris erat hoc: *Testimonium nostrum quod ipse sit Deus.* q. d. Erexit hoc altare, vt testemur Deum verum Israël tam esse nostrum quam ceterarum novem tribuum Deum, ideoque nos nullo modo ab eo velle recedere, & alium Deum inuocare, sed illi firmiter adherere, illum solum colere, & ab eo promissa Abraham & posteris eius bona sperare: testamur igitur hoc altari illum æquè esse Deum nostrum

## CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**I**osue hortatur Israëlitas ad Dei veri cultum, & ad legis eius custodiam, utq. gentiliū societatem & connubia vitent; id si fecerint, promittit eis omnem Dei benedictionem; si non fecerint, sed ad Chanaanorum idola & vitia deflexerint, comminatur eis Dei maledictionem; omnemq. malum.

1. **E**Voluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israël, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam longæuo, & perfenilis ætatis: 2. vocauit Iosue omnem Israël, maioreſque natu, & principes ac duces, & magistros, dixitque ad eos: Ego senui, & progressioris ætatis sum: 3. vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quo modo pro vobis ipse pugnaverit: 4. & nunc quia vobis forte diuisit omnem Terram, ab Orientali parte Iordanis vsque ad mare magnum, multæque adhuc supersunt nationes: 5. Dominus Deus vester disperdet eas & auferet à facie vestra, & possidebitis Terram, sicut vobis pollicitus est. 6. tantum confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moyſi: & non declinetis ab eis neque ad dextram neque ad sinistram: 7. ne postquam intraueritis ad Gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: 8. sed adheretis Domino Deo vestro: quod fecistis vsque in diem hanc. 9. Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. 10. Vnus è vobis persequetur hostium mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnavit, sicut pollicitus est. 11. Hoc tantum diligentissime præcaute, vt diligatis Dominum Deum vestrum. 12. Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adherere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare: 13. iam nunc scitote quod Dominus Deus vester non eas delectat ante faciem vestram, sed sint vobis in foueam ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & fudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima, quam tradidit vobis. 14. En ego hodie ingredior viam vniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quod de omnibus verbis, quæ se Dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, vnum non præterierit incassum. 15. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt: sic adduceret super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima, quam tradidit vobis. 16. eò quod præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruiueritis diis alienis, & adoraueritis eos: citò atque velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac Terra optima, quam tradidit vobis.

VERS. I. **V**OCAVIT IOSVE OMNEM ISRAELEM. ] Primiti-  
cipales scilicet & primores omnium tribuum,  
ac ceteros qui commodè venire poterant. Voca-

ac vestrum, & novem tribus: nos enim sumus filij Abraham, & Israël siue Jacob, æquè ac vos. Quare Deus ipsorum tam est Deus noster quam vester, ac promissa eius ipsis facta tam ad nos quam ad vos pertinent. Quocirca altare hoc vocamus isto nomine; *Testimonium nostrum quod ipse sit Deus.* Sic cum Iosue debellasset Amalec, *adificauit Moses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus solij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem.* Exodi 17. 15.

Simili modo Iacob altare Deo erexit in titulum Genes. 28. 18. Vnde colligit Bellarm. tract. de Imag. Vasquez lib. de Adoratione, & Serarius hæc, rectè & sanctè imagines, titulos, statuas fabricari; quæ Dei, Christi, & Sanctorum memoriam nobis tenent, ac eorum beneficia referunt, itaque deuotionem & pietatem exauant.

VERS. 7.

**N**E, &c. **I**URATIS IN NOMINE DEORVM EARVM. ] Per iuramentum hæc & alibi Scriptura intelligit ceterum Dei cultum: quem enim quisque colit Deum, per hunc & iurat, idque crebro: multi enim proni sunt ad iurandum per nomen Dei sui. Hebr. præmittunt: *Et nomen deorum eorum non commemoretis, quod etiam nunti Iudæi religiosiores tam strictè obseruant, vt nunquam idola vel deos, Iouem, Venerem, Martem, &c. nominare audeat. Audiunt & imitentur hoc Christiani, in quorum ore crebro sonat Hercules, Iupiter, Venus, &c. sentiant hoc esse piaculum.*

VERS. 13.

**S**ED SINT VOBIS IN FOUEAM. ] Legit S. Hieron. *פחח* pachat, id est foueam; iam legunt *פח* pach, id est laqueum, sic enim habent Hebr. *Erunt vobis in laqueum, offendiculum, & flagellum ex latere vestro, & spina in oculis vestris:* quæ omnia non tantum de scandalo poenæ & vindictæ diuinæ sed & culpæ accipi possunt. Laqueis enim, ait Malsus, & rebus societatis cum impijs, præsertim idololatriæ,

ac illecebris blandæ voluptatis peccati primò impeditur cultus Dei; secundo, vbi illa semel deuinctus est animus, facile ad omne flagitium ab ea velut flagro impellitur: mox verò vsque eò occæcatur, vt veritatis splendorem deinde intueri amplius nequeat.

**E**N EGO HODIE INGREDIOR VIAM VNI-  
VERSÆ TERRÆ. ] id est, vniuersorum mortalium in terra degentium. Est Metonymia; quod alibi per synecdochen dicitur, *ingredior viam vniuersæ carnis,* id est viam mortis; ad eam enim tedit omnis caro, id est omnis homo. q. d. En propero ad mortem, en sensim emotor, mors mihi imminet; spiritus enim & vita me desertaunt. Prò *ingredior* Septuag. vertunt *σωρεύω*, id est percurro, excurro. vita enim nostra continuus est ad mortem cursus, præsertim in senio & ætate vltima.

**E**T TOTO ANIMO COGNOSCETIS. ] id est, plenè & planè cognoscetis. vel q. d. toto animo aduertite & recognoscite.

## CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**I**osue in Sichem ardenti concione populum ad Dei timorem extimulat, mox vers. 25. eundem nouo fœdere Deo astringit, ac tandem vers. 29. moritur, & sepelitur in Thamnathare.

1. **C**ongregauitque Iosue omnes tribus Israël in Sichem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magistros: steteruntque in conspectu Domini: 2. & ad populum sic locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Trans fluum habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor: seruiueruntque diis alienis. 3. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ sinibus: & adduxi eum in Terram Chanaan: multiplicauitque semen eius, 4. & dedi ei Isaac: Illique rursum dedi Iacob & Esau. E quibus, Esau dedi montem Seir ad possidendum: Iacob verò, & filij eius descenderunt in Ægyptum. 5. Misitque Moyſen & Aaron, & percussit Ægyptum multis signis atque portentis. 6. Eduxi que vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare: persecuti que sunt Ægyptij patres vestros cum curribus & equitatu, vsque ad Mare rubrum. 7. Clamauerunt autem ad Dominum filij Israël: qui posuit tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore: 8. & introduxi vos in Terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis Terram eorum, atque interfecistis eos. 9. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnavit contra Israël. Misitque & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis: 10. & ego nolui audire eum, sed econtrariò per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. 11. Transiitque Iordanem, & venistis ad Iericho. Pugnaveruntque contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus, & Pherezæus, & Chanaanæus, & Hethæus, & Gergezæus, & Heuæus, & Iebusæus: & tradidi illos in manus vestras. 12. Misitque ante vos crabrones: & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio nec in arcu tuo. 13. Dedi que vobis Terram, in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis: vineas & oliueta, quæ non plantastis. 14. Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atque verissimo: & auferte deos, quibus seruiuerunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac seruite Domino. 15. Sin autem malum vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis, vtrum diis, quibus seruiuerunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus Domino. 16. Responditque populus, & ait: Absit à nobis vt relinquamus Dominum, & seruiamus diis alienis. 17. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros, de Terra Ægypti, de domo seruitutis: fecitque videntibus nobis

Cornel. in Iosue.

H

signa





ram decedentes sese profeminat, vt ex his alia quer-  
cus enascatur, & ex hac alia & alia, ita vt semper  
perennent.

Septuag. pro quercum vertunt *terebinthum*, quia  
Hebr. vox *תנין* *alla*, vel *תנין* *elon*, quamuis arbo-  
rem glandiferam significat. Vnde S. August. per  
eam accipit crucem Christi, per quam nouum Tes-  
tamentum & fœdus sancitum est. Audi cum hic  
quæst. vlt. *Iam verò quod sub terebintho statutus est la-  
pis, hoc significat quod virga ad petram vt aqua profue-  
ret, quia neque hic sine ligno statutus est lapis. Idem autem  
subter, quia non fuisse in cruce exaltatus, nisi humilitate  
subiectus: vel quod illo tempore, quo illud agebat Iesus Na-  
ue, adhuc obumbrandum mysterium fuit. Terebinthi enim  
lignum medicinale lacrymam exsudat, que arbor à Se-  
ptuag. Interpretibus hoc loco posita est, quamuis secundum a-  
lios interpretes quercus legatur.*

Dices: Deus iussit Deut. 16. 21. dicens: *Non plan-  
tabis lucum & omnem arborem iuxta altare*, quomodo  
ergo hæc quercus fuit in tabernaculo iuxta altare?  
Resp. vetat Deus plantari arborem, non autem eri-  
gi tabernaculum & arcam iuxta arborem iam an-  
te plantatam. Adde, vetari arborem, id est arbores  
quæ faciunt lucum siue syluam more Gentilium.  
Vnde Hebr. & Septuag. habent: *Non facies ex omni  
arbore*, id est ex omni arborum genere.

VERS. 27. **ET LAPIS ISTE ERIT VOBIS IN TESTIMO-  
NIUM, QUOD AVDIERIT OMNIA VERBA DO-  
MINI, QUAE LOCUTVS EST VOBIS.** *Audierit.* Ita  
legendum cum Hebr. Septuag. & Roman. Male  
ergo quidam scioli scripserunt *audieritis*. Est profo-  
popæa: tribuitur enim lapidi insensibili, quasi ce-  
sti propter inscriptionem, auditus ad neruum ora-  
tionis: reuera autem non aliud significatur, quam  
lapidem, coram quo hæc acta sunt, esse testem &  
memoriale fœderis initi. Sensus ergo est, q. d. Si la-  
pis sensum haberet, fœdus hoc audisset & testari  
posset, nunc cum sensum non habeat, testis erit  
inanimis. q. d. Si vos non iudicatis verba Dei,  
hic lapis erit testis mutus, vos hæc pacta audisse &  
violasse. Vnde Chald. vertit: *Eccc lapis iste erit nobis, vt  
dua tabula lapidis fœderis; nam eum fecimus ad testimo-  
nium: nam verba qua scripta sunt super ipsum, ex oculo  
omnium verborum Domini, que locutus est nobiscum, &  
erit vobis in memoriale.* Hinc patet, lapidi inscripta siue  
incisa fuisse verba vel signa huius fœderis.

Simili modo ad pathos, vt Iudæos duos & in-  
sensiles confundat, pungat & extumulet Moses  
Deuter. 32. 1. inuocat cælum & terram, vt ipsa, licet  
insensibilia, sentiant & audiant verba Dei, quæ po-  
pulus sensu & ratione præditus audire nõ vult. *Au-  
dite cali*, inquit, *que loquor, audiat terra verba oris mei.* Et  
Isaias c. 1. 2. *Audite cali, & auribus percipe terra, quoniam  
Dominus locutus est. Filios enutruui & exaltauit, ipsi au-  
tem spreuerunt me.* Et Ierem. c. 2. 12. *Obstupescite cali sa-  
per hoc, & porta eius desolamini vehementer, dicit Domi-  
nus: duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt  
fontem aquæ viuae, &c.*

VERS. 29. **ET POST HÆC MORTVVS EST IOSVE FILIVS  
NVN, SERVVS DOMINI, CENTVM ET DECEM  
ANNORVM.** *Quo anno principatus sui mortuus  
fit Iosue, incertum est; variant enim Chronologi.  
Serarius hic duodecim eorum sententias recenset,  
& quibus duæ sunt probabiles & probatores,  
pluresq; habent Auctores. Prior dat Iosue ducatu  
17. vel 18. annos, posterior 27. & vtraque conciliari  
potest, si quis dicat, Iosue præcisè præfuisse annis 18.  
dumtaxat, illoque anno mortuum, sed librum Io-*

sue extendi ad gesta post mortem ipsius, scilicet hic  
v. 31. narrare quod Israël multis annis seruient Do-  
mino, quamdiu scilicet vixit Eleazar, & seniores  
qui viderant opera & prodigia Dei pugnantis pro  
Israële, ac tandem mortuum esse Eleazarum, quod  
fortè contigit sub annum 27. ab inchoato principa-  
tu Iosue; quamquam hi anni seniorum post mor-  
tem Iosue excurrentes contineantur in annis  
Othonielis, qui successit Iosue, vt patebit Iudic. c. 1.  
& seq.

CENTVM ET DECEM ANNORVM. *Hinc pa-  
ter Chronologia gestorum Iosue. Si enim pona-  
mus eum præfuisse populo 18. annis, hæc erit an-  
norum series. Moses mortuus est ab exitu Hebræo-  
rum ex Aegypto anno 40. qui fuit mundi 2494.  
Eodem anno Moysi successit Iosue, populunq; de-  
duxit in terrâ promissam, ac deinde septem annis  
bellando Chanaanem subiugauit: vixit posthac  
adhuc vndecim annos, scilicet ad annum 18. sui  
ducatus. Mortuus est ergo ab exitu Hebræorum ex  
Aegypto anno 58. mundi 2512. post mortem Ioseph  
(cui fuit ætate par: nam & Ioseph vixit 110,  
annos) 184.*

Hinc sequitur, Iosue natum esse anno mundi  
2402. qui fuit post mortem Ioseph 92. quare Mo-  
se fuit iunior 27. annis. Nam in exitu Hebræorum ex  
Aegypto Moses erat 80. annorum, Iosue verò 53.  
Caleb verò Iosue fuit senior 15. annis: nam Ca-  
leb post septennium belli, quo subacta est Chana-  
na, erat 85. annorum, vt ipse ait c. 14. 10. tunc au-  
tem Iosue erat centum annorum.

Nota tres partes, totidemque status annorum  
vitæque Iosue. Ipse enim in Aegypto natus, ibidem  
vixit annos 33. deinde in deserto annos 40. vbi an-  
no secundo debellauit Amalec, Exodi 17. 10. item  
Og, Schon, cæterosque hostes Israëlis. Denique ter-  
ram promissam ingrediens subiugansque, in ea vi-  
xit annos 17. vel 18. Primos egit in seruute, secun-  
dos in peregrinatione, tertios in principatu, & qui-  
bus priores septem in bellis, vltimos decem in pa-  
ce & ordinanda Republica exegit, in quo diem  
obit anno ætatis 110. qui fuit ante Christi natalem  
annus 1448.

SEPELIERVNTQUE EVM IN FINIBVS POSSES-  
SIONIS SVÆ IN THAMNATH SARE. *Heb. in  
Thamnath-sarachs, sed vltimum cher, quia asper, pro-  
nunciationis, Septuag. & nos ter solent omittere,  
vnde pro Noach vertunt Noë, pro Corach Core, pro  
Therach Thare.*

Iam Hebræi in Seder Olam tradunt, *Thamnath-  
rach*, per Metathesim poni pro *Thamnath cheres*, id est  
*תמנח חרות* *remuna cheres*, id est imago vel *statua Iosue sepul-  
solis*, eò quod illam Israëlitæ collocarint super se-  
pulchrum Iosue, ad conseruandam memoriam il-  
lius prodigij, quo solem stiterat. Idem asserunt R.  
Salomon, Masius, Avias, Caiet, Magalians, Sera-  
rius, Adrichom. & alij.

Vnde & Iudic. 2. 8. *Thamnathserach*, in Hebr. Se-  
ptuag. & Latinis nonnullis vocatur *Thamnath cheres*,  
id est imago solis. Plinius lib. 34. cap. 7. præ omni-  
bus colossis celebrat colossium solis. *Ante omnes*,  
inquit, *in admiratione fuit Solis colossus Rhodis, quem fe-  
cerat Chares Lyndius, Eysippi supradicti discipulus. Septua-  
ginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post  
quinquagesimum sextum annum terra motu prostratum,  
sed iacens quoque miraculo est. Pauci pollicem eius ample-  
ctuntur. Maiores sunt digiti quam pleraque statua. Vastè  
specus hiant de fractis membris. Spectantur intus magne  
moles*

*molis saxa, quorum pondere stabiluerat. constituens. Duo-  
decim annis tradunt effectum ccc. talentis, que contule-  
rant ex apparatu Regis Demetrii: relicto more regio.*  
Sed hic colossus nihil est, si comparetur cū statio-  
ne solis & colosso hoc Iosuoano.

Addunt Septuag. in edit. Romana: *Illic posue-  
runt eum in monumento, in quo sepelierunt eum, gla-  
diolos saxeos, quibus circumciderat filios Israël in Galgalis  
Iesus, cum educeret eos ex Aegypto, sicut mandarat Domi-  
nus; & illic sunt vsque ad hodiernam diem.* Quam nar-  
rationem expendens Cyillus Alexandrinus lib. 4.  
in Ioannem cap. 5. *Non absque causa*, inquit, *cultri cum  
illo eodem in loco positi sunt; verum vt nos discamus cir-  
cumcisionis spiritualis gratiam (qua bonorum celestium  
nobis est pronuba) Saluatoris morti esse affixam.*

Addit Gregor. Turon. lib. 1. Mirac. siue de gloria  
Martyrum, c. 18. duo alia mira, imò miracula Iosue.  
*Primo sunt, ait, ad Teuidam ciuitatem aqua calida, in  
quibus Iesus Naue lauare solitus, vbi similiter leprosi munda-  
ntur. Est autem ab Hiericho 12. millibus. Secundo, prope  
Hiericho habentur arbores, que lanas gignunt. Exhibet  
enim pomâ in modum cucurbitarum, testas in circuitu ha-  
bentia duras, intrinsecus autem plena sunt lana. Et de his  
enim serunt ipsi Iesu Naue solere fieri indumenta. Sed &  
hodie tales exhibent lanas: ex quibus nos à quibusdam de-  
latis vidimus, & admirari sumus vel candorem, vel sub-  
tilitatem earum.*

A SEPTEMTRIONALI PARTE MONTIS  
GAAS. *S. Hieron. Masius, Adrichom. & alij asse-  
runt montem Gaas esse partem vel appendicem  
montis Ephraim. Hinc & Hebræi in Seder Olam  
tradunt Iosue defunctum esse die 26. Nisan, quæ  
quasi coincidit cum die 25. Martij, qua Iesus Chri-  
stus eius antitypus in cruce pro mundi salute mor-  
tem obiit: quanquam in Romano Martyrolo-  
gio Iesus Sanctis adscriptus legatur die prima  
Septembris.*

Tradunt Hebræi in Seder Olam, & in Midras  
Ruth, magnum, cum sepeliretur Iosue in monte  
Ephraim, exiisse terræ motum, ex eoque montem  
vocatam *Gaas*, id est commotionis ac tremoris:  
*וַיִּבֶן גַּאס* enim commoueri & tremere significat.  
Ridet hoc Masius vt fabulam, sed vt historiam de-  
fendit Serarius, aitque hac in re Iosue fuisse typum  
Iesu Christi, in cuius morte *terra mota est, & terra  
scissa.* Matth. 27. 51.

Porrò Hebræos mortem Iosue æquè ac Mo-  
sis planxisse solemini pompa, non est dubium, nulla ta-  
men hic planctus fit mentio, quod ad mysterium  
referunt Patres; scilicet eo significari, in veteri le-  
ge sub Mo- se plangēdos fuisse defunctos, eò quod  
in infernum ad limbum patrum descenderent; in  
noua verò lege in morte fidelium esse gaudendū,  
quod Iesus moriendo eis cælum referatit, vt ipsi  
eò conscendant, quò ipse primus introiuit, viam-  
que præiit.

Denique liberorum Iosue nulla fit mentio, quia  
ipse fuit caelebs & virgo, vt ex S. Ignatio, Chrylost.  
& aliis dixi in præmio. Audi S. Hieron. lib. 1. con-  
tra Iouin. Iesus, ait, *sepelitur in Thamnath Sare, id est in  
perfectissimo principatu, siue in numero operum noui,  
vt virginum significaret greges Saluatoris auxilio cooper-  
tos: in monte Ephraim, hoc est in monte frugifero, ab A-  
quilone montis Gaas, qui interpretatur commotio. Mons  
enim Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni, que op-  
posita semper insidia est, per singulas tentationes dicit: Mei  
verò penè moti sunt pedes.* Et inferius: *Quamobrem &  
Moyse moriens plangitur à populo Israëlis, Iesus autem qua-  
Cornel. in Iosue.*

*si victurus non plangitur. Nuptia enim finiuntur in morte,  
virginitas post mortem incipit coronari.*

Porrò mira & lepida narrat Rabbini in libro  
suo *Iuchasin*, de bello quod Iosue gesserit cum 45.  
regibus Armeniæ, Persidis & Mediæ, quæ hic ad  
longum recenset Serarius, ac deinde vt fabulosa  
confutat quæst. 13. pag. 474.

SERVIVITQUE ISRAËL DOMINO CVNCTIS DIE-  
BUS IOSVE. *quia scilicet Iosue eum verbo & ex-  
plo in Dei cultu & pietate continebat. Audi Tullium  
lib. 1. epist. ad Lentulum: Sum hæc apud Platonem  
nostrum scripta diuinitus: Quales in Republ. Principes  
essent, tales reliquos solere esse ciues.*

ET SENIORVM, QVI LONGO VIXERVNT  
TEMPORÈ POST IOSVE. *Seniores hi erant Elea-  
zar Pontifex, Caleb, cæteri que qui tempore ex-  
ploratorum terræ sanctæ necdum annum vigesi-  
mum ætatis attigerant, nec murmurarant: cæteri  
enim omnes ob murmur in deserto mortui sunt,  
nec Chanaanem viderunt, Num. 13. & 14.*

OSSA QVOQUE IOSEPH, QVÆ TVLERANT  
FILII ISRAËL DE ÆGYPTO, SEPELIERVNT  
IN SICHEM. *Id enim iusserat Ioseph, vt non in  
Aegypto inter infideles & impios, sed in Chanaan  
inter fideles & pios, cum auis & abauis suis Patriar-  
chis sepeliretur, præsertim quia sciebat Christum  
in Chanaan nasciturum, passurum, resurrecturū,  
ac se cum eo & per eum resurrectorum sperabat;  
quod & contigisse est verisimile. Fuit & alia causa;  
vt scilicet Ioseph animaret Hebræos ad exitum ex  
Aegypto, & ad ingressum in terram à Deo promissam.  
Vide dicta Gen. 23. in fine, & Genes. 50. 23.  
& Exodi 13. 19. vbi Moyses votis vltimis Ioseph  
satisfaciens, eius ossa egrediens ex Aegypto se-  
cum extulit.*

Simili modo Noë ossa Adami in arcam religio-  
sè suscepit, & post diluuium illa inter tres filios suos  
distribuit; ac Sem, quem cæteris duobus antefe-  
rebat, dedit Adæ cranium, cum eoque Iudæam, vt  
narrat Iacobus Orro Hæita, siue Edelensus, qui fuit  
magister S. Ephrem, & ex eo Masius, qui eius li-  
brum in Latinum transtulit. Tanta in præcis fuit  
cura honorque sepulchri, ob fidem quam ha-  
bebant de animæ immortalitate, & ob spem Re-  
surrectionis ex meritis Christi, in Chanaan victu-  
ri & morituri.

IN PARTE AGRI QVEM EMERAT: *Vide dicta  
Genes. 33. 19.*

ET FVIT IN POSSESSIONEM FILIORVM IO-  
SEPH. *Id est cessit Ephraimitis, qui ex Ephraim  
filio Ioseph prognati sunt. Vide dicta Genes.  
48. 22.*

ELEAZAR QVOQUE FILIVS AARON MOR-  
TVVS EST, ET SEPELIERVNT EVM IN GA-  
BAATH PHINEES FILII EIVS, QVÆ DATA EST  
EI IN MONTE EPHRAIM. *An Gabaa primitus  
fit data Eleazar, vt vult Masius & Abulens. an verò  
eius filio Phinees, vt vult Vatab. & insinuat S. Hieron.  
in Epitaph. S. Paulæ, incertum est. Certum est,  
Gabaa cognominatam esse Phinees, siue quod id di-  
uissimè in ea habitavit, siue alia de causa. Porrò Elea-  
zar Pontifex dirigebat Iosue, pro eoque Deum  
in rebus ambiguis consulebat, vt iusserat Deus per  
Mosen Numer. 27. 21. vnde Eleazar Hebr. idem est  
quod Dei auxilium; hoc enim ipse exhibuit Principi  
Iosue, totisque Castris Hebræorum. Successit Elea-  
zaro patri in Pontificatu Phinees, filius magni  
vir zeli, vt patet Numer. 25. 11.*

IN MONTE EPHRAIM. Hinc patet, Gabaa finit-  
se in tribu Ephraim; mirum ergo est, quod S. Hieron.  
vel potius Euseb. in locis Hebr. eam ponat in  
tribu Beniamin: licet enim pleræque vrbes Leuitis  
assignatæ cap. 21. essent in tribu Iuda vel Beniamin;  
tamen Gabaa extra ordinem data est Eleazaro &  
Phinees, tum ob eorum merita, tum vt Eleazar  
Pontifex vicinus esset Principi Iosue in sua tribu E-  
phraim habitanti, ac eum consiliis omnique ope  
adiuaret & dirigeret.

Denique Septuag. in editione Romana nonnulla  
addunt, quæ etiam agnoscit Theodor. & Syrus  
(vnde colligas Syrum ex Græco Septuag. transla-  
tum esse, non ex Hebræo, vti alijs monui) teste

A Masio. Ea sunt hæc: *In illa die sumentes filij Israël ar-  
cam Dei circumdederunt in seipsis (Syrus, in Israël) &  
Phinees sanctus est sacerdotio pro Eleazaro patre suo quo-  
adusque mortuus est, & desolatus in Gabaa, qua ipsius. Fi-  
lij autem Israël abierunt vnusquisque ad locum suum, &  
ad suam civitatem. Et coluerunt filij Israël Astartem & A-  
staroth, & deos gentium qua in circuitu ipsorum. Et tradi-  
dit eos Dominus in manus Eglon regis Moab: & dominatus  
est eorum annos decem & octo.*

Verum hæc huc transcripta videntur ex libro  
Iudicum, vbi ea audiemus. Vnde & Syrus ait, hæc  
notari obelisco, quasi additicia. Nam in Hebr.  
Chald. Latino, Septuag. Complut. & Regio de-  
sunt hoc loco.



# COMMENTARIA IN LIBRUM IUDICVM.

## ARGVMENTVM.



ICITVR hic Liber Iudicum, populi  
Israël, qui scilicet eum à Philisthi-  
nis, Moabitibus, Ammonitis, Madi-  
nitibus, &c. afflictum, & seruitute op-  
pressum, ab eorum iniurijs vindica-  
rent, & in libertatem affererent.

Deus enim ob idololatriam ahaque scelera popu-  
lum his gentibus castigandum tradebat, vt is ad  
cor & ad Deum rediret: quod dum faceret, sub-  
mittebat eis Iudicem qui eos à tyrannide & ty-  
rannis opprimentibus liberaret. Vnde c. 3. 9. dici-  
tur: *Suscitavit aluatorem eis, & liberauit eos, Othoniel  
videlicet.* Quocirca iudicare in hoc libro, vti & alibi  
sæpe, significat punire, defendere, vindicare. He-  
braicè hic liber dicitur, *סופהים* *sophetim*, id est Iu-  
dices. Inde magistratus summus apud Pænos no-  
men accepit, qui *Suffetes* dicitur, vt ait Liuius lib. 8.  
Decade 3. Pænos enim & Phœnices multas ab He-  
breis voces accepisse, docet S. August. lib. contra  
Epist. Petilianæ c. 10. 4. Fuit verò inter Iudices & Re-  
ges differentia, quam assignat Lactant. lib. 4. de Sa-  
pientia c. 10. *Primo, ait, non dominio regum subiecti fue-  
runt Iudæi, sed populi ac legi civiles Iudices præsedebant.  
Non tamen in annum constituti sunt, sicut Romani con-  
sules, sed perpetuà iurisdictione subnixi.*

Horum ergo populi Iudicum, id est vindicum  
gesta liber hic profequitur, idque hoc fine, vt pa-  
teat Dei liberalitas in fideles & pios, ac eiusdem  
vindicta in infideles & impios. Vnde notat Procopi-  
us, ex hoc libro clarè perspicitur, quod è vera fide ac  
religione retenta, diligenterque culta, omnis Re-  
rumpublicarum salus & amplitudo pendeat: con-  
trà verò quemadmodum ex ea deserta & neglecta  
fœdum earumdem sequatur exitum, ruina & de-  
decus. D. August. lib. 16. de Ciu. c. 43. *Temporibus, ait,  
Iudicum sicut se habebant peccata populi ex misericordia  
Dei, alternabant prospera & aduersa bellorum. Et lib. 18.  
c. 13. Post mortem Iesu Naue, populus Dei Iudices habuit,  
quibus temporibus alternauerunt apud eos & humilitates  
laborum pro eorum peccatis, & prosperitates consolatio-  
num propter miserationem Dei. S. Cælestinus Epist. ad  
Theodol. Imper. Mator, ait, vobis fidei causa esse debet,  
quàm regni, ampliusque pro pace Ecclesiarum clementia ve-  
stra debet esse sollicita, quàm pro securitate omnium terra-  
rum. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus qua  
Deo sunt chariora seruentur.*

Quæres primò: Quenam Iudicum horum fue-  
runt officia? Resp. Primum fuit, populum è serui-  
tute liberare, vti iam dixi. Secundum, bellis præesse,  
erant enim hi Iudices quasi belli Duces & Impera-  
tores. Vnde Iosephus eos vocat *επαρχους*, id est Im-  
peratores, & *υποεπαρχους*, id est subimperatores,  
sub Deo videlicet summo populi bellig. Duce. Tër-  
tium, propriè iudicare, id est ius populo dicere, eo-  
rumque lites iusta sententia dirimere, vti fecit Sa-

Officia.

COM-

A muel & Heli. Vnde nonnulli Iudices, vt Thola,  
Abefan, Ahialon, Abdon, nulla leguntur gessisse  
bella, sed tantum populo præfuisse & ius dixisse.  
Hinc licet ipsi non haberent absolutum ius necis  
& vitæ, eos tamen iuxta legem morti ad iudica-  
bant & pledebant.

Quæres secundò: Quale fuit horum Iudicum  
regimen? Scitum est, triplex esse Reipubl. regi-  
men, scilicet Democraticum, cum *δημοκρατία*, id est  
populus, seipsum regit, in quo pluralitas vocum  
præualet, remque dubiam definit, vti fit apud  
Heluetios; Aristocraticum, in quo *ἀριστοκρατία*, id est  
optimates imperant, vti erant olim Romæ Con-  
sules & Senatores, ac etiamnum sunt Venetiis,  
Genuæ, & aliis in locis; Monarchicum, in quo  
*μοναρχία*, id est vnus solus imperat, vti Monarchia  
in regnis suis sunt Reges & Principes absoluti, ac  
Cæsares.

Dico ergo, Iudices hos habuisse regimen non  
Democraticum, nec Aristocraticum, sed Mo-  
narchicum. Vnus enim solus Iudex suo tempore  
præerat populo: Monarchiam ergo obtinebat, at  
non regiam regum: nam nec nouas leges conde-  
re, nec tributa populo imponere poterat, vti pos-  
sunt reges, nec diademate & sceptro utebatur, nec  
satellitio regio utebatur, nec vnguebatur vti vngun-  
tur reges, nec hereditario iure succedebat, vt fa-  
ciunt filij regum, sed electione Dei vel populi crea-  
batur. Electus tamen per omnem vitam manebat  
Iudex, id est princeps: quare non erat Dominus,  
sed conseruator dumtaxat & curator Reipubl. Ita  
Abulens. Erat ergo potestas Iudicum valde limi-  
rata & restricta. Fuit igitur hic magistratus apud  
Hebræos similis magistratui Dictatorum apud  
Romanos; in eo tamen dissimilis, quod hic tem-  
poraneus esset, ille verò perpetuus. Porro monar-  
chia hæc Iudicum mixta erat Aristocratia. Nam  
Iudices in rebus difficilioribus supremi Consilij,  
quod Sanhedrim dicebatur, sententiam exquirere,  
eiusque decretis stare debebant: in cæteris verò le-  
gem Dei sequi, ac iuxta eam populum gubernare:  
vnde non tam ipsi, quàm Dei Deique lex populum  
regebat. Hoc est quod Deus dixit Samueli Iudici:  
*Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, 1. Reg. 8.  
Iudicibus similes erant ἀρχοντες apud Athenien-  
ses, & nunc sunt Duces apud Venetos.*

Quæres tertio: Quot fuerunt Iudices, quot an-  
nis regnarunt? Resp. fuisse quindecim, ac imperasse  
per annos 356. si Samueli demus annos 18. dumtaxat, iuxta  
chronologiam quam Pentateucho præ-  
fixi; sin cum Saliano & aliis Samueli des annos 22.  
sient anni Iudicum 360. Primus enim Iudex fuit  
Othoniel, qui imperauit annis quadraginta: secun-  
dus Aod annis 80. tertius Samgar per paucos mē-  
ses: quartus Barac cum Debbora annis 40. quin-  
tus



tus Gedeon pariter 40. sextus Abimelech annos tres: septimus Thola annis 23. octavus Iair annis 22. nonus Iephthe annis sex: decimus Abefan annis 7. vndecimus Ahialon annis 10. duodecimus Abdon annis octo: decimus tertius Samson annis 20. decimus quartus Heli annis 40. decimus quintus Samuel annis 22. Vltimus ergo Iudex fuit Samuel; nam post eum populus petit regem, ac Dei iussu Samuel Saulem eis regem creavit. Hoc tamen libro duorum vltimorum, scilicet Heli & Samuelis acta non narrantur, sed in libro primo Regum, eod quod filij Heli petendi regis & regni occasionem sua improbitate populo dederint, ac Saulem respiciendo regem ei dederit. Quare restant tredecim priores quorum gesta hoc libro narrantur. Complectitur ergo hic liber Chronologiam gestorum ipsorum per 298. annos, scilicet ab anno mundi 2512. quo mortuus est Iosue, & mox successit ei Othoniel Iudicum primus, vsque ad annum mundi 2810. quo mortuus est Samson, cui successit Heli & Samuel, quorum duorum gesta non hoc libro, sed in primo Regum recensentur.

Iudices  
Sancti.

Quæres quartò: An omnes hi Iudices fuerint Sancti? Resp. fuisse, excepto Abimelech, qui non fuit Iudex, sed tyrannus: ipse enim principatum vi inuasit, occisis fratribus omnibus qui erant filij Gedeonis. Iudex enim constituebatur à Deo, quod si id non fieret, populus sibi eligebat & creabat Iudicem, modò ex vna modò ex alia tribu. Porro

A Iudices hos esse Sanctos, patet ex S. Paulo, qui eos vt Sanctos celebrat Hebr. 11. *Deficit me tempus, inquit, enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephthe, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repositiones, obtinuerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.* Et Ecclesiasticus cap. 46. v. 13. *Et Iudices, inquit, singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor: qui non querfi sunt à Domino, vt sit memoria eorum in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorum permaneat in eternum. perma nens ad filios illorum virorum sanctorum gloria.*

Quæres quinto: Quis hunc librum conscripsit? Resp. Id incertum est. Verisimile est, Efdram, vel Prophetam aliquem posteriorem, aut potius Samuelem, eum ex antiquis diariis & annalibus, quæ Iudex quisque aut alius eius tempore conscriberat, collegisse, & in hunc librum scribendo redelegisse. Ita Theodor. hic quæst. 1. Idem dico de libro Ruth, & simile dixi de libro Iosue.

Denique Auctores qui in librum Iudicum commentaria scripserunt, sunt hi: Origen. S. August. Theod. Procopius. Isidor. Hugo de S. Victor. Lyra. Hugo Card. Dion. Carth. Abul. Caiet. Ioannes Ferus, Arias Montanus, & è nostra Societate Nicolaus Serarius, & Cosmas Magalianes, & Iacobus Bonfrerius.

## CANONES

### LIBRO IUDICVM PROPRII.

PRIMVS. Crebrò hic numerantur variis temporibus varij seruitutis & oppressionis Hebræorum anni, quibus scilicet ipsi ab Eglon, Iabin, Madianitis, Philistinis, aliisque regibus & gentibus vexati & oppressi fuere. Verùm omnes hi anni non seorsim in Chronologia ponendi computandi sunt, sed intra tempora & annos proximè præcedentium vel sequentium iudicum includuntur. Id ita esse, ostendam c. 4. v. 3.

SECUNDVS. S. Script. annorum numerum consignans subinde intelligit eorum terminum, non quod integrè in tali loco vel actione exacti sint, sed quod actio ibidem sit terminata. Sic Exodi 12. 40. dicitur: *Habitatio filiorum Israel in Aegypto fuit 430. annorum, id est 430. anno terminata est,* ait S. August. lib. 16. de Ciuit. cap. 24. in Aegypto enim habitauerunt tantùm 215. annos. Sic Iudith cap. vlt. 28. dicitur permanisse in domo viri sui 105. annos, id est vsque ad annum vitæ suæ 105. nam puellares annos egit in domo parentum, non viri. Sic Iudic. 14. 17. dicitur Dalila septem dies conuiuij fleuisse, id est vsque ad septimam diem: nam flere cepit post tertium conuiuij diem.

TERTIVS. Respubl. Hebræorum (vt & multæ aliarum) post singulos 400. annos mutauit suum statum & formam ex Aristocratiâ in Monarchiam vel Democratiam; hæc enim est periodus multarum Rempubl. Id liquet ex tabula Chronol. quam Pentateucho præfixi.

QUARTVS. In hoc libro nonnulla narrantur, quæ à Iudicibus non sunt gesta, sed tempore Iudicum contigerunt. Quocirca duæ sunt libri huius

partes. Priore gesta Iudicum narrantur, additis initio eorumdem præambulis. Id fit à cap. 1. vsque ad cap. 16. inclusiue: posteriore recensentur historiarum quædam, quæ sub Iudice quopiam, qui non nominatur, eueherunt. Id fit à cap. 16. ad finem libri. Nam cap. 17. & 18. narratur historia Michæ & idoli collocati in Dan; tribus verd vltimis capitibus recensentur historia vxoris Leuitæ, ob cuius violationem tota tribus Benjamin præne ad interfectionem cæsa est.

QUINTVS. Omnes hi Iudices fuere typi & figura Christi. Sicut enim ipsi fuere saluatores Israël, sic Iesus Christus est Saluator mundi, de quo plura c. 3. 9.

SEXTVS. Spiritus Domini dicitur induisse Gedeonem, & irruisse in Samsonem, quoties aliquod ardui aggressurus erat: qua phrasi significatur primò, Spiritum Dei illum præuenisse, & ad tantum opus impulsisse: secundo significatur copia & abundantia spiritus & fortitudinis illi indita, qua rem omnium supra vires naturæ facillè & feliciter confecit.

SEPTIMVS. Sunt in hoc libro nonnulla insignia symbola & hieroglyphica, vt est ros in vellere Gedeonis c. 6. & stragema militum Gedeonis lagenas complodentium facibus emicantibus, quo perculli & prostrati fuere Madianitæ c. 7. & septè cincinnati Samsonis c. 16.

Item Apologi, vt est ille arborum in regem sibi rhamnium eligentium cap. 9. 8.

Item Enigmata, quale est illud Samsonis de leone habente fauim mellis: *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, c. 14. v. 14.*

C. A.

## CAPVT PRIMVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Post Iosue tribus Iuda prima bellum imit, & reliquas Chananæorum vrbes expugnat. Secundo, vers. 12. Caleb Othonieli ob captam Cariath Sepher vxorem dat Axam filiam suam, eiq; postulantem dat irriguum superius & inferius. Tertio, v. 21. & seq. cetera tribus non exterrimant Chananæos, vt iusserat Deus, sed eos faciunt tributarios, ideoq; ab eis afflictà fueri.

1. Post mortem Iosue consuluerunt filij Israël Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? 2. Dixitque Dominus: Iudas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius. 3. Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sortem tuam. Et abiit cum eo Simeon. 4. Ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezece decem millia virorum. 5. Inueneruntque Adonibezec in Bezece, & pugnaverunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum. 6. Fugit autem Adonibezec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum. 7. Dixitque Adonibezec: Septuaginta reges; amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntque eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. 8. Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctam incendio ciuitatem. 9. Et postea descendentes pugnaverunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad Meridiem, & in campestribus. 10. Pergensque Iudas contra Chananæum, qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariath Arbe) percussit Sefai, & Ahiman, & Tholmai: 11. atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath Sepher, id est, ciuitas litterarum. 12. Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariath Sepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. 13. Cumque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. 14. Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes? 15. At illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius. 16. Filij autem Cinæi cognati Moysi, ascenderunt de ciuitate palmarum, cum filiis Iuda, in desertum sortis eius, quod est ad Meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. 17. Abiit autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephaath, & interfecerunt eum. Vocationemque est nomen vrbs, Horma, id est, anathema. 18. Cepitque Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis. 19. Fuitque Dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. 20. Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enac. 21. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Benjamin: habitauitque Iebusæus cum filiis Benjamin in Ierusalem, vsque in præsentem diem. 22. Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis. 23. Nam cum obsiderent urbem, quæ prius Luza vocabatur, 24. viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. 25. Qui cum ostendisset eis, percusserunt urbem in ore gladij: hominem autem illum, & omnem cognitionem eius, dimiserunt. 26. Qui dimissus, abiit in Terram Hetthim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitque eam Luzam: quæ ita appellatur vsque in præsentem diem. 27. Manassès quoque non deleuit Bethsan, & Thanac cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Maggeddo cum viculis suis, cepitque Chananæus habitare cum eis. 28. Postquam autem confortatus est Israël, fecit eos tributarios, & delere noluit. 29. Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo, 30. Zabulon non deleuit habitatores Cetron, & Naalol: sed habitauit Chananæus in medio eius, factusque est ei tributarius. 31. Afer quoque non deleuit habitatores



tores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Añazib, & Helba, & Aphec, & Rohob: 32. habitauitque in medio Chananæi habitatoris illius terra, nec interfecit eum. 33. Nephthali quoque non deleuit habitatores Bethfames, & Bethanath: & habitauit inter Chananæum habitatorem Terra, fueruntque ei Behfamitæ & Bethanithæ tributarij. 34. Arctauitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent: 35. habitauitque in monte Hares, quod interpretatur testaceo, in Aialon & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusque est ei tributarius. 36. Fuit autem terminus Amorrhæi ab Ascensu Scorpionis, petra, & superiora loca.

VER. S. I.

POST MORTEM IOSVE CONSULVERUNT FILII ISRAEL DOMINVM, &c. QVIS ERIT DVX BELLII? q. d. Cum mortuo Iosue Duce nostro nullum habeamus, qui ei in ducatu succedat, sed principes tribuum & concilium Sanedrim Rempublicam administrent, iamque tribus omnes succreuerint, vt sufficiant reliquam Chananæam expugnare, incolere & excolere, quod antea eis obpancitatem non licuit, iuxta decretum Domini Exodi 23. 29. quis nobis erit dux belli, hoc est, quæ tribus prima bellum à Iosue contra Chananæos ceptum profecquetur, vt eos qui in sorte sua reliqui sunt expugnet, ac ceteris tribubus exemplum, & initium det Chananæos in sorte sua residuos exterminandi Patet ex Hebræo. Non enim quaerunt ducem, qui toti exercitui omnibusque tribubus præsit, sed qui partiale bellum inchoet in sua tribu cuius victoria, fama & gloria ceteros Chananæos confert, vt ceteræ tribus singulae partiali bello Chananæos in terra & sorte sua adhuc residentes, similiter adorientes facilius superent & extirpant.

CONSULVERUNT. Dei oraculum & responsum per Pontificem, siue Eleazarum, siue, si is mortuus erat, per Phinees, vt ait Iosephus lib. 5. c. 1. filium & successorum eius, Rationali ac Prim & Tummim indurum, vt iussit Deus Numer. 27. 21. Id factum est in Silo, ibi enim adhuc residebat Tabernaculum cum arca. Ita Iosephus, qui & addit, post Iosue Israhælem carnisse principe per octodecim annos, post quos ob inuasionem Regis Mesopotamiæ, Deus principem designauit Othonielem. Tunc ergo maiores, scilicet Principes tribuum, & Concilium Sanedrim gubernabat Rempub. Idem tradunt Hebræi in Seder Olam. Hi tamen 18. anni interregni in annis 40. Othonielis includuntur, vt ostendam c. 4. 9. Ita Salianus & alij.

Tropol. Dicant hinc Principes ceterique, nec bellum, nec quid aliud arduum aggredi, nisi prius consulto Deo, vt fecere Dauid, Iosaphat, Iudas Machabæus, ac in primis Moses & Iosue, vt dixi Iosue c. 2. 2. & 9. à Deo enim pendet victoria, felixque rei cuiuslibet progressus & exitus.

VER. S. 2.

DIXITQUE DOMINVS: IVDAS ASCENDET. Iudas hic est nomen proprium non viri & ducis, vt nonnulli autumant, sed tribus. q. d. Tribus Iuda incipiet preliari. Ipsa enim erat omnium fortissima, generosissima, nobilissima & famosissima, ac in castris Israhel primam tenebat actem: vnde Iacob ei promiserat sceptrum & regnum, Genes. 49. 10. idque quia ex ea nasciturus erat Christus Dux, Rex, triumphator & debellator dæmonum, peccatorum, mortis & inferni. Porro tribus Iuda sibi ducem belli creauit Caleb, vt videtur, cuius nota erat fortitudo, prudentia, virtus, auctoritas.

VER. S. 3.

ET AIT IVDAS SIMIONI FRATRI SVO. Id est, Iudæi dixerunt Simeonitis, siue, tribus Iuda dixit

tribus Simeonis. Vocantur autem hinc fratres, peculiari ratione, quia scilicet tribus Simeon intra tribum & sinum Iuda sortem acceperat, Iosue 19. v. 1. alioqui omnes duodecim tribus erant fratres, quia prognata ex duodecim Patriarchis filius Iacob, qui inter se erant fratres.

ADONIBEZEC. Alius est hic ab Adonisedec, hic enim erat rex Ierusalem, ille rex Bezec vrbis in tribu Iuda; hic Cæsius à Iosue, ille à Iudæis; hic Hebr. significat Dominum iustitiæ, ille Dominum fulguris: *bezece* enim est fulgur, coruscatio. Apposita ergo Adonibezec instat fulguris omnes precebat suo robore & iustitia, adeoque 70. regibus summitates manuum & pedum truncarat. Sic Poëta ait de vtroque Scipione:

Duo fulmina belli Scipiadas.

Sic Iacobus & Ioannes à Christo vocantur *Boanerges*, id est filij tonitruj, puta fulmina, hæc enim ex tonitru, quasi filij ex patre, nascendo profiliunt.

CÆSIS SVMMITATIBVS MANVVM EIVS AC PEDVM. Pro summitatibus Hebr. est *כהרונן* *be-hononim*, id est pollicibus, vt vertunt Chald. Lyran. Vatab. Pagnin. Caiet. & noster Exodi 29. 20. & alibi passim. Noster & Septuag. hic vertunt summitates, quod pollices in manu summi & potissimi sint. Vnde pollex dicitur à pöllendo, quod inter ceteros digitos virtute polleat, ait Isidor. Hinc & Græcè *ἀντιχειρ* dicitur, quod oppositus ceteris manus digitis, illis quasi æquipollet. Iudæi ergo pollices manuum pedumque amputarunt Adonibezec, iusto Dei iudicio & instinctu, ad pœnam talionis eius superbix & crudelitati reddendam, ipse enim 70. regibus pollices amputarat.

Porro in hoc supplicio præter dolorem duo inerrant, ait Serarius. Primum, vt qui mutilati sic erant, neque arma deinceps tractare possent, neque pedibus effugere, quemadmodum ostendit in Augusto c. 24. Suetonius, dum refert: *Equitem Romanum duobus adolescentibus, causa detrectati sacramenti, pollices amputasse*. Cicer. lib. 3. Offic. dum ait, Athenienses *Aeginetis pollices præcidisse*. Vt classe, inquit Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. *potens populus in certamen maritimarum virium secum descendere nequiret*, atque, vt adiecit lib. 2. historiae varix *Ælianus, ne hastam ferre possent*.

Secundum, vt iis ignauix quædam velut exprobratio esset, quod manu ignaui, pedibus verò fugaces extitissent. Vnde poltroni apud Italos, Gallos, & Belgas vocantur homines viles, desides, ignaui, quasi pollice trunci siue truncati. Audi Pierium Hierogl. 36. c. 10. *Id potius referemus, robur validasque vires per pollicem significari, si surrigatur quatuor reliquis ad volam oppressis. Nam ea de causa ἀντιχειρ à Græcis dicitur, quod pari cum reliqua tota manu robore contendat, alteriusque manus vice fungatur, vt Galenus interpretatur. Apud Latinos autem, quod præcipue polleat, nomen habet: is enim dominatur in manu, nec in sinistra cessat*

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

cessat, quatinus ea tota sit ignauia, neque minus quàm tota manus semper in officio est. Quin & veteres hunc præstare alius intelligentes, Hallum eum appellabant, quod in reliquorum dorsa vnus omnium insisteret: aspirationem enim loco s littera postam ab antiquis inuenias, & vice versa s pro h. Sed simplicius est hallum ab ἀλλω vel ἀλλομα deducere, id enim salire est. Hominem bello inuilem ostendere qui voluit, manus abscisso pollice faciunt: digitus enim hic summotus, hominem actionibus, & præsertim bello inuilem reddit. Ea, de causa leges grauius animaduersum in nonnullos, qui bellum detrectandi causa sponte sibi pollices amputassent, vt à Senatu in C. Voctonium, vel vt alibi loquitur Voctonium. Hos præfici murcos vocabant, ait Ammian. lib. 15. Itali poltronos. Sic Martus Eremita (non Euangelista, vt quidam falsò putant) pollicem sibi amputauit, ne cogere fieri Sacerdos, vt legitimus in Vitis Patrum.

Notant Thalmudici in Sutha c. 10. quinque viros, qui in illa re qua excelebant, plexi punitique sunt; scilicet primus Samson in suo robore; secundus, Saul in collo altiori; tertius, Abfalon in capillo; quartus, Sedecias rex in oculis; quintus, Ala rex in pedibus: Sic diues epulo arsit in lingua, quæ arserat gula.

Simili modo fœdidragis & falsariis, qui litteras Regias aut monetam manibus suis vitiant, manus præciduntur. Vnde Tertul. libro quinto contra Marcion. *De manibus*, ait, *heretici præcidendis, non miror si syllabas subtrahat, cum paginas totas subducit*. S. Valerianus ferm. de bono discipulæ, cum ait: *Nemo cum sanam dexteram vider salutaris reo, debito iure supplicia iudicet fuisse concessa*. In militia desertores eadem abscissione mulctati. Nam de Anidio Cassio Vulcarius Gallicanus: *Multis, ait, desertoribus manus excidit: alius crura incidit ac poplites, dicens manus exemplum esse vident miserabiliter criminosis, quam occisi*. Et postea ex Emilio Partheniano: *Manus multis amputauit*.

SEPTVAGINTA REGES, (reguli, id est Principes, quæque enim vrbs suam habebat Regem, vt vidimus Iosue c. 12. v. 9. & seq.) AMPVTATIS MANVVM AC PEDVM SVMMITATIBVS COLLIGENT SVB MENSÀ MEÀ CIBORVM RELIQUIAS. Scilicet pollices eis amputarat, ne rebellare vel effugere possent: ex fastu verò eis quasi canibus ciborū reliquias sub mensa proiciebat, ideoque ei pœnam talionis irrogarunt Hebræi. Sic Valerianus Imperat. dum Christiana sacra conculcat, à Sapore Persa comprehensus, & quoties in equū ascenderet conculcatus fuit, teste Eusebio libro 7. Histor. c. 9. Idem contigit Baiazeto Turearum Imperatori, qui Tamerlani sella canisque fuit. Cum enim eum iam captum interrogaret Tamerlanes, Si in tuam potestatem venissem, quomodo tu in meam venisti, quid fecisses mihi? Ille, Fecissem, inquit, caueam ferream, & in ea te posuissem. Tu aduersus te ipsum sententiam pronunciaisti, inquit Tamerlanes. Itaque illi accidit quod ipse fecisset, & in cauea fuit ad diem vsque mortis.

Alexander Imperator, teste Lampridio, quendam impostorem fumo ex stipulis vtilari iussit, præcone clamante: *Fumo punitur qui vendidit summum*.

SICVT FECI, ITA REDDIDIT MIHI DEVS. Hoc est quod sancitur Sap. 11. 7. *Per que peccat quis, per hæc etiam torquetur*. Eò pertinet illa Christi sententia Matth. 26. 52. *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*. Et Apocal. 13. 10. *Qui in captiuitatem du-*

erit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Et Genes. 9. *Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, &c.* Et Abacuc 2. 8. alloquitur Deus regem Babylonis. *Quia, inquit, spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis Israhel*. Denique lex talionis extat Exodi 21. 24. *Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, &c.* Sic Constantino Imper. ab Irene matre oculi eruti sunt eadem die; quæ ipse ante quinquennium Nicephorum patrum quasi imperium affectantem excæcauerat, vt narrat Zonaras tom. 3. qui & simile addit de Leontio Imper. ipsum scilicet naso fuisse truncatū & Imperio depulsum ab Abfimate, eò quod ipse Iustinianum Rhinometrum truncato naso Imperio exiisset.

Porro videtur Adonibezec hac pœnam humiliatus in se reuersus animum mentemque mutasse, nã & priorum suam crudelitatem confessus est, & Dei æquitatem prædicauit. Agnouit ergo pœnitens iustitiam Dei in se vindictam, ideoque vocat eum Elohim, id est iustitiam iudicem & vindicem, eumque vnium & solum, non plures, vnde & ductus fuit in Ierusalem, id est in agrum suburbanum Ierusalem, ait Iosephus, ideoque in ipsam urbem Ierusalem, postquam eam expugnarunt Iudæi, ait Hugo Victor. ibique mortuus: idque apto simbolo, quasi à peccatis ad pœnitentiam, ab impietate ad veri Dei cultum, ex idololatriæ cæcitate ad fidem, pacisque visionem, à fastu ad demissionem, à blasphemiam ad Dei laudē traductus fuerit, ideoque Hebræi ei vitæ condonarunt, ait Magalanes. Quare Adonibezec, id est Dominus fulguris, iraque fulgure factus est Adonisedec, id est Dominus iustitiæ, iustæque patientiæ & pœnitentiæ.

Symbolicè dæmon, ait Serarius, est verè Adonibezec, seu fulguris dominus: primò, quia de eò Saluator Luc. 10. 18. *Videbitis, ait, satanam sicut fulgur de celo cadentem*. Secundò, quia fulgur rectè superbiam vanamque gloriam significat, quæ claritatis aliquantulum spargit, sed ita vt subito pertranseat, momento euanelcat, sæpeque fulminum & grauissimarum tempestatum initium sit. Est verò *satana rex super vniuersos filios superbia*, Job. 41. 25. Ille Adonibezec reges capit, & quidem 70. id est quàm plurimos. Ij verò sunt qui aliis potentias, dignitate, auctoritate, doctrina præstant.

OPPVGNANTES ERGO FILII IVDÆ IERUSALEM, CEPERVNT EAM. Prius Ierusalem capta fuerat à Iosue c. 10. 1. qui & regem eius Adonisedec occiderat: sed postea Iebusæi arcem Sion tenentes urbem recuperarunt. Vnde hic rursum eam expugnauere Iudæi, excepta arce Sion, quam diu post primus Iebusæis extorsit Dauid, 2. Regum 5. 7.

Porro Ierusalem propriè pertinebat ad tribum Beniamin; hic tamen dicitur expugnata à tribu Iuda, quia hæc in vrbe partem habebat, & quia Beniaminitæ viribus suis dissidentes eam expugnandam tradiderunt Iudæis, vt dixi Iosue cap. 10.

TRADENTES CVNCTAM INCENDIO CIVITATEM. Eò quod à Iosue & Iudæis subacta eis rebellasset, & quia Deus incendio volebat ab idololatria & sceleribus purgari urbem, totamque renouari, in quæ templum, & Reipubl. æquæ ac Ecclesiæ caput collocare staturat. Sic iussit incendi Iericho, Hai, aliasque nonnullas Chananæorum vrbes.

CARIATH-

VERS. 11. CARYATHARBE.] Hæc & sequentia vsque ad A v. 16. audiuius Iosue. 14. 12. & cap. 13. 13. & sequent. vbi ea explicui.

VERS. 16. FILII AUTEM CINÆI COGNATI MOYSIS ASCENDERUNT DE CIVITATE PALMARVM, CVM FILIIS IYDA IN DESERTVM SORTIS EIYS, QVOD AD MERIDIEM ARAD, ET HABITAVERVNT CVM EO. [Filij Cinæi, id est filij Hobab, qui erat filius Iethro soceri Moïsi; Moïsi enim Sephoram filiam Iethro duxerat vxorem, inde Hobab Sephoræ frater (alio nomine dictus Cin & Cinæus, ait Hugo Victor. & Serarius) eiusque posterii Cinæi, cognati, id est affines Moïsi, Moïsi quasi cognato adhaerent, factique profelyti secuti sunt castra Hebræorum per desertum, & cum eis ingressi sunt in terram promissam. Ad hoc enim eos inuitat Moïses, promittens eis id quod in ea erat optimum. Num. 10. 32. Quocirca Cinæis data est ab Hebræis ciuitas palmarum, id est Iericho, palmis & palmetis, æquæ ac balsamo omnium rerum copia abundans, non quasi Iericho à Iosue solo æquata tam citò reedificata fuerit, sed quòd ciuitas hæc æquæ ac c. 3. captatur pro area ciuitatis & agro ciuitati vicino.

Cinæi qui

Fuere viri religiosi.

VERS. 18. CEPITQVE IYDAS (tribus Iuda) GAZAM CVM FINIBVS SVIS, ET ASCALONEM ATQVE ACCARON.] Sic quoque habent Hebr. & Septuag. Complut. habent Azorum. Quare mirum est in Septuag. Romæ emendatis contrariè legi, Et non possedit Iudas Gazam, neque Ascalonem, neque Accaron. Peius Iosephus lib. 5. Antiq. ait Iudæos cepisse Ascalonem & Azorum, non verò Gazam & Accaron, eò quòd hæc diuæ in planitie sitæ curribus bellicis polleant; contrarium enim hic asserit Script. Quare Iudæi hic vrbes has & satrapias Philistinorum ceperunt, sed mox Philisthini eas recuperarunt, & perpetua cum Iudæis bella gesserunt, vt audie-

VERS. 18. CEPITQVE IYDAS (tribus Iuda) GAZAM CVM FINIBVS SVIS, ET ASCALONEM ATQVE ACCARON.] Sic quoque habent Hebr. & Septuag. Complut. habent Azorum. Quare mirum est in Septuag. Romæ emendatis contrariè legi, Et non possedit Iudas Gazam, neque Ascalonem, neque Accaron. Peius Iosephus lib. 5. Antiq. ait Iudæos cepisse Ascalonem & Azorum, non verò Gazam & Accaron, eò quòd hæc diuæ in planitie sitæ curribus bellicis polleant; contrarium enim hic asserit Script. Quare Iudæi hic vrbes has & satrapias Philistinorum ceperunt, sed mox Philisthini eas recuperarunt, & perpetua cum Iudæis bella gesserunt, vt audie-

mus c. 3. Porrò Accaron pertinebat ad tribum Dā, Iudas tamen hic illam expugnauit conuenientibus Danitis, eò quòd forti suæ contermina esset ac infesta, vt nisi eam caperet, quiete in sua sorte habitare non posset.

VERS. 19. QVIA FALCATIONIBVS CVRRIBVS ABVNDABANT, qui scilicet falcibus armati obuio & obuioque demetebant, vt dixi Iosue 17. 16. Sic quoque habent Septuag. Complut. Vnde mirum in Roman. legi, quia Rachab obstitit eis; itaq; legit Theodor. qui sic explicat, q. d. Hobab filius Iethro, alio nomine dictus Rechab, peruersus Iudæis ne vallibus huius mari adiacentis incolas bello appeterent, eò quòd timeret Iudæos, si maritima possiderent, per commercium manale cum gentibus ab eis peruersum in. Nimirum legit ipse pro רכב recheb, id est currus, alio puncto רכב Rechab, quasi nomen proprium viri. Porrò non peccarunt Iudæi sic Chananæos hos permittendo, quia eos ita videbant armatos, vt eos debellare se posse diffiderent; ceterè verò tribus peccarunt, quòd cum Chananæos debellassent, eos non occiderent, vt iusserat Dominus, sed tributarios facerent.

VERS. 20. IEBVS AVTEM HABITATOREM IERVSALEM NON DELEVERVNT FILII BENIAMIN, HABITAVITQVE IEBVS EVS CVM FILIIS BENIAMIN IN IERVSALEM.] q. d. Beniaminitæ cum Iudæis sociis & ducibus suis urbem Ierusalem ceperunt quidem & incenderunt, vt dictum est v. 8. excepta arce Sion, quam tenuerunt Iebusæi vsque ad Dauidem, 2. Reg. 5. sed Iebusæi ex arce descendentes, urbem quoque vna cum Beniaminitis, ipsis permittentibus, sopito iam bello incolere ceperunt.

Tropol. S. Bernard. serm. 58. in Cant. Quantumlibet, inquit, in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua, & non magis suppressa. Velis nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus, subigari potest, sed non exterminari. Mox remedium suggerit: Vnum, inquit, in tanto discrimine consilium est, obseruare diligenter, & more vt renascuntur capita apparebunt, prompta severitate succidere. Non potest virtus cum vitiis pariter crescere; ergo vt illa vigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua, & salubria surgunt; vitiatæ accedat, quidquid cupiditati demis. Demus operam putationi. Pucetur cupiditas, vt virtus roboretur. Nobis, fratres, putationis semper est tempus, sicut semper est opus.

VERS. 21. DOMVS QVOQVE IOSEPH (puta tribus Ephraim, qui fuit filius Ioseph) ASCENDIT IN BETHEL.] Putat Adrichom. duas fuisse Bethel, vnam in tribu Ephraim, alteram in tribu Beniamin, vt dicitur Iosue 18. vers. 13. & 22. Melius Masius & alij censent vnam eandemque esse Bethel, eò quòd illa quæ hic vers. 23. prius vocata dicitur Luza, Luza quoque appellata dicitur Iosue 18. 13. Fuit sita in confinio tribus Ephraim & Beniamin, ideoq; nunc vni nunc alteri tribuitur. Adde, videntur fuisse hæc duo loca vicina, scilicet Luza vrbs, quæ postea Bethel, vel Bethel Luza dicta est à visione scalæ quam ibidem habuit Iacob, & locus ipse visionis Iacob, quæ nomen dedit Luzæ vrbi vicinæ; hic enim locus erat in tribu Beniamin, vrbs verò ipsa erat in tribu Ephraim. Hæc ergo est Bethel, vbi Iacob vidit Deum scalæ innixum, ideoque Ieroboam postea in ea vitulum aureum quasi idolum collocauit. Vnde Bethel, id est domus Dei dicta est Bethauen, id est domus idoli. Vide dicta Genes. 28. 19.

VIDERVNT HOMINEM EGREDIENTEM DE CIVITATE

VITATE, DIXERVNTQVE AD EVM: OSTENDE NOBIS INTROITVM CIVITATIS.] Rabbini tradunt, Luzam non habuisse portam, sed introitum quendam occultum: fuisse enim ipsam instar nucis vndique clausam: *לוצא* enim Hebr. nucem significat; sed hæc sunt fabulorum naniæ; dicta est enim Luza, quòd *לוצא*, id est nucibus & amygdalis abundaret, ait S. Hieron. Per introitum hic ergo non portam, sed aditum in urbem facilem, ob muros humiliores vel distruptos intellige.

ET FACIEMVS TE CVM MISERICORDIAM.] Id est, vitam tibi condonabimus. Poterant id licite facere Hebræi, et si enim Deus iussisset Chananæos omnes occidi, tamen ob tantum beneficium parati introitus in urbem parate ei poterant, vt pepercerunt Rahab excipientes exploratores Iosue c. 2. Adde, Hebræos non permisisse vt hic proditor vrbs in ea remaneret, hoc enim dumtaxat vetuerat Deus, ne Chananæi inficerent Hebræos suis idolis & vitis.

QVI CVM OSTENDISSET EIS, PERCVSSERVNT VRBEM IN ORE (in acie) GLADII.] Peccauit hic proditor ostendendo Hebræis aditum in urbem, quia patriam suam eis prodidit; hoc enim est contra pietatem licet enim patriam impiam & noxiam in bello iniusto propugnare non liceat, tamè eam hosti prodere pietas vetat; sicut patrem meum iuste à magistratu inuastis armis defendere nequeo, sed tradere & prodere non possum sine insigni nota impietatis. Minuit tamen proditoris crimen hic metus mortis illi ab Hebræis intentata. Quocirca Aurelianus Imperator, audiens eum qui sibi locum capiendæ Thyanae vrbs indicarat, ea capta cum aliis incolis caesum esse, lætatus est, dixitque: Ego enim proditorem amare non potui, & libenter tuli quòd eum milites occiderent; neque enim mihi fidem seruare potuisset, qui patria non pepercit. Ita Vopiscus in Aureliano.

VERS. 26. ABIT IN TERRAM HETHIM.] Id est in Cyprum, ait Procop. Cyprus enim Hebr. dicitur Cethim, Isaia 23. 1. Verum tunc Cethim scribitur per Caph, hic autè scribitur per Cher, quare alius est locus Hethim à Cethim; autè ille sit, ignoratur.

VERS. 27. MANASSES QVOQVE NON DELEUIT BETHSAN.] Septuag. addunt, quæ est Scytharum vrbs, vnde & Scythiopolis dicta est.

VERS. 34. ARCTAVITQVE AMORRHÆVS FILIOS DAN IN MONTE, NEC DEDIT EIS LOCVM, VT AD PLANIORA DESCENDERENT.] Danitæ præ aliis tribubus ab Amorrhæis fuere arctati, vt fortis suæ montes steriles dumtaxat occuparent, non verò valles frugiferas: qua de causa alias terras quarere

VERS. 35. HABITAVITQVE (non Dan, sed Amorrhæus, vt patet ex Hebr. & Septuag.) IN MONTE HARES, QVOD INTERPRETATUR TESTACEO, IN AIALON ET SALEBIM.] q. d. Amorrhæus Danitis non tantum ademit vrbes valliu, sed & tres in monte sitas, scilicet Hares, Aialon & Salebim.

TESTACEO.] Sic legendum, non testatio, vt legunt nonnulli: nam Hares Hebr. est testis, mons ergo hic vocatus est testaceus, vel quòd in eo yasa testacea à figulis formarentur, vel quòd illorum ruptorum fragmenta ibidem proicerentur, vt Romæ factum videmus in monte ad portam S. Pauli, qui inde mons testaceus nominatur. Septuag. vertunt: In monte Hares, vbi yasa & vulpes, scilicet abundant, quare pro Aialon nonnulli videntur legisse *דובים* *dubim*, id est vrsi; & pro *שאלים* *sealim* legisse *שאלים* *sealim*, id est vulpes. licet enim vrsi maiores & plures sint in regionibus frigidis & Septentrionalibus, tamen reperiuntur quoque in calidis & Meridionalibus, vt in Iudæa, nam ibi Dauid occidit vrsum 1. Reg. 17. 34. & Elifæus per duos vrsos occidit 4. 2. pueros sibi illudentes in Bethel, 4. Reg. 2. 24. Fortè Samson, qui fuit Danita, ex hoc loco tribus suæ, scilicet ex Salebim vulpibus abundante, trecentas suas vulpes collegit, ad quarum caudas alligatas faces, Philistinorum segetes succendit, vt audiemus c. 15. 4.

ET AGGRAVATA EST MANVS DOMYS IOSEPH, FACTVSQVE EST EI TRIBVTARIVS.] q. d. Ephraimitæ posterii Ioseph vicini Danitis, grauius oppresserunt Amorrhæos in forte tribus Dan habitantes, eosque iure belli quasi à se subactos sibi fecerunt tributarios. Igitur omnes ferè tribus peccarunt in hoc, quòd Chananæos à se subiugatos non occiderint, vt iusserat Dominus, sed fecerint sibi vectigales, vt patebit initio cap. sequentis.

VERS. 36. AB ASCENSU SCORPIONIS.] Septuag. & alij *super acrabim*, id est, super locum scorpionum. Est nomen loci ita dicti, quòd *acrabim*, id est scorpionibus abundaret, ait Lyran. Abulen. Dionys. Arias, & alij. Ab hoc *acrabim*, id est loco scorpionum, dicta est Acrabatena vrbs, & Acrabatenæ regio, quæ fuit vna ex vndecim Iudææ toparchiis, eratque terminus Samaritæ, & confinium Amorrhæorum. Vide de ea S. Hieron. in locis Hebr. Iosephum lib. 2. bell. c. 11. Adrichom. & alios Chorographos Terræ sanctæ.

PETRA.] Est nomen vrbs in petra sitæ, in confinio Iudææ & Amalec. Alia fuit Petra in Arabia, quæ inde petraa est cognominata.

CAPVT SECVNDVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Arguuntur Hebræi ab Angelo, quòd idola colant. Inde vers. 1. recensetur causa institutio- nis Iudicum, scilicet quòd Hebræi post mortem Iosue coluerint idola, ideoque Deus eos tradiderit Idumæis alijsq; hostibus: vnde ipsi penitentes ad Deum redierint, eiusq; opem implorauerint: qui proinde misit eis Iudices, vt ipsi Hebræos à seruitute & tyrannide gentium liberarent.

1. Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad Locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in Terram, pro qua iuravi patribus vestris: & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum: Corneli in Iudicum. I 2. ita

ita dumtaxat vt non feriretis foedus cum habitatoribus Terrae huius, sed aras eorum subuerteretis: & noluitis audire vocem meam: cur hoc fecistis? 3. Quam ob rem nolui delere eos a facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. 4. Cumque loqueretur Angelus Domini haec verba ad omnes filios Israél: eleuauerunt ipsi vocem suam, & fleuerunt. 5. Et vocatum est nomen loci illius: Locus flentium, siue lacrymarum: immolaueruntque ibi hostias Domino. 6. Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filij Israél vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam: 7. seruiueruntque Domino cunctis diebus eius, & seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quae fecerat cum Israél. 8. Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus Domini, centum & decem annorum, 9. & sepelierunt eum in finibus possessionis suae in Thamnathfare in monte Ephraim, a Septemtrionali plaga montis Gaas. 10. Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alij, qui non nouerant Dominum, & opera quae fecerat cum Israél. 11. Feceruntque filij Israél malum in conspectu Domini, & seruiuerunt Baalim. 12. Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de Terra Aegypti: & fecuti sunt deos alienos, deosque populorum, qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt Dominum, 13. dimittentes eum, & seruientes Baal & Astaroth. 14. Iratusque Dominus contra Israél, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & venderunt hostibus, qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersariis suis: 15. sed quocumque pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehementer afflicti sunt. 16. Suscitauitque Dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt, 17. fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Citò deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria. 18. Cumque Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flecebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de caede vastantium. 19. Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multò faciebant peiora quam fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinventiones suas, & viam durissimam, per quam ambulare consueverunt. 20. Iratusque est furor Domini in Israél, & ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit: 21. & ego non delebo gentes, quas dimisit Iosue, & mortuus est: 22. vt in ipsis experiar Israél, vtrum custodiant viam Domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. 23. Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, & citò subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

VERS. I. ASCENDITQUE ANGELVS DOMINI DE GALGALIS AD LOCVM FLENTIVM.] Primò ergo Angelus hic apparuit in Galgalis, vt ex loco Hebraeos memores redderet professionis & obedientiae Deo praestandae, & se susceptae & promissae. In Galgalis enim se sacro Circumcisionis ritu initiauerant, & professi erant se legem Dei à Mose latam seruaturus, sicut nos in Baptismo profitemur legē Christi. Ex Galgalis verò transfulit se Angelus ad locum, qui postea v. 5. ab euentu dictus est flentiū, quò Israélita, hostium & miseriarum suarum sensu pressi, suam calamitatem deplorantes conuenisse videntur, vel communi consilio, vt ibi de remedio inter se consultarent, vel potiùs monitu Angeli, qui apparens in Galgalis videtur monuisse Hebraeos, vt ad Locum flentium se conferrent: habere enim se quod eis ibidem diceret, quodque calamitatis remedium suggereret.

Porro Rabbinì censent hunc Angelum fuisse Phinees Pontificem; sed certum est fuisse propriè dictum Angelum: probabile est fuisse S. Michaelē, tum quia ipse erat praeses & tutor Synagoga, vt iam est Ecclesiae; tum quia idem apparuit Iosue c. 5. v. 13. initio gubernationis suae docens & dirigens eum. Vnde videtur idem hic apparuisse, modum-

que suggessisse Hebrais impetrandi à Deo Iudices, qui eos à seruitute liberarent. Quocirca hic Angelus loquitur in persona Dei, sicut legatus loquitur in persona sui Regis, ac populus putabat eum esse Deum, non Angelum. Ait enim: *Eduxi vos de Aegypto*, &c. Denique apparuit hic Angelus, atque haec Hebrais dixit, non viuentē adhuc Iosue, vt volunt Abulen. & Torneillus; nam viuente Iosue Hebrai coluerunt Deum verum; sed post eius mortem, cum noua progenies succrescens, ac cum vicinis gentibus, praesertim Tyriis & Sidoniis, conuersans, ab iis vtpote diuitibus didicit colere eorum idola, Baalim & Astaroth. Ita Procop. Caict. Serarius, & fauet S. August.

VERS. II. ITA DVMTAXAT, VT NON FERIRETIS FOEDVS CVM HABITATORIBVS TERRAE.] ne ipsi vos ad sua idola & scelera conuersando pellicerent. Veniit ergo Deus haec foedera: quare illa Hebrais fuere illicita, at non statim irrita. Hebraei enim in euntē foedus cum Chananais, licet illicite, post contractum tamen de eo initum tenebantur illud seruare, praesertim si iuramento id confirmassent: tum quia hoc exigit ius naturae & gentium, alioqui enim tolleretur omne commercium, omnisque hominum societas, si foedera & pacta violare liceret;

VERS. II. tum

tum quia hoc exigebat reuerentia nominis diuini in iuramento inuocati, ne peierare viderentur si illud violarent; tum denique quia Chananai nesciebant Deum vetuisse, multò minùs irritasse haec cũ eis foedera: quare valde scandalizati fuissent si Hebrai ea violassent, ac tam ipsos quam Deum & religionem eorum blasphemassent. Postquam tamē eis palam constitit Deum haec foedera vetuisse, scandalizari non potuerunt, si Hebrai Deo obediētes illa rescinderent. Vnde Ekdrae lib. 1. cap. 9. irritauit & separauit matrimonia Hebraeorum cum gentibus contra legem Dei contracta. Esti enim vera erant, rataque, tamen in ea lege erant solubilia per libellum repudij à Deo eis concessum, si iusta subesset causa, vt hic erat disparitas cultus, & periculum peruersionis ab infideli; quod subibat coniunx fidelis.

VERS. III. QUAMOBREM NOLVI (& etiamnum nolo, itaque statuo & decerno) DELERE EOS A FACIE VESTRA, VT HABEATIS HOSTES (qui vos puniant, affligant, & ad Deum redire compellant) ET DIJ EORVM SINT VOBIS IN RVINAM.] Tò vt in hac posteriore parte consecutiū accipiendum est, non casualiter. Nec enim Deus sanctissimus poterat intendere hanc Hebraeorum ruinam, lapsūque in idolatriam, sed tantum permittere ad puniendum praecedentia eorum peccata. q. d. Permissi vos à gentibus, quas contra meū iustum tolerastis, deduci ad colendos eorum deos, vt deinde vos castigarem & exterminarem: ruinam enim in culpam permittit Deus ob ruinam in penam: haec enim culpam castigare intendit. Non enim permittit Deus malum culpae, nisi hoc sine, vt ex eo eliciat bonum, vel miserendi, vel si nolint vti misericordia, puniendi, puta ostendendi suam clementiam in cōdonando, vel iustitiam & vindictam in castigando, vt docet S. August. S. Thomas, ceterique Theologi.

VERS. IV. AD OMNES FILIOS ISRAEL.] Ad totum castrum Israélitarum, siue ad omnes qui conuenerant.

VERS. V. ET VOCATVM EST NOMEN LOCI ILLIVS LOCVS FLENTIVM SIVE LACRYMARVM.] Septuag. *κλαυθμων*, id est *locus plangentium*, ab euentu iam dicto, quia, vt dixi v. 4. filij Israél audita comminatione Dei per Angelum, *leuauerunt voces suas & fleuerunt.*

Quaeres, Quis, & vbi fuit hic locus flentium, siue *κλαυθμων*? Resp. Adichom. fuisse iuxta Galgala, inde enim ascēderat Angelus. Alij putant fuisse Silo, ibi enim erat Arca, vnde eò confluxerat populus ad sacrificandum, quod & hic fecit. hinc sequitur: *Immolaueruntque ibi hostias Domino.*

Verum dico, locum flentium fuisse in tribu Iuda, iuxta Ierusalem à parte Occidentali, in sylua, sita vltra vallem Raphaim, quae à tergo habebat Philistinos. Id ita esse, liquet ex eo, quòd Dauid in hac eadem sylua latuerit, cum Philisthaos in valle Raphaim, ad motum cacuminum arborum syluae, aggressus cecidit, 2. Reg. 5. 24. Hunc enim locum fuisse in syluis, quae loca flentium appellata sunt, disertè ait Iosephus lib. 7. Antiq. 4. & clarè Septuag. 2. Reg. 5. v. 23. *Accedes, inquit, ad eos prope Clauthmona, id est locum flentium: & eris cum audieris vocem collisionis à sylua Clauthmonis, tunc descendes ad eos.*

Nimirum voluit Deus huc locum flentium esse exemplum perpetuum Hebrais, ad agendam penitentiam in fletu & lacrymis, quoties ipsi ex lege

Cornel. in Iudicum.

A quotannis Ierosolymam ad templum oraturi & sacrificaturi pergerent.

Tropol. *κλαυθμων*, siue locus flentium est terra & vita haec hominum, à Deo ob Adae peccatum exulantium. Adam enim (nos in eo) è paradiso eieci sumus in hanc vallem lacrymarum, vt penitentia peccatum omne expiemus, ideoque damnati sumus ad mille labores, dolores, ipsamque mortē. Genes. 3. & Psal. 83. 6.

Rursum locus flentium est penitentia & compunctio, ad quam concionator instat Angeli huius populū excitare debet, vt moueat plantum, non plausum, ait S. Bernard. nam vt idem ait ferm. 39. in Cant. *lacryma penitentium vinum sunt Angelorum, quòd in illis vita odor, sapor gratiae sit, indulgentiae gustus, reconciliatio nis in cūditas, sanitas redeuntis innocentiae, serenata suauitas conscientiae.* Vide Climacum Gradu 5. de penitentia, vbi miram priscorum compunctionem & lacrymas recenset in loco flentium, quem carcerē vocabant. B. Antiochus hom. 107. *Rorulenta, ait, adspexignes lacrymarū, vt dulcor mellis sunt cordi, aut suauē fragrans thymiana apud Deum.* S. Chrysost. hom. 6. in Matth. *Sicut, inquit, post vehementes imbres mundus aër ac purus efficitur, ita etiam lacrymarum pluuia serenitas mentis sequitur atque tranquillitas, omnisque illa de peccatorum tenebris offusa caligo dissoluitur. Et sicut ex aqua & spiritu, sic rursus ex lacrymis & confessione purgamur.*

VERS. VI. IMMOLAVERUNTQUE IBI HOSTIAS DOMINO.] Licet enim proprius immolandi locus esset in Templo, & ante Templum in Tabernaculo, quòd tunc erat in Silo; tamen graues ob causas Iudaei subinde alibi immolabāt, vt fecit Samuel in Bethlehem, 1. Reg. 16. v. 4. & 5. ac Dauid in area. Areuna Iebusaei, 2. Reg. 24. 25. Nam eo ipso quòd ibi apparebat Angelus, & populum ad Deum propitiandū hortabatur, videbatur locum sanctum indicare, simulque potestatem ibi sacrificia offerendi facere. Addunt correcti Septuag. ascendisse Angelum istū etiam ad Bethel & domum Israél: quo significatur, eum varias Israélitarum vrbes peruolasse, & incolas Siluntem coegisse; vel per Bethel & domum Israél intelligendi Bethelitae & Israélitae, qui eò loci conuenerant. Ita Serarius.

VERS. VII. DIMISIT ERGO IOSVE POPVLVM.] Est hic Hysteron proteron: repetit enim ex fine praecedentis libri Iosue, gesta eius quaedam, vt inde commòdè & ordinatè ad Iudicum, qui ei succedere, institutionem & originem transeat. Hic enim liber connexus est libro Iosue, & historia Iudicum pendet ex historia Iosue, quasi à sui principio. Altiùs ergo à primo sui exordio, putà à Iosue, accessit hic Iudicum primordia.

VERS. VIII. IN THAMNATHSARE.] Hebr. & Septuag. *In Thamnath cheres*, id est in imagine solis, quae sepulchro Iosue insculpta est, eò quòd ipse stiterit solem, ideoque vrbs eius *Thamnath sare* per Metathesin dicta est *Thamnath cheres*. Vide dicta Iosue 24. 30.

VERS. IX. ET SERUIERUNT BAALIM.] id est idolis, siue diis Gentium; nam per *Baalim* significantur omnes dij masculi, sicut per *Astaroth* omnes deae feminae. Porro *Baal* in singulari Hebr. significat Dominum, vnde Antonomasticè deum suum vocauerunt *Baal*, id est Dominum absolutè. Primus autē Baal fuit Nemrod, quem coluere Assyrij: Nemrod autem fuit Baal, siue Belus pater Nini mariti Semiramidis. Idem ergo sunt Baal, Bal, Beel, Bel, Belus, &c. Ab Assyriis idolum & cultus Beli transfuit ad

Locus flentium est penitentia.

VERS. VI.

VERS. IX.

VERS. X.



Babylonios, vt patet Danielis decimo quarto 2. a Babylonis ad Sidonios & Phœnices: inde omnia idola & dij Gentium, nomine dilatato, dicti sunt Baal, Bel, Baalim. Vnde à Deorum, vel à locorum & euentuum varietate dicti Beelphegor, id est Priapus; Beelzebub, id est Deus musca; Beelsephon, id est Deus Aquilonis, vel Deus absconditus, puta Mercurius; Baal gad, id est Deus fortuna; Baal se-mes, id est Deus sol, &c. Vide dicta Genes. 10. 10. Inde à Baal compōita sunt nomina Punica (hæc enim lingua affinis est Hebrææ) Hannibal, id est Castrorum dominus; Hasdrubal, id est villarum vel atriorum dominus; Muthumbal, id est mortis dominus, Adherbal, Mahaibal, Ithobal, Ierobaal, &c. Ita S. August. hic quæst. 16.

VERS. 23. Astaroth quæst.

SERVIENTES BAAL ET ASTAROTH. ] Astaroth. Quæres primò, cuius linguae sit hæc vox, vndeque dicta. Suidas in Astarte censet esse vocem Græcam, dictam ab astro: ab astro, inquit, cognomē fecerunt: ipsi enim esse luciferum fabulantur. Et Phauorinus in Astarte: Astarte, ait, astri simulacrum; ipsum astrum Lucifer, quod Venerem nuncupant. Sic & Etymologicus, qui & causam addit: Præses enim astrorum est Dea hæc. Vnde nonnulli censet Astartem esse Asteriam Deam, filiam Phœbi & Cei, quæ Perles in vxorem duxit, de qua Hesiodus in Theogonia.

Verum errant. Astaroth enim est vox Syra, non Græca, significans oues, præsertim feminas, cum mammis turgent, & agnos suos lactant, ita dictæ ab אֶשְׂתָּר aštar, id est multiplicare, quod sint fecundæ, & in Syria multos per annum pariunt agnos; atque ab אֶשְׂרָא ašcar, id est ditare, quod caseo, lana, lacte, frætu heros suos ditent. vnde veterum opes erant in ouibus, non in auro & argento.

Veneri est.

Quocirca multi censent Astartem esse Venerem cognomento Πυλαμένην, id est multimammam, vel potiùs Μεγάλας θηλάων, id est magnimammam, quod magnas haberet mammam, quod symbolum erat fecunditatis, qualis est in ouibus feminis. Inde ergo hæc Dea ab ouibus effecta est à Tyriis & à Sidonios, vt ab ea ouium fecunditatem impetrarent, itaque ditarentur & bearentur. Hebr. enim אֶשְׂרָא ašcar tam beare quam ditare significat, quia diues à mundo aestimatur beatus. Vnde Cicero lib. 3. de Natura Deorum, Quarta, inquit, Venus Syria, Tyroꝝ concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse traditum est. Sic & Herodot. libro primo. Diodor. lib. 2. cap. 2. Theodor. lib. 1. Reg. 4. 14. ibique Procopius, Aquila & Scholiastes Græcus capite septimo. Audi & S. Hieron. in vita S. Hilarionis: Cum infirmitate agmine monachorum peruenit Elusa eo forte die, quo anniuersaria solemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob Luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedita est. Scribit Epiphan. hæres. 77. matrem Melchisedech dictam Astaroth sine Asteriam. Quid si hæc à posteris culta fuerit vt Dea, indeque Deæ dictæ sint Astaroth?

Porro Astaroth est numeri pluralis, tum ad emphasim, & honoris causa, vt hanc Deam plurimum, imò omnium rerum dominam esse, significarent, quod rebus omnibus homines ditare possit, indeque Deus Hebraicè vocatur Adonai, & Adomin, Elohim in plurali; tum quia Astartes nomen ad quaslibet Deas feminas translaturum est. Erat enim Astarte Babyloniorum, quam S. Epiphan. hæres. decima nona, Dianam vocat: alia Carthaginensium,

quam S. August. hic quæst. decima sexta, asserit fuisse Iunonem: alia Edeffensorum, quam Lucianus ait fuisse Lunam. Hæc enim fœtus piscium, auium, ouium, dum plena est multiplicat, itaque homines ditat. Primitus enim prisca gentiles ignorantes Deum verum adorabant Solem & Lunam, à quibus omnis in terra fertilitas manat; vnde eos Romani vocabant Iouem & Iunonem; Aegyptij Osiridem & Isisem; Syri Baalim & Astaroth. Quia enim ipsi videbant in terra fecunditatem provenire præsertim à Sole & Luna, per calorem & pluitiam, quibus terram humectant & fecundant, hinc eos vt Deos coluere: hæc enim sunt duo primariâ altra in terrâ influentia. Accessit & tertium, scilicet stella Veneris siue Luciferi, quæ post Lunam ceteris stellis clariùs emicat. Vnde veteres dixerunt Venerem esse Lunam minorem, Lunam verò esse Venerem maiorem. Quocirca Herodjanus libro 5. Astartem vocat Ἀστροδία, Astaroth, id est astrorum primatem & principem. Et Philo Bibliensis, Astartes, ait, imposuit proprio capiti regni in signe tauri caput, vt corniculatam Lunam significaret. Hinc & Astaroth, vrbis in qua Astarte colebatur, cognominatur כַּרְמֵי קֵי כַרְמֵי, id est biberinis, ob duo Lunæ cornua, quare nonnulli suspicantur hæc esse illam vrbem, quam Plinius libro quinto, capite vigesimo, Carne nominat. Alludit quòque hoc nomen Carnam ad cornua arcturæ & ouium; vt significetur cornu grægis copia, ait Marinus in Lexico. Hebr. enim קֵרֶן Keren, id est cornu, æquè ac קֵרֶן facis, id est factus, in plurimas gentium linguas manauit.

Porro Astaroth propriè quidem significat oues, vt dixij. si tamen per diuersum legas אֶשְׂתָּר aštar, significat vineam legum, ait Pagnin. quia idola & idololatria instar tifeæ consumunt omnes hominis facultates, leges, virtutes, opes & vires. Diabolus enim ita sui cultores ludificat, vt eis temporalia promittat, æterna adimat, sed temporalia modica quibus eos lætari aufert. Ipse enim est tyrannus, ac sicut Deum odit pessimè, sic & Dei creaturas; præsertim homines, vt non nisi eorum damnationem, noxam, exitium tam corporis quam animæ sitiat.

Tropol. Astaroth cuique est sua concupiscentia, nam vt ait Origen. hom. 2. Vnusquisque quod pro ceteris colit, quod super omnia miratur & diligit, hoc ei Deus est. Sic guloso Deus venter est, ait Paulus Philip. 3. 19. & Virgil. 9. Aeneid.

Sua cuique Deus sit dira cupido.

Et alter: Ambitiosus honos, & opes, & blanda voluptas, Hæc tria pro trino numine mundus habet.

ET VENDIDERUNT HOSTIBUS. ] Hebr. & S. VERS. 24. ptuag. Er vendidit, scilicet Deus. q. d. Deus Israëlitas quasi idololatrias vendidit, id est tradidit hostibus, vt eos vexarent, spoliarent, in seruitutem redigerent, occiderent. Noster pro וַיִּמְכְּרוּם vaimkerem, id est vendidit eos, legit וַיִּמְכְּרוּם vaimkerum, id est vendiderunt eos.

MANVS DOMINI SVPER EOS ERAT. ] Manus, VERS. 25. scilicet vindex, vindicans & flagellans, q. d. Vindicta Dei vbi que eos insequeretur, exagitabat & malè mulcabat.

VIAM DVRISSIMAM. ] Quia erant inobedientes & dure cervicis: via ergo durissima erat eorum impia & obtnata, colendi idola, aliaque scelera patrâdi, consuetudo.

Vt

VERS. 22.

VT IN IPSIS EXPERIATUR ISRAEL. ] Vt scilicet per experientiam ostendam & palam faciam an Israëlitas me colant, meamque legem custodiant, an verò Chananæorum idola. Nam Deus ipse, vt pote cui omnia sunt præsentia, quique omnia, etiam futura vna mentis cernit in icu, non eget experientia, quia ipse omnia præcicit & prænoſcit antequam fiant. Porro hæc Dei experientia consistebat in permissione occasionis & tentationis, quæ hinc Hebræis obiciebatur. Nam Iudæi simul viuentes cū Chananæis vicinis, cum eisque conuersantes, ab eis sollicitabantur, vt secum sua idola colerent. Ita Abulen. Secundo, vt experiant, hoc est vt omnibus notum fiat; Israëlitas me colere, quando subtrahentes se à communione & vita Chananæorum, me opitulante eos superabant: & vice versa quòd me non colant, quando eis adherentes, ab eis superabuntur & dire affligentur. Ita Lyran. & Dion. Tertio & germaniùs, vt experiant, Hebr. נִסְיוֹן nassion, id est, vt tentem eos, hoc est vt eos stimulem, pungam, affligam, atque hoc stimulo, & afflictione probem & experiat (hoc est ita me geram ac si vellem experiri, & per experientiam ignoti alicuius cognitionem exquirere. Est Catachresis. Deus enim omnia nouit ab æterno, sed experiri dicitur anthropopathos, cum rem occultam probando vel tentando manifestam facit) vtrum ipsi custodiant, hoc est vtrum ipsi custodie velint viam (legem) Domini: hætenus enim custodierunt viam, id est legem Baalim, id est idolorum quæ coluerunt, vt paulò ante dixit. Tò custodiant ergo significat actum non perfectum vel proficientem, sed inchoantem, ac mutata mente destinatum & incipientem. q. d. Israëlitas hætenus me relicto coluerunt idola, permittam ergo eos à Chananæis affligi, vt experiant an per hanc afflictionem ad cor redeant, & ad me meique cultum reuertantur, itaque incipient custodie meas leges à Mose sancitas. Quod si fecerint, ego eos à Chananæorum tyrannide & oppressione liberabo: si non fecerint, permittam eos grauiùs ab illis affligi, contundi & opprimi. Porro multi inter Israëlitas erant sani in fide, nec deflexerant ad colendum Baal, sed persistebant in auita patrum religione, veròque vnius Dei cultu: hos Deus per Chananæos probare & experiri voluit, vtrum custodiant, id est custodie pergant viam (id est legem) Domini, vtrum scilicet minis & plagis Chananæorum terri, vel prosperitate, opibus & commodis eorumdem allecti, à Deo vero ad eorum idola desciscerent, cum eisque commercia & connubia contraherent; an verò constanter hæc omnia contemnerent, solique Deo suo fideliter firmiterque adhererent: quod si facerent, à iugo Chananæorum eos liberarem; sin autem, eos illo durius premi permitterem; sicque eos erudirem, doceremque mihi seruire, non idolis. Vnde Noster Hebr. nassion, mox cap. sequenti v. 1. vertit, vt erudiret in ipsi Israël: per Chananæos enim Iudæi experti sunt, quàm Deus flageller apostatas à Deo ad idola desciscientes, quamque liberet & tueatur, prosperetque eos, qui in sui cultu firmiter persistunt, aut ab idolorum cultu penitentes ad Deum redeunt.

Huic sensui aptè insilit Tropologia, quam affert S. Gregor. lib. 3. Dialog. c. 14. in fine. Dominus, inquit, Chananæos diutius reseruauit, vt in eis experiretur Israël: quia nonnumquam, vt dictum est, eis etiam quibus magna dona tribuit, parua quadam reprehensibilia re-Cornel. in Iudicum.

A linquit: vt semper habeant contra quod bellum gerant, & deuictis magnis hostibus mentem non erigant, quando eos adhuc aduersari etiam minimi fatigant. Fit itaque vt miro modo vna eademque mens & virtute polleat; & ex infirmitate lassescat, quatenus & ex parte constructa sit, & ex parte conspiciat esse destructam: vt per bonum quod querit & habere non valet, illud seruet humiliter quod habet. Hinc & S. Bernard. Iebusæus, inquit, velis nobis in terra tua habitas (scilicet concupiscentia in carne) subiugari potest, exterminari non potest.

Permisit ergo Deus Chananæos nonnullos, noluitque omnes à Iosue excindi à Chananæa variis de causis. Primò, vt ipsi Hebræorum apostasiam & idololatriam sua oppressione castigarent. Secundo, vt Deus experiretur an hac afflictione ad se redirent, imò eos redire quasi compelleret. Erant enim Chananæi quasi stimuli pungentes Hebræos, cogentisque ad Deum colendum, eiusque opem implorandam, vt hostium oppressionem ipsos liberaret. Tertio, quia non sufficiebant Hebræi ad omnem terram Chananæorum incolendam & excolendam. Chananæis ergo eius partem permisit, vt ipsi eam colerent, ne à lupis & feris illa occuparetur cuncta dāniò & noxa Hebræorum. Hanc rationem dat Deus Exodi 23. 29. Non eritiam, inquit, eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestia. Quartam causam dat cap. sequenti ver. 2. Vt postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praliandi, vt scilicet vitarent otium, quod ignauiæ omnique malitiæ est causa, vtque bellis affueſcerent, quæ crebra habituri erant cum vicinis gentibus, vt habuit C. Dauid.

Simili de causa olim cum ventilaretur Romæ in Senatu, an delenda esset Carthago iam quasi subacta, ac Cato suaderet, vrgeretque delendam, vt pote Romanis tam periculosa & infestam; Scipio Nafica suauis & persuasus non esse delendam ob belli & bellandi exercitium, vt scilicet Carthago esset cos iuuentutis Romanæ, qua Romani discerent bella gerere, militia affueſcerent, corda & corpora ad frigoris, æstus, famis, omnique incommodi tolerantiæ obdurarent, idque rectè & sapienter: nam deleta Carthagine virtus Romanorum otio, inertia & luxu elanguit & defluxit. Vnde Iuuenalis Satyra sexta causam cui prisca Romani fuerint casti, sobrii, vigiles, hæc dat:

Proximus vrbi Hamibal, & stans collina in rupe mariti. Nunc patimur longa pacis mala, senior armis Luxuria incubit, totumque vltisitur orbem.

Hinc & Spartani non permisissent suo regi delere urbem hostilem; dicentes: Noli abolere totam iuuentutis nostræ.

Hinc vicissim Lycurgus, teste Plutarch. in eius Vita, sanxit ne Lacedæmones cum illis hostibus diu sepeque bellarent; ne videlicet docerent eos arma tractare, itaque sua militari arte & industria tandem Lacedæmones superarent & subiugerent. Idem principium & militare & politicum habet & obseruat Turca. Quocirca Agesilao Sparta Regi assidue cum Thebanis bella gerenti, & in pugna quadam vulnerato falsè dixit Antalcidas: Pulchram à Thebanis mercedem reportas, quos inuitos & nescientes pugnare docuisti. nam nunquam bellicosiores fuere Thebani, quam dum à Spartanis siue Lacedæmoniis bello crebro fuere impetiti.

Chananæi aliqui reli. Cur? Causa 1.

2. 3. 4.



Tropologicam causam dat Abbas Daniel apud Cassian. collat. 4. c. 6. dicens: *Quam utique pugnam non imitans Deus quieti Israël, nec male eidem consulens, sed sciens esse vtilissimam, reseruat, ut dum gentium semper israhel impugnatione deprimeretur, nunquam se*

*sentiret auxilio Domini non egere, & ob id semper in eius meditatione & inuocatione persistens, nec inertia solueretur, nec bellandi usum & exercitia virtutis amitteret. Frequenter enim quos superare non potuerunt aduersa, securitas & prosperitas dececerunt.*

## CAPVT TERTIVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**H**ebraei ob coniugiam cum Chananais inita, indeq. secutum idolorum cultum, tyrannorum seruitute pressi, penitentes innocant Dominum, qui eos liberat primo à Chusan Rege Mesopotamia per Othonielem, qui proinde fuit primus eorum Iudex & Princeps. Secundo, vers. 12. ab Eglon Rege Moab per Aod, qui fuit secundus Iudex. Tertio, vers. 31. à Philisthinis per Samgar, qui fuit tertius Iudex.

1. **H**æ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israël, & omnes qui non nouerant bella Chananaeorum: 2. vt postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi: 3. quinque satrapas Philisthinorum, omnemque Chananaeum, & Sidonium, atque Hetæum, qui habitabat in monte Libano, de monte Baal Hermon vsque ad introitum Emath. 4. Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israël, vtrum audiret mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moyfi, an non. 5. Itaque filij Israël habitauerunt in medio Chananaei, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherезæi, & Heuæi, & Iebusæi: 6. & duxerunt vxores filias eorum, ipsique filias suas filiis eorum tradiderunt, & seruiuerunt diis eorum. 7. Peceruntque malum in conspectu Domini, & oblitii sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astaroth. 8. Iratusque contra Israël Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim Regis Mesopotamiae, seruiueruntque ei octo annis. 9. Et clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem: 10. fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israël. Egressusque est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chusan Rasathaim, regem Syriae, & oppressit eum. 11. Quiëuitque terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez. 12. Addiderunt autem filij Israël facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conspectu eius. 13. Et copulauit ei filios Ammon, & Amalec: abiitque & percussit Israël, atque possedit Urbem palmarum. 14. Seruiueruntque filij Israël Eglon regi Moab decem & octo annis: 15. & postea clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, filium Gera, filij Iemini, qui vtraque manu pro dextera utebatur. Miseruntque filij Israël per illum munera Eglon regi Moab. 16. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subter sagum in dextro femore. 17. Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. 18. Cumque obtulisset ei munera, profecutus est socios, qui cum eo venerant. 19. Et reuersus de Galgalis, vbi erant idola, dixit ad Regem: Verbum secretum habeo ad te, ô Rex. Et ille imperauit silentium: egressusque omnibus qui circa eum erant, 20. ingressus est Aod ad eum: sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus, dixitque: Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. 21. Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextero femore suo, infixitque eam in ventre eius. 22. tam validè, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguis adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita vt percussisset, reliquit in corpore: statimque per secreta naturæ alui stercora proruperunt. 23. Aod autem clausis diligentissimè ostiis cœnaculi, & obfirmatis serra, 24. per posticum egressus est. Seruique regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt: Forsitan purgat alium in æstiuo cubiculo. 25. Expectantesque diu donec erubescerent, & videntes quoddam nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes innenerunt dominum suum in terra iacentem mortuum. 26. Aod autem, dum illi turbarentur, effugit, & pertransiit locum idolorum, vnde reuersus fuerat. Venitque in Seirath: 27. & statim insonuit buccina in monte Ephraim: descenderuntque cum eo filij Israël, ipso in fronte gradiente. 28. Qui dixit ad eos:

eos:

eos: Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, & occupauerunt vada Iordanis quæ tranfinitunt in Moab: & non dimiserunt transire quemquam: 29. sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros. nullus eorum euadere potuit. 30. Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israël: & quieuit Terra octoginta annis. 31. Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israël.

VERS. 7.

**V**TERVDIRET.] Vt scilicet doceret eos tractare arma, modumque pugnandi cum hostibus, per assiduum eum Chananaeis bellandi exercitium. Rursus, vt doceret colere Deum, non idola; ob hæc enim traditi sunt Chananaeis, à quibus eos Deus liberauit. Hebr. est *נִסְיָו* *massio*, id est, vt *renarer*, de quo dixi cap. præcedenti v. 22. vbi noster vertit, vt *experiat*. Porro addit: *vt erudiret Israël, & omnes qui non nouerant bella Chananeorum*. Vbi *erudiret* est exegeticum, significans, id est, q. d. Voluit Deus per Chananaeos erudire Israël, hoc est omnes iuniores Israëlitas, qui non nouerant bella, quæ patres eorum Duce Iosue gesserant contra Chananaeos, itaque bellicosum erant inexperti: quare vt per experientiam discerent pugnare cum hostibus, idcirco Deus reliquit Chananaeos quasi antagonistas, cum quibus assidue bellarent. Vnde explicans subdit.

VERS. 2.

**V**T POSTEA DISCERENT FILII EORVM CERTARE CVM HOSTIBVS, ET HABERE CONSUEVDINEM PRÆLIANDI.] Iuxta sensum iam datum, qui clarus est & obuius, quem proinde tradunt Latini plerique, licet Rabbinii aliter explicent, q. d. Vt discerent iuniores Israëlita bellorum inexperti quid sit præliari cum Chananaeis; quàm scilicet noxia sint bella, vt potè per quæ suis opibus, libertate, & sæpè vita ab eis spoliabantur, ideoque cauerent peccata, ob quæ Deo hæc cum eis bella permittebat. Scilicet dulce bellum inexpertis, expertis autem amarum. Sic Adam, incedens pomum vetitum, per experientiam didicit bonum & malum, quàm scilicet bonum sit obedire Deo, & quàm malum non obedire, vt potè per quod mortem & tot ærumnas ipse cum omnibus posteris incurrit.

VERS. 3.

**Q**VINQVE SATRAPAS PHILISTHINORVM.] Id est, quinque Præfectos siue Principes Philisthinorum. Erant enim quinque vrbes eorum, scilicet Ascalon, Accaron, Azorus, Geth & Gaza, quæ cum suis vicis & pagis singulas constituebant satrapias siue Præfecturas, quibus totidem præerant Satrapæ siue præfecti. Repetè ex vers. 1. *erudiret* Chananaeum. Iosue plurimos Chananaeos deleuerat. Hæc ergo per Chananaeum accipit Phœnices: hi enim ex Chanaan oriundi sæpè etiam à profanis scriptoribus vocantur Chananaei, vt dixi in Iosue, & Prouerb. 31. 24. Vnde & mulier Chananaea, Matth. 15. 22. à Marco vocatur Syrophœnissa, quia oriunda ex Phœnicia, puta ex finibus Tyri & Sidonis: Phœnices enim nunquam ab Hebræis fuere subacti, multo minus exacti, etsi eorum regio comprehenderetur terminis terræ promissæ. Vnde explicans subdit: *Et Sidonium*. Sidon enim erat caput Phœnicie: hæc autem vrbs nomen accepit à Sidone filio Chanaan, Genes. 10. 15.

VERS. 7.

**S**ERVIENDES BAALIM ET ASTAROTH.] Ita legit Noster in Hebr. Alij cum Septuag. legunt *אֲשֵׁרִתָּא* *aseroth*, id est *Luci*. Luci erant syluæ diis dicatæ, in quibus erexerat aras ad iis sacrifican-

dum. Seruiebant ergo *Luci*, id est idolis quæ colebant in lucis. Est metonymia.

**T**RADIDIT (Hebr. *מִכַּרְתִּי* *imchorem*, id est vendidit eos. *Vendidit*, id est, tradidit, perinde ac si eos ipsis vendidisset. Est catachresis, significans plenam traditionem, talis enim est rei venditæ.) eos in MANYS CHVSAN RASATHAIM REGIS MESOPOTAMIAE, SERUIERUNTQUE EI OCTO ANNIS.] Hæc prima Hebræorum fuit seruitus, primaque idololatricæ eorum in Terra sancta castigatio, qua traditi sunt Regi Mesopotamiae. Ita dicitur regio, quæ in medio duorum *נַחַלְוַי*, id est fluminum, scilicet Tigris & Euphratis, sita est, iisque ambitur & circumdatur. Vnde Hebr. vocatur *אֲרָם נַחַרַיִם* *Aram naharaim*, id est Syria duorum fluminum, siue duobus fluminibus iam dictis intercepta; erat enim multiplex Syria.

Porro *Chusan Rasathaim* Hebr. idem est quod *Aethiops* (Chusim enim sunt Aethiopes, ita dicti à Chus filio Cham, Genes. 10.) *duarum impietatum*, ait Pagnin. qualis erat hic tyrannus, quia Hebræos tyrannide opprimebat, & quia eos ad suos deos colendos alliciebat.

Talis Tropol. est diabolus, ait Origen. cui Deus vexandos tradit homines, dum contra eum superbiant, vt eos humiliet, affligat & conterat, donec resipiscant, & sub Deo se humilient. Talis quoque est Turca, & quilibet hostis, ait Serarius. Dupliciter verò improbus est, qui nec Deum timet, nec homines veretur; qui & in animam & in corpus suum peccat; qui iuxta superbus est & libidinofus, qui susque deque fert mortales & veniales culpas. Duplici nos malo afficit, qui animum religione, corpus libertate solitissime commodis spoliatur: qui spiritalia & temporalia eripit, qui à timore Dei nos abducit, & vitis nos seruire facit, qui & in presentis sæculi ærumnas, & in æterna futuri sæculi supplicia nos conicit.

Audi Anastasium Nicænum post quæst. 92. p. 268. *Quomodo, ait, ciuitates nutriunt lictores, vt homicidas & sepulchrorum effossos, & qui alia huiusmodi scelera admittunt, per eos puniant, non laudantes quidem, sed valde etiam odio habentes eorum instituta, ferentes tamen propter usum eorum ministrerij: ita etiam mundi administrator concedit vt sint tyranni tanquam quidam lictores, vt per eos poenas sumat de impijs & sceleratis. Postea autem eos quoque exaltissimo tradit supplicio, quoniam non tanquam Deo ministrantes, sed sua improbitati seruientes, gratia illa & intoleranda fuerunt. Sic Israël, cum peccasset, Assyriorum tradidit crudelitati; postquam autem isti ne agnouerunt quidem fructum supplicij, vel potius scopum & institutum, tunc eorum quoque fracta potentia coegit eos seruire alijs, vt docent etiam Propheta. A quibus Plato, vt arbitror, suffragatus occasionem, dicit eos qui sunt incurabiles castigare ad aliorum vtilitatem.*

ET CLAMAUERUNT AD DOMINVM. QUI SVS CI-

TAVIT EIS SALVATOREM, ET LIBERAVIT EOS. OTHONIEL VIDELICET.] Aduertendum, ait S. August. quæst. 18. *Saluatorè etiam dici hominem, per quem*

Deus saluos faciat. Simile est 4. Reg. 13. 5. Dedit, ait, Dominus saluatorem Israel. Et 2. Esdræ 9. 27. Sic Plato lib. 5. de Republ. Principes vocari vult Reipubl. Saluatores.

Fuerunt ergo Iudices Israelis saluatores, ideoque figuræ & typi Iesu Christi Saluatoris mundi. Vnde S. Hieron. ad Paulinũ epist. 103. In Iudicum libro, ait, quot principes populi, tot figuræ sunt. Iudices saluarunt populum in corpore, Iesus sanat fideles in anima; Iudices profligarunt tyrannos, Iesus demones mundum opprimentes. Quocirca nomen Iesus formidabile est demonibus, adeo vt eo auditio diffugiãt. Audi S. Chry. 8. Homil. 8. in Epist. ad Rom. Sum nobis incantationes spirituales, ipsum nomen Domini Iesu Christi: tum ipsius crucis potentia. Huiusmodi incantatio non solum draconem de speluncis abigit, atque ita in igne conicit, sed & vulneribus quoque medetur. Hoc tamen & demonibus terribile est. & perturbationibus & agritudinibus salutare. Hoc igitur ornemur ipsi: hoc tanquam muros muniamus. Et Origen. lib. 1. contra Celsum, Tan- ta, ait, vis nomini Iesu inest contra demones, vt non nunquam à nobis nominatum sit efficax. Quod docens Iesus dicebat: Multi, mihi dicent in die illa, In nomine tuo demonia eiecimus. Et Theodor. in Epist. ad Philemonem, Sufficit, ait, nobis nominis mentio ad efficiendum vt reueretur vel maxime aduersarius, &c. Mirum, sed multis comprobatur exemplis, quod Thyræus noster ait in libro de Dæmoniacis cap. 42. num. 22. Sagis, inquit, & iis qui se diabolo deuouerunt mandari & seruo precipi scimus, vt si quando nocturnos conuentus habent, profus à nomine Iesu abstineant, quantum Iesum abiuauerint. Scimus subitò & diabolum & presentem turbam disparuisse, si quando collegarum alicui etiam præter intentionem nomen Iesu excidisset, &c.

Tropol. Saluatores Iesum Saluatorem imitantes sunt ij, qui animas in viam salutis dirigere satagunt. Audi Rupertum: Si ergo illos dixit Saluatores, nempe Scripturâ, per quos Deus temporaliter liberauit Israel, quanto magis rectè illi dicuntur saluatores, quorum labor Saluatori nostro Deo ad nostram eternam salutem cooperatus est, &c.

Idcirco S. Ignatius fundator Societatis nostræ noluit nos vocari Ignatianos, sed Societatis Iesv, vt hoc nomine nos extimularet ad strenuè procurandam animarum salutem. Valentinianus Imper. teste Vopisco, laudauit Probum (qui & postea Imperator exiit) quod esset vir sui nominis, scilicet bonus & probus. Simus & nos viri nominis nostri, vt quasi socij Iesu saluare omnes contendamus. Militi adolescentulo, qui Alexander vocabatur, dicebat magnus Alexander in Tyri expugnatione: Annosè d commilito, fac facinus nomine quod geris dignum, &c. Iuc spectat quod de Diadumeno puero narratur, cum & imperio & Antonini nomine donaretur: Ego, inquit, elaborabo ne desim nomini Antoninorum. Scio enim me Pij, me Marci, me Veri suscepisse nomen, quibus satisfacere perdifficile est.

Præclare S. Ang. tract. 5. in Epist. I. S. Ioannis: Quomodo, inquit, te gloriaris esse Christianum? Nomen habes, & facta non habes. Si autem nomen secutum fuerit opus, dicat te quisque paganum, tu factis te ostende Christianum: nam si factis non ostendis te Christianum, quid prodest nomen, vbi res non inuenitur?

Denique audi S. Hieron. in Abdiam sub finem: Ipsa, inquit, Petra Petro donauit vt Petra sit. Pastor quoque bonus Apollolis pastorem largitus est nomina, & quodcumq; dicitur de eo, seruis tribuit vt dicantur. Sic ipse Saluator Apostolos suos mundi esse voluit saluatores.

FRATREM CALEB.] Vide dicta Iosue 15. 17. Porro Philo Biblicus asserit Iosue moriẽti in principatu successisse Cenez, eumque præfuisse Israeli 57. annis; & multa miraque eius gesta dictaque enarrat. Post Cenez verò præfuisse Israeli Zebul per 25. annos, post hunc Debboram & Barac. Verum hæc repugnant S. Script. quæ post Iosue primũ Iudicem assignat Othoniel, secundum Aod, tertium Samgar, quartum Barac. Quare Philo iste nõ Bibli- cus est, sed errorum & nugarum Bibulus.

FRUITORE IN EO SPIRITVS DOMINI, ET IN- DICAVIT (id est vindicauit & ad oppressionem Chusan Rafathaim liberauit) ISRAEL. Spiritus Domini, id est fortitudo, prudentia, & maxime impetus ad bellandum, ardorq; & zelus ad vindicandum suos populares in libertatem, à Deo Othonieli aspiratus & inspiratus. Omnis enim virtus & qualitas, siue naturalis siue supernaturalis, omniq; gratia, tam gratum faciens quam gratis data, vt est fortitudo bellica, in Script. vocatur spiritus, vt rectè aduertit Abul. Sic peritia fabricandi tabernaculum à Deo indita Beseleli, vocatur spiritus, Exodi 31. 3. Vide ibi dicta. Vnde sequitur: Et indicauit Israel, tum moribus & legibus bellicis Israelitas instruendos, tum potius sumendo de hostibus Mesopotamis vindictam, eoque supprimendo. Simili phrasi dicitur spiritus Domini induisse Gedeonem, id est eum incitasse & direxisse ad bellum Madianiticum. Sic sæpe dicitur spiritus irruisse in Samson cap. 14. 6. & seq. quotiescumque eum impulit ad heroica fortitudinis opera generosè aggrediendũ. Sic spiritus Domini dicitur insuissse in Saul, eum eum incitauit ad liberandum Hebræos à tyrannide Naas Regis Ammon, 1. Reg. 11. 6.

QUI VITQVE TERRA QUADRAGINTA AN- NIS, ET MORTVVS EST OTHONIEL.] Quadraginta annis, id est vsque ad annum quadragesimum, quo officio Iudæis perfunctus & defunctus est Othoniel, primus Israelis post Iosue Princeps. Hebræi enim sæpe numeros cardinales pro ordinalibus sumunt, vt ostendi Canone 1. & 2. ac Exodi 12. 40. Adde, terram Israel quiescisse (id est cessasse à præliis, vt explicatur Iosue 14. 15.) per 40. annos, quia videlicet sub Othoniele pauca fuerunt bella: nam initio Hebræi à Chusan fuere suppressi, deinde post victoriam de eo ab Othoniele habitã ita erecti & eleuati, vt hostes eorũ omnino quiescerent, nec eos inuadere auderent. Ita Ribera lib. 1. de Templo c. 1.

Porro Othonielis 40. in imperio annos ita probabiliter coniectando distribuit noster Saliarius, vt primis 17. eius annis, quibus adhuc post Iosue vixere seniores, Israel Deo vero seruiert, inde deslexerit ad colendum Baalim & Astaroth per annos circiter quinque: quocirca traditus Regi Mesopotamie ei seruiert per annos octo, scilicet ad annum trigessimũ Othonielis, qui vltimis decem vitæ suæ annis eum debellauit, pacemq; & quietem Israeli reddidit. Vnde appositè Othoniel Hebr. significat tempus Dei, vel tempus meum Deus, ait Pagnin. fuitque typus Christi Saluatoris, ait Rupert. qui tẽpore à Deo præfixo in mundum per incarnationem descendit, vt eum à Chusan, id est Ethiope, puta diabolo oppressum liberaret & redimeret.

QUI CONFORTAVIT ADVERSYM EOS EGLON REGEM MOAB.] Dices: Ergone Deus excitauit Eglon ad bellum iniustum contra Hebræos, vt tyrannicè eos opprimeret, ac consequenter ad peccatum & tyrannidem? Resp. Deus dicitur excitasse Eglon,

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 14.

DEUM CONFORTAVIT TYRANNOS.

- 1.
2.
3.
4.

VERS. 13.

VERS. 14.

ANNI SERUITUTIS INTRA ANNOS IUDICII.

Eglon, Nabuchodonosor, Cyrum, Alexandrum, A &c. ad bellandum contra Iudæos, aliasque gentes, quia ipsorum scelera per illos castigare destinabat. Fecit autem id ipsum primò, augendo Eglon, Cyro, &c. vires & animos, consiliũ & dexteritatem prælandi, item socios federatos, arma, milites, quibus confortari inuasert Iudæos vel alias gentes. Secundò, ex aduerso infirmando vires, milites, arma Hebræorum, eisque animũ eripiendo, ac terrorem & pauorem immittendo. Ita S. August. de gratia & lib. arbitr. c. 20. idque probat ex illo Iosue cap. 7. 12. Non poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet. Tertio, immittendo Eglon Regi cogitationem quòd terra Israel fertilis foret & diues, æquè ac inermis & à Deo deserta, Deumque velle gratia eorum scelera punire. Quarto, omnia belli impedimenta submouendo, dandoque ei prosperos præhorum successus & victorias, quibus omnibus bene vel malè vti poterat Eglon. Sunt enim hæc bona adiaphora siue indifferentia, quibus quis bene vel malè vti potest pro suo arbitrio: præuidebat tamen Deus Eglon Regem ex mala sua voluntate, & imperij ambitu dominandique cupidine iis malè vsurum, bellumque imperandi libidine Hebræis iniuste illaturum & persecuturum, quod ipse permittens decreuit, vt per eum Hebræos peccantes castigaret. Vide dicta Exodi cap. 7. v. 3. & c. 11. 2.

Vterius non poterat Deus directè Eglon Regem incitare ad bellum Hebræis inferendum, nisi iustam belli causam haberet Rex, quæ nulla hic liquet, vel nisi ipse Regi suam indicaret voluntatem, scilicet velle se punire scelera Hebræorum, ac ad hoc Rege vti quasi ad ministrum & castigatorem, quod Nabuchodonosori Deum indicasse opinatur Abul. ex illo Isaie 5. 26. Eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: cui Dei voluntati & instinctui si Eglon se conformasset, vtique bellum iustum auctoritate diuina contra Hebræos gessisset; fuisset enim quasi licitor, carnifex, & executor vindictæ & iustæ sententiæ à Deo contra Hebræos lata. Verum quia Tyrannorum animi magis ad opes, gloriam, dominatum, quam ad Dei voluntatem attendunt, hinc bella eorum plerumque sunt iniusta; nec Deus eis suam voluntatem reuelat, vt eis tribuat potestatem fideles inuadendi, sed eorum superbia & tyrannide vsitur, permittendo illam ad fideliũ castigationem.

ET CONFVLAVIT (scilicet Deus vindex, vt patet ex Hebr. & Septuag.) EI FILIOS AMMON.]

POSSEDIIT VRBEM PALMARVM.] Puta Iericho: hæc enim erat fertilissima & opulentissima, eratque iuxta Iordanem, vt ex Moab, sita trans Iordanem, facilis in Iericho esset transitus; vtque occupato Iordane separaret tres tribus trans Iordanem sitas à ceteris nouem cis Iordanem sitis, ne sibi mutuo opem ferre possent.

SERUIERUNTQUE FILII ISRAEL EGLON REGI MOAB DECEM ET OCTO ANNIS.] Nota: In hoc libro sæpius recensentur plures oppressionis & seruitutis Hebræorum anni, sed hi omnes intra præcedentium vel sequentium Iudicum annos includuntur. Negat id Melchior Canus lib. 1. de locis ad 12. argum. sed constanter vno ore affirmant Hebræi, Græci, Latini, ac nominatim Eusebius, S. August. Orosius, Isidor. Beda in Chron. Lyrans. Abulens. Dionys. Adrichom. Genebrard. Saliarius, Tornicellus, Ribera lib. 1. de Templo cap. 1. & alij

passim; idque satis colligitur ex cap. 15. vers. vlt. vbi Prob. 7. Samson dicitur iudicasse Israel viginti annis in diebus Philisthæi, quibus scilicet Philisthæi oppresserunt Hebræos per 40. annos, vt dictum est cap. 13. 1. Ergo eodem tempore quo Hebræi à Deo traditi sunt Philisthinis, saltem posterioribus annis Samson fuit excitatus à Deo, vt eos ab illis liberaret, vt cap. 13. vers. 2. & seq. narratur. Quare ex 40. illis annis viginti posteriores continentur intra viginti annos Samsonis, viginti autem priores inter annos Iudicum, qui Samsonem præcesserunt.

Secundò, id ipsum liquet ex 3. Reg. 6. v. 1. vbi ab ingressu Hebræorum ex Aegypto vsque ad annum quartum Salomonis, quo ipse cepit fabricare templum, numerantur præcisè anni 480. ergo seruitutis anni non sunt computandi. Si enim illos computes, inuenies centum & yndecim plures, puta 591. non 480. & licet id concedat Melchior Canus, ac noster Serarius eodem inclinet, quasi 480. illi anni tantum sint anni quibus præfuerunt Iudices, non quibus oppressi à tyrannis Hebræi eis seruiert; hos enim fuisse 591. tamen hoc directè aduertatur Script. quæ totum tempus ab exitu ex Aegypto vsque ad annum quartum Salomonis numerans, præcisè consignat annos 480. Audi eius verba: Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in anno quarto, mense Zib (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, edificari cepit domus Domino. Sic enim vniformiter habent Hebr. Chald. Græca & Latina. Quare errat Iosephus, vel certè mendum est in Iosepho, dum ipse numerat annos 592.

Porro hos 480. annos licet variè numerent, verisimilimus tamen est computus Aria Montani in Daniele, quem ferè sequuntur Adrichom. Saliarius, Tornicellus & alij: nimirum Hebræi ab egressu ex Aegypto tendentes in Chanaan, peregrinati sunt in deserto annis 40.

Inde à Iosue vsque ad Othonielem primum Iudicem fluxere anni 17.

Othonieli Script. hic assignat annos 40. Aod qui successit Othonieli hæc v. 30. attribuit annos 80.

Samgar qui Aod securus est omnes dant pauculos menses, idque vers. 31. sit indicatur.

Barac & Debboræ cap. 5. vlt. memorantur anni 40.

Gedeonis pariter cap. 8. vers. 28. recensentur anni 40.

Abimelech Gedeonis filio cap. 9. 22. dantur anni 3.

Thola cap. 10. vers. 2. dantur anni 23.

Iair cap. 10. vers. 3. anni 22.

Iephthe cap. 12. vers. 7. anni 6.

Abesan cap. 12. vers. 9. anni 7.

Alialon cap. 12. vers. 11. anni 10.

Abdon cap. 12. vers. 14. anni 8.

Samson cap. 15. vlt. anni 20.

Heli 1. Reg. 4. 18. anni 40.

Samuëli & Saüli Actor. 13. vers. 21. tribuuntur anni 40.

Dauidi 3. Reg. 2. 11. anni 40.

Salomoni 4.

Adde omnes hos annos, & inuenies præcisè numerum prædictum 480. annorum.

Porro de omnibus his res certa est, excepto Iosue, cui nonnulli dant annos non 17. sed 27. & Samsonem,

forte, cuius annos viginti aliqui includunt in 40. annis Heli, sed perperam: constat enim Samsonem fuisse Iudicem (dicitur enim cap. 15. 20. iudicasse Israel) distinctum ab Heli qui ei successit. quare cum Script. Samsoni assignat annos 20. cap. 15. vlt. & cap. 16. vlt. hi vtrique ei seorsum ab Heli dandi sunt. Ex hoc computu collige, Iosue dandos esse annos 17. non 27.

Quares, Quotnam sunt seruitutis Hebræorum anni hoc libro recensiti, siue quoties, quando, & quamdiu Hebræi seruiuerunt aliis gentibus: Resp. seruiuisse annis centum & vndecim, vt patet ex enumeratione quam subiungo. Hebræi seruiuerunt Chufan Regi Mesopotamiæ, vt patet c. 3. 8. annis 8. Eglon Regi Moab, vt patet cap. 3. 14. annis 18. Iabin Regi Chanaan, vt patet c. 4. 3. annis 20. Madiantitis, vt patet cap. 6. 1. annis 7. Philisthæis & Ammonitis, vt patet cap. 10. 18. annis 18.

Rursum Philisthæis, vt patet cap. 13. 1. annis 40. Adde hos omnes annos, iuuenies annos seruitutis centum & vndecim; qui in Chronologia non sunt computandi, quia in annis Iudicum includuntur, vt dixi.

VERS. 15. ET POSTEA CLAMAVERUNT AD DOMINUM.] Vide hinc quam afflictio sit vtilis: docet enim, imò cogit Deum pro ope inuocare, ideoque Deus illam immittit, vt compellat nosper creaturas vagantes ad se redire. Rursum tribulationes & flagella, sicut bonis & rectis corde sunt consolationes & materia celestium præmiorum, sic malis sunt primitiæ gehennalium tormentorum, ait B. Petrus Damiani lib. 8. epist. 6. qui proinde addit: Dum ergo verberibus cingaris, dum castigaris, non mentem desperatio deprimat, non querela murmurationis erumpat, non tristitia moror absorbeat, non impatientem pusillanimitas reddat, sed semper serenitas in vultu, hilaritas in mente, gratiarum actio resulet in ore. Quia sicut signum est amoris & prædestinationis diuinæ si peccatorem castiget, quòd scilicet velit eum saluare, sic vice versa signum iræ & reprobationis diuinæ est, quòd eum impune agere sinat; quia scilicet vult eum perdere & cruciare in gehëna, vt ostendi Proverb. 3. vers. 11. & seq.

QUI SVSCITAVIT EIS SALVATOREM YCABVLO AOD.] Fuit hic secundus Israëlis Iudex; primus enim fuit Othoniel. Aod Hebr. idem est quod gloriator vel gloriosus: וְיָמֵי הוֹדִי הוֹדִי הוֹדִי talis fuit Aod, quia Eglon, id est de vitulante & petulante Rege, magna cum gloria triumphavit.

FILII IEMINI.] Hugo Victor, per Iemini accipit Benjamin. Melius alij accipiunt virum illustrem oriundum ex Benjamin; nam & Semei, qui male dixit Davidi, fuit filius Iemini de tribu Benjamin eque ac Saul, vt patet 1. Regum 16. 5. & cap. 19. 18. & lib. 3. Regum 3. 8.

QUI VTRAQUE MANU PRO DEXTERA VTEBATVR.] Quem proinde Septuag. tam hinc quam cap. 20. 16. vocant ἀμφοτεροδέξιον, id est ambidextrum. Hebr. enim est יְמִינִי וְיָמִינִי inter iad iemino, quod Vatabl. Arias, Pagnin, Caiet. & alij Hebraizantes vertunt, clausum siue captum manu dextra, qui scilicet mantum dexteram habebat mancam, vel contractam & impotentem, ideoque sinistra pro dextra utebatur, qualem Latini vocant scætiã, id est sinistram (scætiã enim est sinistra.) Vnde Mutius il-

le Romanus, qui dexteram coram Porfena rege Hetrurizæ animosè exussit, ideoque deinceps sinistra vsus est pro dextera; cognominatus est Scætuola, id est sinister, quem Itali appellant mancino. Franci gauchiers Flandri sincky.

Verùm S. Hieron. & Septuag. tam hinc quam cap. 20. 16. constanter vertunt ambidextrum, quibus vtrique magis credendum est. Ambidexter ergo dicitur clausus, id est septus, conclusus, & cinctus manu dextera, quia vtraque manu vrens pro dextera, vndique ab vtroque latere, dextra quali propugnatrice cingitur & protegitur. Vnde S. Hieronym. illud 1. Psalm. 68. 16. Neque viget suer me puteus os suum, vertit, Non cororet super me puteus os suum; os enim putei rotundi dum operculo circulari tegitur, eo quasi coronatur, vt Hebr. וְאֵת אָתָר, per aleph asine sit & cognatum cum וְאֵת אָתָר per am, id est coronauit, Chald. verò, & ex eo Marinus contrariè vertunt: Non aperiat super me puteus os suum, vt scilicet me absorbeat. Sic hoc loco iuxta illos apertus dextera dicitur, qui dexteram ex vtroque latere habet apertam & expeditam ad pugnam, siue quia tam sinistra quam dextera operatur & præliatur. Vnde Syrus vertit, vteri iemino, id est, qui duas habet dexterar, Iosephus verò, manu sinistra melior, & ab ea omnem virtutem habens. sæpe enim ambidextri, qui sinistra pollent, minus pollent dextera. Porro magna commoditas æquè ac laus, præsertim militi, est, esse ambidextrum; vtraque enim manu pugnat in hostem, qui vna dumtaxat præliatur. Vnde ab Homero Iliade 2. laudatur Asteropæus, quòd esset ambidexter; signum enim est magnæ virilitatis & fortitudinis. Nam vt ait Galenus in Aphorif. 7. Hippocratis, viri quidem ambabus manibus vt dextris vrentes sæpe vult sunt, femina verò hæcenus nulla.

Et Plinius lib. 7. ca. 7. Obseruatum est, inquit, vires dextra parte (ob calorem cordis & iccoris) maiores, quibusdam æquas vtraque, aliquibus leuia manu præcipuas, nec id vquam in feminis. Vnde documentum fuit Platonis, quod recitat Aristot. lib. 2. Politic. in fine, in Politica viros debere studere vt ambidextri euadant, quòd aptiores reddantur bello. Id fit assuetudine: si quis enim sinistram exerceat, aptabit eam quasi dexteram. Vidi Romæ Patrem Societatis nostræ, qui sinistra assuenerat scribere; idque tam commodè quam dextra. Hinc est illud Hipponactis apud Galenum: Ambidexter sum, nec aberro percutiens, sicut sæpè aberrant qui solâ dextrâ feriunt. Vnde optimi milites vtraque manu digladiantur, & in orbem præliantur.

Tropol. vir sanctus est ambidexter: nouit enim vti tam aduersis quam prosperis, tam desolatione quam consolatione, tam tentatione & humilitione, quam honore & exaltatione, ad suum commodum, vt fecit Iob, Davið, & Paulus dicens: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. 1. Corinth. 6. Vide Cassian. coll. 6. v. 10. vbi post multa hac de re dicta ita concludit: Erimus igitur ambidextri, quando nos quoque rerum præsentium copia vel inopia non mutarit, & nec illa nos ad voluptatis noxiæ remissionem impulerit, nec ista ad desperationem attraxerit & querelam, sed similiter Deo grates in vtroque referentes, parem fructum de secundis aduersisq; capiemus, qualem se ille verus ambidexter doctor gentium fuisse testatur, dicens: Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abundare: vbi que & in omnibus institutus sum, & saturari & esurire, & abundare & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat.

QUI

VERS. 16. QUI FECIT SIBI GLADIUM ANCIPITEM.] A Hebr. Habentem duo ora, id est duas acies; quem Septuag. vocant δις οὐρα, id est vtrimque acutum, vt vtrimque secare queat. Qualis hic fuerit, iam dicam.

HABENTEM IN MEDIO CAPVLVM.] Nil de hoc capulo habent Hebr. Chald. & Septuag. nec tamen id finxit aut temerè addidit S. Hieron. sed, vt aduertit Abulenf. soletter vidit hoc includi in ancipitem, siue duorum orum, hoc est acierum. Habuit enim hic gladius siue pugio duas acies siue mucrones, vt vtrimque Regem quomodocumque situm ferire posset; volebat enim eum ferire non apertè & cæsum, sed occultè & punctum, vt ictum declinare non posset. Quare necesse fuit vt gladius hic haberet capulum in medio, quo vtrimque; si opus esset, sua acie & mucrone Regem pungere & transigere valeret.

Alter Serarius: Fuit, ait, gladius iste latior, & in latitudinis huius medio fuit capulus, scilicet in longitudinis extremo, vt aliàs esse consuevit: sed si erat latior, ergo ad cædendum erat, hic autem fuit ad pungendum: erat ergo stricior, & acutus instar cuspidis & pugionis. Vnde noster verb. 21. vocat sicam, à qua dicti sicari. Fuit ergo hæc noua species & forma gladij, id est gladioli siue pugionis, ideoque fortè Aod ipse fuit faber, eumque sibi fabricauit. Sic Marius Romanus Dux fuit faber, vnde cum ex insidijs interimeretur, dixit interemptor: Hic est gladius quem ipse fecisti, vt narrat Trebellius Pollio libro de triginta tyrannis cap. 7.

LONGITVDINIS PALMÆ.] Refer hoc non ad capulum, sed ad gladium, vt patet ex Hebr. Chald. & Septuag. Per palmam accipit palmum siue spithamam, vt vertunt Septuag. alioqui palma propriè est mensura exigua quatuor digitorum transfuersum positorum, palmus verò siue spithama est spatium quòd distenta manu inter pollicem & vltimum digitorum interiacet, continetque duodecim digitos transfuersos. Hebr. est גוֹמֵד, quod passim Hebraizantes vertunt cubitum. Vnde gammadim, id est cubitales vocantur pygmæi, Ezech. 27. 11. Cubitus est scsquipes, continet vintiquatuor digitos, siue duas spithamas: quare hic cubitus minor debet intelligi, qui æquat spithamæ, continetque duodecim digitos. Ita Serarius. Sed sicut olim digiti erant maiores modernis, sic & spithamæ: nisi quis dicat, palmum hinc non simplicem, sed duplicem accipere, hinc enim æquatur cubito, & solent gladioli siue pugiones esse cubitales, alioqui cultri sunt potius quam gladij.

ET ACCINCTVS EST EO SVBTER SAGVM (nota est hæc militum vestis) SVB DEXTRO FEMORE.] tum vt gladium siue gladiolum & machinationem cordis occultaret: gladio enim solemus ad sinistram femur accingi, non ad dextram; tum vt eum facilius educeret manu sinistra, qua percussus erat Regem incautum.

VERS. 17. ERAT AVTEM EGLON CRASSVS NIMIS.] Instar vituli; Eglon enim Hebr. vitulum significat. Dicit hoc, vt eum ex multo adipè suo oppressum & suffocatum significet, vt explicat vers. 22. Septuag. vertunt ἀσπῆς, id est festiuus, quia pingues solent esse festiui, hilares & louales. Fortè pro ἀσπῆς, Septuag. verterunt ἀσπῆς, id est pinguis, obesus, vel ἀσπῆς, id est ponderosus, grauis. Vide hic vt gulosis obfit sua gula; gula enim occidit gulosum &

obesum Eglon. Obesus enim nec se ab ictu surripere, nec eum inhibere potest, ictusque suo adipè suffocatur: macilentus verò sua gracilitate & agilitate ictum declinare vel infringere potest, ac leuis facillè curatur. Porro, vt ait S. Hieron. epist. 2. ad Nepotian. Pulchre dicitur apud Græcos, & nescio an apud nos aquè resoner: Pinguis venter non gignit mentem tenuem. His ait Amos Propheta cap. 4. 1. Audite verbum hoc vacca pingues, quæ estis in monte Samaria, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quæ dicitis Dominis vestris, Asserte, & bibemus. De his Moyses Deuter. 32. v. 15. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo saluati suo.

VERS. 19. ET REVERSVS DE GALGALIS, VBI ERANT IDOLA.] Aod post oblata Eglon regi munera, vt facinus tegetet, ab eo & aula regia discessit cum sociis, eosque comitatus est vsque ad Galgala: inde solus reuersus est ad Regem; idque tum vt solus subiret discrimen vitæ, sociosque iustè eximeret; tum vt secretior esset cædes, & minus suspicioni obnoxia; quòd non fuisset, si statim oblati muneribus eam attentasset, ait Abulenf. Vnde legati Cæsaris & Regum ad Turcam, dum ei munera offerunt, à Bassis honoris specie ducuntur, itaque brachij cõstringuntur, vt gladium ferrumve stringere, Turcamque ferire nequeant: sic tyrannus est formidolosus, & omnia tuta timet.

DE GALGALIS VBI ERANT IDOLA.] Marcius, vt dixi in libro Iosue, opinatur alia hæc esse Galgala à Galgalis in quibus circumcisi sunt filij Israël, Iosue 5: eò quòd ibi non essent idola. Dicit tamen potest, illa à Moabitis ibi posita fuisse, tum vt Galgala & Circumcisionem Iudæorum profanarent, tum vt ipsi ibi deos suos inuocarent ad Terram promissam sibi subigendam: in eius enim ingressu erant Galgala: tum vt Iudæos initiari suis sacris idololatricis cogere ad loci, vbi olim patres eorum initiati fuerant sacris Iudaicis.

VERBUM SECRETVM HABEO AD TE O REX.] Fingit se habere oraculum à Deo siue diis acceptum in Galgala ad Regem perferendum, vel certè secretum aliquod in itinere à se cognitum; quòd Regi indicandum foret. Mentitur ergo; sed olim tali casu & necessitate mentiri licitum esse censebant non tantum plebei, sed & Philosophi ac Theologi, vt iam sæpè monui. S. August. tamen Aod excusat à mendacio, quòd per verbum intellexerit factum phrasi Hebrææ. q. d. Habeo quòd tibi dicam, hoc est faciam, scilicet vt te occidam, hoc enim mihi suggerit iubetque Deus. Ita loquitur, vt Rex ex Galgalis idolorum suorum sibi ab Aod oraculum afferri putet, itaque confingat, accedatque ad reuerentiam verbo Dei exhibendam, vt stans stantem & vicinum silentissimè transigat.

Hinc Anast. Nicænus quæst. 71. in S. Script. docet, licere subinde vti artificiosè simulatione, non tamen mendacio, atque id probat Sanctorum exemplis. Primum, inquit, exemplum sit Moyses: quoniam iussu Dei, apud Regem præ se tulit, quòd viam trium dierum abducitur esset populum ad Deum colendum, Exod. 3. 18. & Exod. 5. 3. quoniam eius esset propositum omnino Israeliticum populum liberare, & traducere ex Aegypto in Iudæam. Tale est & quòd fecit, qui ad vngendū Dauidem in Regem missus est à Deo præferre quòd esset sacrificaturus, ne Saul cognosceret, quòd Regem pro se constituit, & ne periculum



lum veniret Samuel. i. Regum 16.1. Et paulo post aliis exemplis commemoratis. Iam vero, inquit, ad sumendum iustam de inimicis ultionem sepe doli sunt probati; cuiusmodi fuit Aod, qui interfecit Eglon; & Iabel, qua occidit Sisaram; & Iudith, qua interemit Holofernem. Propter hos ergo doli non sunt sancti appellandi mendaces, sed sapientes quidem ad bonum, sinceri autem ad malum. Nec aliud vult S. Thom. 2.2. quaest. 40. art. 1. dicens omnem dissimulationem esse peccatum; quia loquitur de illa simulatione, qua ex intentione ipsius dissimulantis falsum significat, non autem de illa, qua ex acceptione audientium tantum ad falsum significandum detorquetur.

ET ILLE IMPERAVIT SILENTIUM.] Non famulis vel aulicis, sed ipsi Aod. Hebr. enim est, tace. q. d. tace secretum quod habes, ne illud aulici audiant, sed expecta donec omnes astantes emitam, itaque solus illud a te excipiam. Ita Interpretes. Abulensis tamen per silentium accipit secessum stipatorum.

VERS. 20. VERBUM DEI HABEO AD TE.] Quia scilicet iubet mihi Deus, ut te Israelis oppressorem occidam. Ita S. August. Dicit hoc ut rex a throno surgat, quasi reuerenter excepturus Dei oraculum & mandatum, itaque facilius & occultius eum lethaliter ferire & occidere possit, ut dixi. Itaque factus nam Eglon statim surrexit de throno, ut reuerentiam exhiberet Deo, eiusque legato Aod, sicut nos assurgimus Euangelio dum legitur. Sic Balaam ait Balac Regi: Sta Balac, & auscultas, Numer. 23. 22. Sic viator, ait Plinius lib. 18. c. 3. Cincinnato nudo & arantem dixit: Vela corpus, ut proferam Senatus populique Romani mandata. Porro Deus castigavit Valentinianum Imperatorem, quod Arrianæ uxoris improbitate ac suavis S. Martino non assurrexisset venienti. Regiam enim sellam operuit ignis, ipsiusque Regem ea parte corporis, qua sedebat, afflavit incendium. Ita, inquit Sulpitius Dialog. 2. cap. 6. folio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multumque complexus, quem spernere ante decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior facebatur.

VERS. 21. INFIXITQUE EAM IN VENTRE EIVS.] Punctum ergo eum ferit, non caesim, ut dixi. Fecit hoc Aod Dei instinctu, eoque hostem potius interemit, quam populi rectorem tyrannum, ait S. Thom. lib. 1. de regim. Principum, cap. 6.

Eusebius in Chron. tradit, tempore Aod Troem condidisse Troiam, regnasse Athenis Erichthonium, in Creta Minoem, in Lycia Rhadamanthum, apud Argos Pelopem, Thebis Cadmum, eiusque nepotem Bacchum in India. Quare tunc fuit Deorum ætas; tunc enim florere duodecim viri & femina illustres, ideoque inter Deos relatæ, quos Cicero Tuscul. 1. ex Ennio his versibus comprehendit:

Iuno, Vestæ, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Tunc quoque floruit Xamolxis Gothorum in Scythia Legislator & Deus: Elysa Sibylla Lybica, ex Ioue & Lamia Neptuni filia. Danaus quinquaginta suarum filiarum operâ totidem Ægypti fratris filios interfecit, solo Lynceo, qui post eum regnavit, euadente. Crassus Arginorum Rex, sub quo sacerdotio primum functus est Calpias Pyrantis primi filius. Apud eosdem Hypermetra, Danaï filia sacerdotio fungitur.

VERS. 22. STERCORA PRORPERVNT.] Naturale enim est, ut dum violenter mors inferitur, ex angore ani-

Trois condita sub Aod.

ma fugiente venter soluitur, & sterces per alium vel vesicam egerantur, ut patet in iis qui suspenduntur.

PER POSTICVM EGRESSVS EST.] Perperam Lyran. legit per porticum; Septuag. vertunt, ordinatos; S. August. quaest. 22. milites obseruantes, qui scilicet excubare solent ante Regis cubiculum. Chald. vertit exedram, quales esset solent in Anticamera Regum & Principum, quod conueniunt aulici ceteri Regem adituri, expectantes donec a Rege euentur. Verum sequentia planè indicant, Aod non per Anticameram, ibi enim ab omnibus visus, notatus & captus fuisset, sed per posticum latenter fuisse egressum.

OCVPAVERVNT YADA IORDANIS QVAE TRANSMITTVNT IN MOAB.] Ut scilicet præsidium Regis Moab, quod erat cis Iordanem in Iericho, trucidarent, ne per Iordanem in Moab ef-fugere possent.

ET QUIEVIT TERRA OCTOGINTA ANNIS.] Id est, usque ad octogimum annum a morte Othonielis, quo mortuus est Aod eius successor. Quare in his 80. annis includuntur 18. anni, quibus Hebræi subacti seruiuerunt Moabitibus. Quis enim credat Aod 80. annis præfuisse Israël, totidemque annis nullum in Israël fuisse bellum? Vide dicta vers. 11.

POST HVNC FVIT SAMGAR.] Hic ordine tertius fuit Iudex, sed modici temporis, & paucorum mensium. Hinc Samgar Hebr. idem est quod peregrinatus est, ait Origen. vel admiratio peregrinantis, ait Pagnin. Vnde in eo liquet, quod verum sit illud Eccl. 10. 11. Omnis potentatus vita brevis. Sic de Mario Imper. ait Trebellius: Vna die factus est Imperator, alia die visus est imperare, tertia die interemptus est: nimirum Rex hodie est, & cras morietur, ait Eccl. 12. Idem Marius Viconsul, sex pomeridianis horis consulatum suffectum tenuit. vnde à Cicero ne tali asperus est ioco: Consulem habuimus tam seuerum, tamque censorium, ut in eius magistratu nemo pranderit, nemo canauerit, nemo dormierit. Ita Trebellius lib. de 30. Tyrannis cap. 7.

QVI PERCVSSIT (per se solus, ait Abulens. non per socios, ut vult Lyran.) DE PHILISTHIM SEXCENTOS VIROS VOMERE.] Sic & Septuag. Origen. & S. August. vertunt vomere, Chald. verò, Pagnin. Vatabl. & Rabbinus vertunt stimulo bouum. Vomere est ferrum siue cuspis aratri, quo terra finditur & profcinditur, quodque liras facit, & vtrimque terram subruendo quasi vomit, indeque dicitur vomer vel vomis. Videtur ergo Samgar fuisse agricola, & irruentibus Philisthæis ab aratro arrepto vomere subito profliuisse ad pugnam, ut etiamnum faciunt Hungari irruentibus Turcis, & olim fecerunt Hispani irruentibus Mauris: in cuius rei signum etiamnum rustici Hispani, dum arant, gladiati incedunt, quasi parati ad resistendum hosti repente inuadenti. Sic Samson maxilla asini occidit mille Philisthæos cap. 15. v. 16. nimirum in re subitanea, obuia quæque arripiuntur, cum furor arma ministrat, iuxta illud Claudiani:

Pro reo geritur quicquid suggesterit ira. Simili modo ab aratro ad Dictaturam vocati fuerunt principes Romanorum Heroes, ut Camillus, Currius, Cincinnatus, Fabricius, &c. qui Romam à Gallis, Samnitibus, aliisque hostibus liberarunt. Fortissimi, ait Plinius lib. 18. cap. 5. viri & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimeque male cogitantes.

Agri-

Agri-

Agricola, inquit Maximus Tyrius orat. 24. continuo labore exercetur, sub dio degit, amicus solis, domesticus niuius, compactis membris discalceatus, manu promptus, per uigil. pedibus pernix, ad ferendum robustus: quem si pugnare oporteat, militem videas exercitatum in laboribus veris, quales expertus est Darius in Marathonis pugna.

Hinc vetus proverbium: Infige plagam ab aratro, siue impinge vomerem, dicitur solitum, cum quis iubet strenuè pugnare, licet sine arte. Cuius originem recenset Paulan. lib. Eliae 2. Glaucus, inquit, quidam Caristius, cum terram aratro profcindentem vomer forte fortuna excidisset ab aratro, sublatum aptauit manu vice mallei. Quod ubi conspexisset pater Demylus, iuuenem produxit in Olympia ad pugilum certamen. Verum ubi iam artis imperitus plagis afflictus penè deficeret, pater exclamauit: Impinge vomerem, admonens ut sic peteret hostem, sicut vomer solebat vulnerare terram. Hac voce rediit animus iuueni, vicitque. Idem postea bis vicit Pythia, octies Nemeia, item octies Isthmia: nimirum validi & duri sunt rusticorum ictus; olim enim non sclopetus, sed lacertis certabatur.

Tropolog. Glossa: Vomere, inquit, est Confessio, quia sicut vomere aperitur funditurque terra, ut semen recipiat & fructificet; sic confessione re-

scinditur terra cordis nostri, ut semen verbi & gratiæ Dei recipiat, per illudque fructus bonorum operum producat. Hac ergo percutiuntur Philisthæi, id est cadentes, id est peccata & vitia, quæ nos cadere faciunt in profundum inferni. Origen. per vomerem accipit simplicem monitionem, quæ etiam conuertit animas. Vomer quoque significat vim verbi Dei in anima, quo eradicantur spinæ vitiorum, & cordis duritia mollitur. Ita S. Hieron. in Isaiæ cap. 2. Vomer tertio designat linguam prædicantium, Isaiæ 2. 4. Vomeres ergo Dei sunt prædicatores virique zelosi, qui agrum Domini operibus charitatis verboque & exemplo scindunt & arant, quique, ut ait Tertull. mox citandus; sunt bonæ frugis operarij. Vomer denique significat affectum geminæ charitatis, vel sensum & animum probum. Ita Tertullian. lib. 4. contra Marc. cap. 1. Item studium pacis, modestiæ, concordiæ. Vomere enim terra aratur tempore pacis, non belli. Ita Tertull. lib. 3. contra Marc. c. 21.

Allegor. Samaritanus fuit typus Christi, qui vomere Euangelicæ prædicationis percussit Philisthæos, id est demones, idololatrias & impios, dum idololatriam & impietatem ex mentibus hominum sustulit.

Vomeris symbola.

CAPVT QVARTVM. SYNOPSIS CAPITIS.

Debbora & Sarac Sisaram Ducem Tabim Regis profugant in monte Thabor. Sisara fugit, ac dormiens clauo per tempora adacto à Iabel occiditur. Quartus ergo Israelis Iudex fuit Barac, cuius gesta hic recensentur.

1. Adideruntque filij Israël facere malum in conspectu Domini post mortem Aod, 2. & tradidit illos Dominus in manus Iabin Regis Chanaan, qui regnavit in Asor: habuitque ducem exercitus sui nomine Sisaram, ipse autem habitabat in Haroseth gentium. 3. Clamaueruntque filij Israël ad Dominum: nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppreserat eos. 4. Erat autem Debbora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore. 5. Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim: ascendebantque ad eam filij Israël in omne iudicium. 6. Quæ misit & vocauit Barac filium Abinoem de Cedès Nephthali: dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Israël, vade, & duc exercitum in montem Thabor, tollesque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthali, & de filiis Zabulon: 7. ego autem adducam ad te in loco torrentis Cifon Sisaram principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua. 8. Dixitque ad eam Barac: Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecum, non pergam. 9. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum; sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque Debbora, & perrexit cum Barac in Cedès. 10. Qui, accitis Zabulon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Debboram in comitatu suo. 11. Habebat autem Cinæus recesserat quondam à ceteris Cinæis fratribus suis filiis Hobac, cognati Moyfi: & tetenderat tabernacula usque ad vallem, quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedès. 12. Nuntiatumque est Sisaræ, quod ascendisset Barac filius Abinoem in montem Thabor: 13. & congregauit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth gentium ad torrentem Cifon. 14. Dixitque Debbora ad Barac: Surge, hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo: 15. Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem, in ore gladij, ad conspectum Barac: in tantum, ut Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret, 16. & Barac persequeretur fugientes currus, & exercitum, usque ad Haroseth gentium, & omnis hostium multitudo usque ad interuentionem caderet.

Cornel. in Iudicum.

K

17. Si-



17. Sifara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat enim pax inter Iabin Regem Azor, & domum Haber Cinæi. 18. Egressa igitur Iahel in occursum Sifaræ, dixit ad eum: Intra ad me domine mi: intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, 19. dixit ad eam: Da mihi, obsecro, paululum aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. 20. Dixitque Sifara ad eam: Sta ante ostium tabernaculi: & cum venerit aliquis interrogans te, & dicens: Numquid hic est aliquis? Respondebis: Nullus est. 21. Tulit itaque Iahel vxor Haber clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondite & cum silentio, posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti confocians defecit, & mortuus est. 22. Et ecce Barac sequens Sifaram veniebat: egressa que Iahel in occursum eius, dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cum intrasset ad eam, vidit Sifaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius. 23. Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin Regem Chanaan coram filiis Israël: 24. qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin Regem Chanaan, donec delerent eum.

VERS. 2.

**I**A BIN REGIS CHANAAN, QUI REGNAUIT IN ASOR. Iosephus c. 12. v. 11. & seq. cepit & succendit Asor, sed mox Chanaan eam restituerunt, adeoque in ea regnavit Iabin.

**H**ABVITQUE DVCEM EXERCITVS SVI NOMINE SISARAM. Iosephus lib. 5. Antiq. c. 6. eum vocat Sifares & Sifares. *Sifares* Hebr. idem est quod *equum videns*. *Sif* enim est *equus*, *Sifares* est *timeam videns*. Græcè enim *σιφης* est *tinea*. Alcinius lib. 6. cap. 15. asserit Sifaram fuisse gigantem, ac Regem, id est regulum siue principem.

Tropol. Origen. hom. 4. Sifara, inquit, interpretatur Visio equi; iste enim animalis, non spiritus, qui non videt nisi ea quæ animalis sunt: ipse est eius visio, ipse eius intuitus, donec animam Deum invocanti iusciteret Debbora, ut secundum prophetiam gratiam gubernaret, discatque sapere non ea quæ carnis, sed quæ spiritus sunt.

**I**PSE (Sifara potius quam Iabin) AVTEM HABITABAT IN HAROETH GENTIVM. Vbi scilicet erat concursus & confluentia gentium, tum illarum quæ à Iosepho sedibus suis pullant, ait Arias; tum aliarum quarumlibet, ait Serarius. *Haroseth*, Hebr. fabricam vel sylvam (vbi vertit Noster 1. Reg. 23. 15. & 2. Paral. 27. 4.) significat. Vnde Adrichom. eam censet à sylvam vicina ita dictam, eamque collocat ad Samochinitem lacum, qui valde syluosus & amœnus erat. Alij verisimilius ita dictam censent à fabricis & fabricatione (*חרת charos* enim fabricare significat) quod in ea fabricati fuerint nongenti currus falcati Sifaræ, illeque in ea suum habuerit armamentarium. vnde Chald. vertit, in munitione arcium gentium.

VERS. 3.

**N**ONGENTOS ENIM HABEBAT FALCATOS CVRRVS. J de quibus dixi Iosepho 17. 16.

VERS. 4.

**E**RAT AVTE DEBBORA PROPHETIS Vxor LAPIDOTH, QUÆ IUDICABAT POPVLVM IN ILLO TEMPORE. J Debbora Hebr. idem est quod *apis*, quia ipsa vt apis erat casta, industria, operosa, diuina. Sic de S. Cæcilia canit Ecclesia: *Cæcilia famula tua Domine tibi quasi apis argumentosa deseruit*. fudit enim mella piorum sermonum, quibus Valetianum sponsum, Tiburtium, Maximum, aliosque; 400. infideles ad Christum conuertit. Porro apis symbolū est sapientie, vt ostendit Proverbia. 24. v. 14. & seq. Audi S. Hieron. epist. 10. ad Furiam: *Nobis ad hoc nominabitur quod Prophetissa fuerit, & in ordine iudicum suppetetur. Et quia dicere poterat: Quam dulcia gutturi meo eloquia tua: super mel & fauam ori meo, apis nomen accepit, scripturam floribus pasta, Spiritus sancti odor*

*perfusa, & dulces ambrosia succos prophetali ore componens.* Porro Debbora fuit apis suis mellea, sed hostibus aculeata & fulminea, quia per Barac quasi fulmen in eos insiliens occidit. Sic S. Iacobus Episc. Nisibis, *Perfas Nisibin obdientes oratione sua, immisissis à Deo apibus, fugavit & perdidit, vt refert Theodor. in Philotheo: apes enim irritatæ in furorem aguntur, & instar fulminis in hostes inuolant; suis ergo bombis quasi tonant, alis verò & aculeis fulminant.* Ita hęc Debbora fulmineos belli ardores indidit Barac, quibus ipse fulminaret in Sifaram, nimirum, *accendit saculas amala solis apis.*

**P**ROPHETIS. J Præstat hoc, ait Origen. hom. 5. *consolationem mulierum fecit, vt non desperet prophetia gratia capaces se fieri posse, sed intelligant & credant, quod meretur hanc gratiam puritas mentis, non diuersitas sexus.* Sic prophetia spiritum habuit Holda vxor Sellum, 4. Reg. 22. 14. Maria soror Moysis, Exodi 15. Elizabeth vxor Zachariæ & mater S. Ioannis Baptista, Lucæ 1. Anna filia Phanuel, Lucæ 2. S. Brigida, S. Hildegardis, S. Machtildis, & plures alię. *Existimo, inquit quæst. 11. Theod. Debboram in contumeliam virorum prophetia donum adeptam esse. Nam cum ex viris nullus inueniretur dignus, qui spiritum sanctum promeretur, hæc donum sanctissimi spiritus est consecuta. In probis, inquit Cicero lib. 1. Offic. maxime in prompta est, si quid tale dici potest:*

*Vas etenim iuuenes animum geritis muliebrem, illa, virgo vini.*

**V**XOR LAPIDOTH. J Hoc erat nomen mariti Debboræ. Rabbini & Arias vertunt, *mulier Lychnaria*, quæ scilicet concinnabat elychnia tabernaculi. *Lapidoth* enim & *לפידות* lapidum, Hebr. significat lampades, faces, tædas: indeque deducta est Græca & Latina vox lampas, ait Arias, qui vertit, *mulier lampadarum, siue splendorum*, eod quod Debbora diuinis illuminaretur splendoribus & oraculis. Alij putant Lapidoth fuisse ipsum Barac Iudicem. Verius Serarius & alij censent, Lapidoth fuisse maritum Debboræ, eumque alium à Barac: si enim idem fuisset, hoc non tacuisset hic Script.

Porro S. Ambros. lib. de Viduis, censet Debboram fuisse viduam. *Vidua*, ait, *populus regis, vidua dicit exercitū, vidua ducis eligit, vidua bella ipsa disponit, mandata triumphos.* Negat hoc S. Hieron. Epist. 10. quia hęc vocatur vxor. Vtrumque conciliant Abul. Arias, & Serarius, dicendo, Debboram eo tempore quo gratiam prophetiæ accepit separasse se à thoro mariti, sicque fuisse vxorem quoad vinculum coniugij, viduam verò quoad continentiam & thori separationem.

QVÆ

**Q**UÆ IUDICABAT POPVLVM. J Ius dicebat populo. Quæres, An ergo Debbora fuerit iudex, & princeps populi. Assumant S. Ambros. & S. Hieron. locis iam citatis. Melius Abulens. Arias, Genebrard. Caier. Serarius & Rabbini. censent eam abusu vocari iudicem, proprie tamen non fuisse, nec enim id permisisset Iabin & Sifara dominantes Hebræis. Iudicauit ergo, id est ius dixit Debbora, ait Serarius, licetque nonnullas composuit absque iurisdictione vlla, sed ex prophetia tantum, & auctoritate quam hæc illi partebat, licet Deiocles initio, antequam Rex fieret, ex sola sapientia, & auctoritate hinc subsecuta, Iudicem apud Medos egit, vt narrat libro primo Herodotus: & sicuti de occultis dubiisque rebus iis qui eum consulere respõdebat Samuel 1. Regum 9. Et sic quod Scriptura, quod Patres dicunt eam iudicasse, texisse, populumque gubernasse, intelligendum. *Iudicabat*, inquit S. August. lib. 18. Ciuitatis cap. 15. *apud Hebræos femina Debbora, sed per illum Dei spiritum id agebat. nam & Prophetissa erat.* Iudex ergo tunc iussu Dei per Debboram factus est Barac, non verò ipsa Debbora.

VERS. 5.

**E**T SEDEBAT (habitabat) SVB PALMA, QUÆ NOMINE ILLIVS VOCABATVR J Palma Debboræ. Apposita, quia ipsa palmam victoriæ de Sifara suis oraculis plectebat Barac & Hebræis: & quia *instus vt palma florebit*, ait Origenes.

**I**NTER RAMA ET BETHEL. J Rama, ait Origen. homil. 5. *interpretatur excelsum, Bethel, domus Dei. Videte in quibus locis residere dicitur propheta, inter excelsa & domum Dei. Nihil enim humile, nihil delectum, nihil vile erga prophetia sedem reperiri potest. Prophetia que nunc in Debbora describitur, inter excelsa & domum Dei dicitur habitare: non enim nos docet que super terram sunt querere, sed que in celis sunt & in excelsis, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Illic nos prophetia hortatur ascendere, illic discipulos molitur traducere.*

**I**N OMNE IUDICIVM. J Ad omnes lites Debboræ sententiâ & iudicio decidendas & terminandas.

VERS. 6.

**Q**UÆ MISIT ET VOCAVIT BARAC FILIVM ABINOEM. J S. Ambros. lib. de Viduis opinatur, Barac fuisse filium Debboræ. *Bar* enim filium significat, quia Debbora cap. 5. vers. 7. vocatur mater in Israël. Genebr. censet Barac fuisse patrem, Rabbini nonnulli fuisse maritum Debboræ. Sed planè hęc inuict Script. eum fuisse exterum, non consanguineum Debboræ. Nam Debbora fuit ex tribu Ephraim, Barac verò ex tribu Nephthali, vt patet vers. 5. & 6. Barac Hebr. significat fulmen, quia ipse instar fulminis insiliens, cælesti vi prostravit Sifaram eiusque castra validissima, vt patebit vers. 15. iuxta illud de vtroque Scipione Asiatico & Africano dictum: *Duo fulmina belli Scipiada.*

Pater Barac fuit *Abinoem*, qui Hebr. idem est quod *pater pulchritudinis*, aut *pater pulcher*, amœnus, gloriosus. Audi Rupertum cap. 4. *Barac idem qui & Lapidoth* (quod iam refutauimus) *vir Debbora prophetes fuisse traditur. Interpretatur autem Lapidoth fulgur. Barac quoque fulmen. Fulgur idcirco, quia antequam vicisceretur Israël de Chanaanais, quasi fulgur splendebat in populo, meritis scilicet & prerogatiuis operum. Postquam vero vitus est Israël de Chanaanais, fulmens, id est percussus vocatus est.*

**D**VC EXERCITVM IN MONTE THABOR. J Thabor mons est altissimus & amœnissimus, in quo transfiguratus est Christus, cuius Barac, id est fulgur fuit, typus: Vifa enim est tunc Christi facies *Cornel. in Iudicum.*

fulgurea, & vestis eius fulgens. Græcè *εξασπασθων*, id est effulgurans, ait Lucas cap. 9. 29. Hinc *Thabor* Hebr. idem est quod *puritas*, vel *electio*, vel *lumen veniens*, siue *aduentus luminis*.

**D**IXIT QUÆ AD EAM BARAC: SI VENIS MECVM, VADAM: SI NOLVERIS VENIRE MECVM, NON PERGAM. J Causam addunt Septuag. qui ex se addunt, vt legitur apud S. August. quest. 26. *Nescio diem in qua prosperat Dominus Angelum mecum.* Apud S. Ambros. lib. de Viduis: *Non noui diem, in qua dirigit Dominus, Angelum suum mecum.* Quod explicat S. August. q. d. *Nescio an Dominus faciet mecum prospera per Angelum.* Nescio an Dominus Angelorum mecum die tali fortunet, seu, an per eum mihi affuturus est primumque fortunaturus sit.

Fuit Barac initio, audiens sibi à Deo tantum tæque arduum munus debellandi Sifaram imponi, tardus in credendo & obediendo; vnde Debboram comitem poposcit: mox tamen resumens animos, & à Debbora confortatus, magna fide & spe rem aggressus est, & feliciter confecit. vnde eius fidem celebrat Apost. Hebr. 11. 32.

VERS. 8.

**Q**UÆ DIXIT AD EVM: IBO QVIDEM TECVM, SED IN HAC VICE VICTORIA NON REPVBITVR TIBI, QVIA IPSA MANV MULIERIS (Debbora, vel potius Iahel, vt patet v. 21.) TRADITVR SISARA. J Hebr. *Eundo ibo tecum: verum amon non erit gloria tua in via*, seu ob viam quæ graderis. *In manu enim femina vendet Dominus Sifaram.* pro victoria enim Hebr. est *נפרתו* *iphârtecha*, id est decus, laus, gloria tua, Septuag. vertunt *ἡνὲν ἡμῶν*, id est *prestantiam siue primas*. q. d. quia non statim crediti, nec obedisti Deo, sed instar femine trepidasti, hinc gloriam victoriæ futuræ transferet à te Deus, facietque vt non tu, sed Iahel femina occidat Sifaram. Vide quam citò & fortiter sibi obediri velit Deus, in rebus etiam arduis & naturam superantibus. Audi S. Ambros. lib. de Viduis: *Debbora ducem Barac quasi mater erudit, quasi Iudex præposuit, quasi fortis insituit, quasi Prophetes victoriæ serua transmisit. Denique in mulieris manu summam fuisse victoriæ docet Barac filius, dicens: Nisi tu veneris mecum, non ibo, quia non noui diem, in qua dirigit Dominus Angelum suum mecum. Quanta ergo femine istius virtus, cui dux dicit exercitus: Nisi tu veneris, non ibo?*

VERS. 9.

**E**N IPSE DVCTOR EST TVVS. J Chald. *Nône Angelus Domini exiens ad prosperandum ante te* Septuag. *Nône Dominus ibit ante te*. Sic Angelus præcessit Iudam Machabæum, eumque fecit victorem.

VERS. 14.

**P**ERTERRVITQUE (Hebr. *חמם hamam*, id est conturbavit, contriuit, perdidit) DOMINVS SISARAM, ET OMNES CVRRVS EIVS, VNIVERSAMQUE MLTITVDINEM. J Iosephus, & ex eo Abulens. asserit fuisse trecenta millia peditum & decem millia equitum; Sifaram enim omnes Regis non tantum subditos, sed & socios amicosque ad hoc prælium coegisse & conlasse. Fauet Chald. qui cap. 5. 8. numerat 250. millia militum Sifaræ, præter nongentos currus falcatos. Addit Iosephus, partem eorum telis gladiisque Israheliticis castram, partem à suomet ipsorum equitatu & peditatu terrore panico in eum à Deo immisso prostritam, partem à Deo procellis, tonitribus & fulminibus sideratam, ita interiisse, vt ne vnus quidem cladi superfuert, vt habent Hebræa vers. 16. Hoc est quod dicitur cap. seq. vers. 20. *De celo dimicatum est contra eos, stella manentis in ordine & cursu suo aduersus Sifaram pugnantem.*

uerunt. Addit Iosephus, Barac ducentem exercitum ad Afot urbem Iabin Regis, ipsum Regem obuium factum interfecisse, ipsamque urbem solo æquasse.

Simili modo Deus Pharaonem procellis, tonitribus & fulminibus percussit & sideravit in mari rubro, Exodi 14. 24. & Chanaanæos, Iosue 10. 10. & Philisthæos sub Samuele, 1. Reg. 7. 10. hi enim sunt currus, hæc arma quibus impios ferit, ut docet Psaltes Psal. 17. 14. Et intonuit de celo Dominus. & Psal. 14. 6. Fulgura inquit coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Sic exercitu M. Aurelij Imper. ab hostibus circumfesso, Christiani milites oratione sua à Deo impetrarunt pluviam, fulgura & tonitruum cum grandinibus, quibus hostes percussi in fugam versi sunt. Unde legio illa dicta est κερυννοελά, id est fulminatrix, teste Tertul. Apolog. cap. 5. & Eusebio lib. 5. histor. cap. 5. Idem accidit Theodosio Imperatori contra Eugenium tyrannum pugnanti, quod pulchrè hinc veribus describit Claudianus in Panegy. de tertio Consularu Honorij:

Te propter gelidus Aquilo de monte procellis  
Obruit adversas acies, revolutaq; vela  
Vertit in auctores, & turbine repulit hastas.  
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris  
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther,  
Et coniuvari veniunt ad classica venti.

Idem recitat & celebrat S. August. lib. 5. de Ciuit. c. 26.

VERS. 16. OMNIS HOSTIVM MULTITUDO VSQVE AD INTERNECIONEM CADERET. Hebr. *Ut ne vnus quidem superesset.* Rara ergo, & nouo miraculo prodigiola fuit hæc victoria. Philo Biblicus asserit de castris Sisara caesa esse 997. millia, quod vix videtur credibile.

VERS. 17. SISARA AVTEM FUGIENS PERVENIT AD TENTORIUM IAHEL VXORIS HABER CINÆI. ERAT ENIM PAX INTER IABIN REGEM AZOR ET DOMVM HABER CINÆI. Erat enim pax, vel coacta, metu videlicet potentissimi tyranni Iabin vicini, ut vult Abulens. quæst. 24. vnde nõ obstante hac pace, Iahel iuste occidit Sisaram velut hostem Reipublicæ. Vel certè erat pax non pacto certo inita, nec iuramento confirmata, sed quia Iabin Rex vexans Hebræos sinebat Cinæos intactos in pace viuere, eò quod ipsi à bellis rebusque politicis abstinerent, sibi que & Deo vacantes vacarent orationi & contemplationi: quare Iabin Regi fuerit in veneratione, amore & honore. Fecit id Deus, ut Hebræi dicerent quantum valeat pietas, cum viderent Cinæos pios pace frui, adeoque apud tyrannum auctoritate pollere, se verò ob idololatriam assidue ab eo vexari & affligi.

Dices: Si pax erat inter Haber & Iabin, ergo Iahel occidens Sisaram Ducem Iabin violauit pacem, fuitque fœditraga. Resp. Arias, pacem inter viros sanciri, quare eam non comprehendi feminas. Solidius alij respondet, pacem hanc vel fuisse coactam, vel liberam, ut vtrique parti pro suo commodo liberum esset eam violare. Adde, etiam si fuisset pacta & iurata, potuisset tamen à Iahel violari, tum quia Deus per Debboram vers. 6. iusserat id fieri, bellumque contra Sisaram à Barac & Hebræis cæpessi. Cinæi autem, qualis erat Iahel, esto non esset Hebræi sanguine, erant tamen affinitate, quia Iethro filiam suam dederet uxorem Mosi. Quocirca Iahel cum aliis Cinæis in Hebræorum coloniam,

Legio fulminatrix:

hæreditare & Rempubl. ac vt verisimile est, fidem & religionem transferat, ut dixi Numer. 10. 29. Poterat ergo imò debet ipsa quasi membrum Reipublicæ Hebræorum Sisaram, velur communem & publicum eorum hostem, imò iam actu inuasorem populi sui, prodere aut perdere. Quisque enim teneret patriam & Rempubl. defendere, eiusque inuasorem publicum, talemque vel à Deo vel à Republica proclamatum & proscripsum arcere & tollere, vel aperto Marte si potest, vel occulta arte, dolo & stratagemate, ut fecit Iahel simulans amicitiam cum Sisara, eique palli & lac porrigenis. Denique non est dubium, quin Iahel femina arcano Dei instinctu ad tantum faciinus audendum acta & impulsâ sit, ut populum suum tyrannide Sisara oppressum liberaret. Ita Abulen. Arias, & alij, quin & Iosephus.

NE TIMEAS. ] q. d. Nulli hic sunt armati, nulli hostes, quorum gladios extimescas. Non mentitur, quia hoc erat verum.

OBERTVS AB EA PALLIO. ] Veste longiore, vel stragulo, ut eum absconderet, ne si quis Hebræorum domum ingrederetur, eum inueniret & occideret. Fecit astute id Iahel, ut suspicionem fraudis, quam ipsa machinabatur, Sisara adimeret, utque facilius eum sub stragulo iacentem occideret.

QUA APERVIT VIREM LACTIS, ET DEDIT EI BIBERE. ] Iahel Sisara poscenti aquam præbuit lac, tum vrbanitatis causa, tum ut Sisara facilius obdormiret, itaque secretè & securè ab ea necari posset: lac enim si à sitibundo largè bibatur, vapores & fumos excitat, qui ad caput ascendentes illi grauedinem somnumque conciliant, ut videre est in infantibus, qui lac lugescentes vel comedentes crebrè dormiunt, atque idcirco biliosis & febre laborantibus lac à Medicis negari solet, ut docet Hippocrates, & ex eo Arias & Abul. quin & Origen. Homil. 8. Vnde Iosephus ait: Cùm Sisara lac avidius ingurgitasset, in somnum solutus est. hinc & c. 5. 25. Iahel benedicitur, quia aquam petenti lac dedit. Fortè etiam ipsa lacti miscuit opium, mandragoram, vel aliam herbam succumve sporisferum, uti olim, & hoc etiam seculo factum scimus ab iis, qui hostem somno vinoque vel lacte sepultum perdere destinabant.

TVLIT ITAQVE IAHEL VXOR HABER CLAVVM TABERNACVLI. ] Vnum scilicet è paxillis ferreis, quibus in terra tabernaculum funibus extentum figitur, eumque malleo per tempora & cerebrum Sisara adegit, itaque dormientem occidit in temporibus enim & cerebro est vitalitas sensus & motus: quare illa si vulnerentur & transfigantur, statim homo deficit & emoritur. Verè S. Ambros. lib. de Viduis, Debbora, ait, prælij prophetavit euentum, Barac iustus produxit exercitum, Iahel cepit triumphum.

Dices: Cur Iahel manu sua occidit Sisaram, & non expectauit Barac ut eum illi traderet? Resp. quia periculum erat in mora, ne scilicet Sisara, si viueret, experrectus fugeret & effugeret, rursusque bellum renouaret. Prudenter ergo occasionem cædis arripuit, ne illa elapsâ frustra eam requireret. sæpè in bello paruis momentis magni, ait Cæsar lib. 1. Belli ciuili. casus intercedunt. itaque armatus inuentusq; sis, ait lib. 22. Liuius, ut neque tua occasione desis, neque suam hosti des.

QUI SOPOREM MORTI CONSOCIANS DEFECIT ET MORTVVS EST. ] Septuag. Et ipse stupefactus

(Basileens. Codex habet palpauit) obrebratus & mortuus est. Philo, vel potius Pseudophilo, quem aliqui putant Ioannem Annium Viterbiensem, in Tradit. Biblicis addit: Et eam moreverit dixit Sisara ad Iahel: Ecce dolor accepit me Iahel, & morior tanquam mulier. Et dixit ad eum Iahel: Vade gloriare in manus mulieris. Sed hæc ad verisimilitudinem dicta effectaque, potius quam à prisca historici accepta videntur, imò repugnant Hebræo & versioni vulgatae quæ ait: Soporem morti consocians: dormiens ergo Sisara in sopore suo mortuus est.

Allegor. Debbora & Iahel representant Dei Ecclesiam, & Tropol. animam sanctam, fortem & pro Deo zelantem, Barac Synagogam, Sisara diabolum, lac orationem, qua diabolus quasi confopitur & enervatur. Audi S. Ambros. lib. de Viduis post medium: Et idè Sisara sitis, lactis poculo restinguitur, quia oratione superatur. Quod enim nobis salutare ad escam, hoc aduersaria potestari letale ad infirmitatem. Arma Ecclesie fides, arma Ecclesie oratio est, quæ aduersarium vincit. Ergo secundum historiam ad prouocandos animos feminarum, femina indicauit, femina disposuit, femina prophetauit, femina triumphauit, & preliaribus intermixta copis, imperio viros docuit militare femineo. Secundum mysterium verò fidei militia, Ecclesie victoria est. Non ergo habetis quod per naturam vos excusetis femina. Non habetis vidua quod ad infirmitatem sexus, aut ad amissionem subsidij maritalis nobilitatem vestram referre possitis. Satis vnicuique præsidij est si virtus animi non desit. Et S. August. lib. 12. contra Faustum cap. 33.

A Quæ, inquit, est illa mulier plena fiducia, hostis temporali ligno transfigens, nisi fides Ecclesie cruce Christi regna diaboli perimens?

Audi & Origen. Homil. 5. Iahel interpretatur ascensio (à rad. 1777 ala, id est ascendit, alioqui Iahel Hebr. idem est quod damula aut ceruus, ait Pagnin.) quia reuera non est alia ascensio qua ascendatur ad celum, nisi per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Ipsa est ergo quæ dum à corporalibus ad spiritualia, & à terrenis ascendit ad caelestia, interfecit Sisaram, qui carnalium vitiorum, & animalis vel solidi hominis tenet figuram: quia Sisara interpretatur visio equi, de quo ait Psal. 31. 9. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Palo (paxillo siue clauo ferreo) ergo eum interfecit, id est ligni crucis acuminis & virtute eum prosternit, id est in maxilla, quia illud os quod de carnalibus loquebatur, ligno crucis confoditur & rebratur. Crux enim docet carnis mortificationem æquè ac linguæ.

Denique Iahel fuit typus B. Virginis: de ipsa enim dicitur Cant. 8. 5. Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, immixta super dilectum suum? Ipsa est damula gratiosa, imò omni gratia plena, ipsa est quæ contriuit caput serpentis, hoc est diaboli, Genes. 3. Audi S. Bernard. serm. 2. Super missus est: Cui hæc seruata victoria, nisi Maria: ipsa procul dubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia deduxit ad nihilum. Et post pauca: Hanc requirebat Salomon, cum vehementer admirans dicebat: Mulierem fortem quis inueniet? & ita videbatur congruere, ut qui vice rat per feminam, vinceret per ipsam.

CAPVT QVINTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Debbora cum Barac de prostrato Sisara canit Epinicum.

Canticum hoc non tantum poeticum, sed & propheticum spiritum redolet, quare à Debbora prophetissa compositum videtur, quæ deinde cum Barac illud publicè cecinit. Ita Abulens. Dion. Arias, Caiet. Serarius, Salianus, & alij.

Quinque eius sunt partes. Prima v. 3. laudat Deum velut primum tantæ victoriæ auctorem. Secunda, v. 9. laudat Nephtalitas, Zabulonitas, Issacharitas & alios, omnesq; creaturas, quæ Deo victori cooperatae sunt. Tertia, v. 17. culpât Galaaditas, Danitas & ceteros, qui à bello hoc metu Sisara se subdlexerunt. Quarta, v. 24. benedicat Iahel, quæ Sisaram occidit. Quinta, v. 28. poeticè representat ululatum matris Sisara.

1. Cecineruntque Debbora & Barac filius Abinoem in illo die, dicentes: 2. Qui sponte obtulistis de Israël animas vestras ad periculum, benedicite Domino. 3. Audite Reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israël. 4. Domine cum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, caeli que ac nubes distillauerunt aquis. 5. Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israël. 6. In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel, quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios. 7. Cessauerunt fortes in Israël, & quieuerunt: donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israël. 8. Noua bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israël. 9. Cor meum diligit principes Israël: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. 10. Qui ascendistis super nitentes asinos, & sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini. 11. Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrantur iustitiæ Domini & clementia in fortes Israël: tunc descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum. 12. Surge, ferge Debbora, ferge, ferge, & loquere canticum: Surge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abinoem. 13. Saluatæ sunt reliquæ populi, Cornel. in Iudicum.

Dominus in fortibus dimicauit. 14. Ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & post eum ex Benjamin in populos tuos de Amelec: de Machir principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum. 15. Duces Isfachar fuere cum Debbora, & Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben, magnanimatorum reperta est contentio. 16. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? diuiso contra se Ruben, magnanimatorum reperta est contentio. 17. Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus: Afer habitabat in littore maris, & in portibus morabatur. 18. Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome. 19. Venerunt reges & pugnaverunt, pugnaverunt reges Chanaan in Thanach iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes. 20. De caelo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnaverunt. 21. Torrens Cison traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrens Cison: conculca anima mea robustos. 22. Vngula equorum ceciderunt, fugientes impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium. 23. Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus Domini: maledicite habitatoribus eius, qui non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortissimorum eius. 24. Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinai, & benedicatur in tabernaculo suo. 25. Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyram. 26. Sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabricum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans. 27. Inter pedes eius ruit: defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis. 28. Per fenestram respiciens, vluabat mater eius: & de coenaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius? 29. Vna sapientior ceteris vxoribus eius; hæc socru verba respondit: 30. Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima feminarum eligitur ei: vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur. 31. Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. 32. Quieuitque Terra per quadraginta annos.

VERS. 1.

**Q**VI SPONTE OBTULISTIS DE ISRAEL ANIMAS VESTRAS AD PERICVLVM (eundo ad prælium formidolosum contra Sisaram potentissimum) BENEDICITE DOMINO, qui nobis illustrem hæc de Sisara dedit victoriam. Hebr. est בְּרַעַי בְּרַעַי בִּפְרָאָהּ פֶּרְאֹהֹר, quod Primò Pagnin. Caiet. Arias, & alij vertunt, dum vlcisitur vltiones in Israel, dum sponte se offert populus, benedicite Domino. Ita Complut. Verum Romani Codices Septuag. habent: Reuelata est reuelatio in Israel dum sponte offerret se populus, benedicite Dominum.

Chaldaeus more suo paraphrasticè: Quando rebellauerunt domus Israel, viderunt super eos gentes, & expulerunt eos de vrribus suis: & quando redierunt ad faciendum legem, fortificati sunt super eas: ita super vltione fractus est Ziz-zara, & super signum & liberationem, quæ facta est Israeli, &c.

Genuinè tamen sic ex Hebræo veritas: In liberando libertates in Israel, in spontaneè offerendo se populum, hoc est, qui liberaftis & plenè libertati restituitis Israel, spontaneè vos offerendo certamini cum Sisara, benedicite Dominum, qui vos de eorum triumphare fecit. Hebr. enim פָּרָאָהּ para significat nudare, soluere, liberare.

VERS. 5.

AVDITE REGES. Mirabilia hæc Dei prælia, vt eum agnoscat, timeatis, & colatis.

Tropol. Origen. hom. 6. Exalta popule Dei audiens sua mobilitatis insignia. Tu vocaris ad audiendum verbum Dei, & non vt plebs, sed vt rex vocaris. Tibi enim dictum est: Genus regale & sacerdotale, populus in acquisitionem. Idè quia vos reges estis, merito Rex noster Christus Dominus Rex dicitur regum, & Dominus dominantium. Modum deinde quo rex fias docet: Regem te om-

nium esse facit, si regnat Christus in te. Rex namque à regendo dicitur est. Si ergo & in te animus regnat & corpus obtemperat, si concupiscentias carnis sub iugum imperij tui mittas, si vitiorum gentes sobrietatis tue frans ardentibus premas, merito rex diceris, qth te rectè regere noueris. Cùm ergo talis fueris effectus, dignè vt rex ad audienda diuina verba vocaberis.

DOMINE CVM EXIRES DE SEIR, ET TRANSIRES PER REGIONES EDMOM, TERRA MOTA EST, CÆLIQUE AC NYBES DISTILLAVERVNT AQUIS. Seir idem est quod Edom, puta Elau, qui habitans in Idumæa illi nomen suum indidit.

MONTES ELVXERVNT A FACIE DOMINI, ET SINAI A FACIE DOMINI DEI ISRAEL. Et Sinai. Td & significat id est, tantum enim in Sina legimus visa fulgetra, tonitrua, pluuia, terræ motus. Vide dicta Exodi 19, 18. Vnde & Poëtica elegantia montes fluxisse dicuntur, quia mons Sina fumans, & quasi tremens ex rauerentia & metu Dei ibidem legem dantis, Mosi & Hebræis videbatur quasi fugere, solui & colliquecere. Est Catachresis. Eadem phrasis est Psal. 67. 8. quæ ex hoc loco sumpta est.

Alludit ad Numer. 10, 35. vbi Moses, cum mouenda essent castra, orabat Dominum supra arcem in propitiatorio residentem: Surge Domine, & dissipentur inimici tui. & Deuteron. 32. 2. Dominus de Sina venit, & de Seir ortus est nobis. Vide ibi dicta.

Sensus ergo est, q. d. Quando nobiscum de Domine, cum arca, super eam quasi solium tuum præsidens, perambulabas in deserto, cui adacet Seir siue Edom, hoc est Idumæa, ac præsertim in monte Sina, tunc ibidem tuam Mosi & Hebræis patribus nostris præsentiam, potentiam, providentiam

tiam & magnificentiam ostendisti per procellas, tonitrua, terræ motus & fulmina, quibus Idumæos, aliaque gentes vicinas ita percussisti, vt non auderent nobis resistere, ed quod cernerent te pro nobis pugnaſſe contra Pharaonem in mari rubro, ac in dies pro nobis pugnare & nos protegere. Refricat Debbora pristina Dei beneficia, & portenta Israël per Moſen exhibita, vt ostendat Deum illa nunc in hac victoria portentosa reſponſiſſe, ideoque continuare suam erga Israël curam & beneficentiam; quare dignum esse, vt ipſe à se & à ceteris Israëlitis omni æuo laudetur & glorificetur. Ita Lyran. Serarius, & alij. Abulenti. tamen quæst. 2. hæc proprie vt sonant accipit, cenſetque illa ita pronſus vt hîc dicitur contigisse, licet in Pentateucho non ſint ſcripta. Vide dicta Num. 21. verſ. 14.

VERS. 6.

IN DIEBUS SAMGAR FILII ANATH, IN DIEBUS IAHIEL QUIEVRVNT SEMITÆ, ET QUI INGREDIVNTVR PER EAS AMBLAVERVNT COLLES DEVIOS, q. d. Ante hoc bellum cum Sisara feliciter confectum, omnia itinera erant ab hostibus infesta & infesta, ideoque per obliquas, iniuas & occultas semitas proficisci oportebat, ne quis in eorum manus incideret. Licet enim Samgar dicatur fuisse Iudex, tamen exiguo is fuit tempore, & liberationem Israël tantum orsus est, sed eam perfecit Debbora & Barac hoc prælio & victoria. Vnde & tempus quo præfuit Samgar sub annis Barac complectitur hîc v. vlt.

Sed cur Iahel iungitur cum Samgar? Suspiciantur aliqui Iahel fuisse vxorem Samgar, qui idem sit cum Haber: vnde eo mortuo Iahel fuisse viduam, & præfuisse toti domui. Samgar enim videtur fuisse Cinæus, qualis erat Iahel. Vnde Samgar Hebr. idem est quod aduena illic, quales erant Cinæi.

Verum hoc planè incertum est. Vnde certius dicas, Iahel hîc induci, ed quod primaria inter Cinæos erat femina, ad quam proinde Cinæi confluerent, sed difficile & occultè ob vias ab hostibus infestas, vt dixi. Significat ergo, Iahel non potuisse vias securas facere, & mala populi auertere, donec Debbora Prophetiſſa instinctu Dei Barac & Hebræos, ac consequenter Iahel ad bellum hoc, & ad occidendum Sisaram excitauit. Ita Hebræi, Serarius, & alij.

VERS. 7.

CESSAVERVNT FORTEs. Recentiores vertunt, cessauerunt villo, scilicet rusticorum, ob grassationem hostium desertæ.

DONEC SVRGERET DEBBORA, SVRGERET MATER IN ISRAEL. Hinc S. Ambros. lib. de Viduis cenſet Debboram fuisse matrem Barac Iudicis. Quem, inquit, quasi mater erudit, quasi Iudex præposuit, quasi fortis instruit, quasi prophetes victoria serua transmisiſit.

Verum dico, Debboram hîc vocari matrem Israël ob charitatem maternam, qua quasi mater populum tanquam prophetiſſa curabat, dirigebat, tutabatur & liberabat, vt mater solet facere filio.

VERS. 8.

NOVA BELLA ELEGIT DOMINVS. Td bella non est in Hebræo. Vnde Septuag. Theodor. August. Caiet. & alij vertunt, Nonos deos elegit Israël, ideoque à Deo traditus fuit Sisara. Hebr. enim Elohim tam Deum quàm Deos significat. est enim plurale. Verum hîc non est locus commemorandi deo, vbi Deo vero canitur epinicion. Quare melius & aptius Noster, subaudiens bella, vertit, Nova bella elegit Dominus; quia scilicet ipse per Hebræos pau-

cos & inermes, vt sequitur, plurimas & armatissimas proſtigauit Sisaræ copias, & quia de caelo pro eis pugnavit, vt dicitur v. 20. Denique quia non per viros, sed per imbelles feminas Debboram & Iahel bellum hoc confecit.

Allegor. Debbora fuit typus B. Mariæ Virginis. Primò, quia Debbora Hebr. idem est quod apis, ita dicta à דָּבָר dabar, id est verbum, sermo, ed quod apis continuè susurrum quasi sermonem edat, ait Marinus in Lexico, q. d. apis est debora, id est eloquens. Sic B. Virgo edidit nobis Verbum diuinum, dum illud in visceribus suis carne humana corporauit peperitque. Rursum ipsa est Debbora, quia edidit illud Canticum sanctissimum, sonantissimum, suauissimum: Magnificat anima mea Dominum, &c. cui Debbora hoc suo Cantico prælusit. Ad hæc ipsa quasi prophetiſſa assidue eruſtabat Dei verba & oracula. Hinc licet Hebræi moderni vocent eam Debboram per simplex b. Septuag. tamen & S. Hieron. vocant eam Debboram per duplex b. Dicitur ergo ipsa non Debbora (vt quidam volunt) sed Debbora, quasi debbora, id est loquens & eruſtans continuè magnalia Dei, quod præ illa fecit B. Virgo.

Insuper apis dicitur Debbora à דִּבְרָה dibra, id est consuetudo, series, ordo, ed quod ipsa suos fauos ordine pulcherrimo, mira arte & industria componat. Quid ordinatius B. Virgine, de qua ait Sapiens Prouerb. 8. 23. Ab æterno ordinata sum? Vnde tota eius vita fuit speculum ordinatissimæ virtutis, charitatis, omniſque perfectionis, adeoque ipsa, vt ait S. Ambros. fuit norma probitatis, forma virtutis.

Secundò, apis est castissima, manensque virgo generat suas apiculas. Sic B. Maria est Virgo virginum, quæ proinde non hominem, sed Deum generare meruit. Id de ape tradit Aristot. lib. 9. Histor. anim. c. 4. & S. Ambros. lib. 1. de Virgin. Digna, ait, Virginitas qua apibus comparatur; sic laboriosa, sic pudica, sic continens. Rore pasſitur, nescit concubitus, mella componit.

Tertio, apis est sedula & operaria, conficitque duas res præstantissimas, ceram qua ad lumina in Ecclesia ad Deum colendum vtuntur, & mel quod est suauissimum & sanissimum. Vnde Debbora, id est apis alludit ad דָּבָר debas, id est mel, quod producit. Quocirca Prouerb. 6. 6. & seq. Vade ad formicam & piger, &c. Septuag. addunt, Vade ad apim, & discite quomodo operaria est, operationem quoque quam venerabilem facit. Vide ibi dicta. Sic B. Virgo operatur assidue opera religionis, pietatis, charitatis. vnde ab Ecclesia vocatur & inuocatur mater misericordie, mater pulchra dilectionis, vita, spes, & dulcedo nostra. Nam, vt ait S. Bernard. nullus, quantumuis miser vel celeratus, ad eam confugit, qui non dulcissima eius misericordie viscera experiatur.

Quarto, Debbora fuit prophetiſſa. Sic & B. Virgo Prophetarum est regina. Rursum Debbora peperit victoriam de Sisara: B. Virgo de diabolo. Vnde Iſaias c. 8. 3. Accessit, ait, ad prophetissam (B. Virginem) & concepit & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, Accelera, spolia detrahe, festina prædara.

Quinto, Debbora iussit Barac ire in montem Thabor, id est puritatis, ibique configendo proftrauit Sisaræ copias. Sic B. Virgo genuit Christum, qui quasi Barac, id est fulmen in eodem monte Thabor transfiguratus denicit impietatem & impuritatem, hominesque docuit non carnales &



spurcas, sed puras & cœlestes voluptates ambire. A  
 Sexto, Barac noluit ire ad conflictum nisi comite, imò duce Debbora. Vnde S. Alcinus lib. 6. c. 15. ait ipsam castra præiuisse: sic enim de ea canit:  
*Et memori nunc mente tener, vt Debbora quondam  
 Duceret instructas post fortia classica turmas,  
 Et mulier sumpto præcederet agmina signo,  
 Mirantes hortata viros: quos ipsa ferocem  
 Exemplo, verboq; monens accendit in hostem.  
 Quas postquam ducens Princeps animosa castruas  
 Impulit, accendens vegetata furoribus arma,  
 Barbarica cecidere manus.*

Sic B. Virgo quasi Virginum, Apostolorum, Martyrum. Sanctorumque omnium antesignana omnes præit, verboque & exemplo hortatur ad generosè cum carne, mundo & dæmone certandum. Quare illa longè præstantior est *Victoria*, siue *Victoria*, quæ olim mater castrorum dicebatur, vt ait Trebellius Pollio lib. de 30. Tyrannis. Hęc sunt noua bella, quæ elegit Dominus.

7. Septimò, Debbora fuit missa ad tutandum legis Doctores, vt ex Chaldæo audimus y. 9. Sic B. Virgo est patrona, imò doctrix Apostolorum & Doctorum omnium.

PORTAS HOSTIVM IPSE SVBVERTIT.] *Fortas*, id est omne robur, hoc enim solet esse in portis. Hebr. est *שערות* *scaram*, id est *tunc comedit* vel *deuorauit portas* Septuag. vertunt: *tunc pugnauerunt ciuitates Principum*, quia *lacham* significat deuorare & pugnare: sicut enim os deuorat panem, sic gladius deuorat hominem. Rursum Septuag. *rd searim* acceperunt, vt *rd se* sit relatiuum significans, qui, deinde, *arim* significet vrbes. q. d. *pugnarunt qui erant vrbum*, scilicet Principes. Porro S. August. quæst. 30. & Theodor. ex alia versione Septuag. legunt: *Elegerunt Deos novos vt panem hordeaceum*, id est deteriorem; hordeum enim deterius est tritico: sic Dij noui deteriores sūt Deo vero: quia *lachem* quoque est nomen significans panem; & si pro *scaram* aliis punctis legas *שערות* *searim*, significat hordeum: Vnde *lachem searim* significat panem hordei siue hordeaceum.

CLYPEVS ET HASTA SI APPARVERINT IN QVADRAGINTA MILLIBVS ISRAEL.] *Si*, id est non. q. d. Non erant in 40. millibus, id est in vniuerso (numerus enim certus ponitur pro incerto) exercitu Israel clypei & hastæ, sed fundis, fustibus, vomeribus (vt Samgar) ligonibus armati ceterique inermes Israelitæ, hostes armatissimos Deo duce profligarunt. Nimirū Chanaanæ æquè ac Philisthæi astutè eripuerant Hebræis arma, imò curabant vt non esset faber ferrarius in Israel qui ea fabricare posset, vt patet i. Reg. 13. 19. Porro Septuag. hęc vti & in seq. variant & sunt corrupti, habent enim contrarium delendo *rd si*, sed illud restituerunt Romani in correct. Septuag.

VERS. 9. COR MEVM DILIGIT PRINCIPES (Hebr. *חוקקו* *chokeke*, id est Principes, Legislatores, Doctores, Scribas) ISRAEL, quia eum regunt docentque legem Dei, præsertim eos qui vt sequitur PROPRIA VOLVNTATE OBTVLISTIS VOS DISCRIMINI, ideoque iam triumphantes BENE DICITE DOMINO.] Disce hęc pro Deo nullum detrectare periculum, cum ipse ad illud vocat: nam vt ait S. Leo, *iuste in stat. præcepto, qui prouenit auxilio: tunc enim Deus tacitè spondet felicem exitum & victoriam, si periculum vltro & generosè capeamus.* Porro Chald. more suo paraphrasticè hæc accipit

de doctoribus & Scribis. Dixit, inquit, Debbora in prophetia: *Ego missa sum ad laudandum Scribas Israel, qui quando fuit tribulatio illa non cessarunt ab interpretanda lege: & sic pulchrum illis, quod sedentes in domo congregationis in capite aperto, & docentes populum verba legis, & benedicentes & confortantes populum.*

QVI ASCENDITIS SVPER NITENTES ASINOS, VERS. 10. ET SEDETIS IN IVDICIO, ET AMBYLATIS IN VIA, LOQVIMINI.] Est Periphrasis virorum honoratorum, & magistratum & iudicum. Hi enim apud Iudæos vehebantur asinis vice equorum, vt patet c. 10. 4. tum quia Deus eis veterar copiam equorum, tum quia asini ibidem sunt fortes, eximij & nitentes. Hebr. *שפוחות* *sfechorot*, *שפוחות* *id est fulgentes*. Sensus est q. d. Vos ò primores & iudices, æquè ac plebei, qui per vias Israhel olim periculosas, nunc securas inceditis, loquimini magnaia Dei, quæ ipse nobis exhibuit in hoc prælio.

Tropol. Origen. ascendit super asinam, qui corporis sui motus & desideria fræno rationis moderatur, vt veniant sub iugum verbi Dei, tuncque asina, id est caro resurgere dicitur, cum castitatis & pudicitie splendore fuerit decorata.

VBI COLLISI SVNT CVRRVS, nongenti falcati Sifarae, et hostium svffocatus est exercitus, in torrente Cison. Clarè vertit interpretes Hebræa, quæ obscura sunt, & ad verbum sic habent: *a voce sagittarum inter haurientes aquas, cum scilicet Sifariam sagittarij præcipitati in aquas Cison eas hauserunt, & ab eis hausti suffocatiq; sūt.* Ita Arias, Caiet. Vatab. & alij: *IBI NARRENTVR IVSTITIÆ, id est iusta vindicta, quam Deus sumpsit de tyranno Sifara, ET CLEMENTIA IN FORTES ISRAEL.* Quibus victoriam de eo dedit.

TUNC DESCENDIT POPVLVS DOMINI AD PORTAS, ET OBTINVT PRINCIPATVM.] q. d. quando occisus est Sifara, Israhel obtinuit portas, & vrbes hostium.

SVRGE.] Hebr. *קומו* *vi*, id est exergiscere, cuius gila Barac; & apprehende captiuos quos in prælio cepisti, eosque & eorum spolia diripe, & inter commilitones distribue. Tu inquam ò Barac.

FILI ABINOEM.] *Abinoem*, Hebr. idem est quod *pater decoris vel pulchritudinis, aut pater meus pulchritudo vel decor, aut pater meus delectatio vel iucunditas.* Nomen enim est decor, pulchritudo, delectatio, iucunditas. Huius ergo filius fuit victor & triumphator Barac.

SALVATÆ SVNT RELIQVIA POPVLI, DOMINI IN FORTIBVS (cum fortibus, vel per fortes Israelitas) DIMICAVIT.] Hebr. *nerosius ad verbu sic habet: Tunc dominabitur reliquis, vel residuus illustribus populis, dominus dominabitur mihi in fortibus.*

EX EPHRAIM DELEVT EOS IN AMALEC, VERS. 11. ET POST EVM EX BENIAMIN IN POPVLOS TVOS ò AMALEC.] Hebr. *De Ephraim radix eorum in Amalec, post te Benjamin in populis tuis.* Sed Noster meliùs pro *שרשם* *shorescam*, id est *radix eorum*, quæ nullum hęc habet sensum, alio puncto legit *שרשם* *scerescam*, id est *eradicauit, siue deleuit eos.* Nam & Septuag. vertunt *ἐξέριψεν*, id est *eradicauit*. Rursum Noster subaudit *rd ò Amalech* ex eo quod præcessit, ac pro *אחריו* *acharecha*, id est *post te*, legit *אחריו* *acharans*, id est *post eum*.

Sensus hic est difficilis & obscurus ob historiarum peractæ ignorantiam, ac ob phrasæ & styli poetici inuolutam obscuritatem. Primò, communiter exponunt de bello, quo Iosue prostravit Amalec, Exodi 17. q. d. Iosue qui erat ex tribu Ephraim

Ephraim prostravit Amalecitas, & futuro tempore surgeret alius dux ex tribu Benjamin, puta Saul, qui amplius populos tuos affliget, ò Amalec. Vide historiam i. Regum 15. Ita Chald. Rabbinij, Hugo de S. Victore, Abulenti Lyran. Dionys. Caietan. Arias, Vatab. & alij. Verum quid Iosue facit ad Barac, & Amalec ad Sifaram, de quo hic epinicium canitur?

Secundò ergo magis appositè, q. d. Barac cum suis fugientes Sifaræ copias ex monte Thabor, persecutus est vsque ad tribum Ephraim, & ei vicinam Benjamin: quare id videntes epinicium canitur? cum eo persecuti sunt vsque ad vltimos Iudææ fines, imò vsque ad Amalec illis contiguum, itaque planè omnes ceciderunt & deleuerunt, vt nemo superesset.

Tertiò & planè, q. d. Amalecitas quasi veteres Iudæorum hostes, audientes Sifaram tantis copiis Iudæos inuadere, decreuerunt ei mittere suppetias, quod intelligentes Ephraimitæ, & Beniaminitæ eis vicini, eos inuaderunt & trucidarunt. Hoc exigere videtur *rd in Amalec, & rd in populos tuos ò Amalec.*

Porro Septuag. hęc variant: Complur. enim & Regij Codices habent: *Ex Ephraim vlti sunt eos in valle (pro Amalec enim videtur legisse *קול עמע*, id est valle) frater tuus (pro *אחריו* *acharecha*, id est, post te, legerunt *אחריו* *achicha*, id est, frater tuus) Benjamin in populis tuis.* Verum Codices Romæ emendati habent vt Vulgatus: *Ex Amalec eradicauit eos in Amalec, post te Benjamin in populis tuis.*

DE MACHIR PRINCIPES DESCENDERVNT.] Machir fuit filius vnicus Manasse. Sensus ergo, q. d. Manassenum priores cum suis popularibus vicini monti Thabor, audientes in eo à sociis conflixi contra Sifaram, accurrerunt, eiusque opem tulerunt. Laudat enim hęc Manasses Zabulonitas & Issacharianos, quòd Nephthalitis opem contra Sifaram animosè tulerint, cum id Rubenitæ, Galaaditæ & Gaditæ sibi metuentes facere detrectarent, quos proinde carpit & perstringit.

Septuag. pro *principes* vertunt *persecutantes*, quod Procopius sic explicat, q. d. Manassenses fugientes Sifarianos, seseque in speluncis & cauernis abscondentes persecutati sunt, eosque extraxerunt & mactarunt.

ET DE ZAVLON (repete, principes descenderunt) QUI EXERCITVM DVCKERENT AD BELLANDVM,] cum Barac contra Sifaram. Septuag. vertunt, *Et de Zabulon potentes in sceptro scriba; Hebr. trahentes in virga vel sceptro*, per quos significantur magistratus, primores & principes. Alij intelligunt Scribas & Doctores, quasi tantus fuerit feruor concurrentium ad bellum, vt etiam Doctores suos calamos & stylos scriptorios in arma & gladios commutarint, & ad prælium descenderint.

DVCS ISSACHAR FVERE CVM DEBBORA, ET BARAC VESTIGIA SVNT SECVTI.] Laudantur Issachariani, quòd cum Barac & Debbora aleam prælij tam ardui & formidolosi generosè subierint.

QVI (Barac) QVASI IN PRÆCEPS AC BARATVRVM SE DISCRIMINI DEDIT.] Videbatur enim cum paucis & inermibus rueret in innumeras & armatissimas Sifaræ copias, quasi in certum exitum, sed Deus eius fidem & fortitudinem remuneratus, exitum vertit in triumphum. Hebr. *In vallem missus cum fortibus suis.* Septuag. *in valle misit pedes suos.* q. d. Barac dans se suosque prælij periculo,

se cum eis videbatur præcipitare in vallem, & profundam exitij sepulchricum fossam.

DIVISO CONTRA SE RVBEN, MAGNANIMORVM REPERTA EST CONTENTIO.] Hebr. *In diuisionibus Ruben magnorum vel magna cogitationes cordis.* Vatabl. *discrepationes cordis.* Videtur laudari Ruben, ait Serarius, quòd gregum honorumque suorum omiſsa cura, bello interfuerit. Verum alij passim censent vituperari hęc Rubenitas, quòd studiis propriis & commodis vacantes inter se diuisi fuerint, nec consentientes in illo bello, sed inter ouium suarum balatus & caulas desiderere maluerint: vel quòd belli euentum expectarint, vt si vinceret Sifara, ei dicerent, Tui sumus, si vinceret Barac, ei se iungerent, ait Chald. Sensus ergo est, q. d. Cum Rubenitæ inter se disceptant, an bello Barac socios se iungere velint, an verò domi se continere, ac proinde nullas Baraco suppetias mittunt; magnanimi illi milites, qui se Baraco ad discrimen socios obtulerunt, id videntes mirati sunt, ac inter se disceptarunt, dixeruntque: Cur Rubenitæ domi se continent? cur nobis auxiliares copias non mittunt? cur periculum commune, quod nos subimus, ipsi detrectant? Id magis patebit ex vers. sequenti. q. d. Rubenitæ ob suam desideriam facti sunt fabula & probrum Nephthalitis militibus & victoribus.

QVARE HABITAS INTER DVOS TERMINOS, VERS. 16. VT AVDIAS SIBLOS GREGVM?] q. d. Cur, ò Ruben, habitas & desides in terra tua, quæ sita est inter duos terminos, id est inter Moab & Chanaan cis Iordanem? Vel potius vt Chald. Quare, ò Ruben, tam inccum quam cum Sifara pacem habere voluisti, ac, vt vulgò dicitur, cur inter duas aquas natus, vt audias sibilos gregum, q. d. manus greges tuos pascere, eorumque balatus & pastorum sibilos audire, quam buccinæ meæ sonitum: maui quietem prædij, quam laborem & discrimen prælij. Culpat ergo eorum inertiam, timorem & pusillanimitatem, quòd maluerint vacare rusticationi quam præliationi.

DIVISO CONTRA SE RVBEN, MAGNANIMORVM REPERTA EST CONTENTIO.] Iam explicata v. 15. Repetitur hoc hemistichium velut carmen intercalare, ad elegantiam, mutata vna duntaxat littera, nam v. 15. habetur *קקו* *chicke leb*, id est cogitationes, vel disceptationes cordis, hęc verò dicitur *קקו* *chicre leb*, id est inuestigationes vel perscrutationes cordis. Sed eodem redit sensus.

GALAAD TRANS IORDANEM QVIESCEBAT, VERS. 17. ET DAN VACABAT NAVIBVS, ASER HABITABAT IN LITTORE MARIS.] Taxantur Galaaditæ, Danitæ, & Aseritæ, quòd sua priuata commoda sectantes in terra sua desiderere maluerint, in eaque quietè vacare agriculturæ, navigationi & mercimoniis, quam commune belli periculum pro patria contra Sifaram subire, ignavia enim hæc erat non ferenda.

ZAVLON VERÒ ET NEPTHALI OBTVLERVNT ANIMAS (vitas) SVAS MORTI, mortis periculo; IN REGIONE MEROME.] Quæ adiacet monti Thabor, vbi commissum est prælium contra Sifaram. Ita Adrichoni. Septuag. appellatiuè accipiunt *rd Merome*, vertuntque *super altitudines agris*, quia scilicet in alta lataque planitie montis Thabor gestum est hoc bellum.

VENERVNT REGES (reguli & principes confederati Sifaræ & Iabin regi Afor) ET RVGNAVERVNT: PVGNAVERVNT REGES CHANAAN IN THA-



THANACH IUXTA AQUAS MAGEDDO.] Hæc A enim loca vicina sunt Thabor, siue loco prælij.

VERS. 20. DE CALO DIMICATVM EST CONTRA EOS: STELLÆ MANENTES IN ORDINE ET CVRSV SVO ADVERSVS SISARAM PVGNAVERVNT.] RUPERT.

Glossa, Vatabl. & alij per stellas accipiunt Angelos, quasi hæc poetice dicantur, nilque aliud significant, quam quod Deo & Angelis pro Hebræis pugnante etiam stellæ Deo obediens & lucentes cum eo & pro eo pugnant videantur, Sic & Franciscus Valelius sacræ Philof. c. 31. per stellas accipit Angelos, quorum cursus dicitur assidua illa & continens operatio, qua homines custodiunt & gubernant. Sic Apocal. 12. 4. dicitur draco caudâ suâ traxisse tertiam partem stellarum, id est Angelorum, & misisse eas in terram. Planius accipias ipsas stellas, sed à suis Angelis motas, impulsas & directas. Sensus est, q. d. Stellæ de cælis pro Hebræis contra Sisarianos pugnaverunt, eiuculando in eos grandinem, ventos, procellas, fulgetra, tonitrua, ignes, & stellas cadentes, quæ eos perculerunt & interemerunt, vt contigit Iosue contra Chananæos pugnanti c. 10. 11. Angeli enim per stellas in nubes per se congregatas & ritè dispositas more suo influentes, caularunt procellas & fulmina, quæ Angelis direxerunt, vt non in Hebræos, sed in Sisarianos ferrentur. Philo Biblicus ait Deum orante Debbora præcepisse astris: *Descendite astra, & incendite inimicos meos, vt sciant virtutem meam. Et descendunt astra, & expugnaverunt castra eorum.* Et antequam: *Cum, inquit, Debbora & Barac iuerunt ad præliandum cum hostibus, Deus conturbauit motum stellarum suarum, & dixit ad eas: Festinate & ite, & conturbate brachia hostium, & conterite virtutem cordis eorum, quoniam veni vt dominetur populus meus, & profecta sunt astra sicut præceptum erat eis, & incenderunt inimicos eorum.* Intellige astra non descendisse de caelo motu locali, sed virtute & efficientia sua, quia scilicet de cælis ignes & fulgura vibrarunt in Sisarianos.

Pulchrè hic alludit nomen Ducis. Barac enim Hebr. fulgur significat: fulmineo ergo Barac Deus fulminans subministrabat sua fulmina. Sic Mars à Poëtis dicitur fulminare, & Ptolomæus vocatus est Ceraunus, id est fulmineus. Consentit Iosephus lib. 5. c. 6. *Commisit, ait, pugna vehementis imber mixtus grandine superuenit, quem ventus in aduersos Chananæorum vultus inferens, & prospectum adimens, inutiles eorum iaculatores & funditores reddidit, atque etiam scutari manibus rigentibus præ frigore gladios vix retinebant.*

Sic de Clodoueo multa reperies similia apud Gregorium Turo nicum lib. 2. histor. Francor. c. 30. Honorij exercitum diuino miraculo victoriam incredibilem de Gothis retulisse scribit B. August. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 23. Ariulphum duce S. Sabinus martyr propè Spoletum suo clypeo muniuit, & in bello protexit, ait Paulus Diaconus lib. 4. cap. 17. Robertus Monachus lib. 6. & 7. de Bello sacro refert sæpè S. Georgium, Mauritium, & Demetrium, viros sub nostris castris militasse. S. Georgius Aragonensibus in bello Ostensi maximum Agatenorum exercitum prostrauit, vt narrat Carbonellus lib. 1. & in bello Valentino sæpè nostris auxilium tulit. S. Iacobus Apostolus Hispaniarum patronus, Ramiro Regi Legionis, propè victo atque prostrato eius exercitu, in colle, qui Clailinus nominatur, Hispanice Clauio, apparuit, & victoriam pollicitus est, quam postero die à Mauris obtinuit, vt constat ex Regio priuilegio eiusdem Ra-

miri 9. Kal. Iunij, Era 972. & refert Calixtus II. lib. de Miraculis D. Iacobi, & Vincentius Bellouacensis lib. 27. Speculi historialis, cap. 31. Plura vide apud Thomam Bozium tom. 2. de signis Ecclesiæ lib. 17. Signo 79.

STELLÆ MANENTES IN ORDINE ET CVRSV SVO, ADVERSVS SISARAM PVGNAVERVNT.] q. d. Stellæ, quæ imperante Iosue cum sole & luna steterunt immotæ, vt ad exitum Istaclitarum victoria perduceretur, nunc iuerunt Barac cursu non intermisso.

At quomodo pugnaverunt contra Sisaram? Respondet Rabbi Salomon, stellas de caelo incanduisse, lutumque iterum ita calefecisse, vt vngula eorum Sisaram nimio calore decideret soluta; quo ille incommodò affectus, pugnare haud potuit.

Secundò, Rab. David Kimhi ait, stellas ita calefecisse milites Sisaram, vt cum refrigerari vellent in torrente Cifon, in eo perierint, quod significari putat illis verbis: *Torrentis Cifon traxit cadauera eorum.*

Tertiò, Abulen. putat stellas manentes in ordine suo propterea dici contra Sisaram pugnare, quia forè sidera videbatur inflammata cadere super Sisaram exercitum, comeris nimirum & fulguribus in eum iactatis. Sic enim & curus turbati in prærupta ferebantur, & militibus de caelo tactis mors Chananæorum oculis oberrabat, Hebræis nullo interim læsis detrimento.

Quartò, plenè & germanè, q. d. *Stellæ manentes in ordine suo.* Hebr. in semitis suis. Vatabl. è stationibus suis, hoc est ordinata acie incidentes pugnaverunt contra Sisaram, quia in eum eiusque castra iaculatae sunt ventos, procellas, fulgetra, quibus ea afflata & prostrata. Tò ergo *manentes in ordine & cursu suo,* significat Primò stellas ordinatè more suo incessisse, vt incedit acies militum. Nam in Script. stellæ vocantur militia siue acies Dei in acie autem maximè spectatur ordo militum: hic enim si seruat, vincit; si turbetur, vincitur. Secundò, stellas non cominus, sed eminus de caelo pugnant contra Sisaram. Tertiò, Angelos qui ordinè & cursum stellarum moderantur, per eas contra Sisaram certasse. Quartò, solem & stellas hic non conspexisse, vt constiterunt sub Iosue. Soli stationem imperante cap. 10. 12. sed motum suum ordinariū continuasse, itaque produxisse procellas & fulmina, ea que in Sisarianos vibrasse. Ità Lyran. Caiet. & alij. Quin-tò, stellas è suis stationibus in caelo facillè perdidisse Sisarianos in terra; quia ex alto facile est perdere hostem infra in valle consistetem. Facilius enim, fortius & certius tela ex alto in imum, quàm ex imò in altum iaciuntur. Vnde Duces præliatūri solent captare locum excelsum, illudque est omen & causa victoriæ: tum quia hostis ex imo in eum magno nisu scandere debet, itaque vires exhaustit, antequam cum antagonis suis, qui quæsi integris sunt viribus, confligat; tum quia efficacius tela ex monte in vallem, quàm ex valle in montem vibratur; tum denique quia ex alto omnes hostium acies, vires, machinationes, &c. conspiciuntur, vt eis occurratur. Addunt Rabbini in Seder Olam: *Omnia que in caelis & que in terris sunt pugnant contra Sisaram pro Barac & Hebræis.*

TORRENS CISON TRAXIT CADAVERA EORVM.] Pro traxit, Hebr. est *garaph*, id est voluit, deuoluit, conuoluit, voluit. Septuag. eiecit. Chald. fregit.

STELLA MANENTES IN ORDINE ET CVRSV SVO, ADVERSVS SISARAM PVGNAVERVNT.] q. d. Stellæ, quæ imperante Iosue cum sole & luna steterunt immotæ, vt ad exitum Istaclitarum victoria perduceretur, nunc iuerunt Barac cursu non intermisso. At quomodo pugnaverunt contra Sisaram? Respondet Rabbi Salomon, stellas de caelo incanduisse, lutumque iterum ita calefecisse, vt vngula eorum Sisaram nimio calore decideret soluta; quo ille incommodò affectus, pugnare haud potuit. Secundò, Rab. David Kimhi ait, stellas ita calefecisse milites Sisaram, vt cum refrigerari vellent in torrente Cifon, in eo perierint, quod significari putat illis verbis: *Torrentis Cifon traxit cadauera eorum.* Tertiò, Abulen. putat stellas manentes in ordine suo propterea dici contra Sisaram pugnare, quia forè sidera videbatur inflammata cadere super Sisaram exercitum, comeris nimirum & fulguribus in eum iactatis. Sic enim & curus turbati in prærupta ferebantur, & militibus de caelo tactis mors Chananæorum oculis oberrabat, Hebræis nullo interim læsis detrimento. Quartò, plenè & germanè, q. d. *Stellæ manentes in ordine suo.* Hebr. in semitis suis. Vatabl. è stationibus suis, hoc est ordinata acie incidentes pugnaverunt contra Sisaram, quia in eum eiusque castra iaculatae sunt ventos, procellas, fulgetra, quibus ea afflata & prostrata. Tò ergo *manentes in ordine & cursu suo,* significat Primò stellas ordinatè more suo incessisse, vt incedit acies militum. Nam in Script. stellæ vocantur militia siue acies Dei in acie autem maximè spectatur ordo militum: hic enim si seruat, vincit; si turbetur, vincitur. Secundò, stellas non cominus, sed eminus de caelo pugnant contra Sisaram. Tertiò, Angelos qui ordinè & cursum stellarum moderantur, per eas contra Sisaram certasse. Quartò, solem & stellas hic non conspexisse, vt constiterunt sub Iosue. Soli stationem imperante cap. 10. 12. sed motum suum ordinariū continuasse, itaque produxisse procellas & fulmina, ea que in Sisarianos vibrasse. Ità Lyran. Caiet. & alij. Quin-tò, stellas è suis stationibus in caelo facillè perdidisse Sisarianos in terra; quia ex alto facile est perdere hostem infra in valle consistetem. Facilius enim, fortius & certius tela ex alto in imum, quàm ex imò in altum iaciuntur. Vnde Duces præliatūri solent captare locum excelsum, illudque est omen & causa victoriæ: tum quia hostis ex imo in eum magno nisu scandere debet, itaque vires exhaustit, antequam cum antagonis suis, qui quæsi integris sunt viribus, confligat; tum quia efficacius tela ex monte in vallem, quàm ex valle in montem vibratur; tum denique quia ex alto omnes hostium acies, vires, machinationes, &c. conspiciuntur, vt eis occurratur. Addunt Rabbini in Seder Olam: *Omnia que in caelis & que in terris sunt pugnant contra Sisaram pro Barac & Hebræis.*

TORRENS CISON TRAXIT CADAVERA EORVM.] Pro traxit, Hebr. est *garaph*, id est voluit, deuoluit, conuoluit, voluit. Septuag. eiecit. Chald. fregit.

fregit. Vatabl. *scopauit*, id est instar scopæ euerit. Torrens Cifon fuit ad radices montis Thabor, vbi cõtritus est Sisara: quare milites eius fugientes per torrentem Cifon, eo per Dei prouidentiam aquis redundante & tumido hausti merisque sunt; quare torrens deuoluit eorum cadauera. Vnde Iosephus ait Deum tunc ingentem immisisse imbrem, quo vtrique auctus valdè intumuit torrens Cifon. Festi-vè R. Eliez er c. 42. narrat voluisse Deum, vt in mari rubro submerfi Aegyptij, sepelirentur: sed deprecata hoc terram, quod qui ab aquis interempti essent, ab aquis etiam absorberi deberent: Deum verò dixisse: *O terra hac vice suscipe istos; alia vice eos qui super te interfecisti fuerint proficium in mare.* Dicitur enim: *Torrentis Cifon traxit cadauera eorum.* Ethopœia est Rabbina, qua significatur omnes res etiam inanimas Deo ad nutum morem gerere, omnesque ab illò suauiter & ipsarum naturis conuenienter gubernari. Ita Serarius.

TORRENS CADVMIM, TORRENS CISON.] Torrens Cadumim idem est cum torrente Cifon, vt habet Chald. *ipse*, inquit, est *torrens Cifon*: sed cur dictus est *Cadumim*? Primò Septuag. in Codice Roman. Pro *torrens Cadumim* vertunt, *torrens antiquitatum*: *קדמון* enim significat antiquum, priscum, primum, quod Marinus simpliciter explicat. q. d. Cifon est torrens antiquus, licet enim sit torrens, tamen ab antiquo fuit, nec fluere cessat, vt alij torrentes sæpè siccantur in aestate, & fluere desinunt. Sublimius Chald. sic explicat: *Fluuius in quo facta sunt signa & fortitudines Israël ab antiquo.* R. Rab-bag verò: Dicitur Cifon, inquit, Cadumim, id est antiquus, quod in eo renouatum sit antiquum prodigiū maris rubri; quia sicut Deus illo merfit Pharaonem, sic in Cifon merfit copias Sisaræ. Sic & Rupertus, qui censet Cadumim esse mare rubrum, itaque vocari ob antiquum merfit in eo Pharaonis prodigiū.

Optimè Arias & Vatabl. sic explicant, q. d. ab antiquo, ab olim, ab initio torrens Cifon à Deo factus & ordinatus est ad hoc, vt in eo pugnatè Barac mergerentur Sisariani.

Secundò, Serarius torrentem *Cadumim* vertit *torrentem Orientalium*: *kedem* enim Orientem quòque significat. Torrens enim Cifon labitur partim versus mare Mediterraneum, quod est ad Occidentem, partim in mare Galilææ, quod est ad Orientem: quare *Cadumim* hic notare partem hanc Orientalem torrentis, qua merfit fuere Chananæi.

Tertiò alij *Cadumim*, quod est participium passiuum, proprie vertunt *præuentorum, præoccupatorum*; vbi scilicet Sisariani ex inopinato aquis præuenti & suffocati. *קדמון* enim significat præuentus, præoccupare. Omnes hæc expositiones probabiles sunt coniecturæ, nil enim certi hic statui potest. Vnde S. Hieron. in locis Hebr. *Cadumim*, inquit, *torrens, iuxta quem Debbora bellum gessit.* Addit Adrichom. riuulum quemdam procedentem ex torrente Cifon vocari *Cadumim*, sed an ab vrbè quapiam ita dictus sitan aliunde, non explicat.

Allegor. B. Petrus Damiani ferm. 40. qui est de S. Cassiano martyre, totum hoc prælium applicans Ecclesiæ, per torrentem Cifon accipit Baptisimum. *Nam cum Catechumenus, inquit, lacro sacri fontis immergitur, tanquam Sisara cum suo exercitu, sic nequissimus spiritus cum his que sibi militat vitiis omnibus necesse est perimatur.*

Porro huius victoriæ, vt pote illustris & cele-

stis, subinde fit mentio in Script. vt Psal. 82. 10. *Fac illis sicut Madian & Sisara, sicut Iabin in torrente Cifon.* id est, perde nostros hostes, sicut perdidisti Madianitas per Gedeonem, ac copias Sisaræ Ducis & Iabin regis in torrente Cifon. Nec enim ipse Sisara perijt in Cifon, vt pote occisus à Iahel; multò minus eo perijt Iabin rex, qui prælio non interfuit. Rursus Elias Sacerdotes Baal iussit occidi ad torrentem Cifon, 3. Reg. 18. 40. idque appositè, vt scilicet vbi Sisariani gentiles merfit fuerant, ibi & Baalitarum idololatæ mergerentur. Hinc Cifon Hebr. idem est quod duritia, vel induratus, vel stipula: torrens enim hic eos quasi stipulas durè abrupit, eò quod ipsi in suo scelere & idololatria essent obdurati.

CONCVLCA ANIMA MEA ROBUSTOS.] Poë-ticè hoc ait Debbora, q. d. gaude, exulta, triumphà ò anima mea, quia Deus Sisarianos quantumlibet armatos & robustos cecidit, tibi que calcandos subiecit.

Aliquid vertunt: *calcabas anima mea fortiter.* q. d. torrentem qui merfit Sisarianos, tu ò Debbora fortis siccoque pede calcasti, sicut mare rubrum quod haust Pharaonem se diuidens, sicuñ dedit aluè & transitum Hebræis. Fauent Septuag. Roman. qui habent: *Conculcauit eum* (torrentem Cifon) *animam mea potens.* Ita Serarius. Quod si verum est, nouum est & prodigiosum miraculum. Verum Complut. Regij & alij pro *eum* habent *eos*, scilicet milites Sisaræ. Vnde & Chald. vertit: *Ibi conculcauit anima mea occisos eorum in robore.*

Aliò profus abir Caietan. qui vertit: *Anima mea, id est populi mei, dirigit fortitudinem*, hoc est in Deo fortitudinem suam locabit.

VNGVLÆ EQVORVM CECIDERVNT FVGIENT. VERS. 22. TIBVS IMPETV, ET PER PRÆCEPS RVNTIÈ BVS FORTISSIMIS HOSTIVM.] Solent enim vngulæ in vehementi cursu, ex collisione ad saxa, equis ex pedibus excidere. Significatur ergo hac phrasè ingens hostium pauor, indeque impetus in fuga. Septuag. Roman. vertunt: *Quando impediti sunt calcanti equi, festinatione festinauerunt.* Complut. verò & Regij habent: *Tunc absissa sunt crura equorū hiniitibus potentium illius.*

FORTES EIVS.] Aquila, inquit Procopius, Hebr. *מדרור* *midaroth*, *exposuit Decus irruentium, hoc est vngula equorum in acie agiliorum inutiles facta sunt.* Chald. *Tunc educta sunt vngula equorum à frenis.*

MALEDICITE TERRÆ MEROZ, DIXIT ANGELVS DOMINI.] Quæ sit terra Meroz ignoratur. Probabiliter Pagin. in Nom. Hebr. opinatur *Meroz* esse *Merom*, tum quia litteræ penè sunt eadem; tum quia Iosue, c. 11. 7. ante annos 120. ibi cecidit Iabin regem Azor, antecessorem huius Iabin, cuius Dux Sisara casus fuit à Barac. Porro *Merom*, inquit Adrichom. ex S. Hieron. lacus est triginta stadiis latus & sexaginta longus, qui inter Cæsaream Philippi & Mare Galilææ quasi in medio situs est, quem Iordanis fluius medius perfluit. Qui quidem lacus tempore resolutionis niuium à Libano monte defluentium valdè accrescit ac dilatatur, ac aestiuo tempore ex maiori parte exsiccat. Quo fit, vt diuersi generis herbæ, arbuta & arbores in sylvam eo loci accrescant, quæ leonibus, vrsis, pardis, aliisque fetis maximè abundat, ac Regibus Principibusque vitis gratam & iucundam præbet ventionem.

Male-

Maledicuntur ergo hęc prę ceteris accola lactis Merom, quod suppetas non tulerint Nephthalitis contra Sisaram, sed potius occultę fauerint Sisara, ideoque pro terra Merom, id est excelsa, hęc vocatur Meroz, id est secretum, quod secreta contra Hebręos cum Sisara consilia agitarint, alioqui enim ob negatas suppetas dumtaxat non eis malediceret Angelus, cum easdem negarint Rubenita, Danita, Aserita v. 16. 17. quibus tamen idcirco non maledicir: Quocirca maledicir terrę Merom, vt fiat terra Meroz, id est macilenta & sterilis (W<sup>7</sup> r<sup>as</sup> enim maciem significat) vtque hoc ipsa voce innuat pro Merom, id est cęlstitudo vocat eam Meroz, id est maciem & sterilitatem; quam hac maledictione ei induxit, sicut Dauid eandem imprecatus est montibus Gęlboę, ob cęstitim in iis Saulem & Ionatham. 2. Reg. 1. 21. Vnde Septuag. hic vertunt: *Maledictus omnis inhabitans eam.*

**DIXIT ANGELVS DOMINI.]** Quęres, quis hic Angelus? Primõ, Chald. censet esse Barac, qui dicitur Angelus, quod a Deo sit missus ad paradam Israęli de Sisara victoriam. Secundõ, Procopius censet esse Pontificem. Sacerdos enim, pręsertim sumus, Angelus Domini exercituum est, vt ait Malach. c. 2. Tertio, Caiet. censet esse Debboram. Quarto, planę & genuinę Abulen. censet fuisse verum Angelum, scilicet Michaęlem, qui bello huic pręfuit tanquam Israęlis princeps ac protector. Daniel. 10. Sic & Rupert. Arias verõ censet fuisse Angelum, qui hoc Canticum Debborę suggessit & dictauit: sed hunc verisimile est fuisse eundem qui bello pręfuit, puta S. Michaęlem.

**QVIA NON VENERVNT IN AVXILIVM DOMINI.]** Per suos fideles Hebręos pugnantis contra impios Chanaanos. Vnde explicans subdit: *in adiutorium fortissimõrum eius, militum Hebręorum.* Septuag. in Codice Regio habent: *Quia non venerunt in auxilium; Dominus auxiliator noster; Dominus in pugnantibus potens.*

**VERS. 24.]** **BENEDICTA INTER MULIERES LAHEL.]** Hebr. *בְּרֵכָה מִן־מְיֻדָּתַי*, id est *ex mulieribus, vel pre mulieribus lahel.* Hinc Gabrie Archangelus sumpsit suā salutationem; qua B. Virginem salutauit Luca. 1. dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Lahel enim fuit typus B. Virginis, vt dixi c. 4. 28.

**VERS. 25.]** **AVAM PETENTI (Sisara) LAC DEDIT, ad eum somno consopitendum, vt dormientem occideret, ET IN PHIALA PRINCIPVM, hoc est in phiala pręclara & pręstanti, ex qua bibere solent principes, vt erat Sisara; OBTVLIT. BVTVRVM.]** Hoc est lac pingue & spissum: ex hac enim lactis pinguedine agitata coagulatür & fit butyrum. Nec enim lahel butyrum, sed lac dedit scienti, potumque petenti Sisara: Est Catachresis.

**VERS. 26.]** **SINISTRAM MANVM MISIT AD CLAVVM.]** Quasi ad instrumentum in tabernaculo suo obuiũ. Viderit hic clauus fuisse ferreus; hic enim acutior est, facilisque incutitur & penetrat vsque ad terram. Aliqui tamen censent clauum fuisse ligneum, vt fuerit typtis crucis Christi; quę fuit ex ligno. Verum aptius clauus hic fuit typus, imõ idea clauorum ferreorum, quibus Christus fixus in cruce, in eadem confixit Sisaram, id est diabolum, omnes ei vires adimendo, vt superius dixi ex Origene. Audi Rupertum hic cap. 7. *Clauus tabernaculi ipsim est stigma passionis Christi. Clauum tulit, quę iussa mortificare membra sua super terram crucę suam bant. Lael: cr-*

*isfigens carnem suam cum vitis & concupiscentiis. Hoc tunc valide fit, quando non pro vanitate humane laudis, sed pro gloria assumitur Dei, afflictio carnis; non inquam in ambitione aua popularis, sed in timore Domini. Idcirco Psalmista postulat: Confige timore tuo carnes meas. Psal. 118.*

**VOIVEBATVR ANTE PEDES EIVS.]** Non capite, vt pote quod lahel clauõ iam terrę affixerat, sed motitando & agitando pedes & latera, cum expiraret Sisara. Ita Abulen.

**VLVLABAT MATER EIVS.]** Sisara. Vatab. *euilabat*, scilicet quod Sisara filius more suo ad se triumphans & spoliis onustus non reuertetur. Vnde ex hac eius mora & tarditate suspicans quid sinistra ei contigisse, auguransque eius cędem (hanc enim ei mens pauca pręfagebat) lamentabatur. Poëtice hęc inducitur matris lamentum; vti fit in tragedia, vt tragicus Sisara interitus meliũs repręsentetur.

**VNA SAPIENTIOR CETERIS VXORIBVS EIVS (scilicet Sisara) Hęc SOCRVI (matri Sisara euilanti quod Sisara non rediret) VERBA RESPONDIT.]** Vt eius dolorem leniret, & suspicionem sinistram in opinionem meliorem conuerteret, quod scilicet spolia hostium ampla diriperet, ideoque redire tardaret.

**SIC PEREANT OMNES INIMICI TVI DOMINE.]** Vti perit Sisara impius cũ omnibus suis, licet plurimis & fortissimis.

**QVI AVTEM DILIGVNT TE, SICVT SOL IN ORTV SVO SPLENDET, ITA RVTLIENT.]** Sol oriens spargit iubar suum aureum, splendoremque suum pulcherrimum & gratissimum, qui sensim vsque ad meridiem crescit, & pulchrior fit ac robustior: Sic pariter Israęlitę ceterique diligentes te õ Domine omni decore, gratia, robore, laetitia, viribus, prosperitate, victoria, felicitate & triumpho resplendeant, usque semper te benedicente incrementent, vt nemo eis aut vel possit resistere, donec iidem donis planę impleantur & abundant, quod fiet in celo cũ videbunt Deum Deorum in Sion, ac eius gloriam, omneque bonũ participabunt, iuxta illud Prover. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Vide ibi dicta.

**Pro in ortu suo,** Hebr. est *בְּבִרְתוֹ* *bigburatbo*, id est *in virilitate sua, hoc est in fortitudine sua.* Ita Chald. *Miser cordia*, inquit, *eius (Dei) splendent sicut exire solet sol in fortitudine sua.* Septuag. *in diuinitate eius*, id est *in potentatu suo;* cum scilicet sol claro manę exoriens apparet auricomus, ac fortiter suos splendoris radios longę lateque totis quasi viribus eiaculatur, usque omnes tenebras dispellit, omneque suis fulgoribus superat & collustrat, vt nil ei obistere valeat. Hoc est quod ait Malachias cap. 4. 2. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitia.* Et Sapient. 3. 7. *Fulgebunt iusti sicut sol.* Et Eccl. c. 27. 12. *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol.* Vide quę illis locis annotauit, ad quę ac Isaę 45. 1. ad illa: *Hęc dicit Dominus Christo meo Cyro.* Cyrus enim Persicę idem est quod sol.

**QVIEVITQVE TERRA PER QVADRAGINTA ANNOS.]** Sub his 40. annis continentur viginti anni quibus Iabin oppressit Hebręos c. 4. v. 3. Vide dicta c. 3. v. 11. & 30. Minus ergo rectę Iosephus. *Postquam, inquit, solo tenuis urbem Asor equasset (Barac) ducentem Israęlitarum agit ad annos 40.*

Addit Philo Biblius in Antiquit. Debboram morientem

morientem conuocasse populum, eique hęc vltima dedisse monita: *Ecce ego moneo vos tanquam mulier Dei, & illumino vos tanquam ex femineo genere, & obaudite mihi quasi matri vestrę, & intendite verbis meis tanquam morturi & ipsi.* Ecce ego proficiscor mori viam totius carnis, quo venietis & vos: tantum cor vestrum dirigite ad Deum Dominum vestrum in tempore vite vestrę, quoniam post mortem vestram in his in quibus vixistis,

A penitere non poteris. Nunc ergo filij mei vos obaudite voci meę, donec habeis tempus vite & legis lumen, dirigite vias vestras. Et dum loqueretur Debbora verba hęc, leuauerunt omnes populi vocem vnanimiter & plorantes dixerunt: *Ecce nunc mater moreris, & relinquens filios tuos, cui commendas eos? Ora itaque pro nobis, & post recessum tuum erit anima tuã memor nostri in sempiternum.*

CAPVT SEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

**Hebręos rursus idoloratres opprimunt Madianita: quare penitentes Deum inuocant, qui liberatorem eis per Angelum designat Gedeonem. Vnde Angelus v. 18. Deo sacrificat. Mox Gedeon v. 25. iussa Dei aram Baal subuertit, ideoque Ieroboal, id est vltor Baal vocatur: inde v. 34. classico milites conuocat, ac signum victoria a Deo petens accipit rorem in solo vellere, & mox siccit atę in solo vellere. Quintus ergo Israęlis Iudex fuit Gedeon, cuius acta hic enarrantur.**

**1.** Fecerunt autem filij Israęl malum in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian septem annis, 2. & oppressi sunt valde ab eis. Feceruntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca. 3. Cumque seuisset Israęl, ascendebat Madian & Amalec, ceterique Orientalium nationum: 4. & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis, cuncta vastabant vsque ad introitum Gęzæ: nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israęl, non oues, non boues, non alios. 5. Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, quidquid tetigerant deuastantes. 6. Humiliatusque est Israęl valde in conspectu Madian. 7. Et clamauit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas. 8. Qui misit ad eos virum prophetam, & locutus est: Hęc dicit Dominus Deus Israęl: Ego vos feci conscendere de Egipto, & eduxi vos de domo seruitutis, 9. & liberaui de manu Egiptiorum, & omnium inimicorum, qui affligebant vos: eiecique eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis Terram eorum. 10. Et dixi: Ego Dominus Deus vester, ne timeatis deos Amorrhęorum, in quorum terra habitatis. Et noluitis audire vocem meam. 11. Venit autem Angelus Domini, & sedit sub quercu, quę erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familię Ezri. Cumque Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt fugret Madian, 12. apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime. 13. Dixitque ei Gedeon: Obsecro, mi domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hęc omnia? vbi sunt mirabilia eius, quę narrauerunt patres nostri, atque dixerunt: De Egipto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian. 14. Respexitque ad eum Dominus, & ait: Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israęl de manu Madian: scito quod miserim te. 15. Qui respondens ait: Obsecro, mi domine, in quo liberabo Israęl: ecce familia mea infirma est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. 16. Dixitque ei Dominus: Ego ero tecum: & percuties Madian quasi vnum virum. 17. Et ille, Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum quod tu sis qui loqueris ad me. 18. Nec recedas hinc donec reuertar ad te, portans sacrificium, & offerens tibi. Qui respondit: Ego pręstolabor aduentum tuum. 19. Ingressusque est itaque Gedeon & coxit hoc dum, & de farinę modio azymos panes: carnesque ponens in canistro, & ius carniũ mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei. 20. Cui dixit Angelus Domini: Tolle carnes, & azymos panes, & pone supra petram illam, & ius desuper funde: Cumque fecisset ita, 21. extendit Angelus Domini summitatem virgę, quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos, ascenditque ignis de petra, & carnes azymosque panes consumpsit: Angelus autem Domini etianuit ex oculis eius. 22. Vidensque Gedeon quod esset Angelus Domini, ait: Heu mi Domine Deus: quia vidi Angelum Domini facie ad faciem. 23. Dixitque ei Dominus: Pax tecum: ne timeas, non morieris. 24. Edificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitque illud, Domini pax, vsque in pręsentem diem.

Coruel in Iudicum.

L

Cum-

Cumque adhuc esset in Ephra, quae est familiae Ezri, 25. nocte illa dixit Dominus ad eum: Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem, destruesque aram Baal, quae est patris tui: & nemus, quod circa aram est, succide: 26. & aedificabis altare Domino Deo tuo in summitate petrae huius, super quam ante sacrificium posuisti: tollesque taurum secundum, & offeres holocaustum super struem lignorum quae de nemore succideris. 27. Assumptis ergo Gedeon decem viris de servis suis, fecit sicut praeceperat ei Dominus. Timens autem domum patris sui, & homines illius civitatis, per diem noluit id facere, sed omnia nocte complevit. 28. Cumque surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructam aram Baal, lucumque succisum, & taurum alterum impositum super altare, quod tunc aedificatum erat. 29. Dixeruntque adinvicem: Quis hoc fecit? Cumque perquirerent auctorem facti, dictum est: Gedeon filius Ioas fecit haec omnia. 30. Et dixerunt ad Ioas: Produce filium tuum huc, ut moriatur: quia destruxit aram Baal, & succidit nemus. 31. Quibus ille respondit: Numquid vltiores estis Baal, ut pugnetis pro eo? qui adversarius est eius, moriatur antequam lux crastina veniat: si Deus est, vindicet se de eo, qui suffodit aram eius. 32. Ex illo die vocatus est Gedeon, Ierobaal, eo quod dixisset Ioas: Vlciscatur se de eo Baal, qui suffodit aram eius. 33. Igitur omnis Madian, & Amalec, & Orientales populi congregati sunt simul: & transientes Iordanem, castrametari sunt in valle Iezrael. 34. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina convocavit domum Abiezer, ut sequeretur se. 35. Misitque nuntios in uniuersum Manasse, qui & ipse secutus est eum: & alios nuntios in Aser & Zabulon & Nephtali, qui occurrerunt ei. 36. Dixitque Gedeon ad Deum: Si saluum facis per manum meam Israel, sicut locutus es, 37. ponam hoc vellus lanae in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. 38. Factumque est ita. Et de nocte confurgens, expresso vellere, concham rore implevit. 39. Dixitque rursus ad Deum: Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero, signum quaerens in vellere. Oro ut solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. 40. Fecitque Deus nocte illa ut postidauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

VERS. I.

**F**ECERVNT AVTEM FILII ISRAEL MALVM IN CONSPECTV DOMINI, id est fecerunt idola & idololatriam. Haec enim antonomastice dicitur malum, quia summum scelus, idque in conspectu Domini, quia Deo videnti & indignanti opponit alium Deum, eumque creatum, & saepe factum fictumque ex lapide, auro, argento vel aere, quae summa Dei iniuria, vilipensio & offensio.

Qui iratus, iustaeque tantum scelus, tantamque sui iniuriam vindicans TRADIDIT ILLOS IN MANV MADIAN SEPTEM ANNIS.] Madian fuit filius Abrahae ex Cethura. Genes. 25. 2. a quo eius posterii dicti sunt Madianitae, & regio eorum Madian. Duplex autem fuit regio Madian, una iuxta mare rubrum ad Orientem, in quam fugit Moyses, pavitque oves Iethro, eiusque filiam Saphorah uxorem duxit. Exodi 2. Altera vicina Moabitibus iuxta Arnon & Arcopolim, cuius incolae masculi omnes occisi & excili sunt a Mose. Numer. 31. 7. eo quod Hebraeos prouocassent ad fornicationem & cultum Beelphegor. Numer. 25. Verum plures tuas hanc cladem metuentes, iam ante ad vicinas gentes profugerunt, qui postea in Madian redierunt: alij quoque vicini, in Madian incolis hae caede vacuata, ingressi, illam occuparunt, qui pariter dicti sunt Madianitae. Hi ergo Iudaeam inuasunt, & a Gedeone caesi sunt. Porro Madian abundat camelis, ouibus & capris. Philo Biblicus asserit Israelitas traditos Madianitis sub Gedeone, eo quod incitati a quoda Madianita mago, cui nomen Aod, consulissent Deos Madianitarum.

MADIAN,] Hebr. *Midian* idem est quod litigium, iurgium; contentio, ait Pagnin: quia licet

Madianitae fratres essent Hebraeorum, atque ac Ismaelitis suae Sarae filii, atque Ithamai posterii Esau, utpote ex eodem Patre Abraham & Jacob respectiue prognati, tamen eorum perpetui fuere hostes. Rantum Madian Hebr. *Midian* idem est quod *Middin*, id est ex iudicio, ait Pagnin: quia iusto Dei iudicio inuasunt Hebraeos ad castigandum eorum scelera. Origen. verò *Madian* interpretatur *extra iudicium*; quia Madianitae iniuste, quantum est ex parte ipsorum, licet iuste ex parte Dei, expularunt Hebraeos: hi enim nullam eis iniuriam intulerant. Vnde

Tropol. Madianitae sunt Turcae, Haeretici, Tyranni, caeterique impij, qui pios iniuste affligunt, sed Deo id permitteute vel ad peccatorum castigationem, vel ad patientia probationem.

CVMQVE SEVSSER (seminasset triticum, hordeum, auenam, pisam, fabas, &c.) ISRAEL, ASCENDEBAT MADIAN ET AMALEC (id est *populus linguem* Hebr.) CETERIQUE ORIENTALIVM NATIVM.] Hebr. *Filij Orientis*, ex Abraham & Cethura progeniti, habitantes ad Orientem, qui proinde vocantur filij Orientis. Genes. 25. 6. Tales quoque dici possunt Ismaelitae, Moabitae, Ammonitae, &c.

ET ABVD EOS. (filios Israel) FIGENTES TENTORIA. SICVT GRANT IN HERBIS CUNCTA VASTABANT.] pascentes in eis suos camelos, boves, oves, nec permitteutes vel lata in grana & messem crescerent & mature scerent, quare omne frumentum omnemque annonam succidebant, ut Israelitae fame perirent.

Tropol. Madianita est daemon, eiusque aspectus

clae, qui bona virtutis semina vel a Deo, vel a cononatore aliove simili mentibus hominum immissa disturbant, suffocant & auferunt, ne in opus bonum adoleseant.

VERS. 5. INSTAR LOCUSTARVM.] Haec enim innumera sua copia, atque ac edendi rodendique aviditate omnia germina radicitus succidunt & depascuntur, ut nihil frugis succrescere & nasci queat. Vnde grandis haec fuit plaga octava Aegypti. Exodi. 10. 13.

VERS. 6. HUMILIATVS QVE EST ISRAEL.] Hebr. *attenuatus est*. Septuag. *depauperatus & ad mendicitatem redactus*.

VERS. 7. CLAMAVIT AD DOMINVM.] Nimirum fames docet homines Dei oblitos illius recordari, imò ad eum clamare ut eam leuet. Sic saepe superiores qui subditos habent rebelles, adiuuendo eis cibum humiliant, & ad obedientiam officiumque reducunt. Qui enim alium pascit, ius in eum acquirit iubendi quae velit. Homines enim sunt animales, & instar animalium caeca ducuntur. Venter enim latrans quiduis subit, ut se satiet.

VERS. 8. QUI MISIT AD EOS VIRVM PROPHE TAM.] S. August. suspicatur fuisse Angelum illum, qui mox v. 11. apparuit Gedeoni. Verum alij passim censent fuisse hominem prophetiae spiritu a Deo dotatum, missumque ad Hebraeos more ceterorum prophetarum. Quisnam hic fuerit ignoratur, quia Script. eum non nominat. Rabbini diuinant fuisse Phinees Pontificem, sed temere; ille enim iam pridem erat vita sanctus. Si enim hoc tempore vixisset, fuisse ductentorum annorum, quae aetas illo auro erat insolens & infueta. Porro Deus volens exaudire clamorem Hebraeorum eosque a Madianitis liberare per Gedeonem, praemisit hunc prophetam, qui eorum ingratitude, idola & scelera acriter perstringeret, ut ad eum redirent, ac deinceps soli Deo seruirent. Deum imiteretur Praelatus, qui subditis offensas condonare statuit, ut prius aetere correctionis eos perfundat & compungat, ne ad vomitum redeant.

VERS. 10. NE TIMEATIS DEOS AMORRHAEORVM.] id est ne colatis eos, ne eos reueramini. Timor enim in Script. omnem cultum Dei significat, tum quia primus in orbe Deos fecit timor; tum quia Deus maxime colitur metu & reuerentia, iuxta illud: Si Dominus ego sum, ubi est timor meus Malach. 1. 6. Dominus enim a seruo poscit timorem, ab eoque timeri & coli vult.

VERS. 11. VENIT AVTEM ANGELVS DOMINI, ET SEDIT SVB QVERCV QVA ERAT IN EPHRA.] vrbe ita dicta, quae fuit patria Gedeonis, ad quem hic Angelus mittebatur. Alia est ergo Ephra ab Ephrata; haec enim erat in tribu Manasse, ex qua erat Gedeon, ut patet vers. 15. Rursum Ephrata Hebr. scribitur per Aleph: Ephra vero per Ain. Ad haec Ephrata Hebr. idem est quod *incrementum*: Ephra vero idem quod *puluerulenta*, vel *damula*, vel *corua*. Porro Angelus hic sedit sub quercu appositè, quasi Gedeoni robur ad bellandum contra Madiam additurus. Quercus enim robusta symbolum est roboris. Vnde eum salutans ait: *Dominus tecum virorum fortissime*. Sic Debhora sedebat sub palma, quia suis oraculis terebat palmam victoriae Barac & Hebraeis contra Sisaram.

ET PERTINEBAT (quercus sub qua degebat Angelus) AD IOAS PATREM FAMILIAE EZRI.] ex qua erat Gedeon. Ioas enim erat pater, id est princeps in Iudicum.

A ceps, siue primus & caput familiae Ezri, ex qua prognatus est Gedeon. Tales alibi vocantur principes domorum, id est familiarum. Hebr. est *אבי עזרי* *abi ezri*, quod Vatabl. & alij vt nomen proprium accipiunt, vertuntque ad *Ioas* oriundum ex *Abi ezri*; fuit enim familia *Abiezri* celebris, ut patet vers. 34. Porro *Abi ezri* Hebr. idem est quod *pater auxilij*; ex hoc ortus est Gedeon, qui destinabatur a Deo in auxilium Israelis, ad liberandum eum a Madianitis.

CVMQVE GEDEON FILIVS EIVS (Ioas) EXCVTERET ATQVE FVRGARET FRVMENTA IN TORCVLARI, Vt FVRGET MADIAN.] *Excuteret*, scilicet flagello, vti Belgae & alij flagellando segetes excutunt grana ex arctis. Alioqui in Palaestina (vbi etiamnum fit in Italia) boves tritabant segetes eas ungulis calcando, itaque grana excutiendo: vnde illud: *Non alligabis os boni trituranti*. Deuter. 25. 4.

B Sed & Gedeon hic flagello tritauerit, quia secreto & festinanter id fecit, ne a Madianitis appropinquantibus comprehenderetur, eademque de causa id fecit in torculari, vbi vnae solent exprimi, ex eisque vinum elici: torcular enim hoc erat in loco plano, & forte in horreo, vt vult Vatabl. vbi solent segetes flagellari & tritulari.

Tropol. S. Gregor. 3. Moral. 17. *Quid est*, inquit, *frumentum virga cadere, nisi relictudine iudicij a vitiorum paleis virtutum grana separare? sed haec agentibus Angelus apparuit: quia tanto magis Dominus interiora denuntiat, quando se studiosius homines ab exterioribus purgant.*

Allegor. S. August. serm. 108. de Tempor. *Torulaz*, inquit, *vbi messem terebat, propter assiduas tribulationes Ecclesia typum gessit. Moyses quae cadebatur Christianum populum significauit: quem adueniens Christus virga disciplinae, vel baculo crucis suae, a paleis, id est a peccatis omnibus separauit. Nam & Angelus ille qui venit ad eum, & ipse in typum Domini Saluatoris accipitur. Arborem sub qua stetit, & virgam quam tenuit crucem significasse manifestum est. Petra illa super quam Gedeon obtulit holocaustum, Christus erat. Sic enim ait Apostolus: Petra autem erat Christus. Hadus ille qui oblatris est, humanum genus peccatis obnoxium designauit. Quod Angelus virga sua tergit petram, & exiit ignis, & consumpsit hadum illum, crux tergit Christum, & de petra qua erat Christus, ignis exiit charitatis qui humani generis peccata consumpsit. De ipso enim verus Gedeon Christus in Euangelio dixit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?*

VERS. 12. ET S. Ambros. proem. lib. 1. de Spiritu sancto. Non otiose, ait, *vellus non in campo posuit, vel in prato, sed in area, vbi messis est tritici (messis enim multa, operarij autem pauci) eo quod per fidem Domini futura esset messis secunda virtutum.*

VERS. 12. ET AIT (Angelus) DOMINVS TECVM (sit) VIRORVM FORTISSIME.] Hebr. *גבור החיל* *gibbor hechail*, id est, *fortis robore vel strenuitate*. Septuag. *Potens fortitudine*. Chald. *Vir virtutis*. Vatabl. *Vir fortissime*: *Gibbor* enim significat virum fortem, potentem, robustum, quales erant gigantes: *chail* vero significat robur, industriam, strenuitatem, vires. Vnde Serarius suspicatur pro *virorum* legendum *virum*, sed nil cogit hoc dicere: nam *virorum* responderet Hebr. *gibbor*: *gibbor* autem & fortis & virum significat: viri enim sunt fortes. Vnde *Gabriel* dictus est quasi *fortis Dei*, vel *vir Dei*. Adde qui viribus est fortissimus, hic virorum est fortissimus.

Porro Gedeon fuit fortis non tantum corpore, sed magis animo, quo tantum bellum generose aggressus



aggressus est. Ratum fuit fortis non solum natu- rali, sed & supernaturali, quam Deus hic illi inde- bat, & deinceps illi inditurus erat ad opus tam ar- duum capessendum, fortitudine. Cum enim Deus cuiuspiam nomen aliquod attribuit, simul & rem do- temque nomine significatam illi indit. Sic cum B. Virgo salutata est a Gabriele Dei legato, gratia ple- na, tunc simul Deus nouam gratia copiam & ple- nitudinem illi indidit: Salutatio enim Dei (& lan- ctum eius, vt S. Pauli, ait Chrysoft.) est efficax, ac Dei diceret est facere. Sic Deus Simoni nomen commutans, eumque vocans Kepha (Cephas) id est Petrum, petrinam fortitudinem, qua foret Ec- clesie basis, illi indidit. Idem dicendum de Ioanne & Iacobo, cum eos vocauit Boanerges, id est filios tonitru; & de Abram, cum eum vocauit Abraham, id est patrem multarum gentium, &c.

Dicitur ergo Gedeon vitorum fortissimus, ait Serarius, quia corporis viribus excelebat, animiq; robore prestantabat. Secundo, quia ob Dei presen- tiam & opem multo magis deinceps iisdem corpo- ris animiq; viribus valiturus, magnaque ad populi sui salutem gesturus erat, eaque ipsam cor- poris quam animi, tam presens quam futura ideo proponebatur fortitudo, vt magna cum fiducia & alacritate ad Israelitici populi vindicias aggredere- tur, neque sese nimium desperaret, imparemque oneri & operi huic duceret. Sic enim & lucta mi- rabiliac diuina confirmatus est Iacob, dum in preteritis ac perirati Esau conspectum venire de- beret. Genes. 32.

Porro Septuag. vertunt in nominatio δυνα- τος τῆς ἰσχύος, vt habent Complut. id est, potens vi- vel ἰσχυρός τῶν δυνάμεων, id est fortis virtutum. vt habent Roman. Vnde S. August. hic quaest. 32. censet hoc esse Epithetum non Gedeonis, sed Dei. q. d. Dominus tecum est, o Gedeon, Dominus in- quam, qui est fortis virtutum. Verum melius No- ster, Chald. & alij vertunt in vocatio, vt Gedeon ab Angelo saluteretur, voceturque vitorum fortissi- mus. Nam causam huius tituli dat Angelus v. 14. cum ait: Vade in hac fortitudine tua. Et liberabis Israel de manu Madian.

VERS. 14.

RESPEXITQUE AD EVM DOMINVS,]puta An- gelus legatus Domini, cuiusque personam repre- sentans. Respexit oculis benignis, sed acerbis, Ge- deonem timidum erigens ad fiduciam, eique sua opem blando vultu nutuque promittens, ideoque eum extrinsecus ad capessendum munus Iudicis & Ducis contra Madianitas, quod ipse illi offerebat. Recte non respexit respondet non obsecro, Hebr. בִּי, id est in me, scilicet obsecro vt respicias, hoc est mihi meique sis propitius, quod dixerat Gedeon verbi- praced. Respicendo ergo in eum Angelus petiti- onis & votis eius satisfecit.

VADERE IN HAC FORTITUDINE TVA.] Hebr. בְּכֹחַ הַיָּדָיִם becochacha, id est in robore quod tibi olim indidit, & nunc adauxi, ac deinceps magis augebo & amplificaabo. Vnde Abul. sic exponit: Vade in for- titudine tua, hoc est in fortitudine adiutorij, quod tibi iam promisi. Audi Theod. quaest. 12. Memor erat Ge- deon mirabilium Dei firmamq; de Deo tenebat opinionem, &c. Et meruit vt audiret ab Angelo: proficiscere in robore fidei huius & vinces.

VERS. 16.

EGO ERO TECVM, ET PERCVTIES MADIAN QVASI VNVM VIRVM.] q. d. Ne timeas o Gedeon tot millia Madianitarum; ego enim te ita roborabo, adeoque eis potentiorum efficiam, vt omnes

tam facile cadas, perinde ac si omnes essent vnus dumtaxat vir; siue quam facile caditur vnus vir, tam facile tu mea ope cadas tota castra Madian. Sic enim vnus Angelus pro Ezechia pugnans ce- cidit vna nocte in castris Sennacherib 185. millia Assyriorum, 4. Reg. 19. 35. Tam potes est Deus, imo vnus Dei Angelus.

DA MIHI SIGNVM, QVOD TV SIS, QVI LO- QVERIS AD ME.] Non peccauit Gedeon petendo signum, quia nesciebat an is qui secum loqueba- tur esset homo propheta, an Angelus Dei vel dia- boli. Satanas enim se transfiguratur in Angelum lu- cis. Ita Abul. ait ergo: Da mihi signum quod tu sis scilicet talis, cui diuinam opem victoriamque tam ad- mirabilem de Madian pollicenti fidem habere pos- sim & debeam. Videbat Gedeon Angelum instar iuuenis pulcherrimi, vultu, habitu & moribus ele- gantissimum, ac miram ex eius presentia & allo- quio sentiebat consolationem, alacritatem & laci- tiam; sed necdum certo quis esset, & vnde veniret, ei constabat. Id ipsum ergo signum petiit sibi declarari & confirmari. Porro signum hoc poscenti Gedeoni dedit Angelus v. 21. cum virga tangens panem & carnes, illico ex eis ignem elicuit, quo illa Deo in sacrificium obrulit, eoque facta disparuit. Licet a- liqui putent Gedeonem pro signo postulasse id quod proxime subiicit: Ne recedas hinc donec reuertar ad te: quibus fauent Septuag. sed planius dicimus dno petiisse Gedeonem, primo, signum iam dictum, secundo, ne Angelus abiret antequam munus ali- quod ei honoris ergo attulisset.

NE RECEDAS HINC DONEC REVERTAR

ET OFFERENS TIBI.] Querens, an verè Gedeon hic obtu- lerit sacrificium? Affirmat S. August. quaest. 31. Voluit, inquit, Gedeon coram Angelo sacrificium offerre, velut adiuuandus presentia eius sanctitatis. Sic & Theod. qu. 12. & Abul. qu. 16. Probant primo, quia id discrete asserit Noster dicens: Fortians sacrificium offerensq; tibi. Secundo, quia Septuag. vertunt: ἐξέτισον σου σίτου, καὶ ἑξέτισον ἐνώπιόν σου, id est: Feram sacrificium, & sacrificabo coram te. Sic & Vatabl. Tertio, quia hoc signum petiit Gedeon ab Angelo, vt ipse se à Deo missum ostenderet per ignem à se miraculose productum, quo panem & carnes à Gedeone alla- tos cremaret & sacrificaret: qua ratione Elias se ve- rum Dei esse Prophetam contra sacerdotes Baal de- monstrauit, ignem è caelo elicendo, qui bouem suum inflammaret, & quasi holocaustum Deo ado- leret. 3. Reg. 18. Et Manue Pater Samsonis tuben- te Angelo c. 13. 16. holocaustum obtulit. Non ergo Gedeon, qui sacerdos non erat, obrulit sacrificium, sed materiam sacrificij derulit Angelo sine igne, vt is igne miraculoso illud consummaret, itaque sa- crificaret, atque hoc signo ostenderet se à Deo cui sacrificabat esse missum. Vnde pro eo quod Noster vertit: Offerens tibi, Hebr. est, dimittam, vel deponam coram te, vt scilicet tu ea inflames, & per ignem caelestem Deo in sacrificium offeras & consumas. Coxit verò Gedeon carnes sacrificij, quia simul volebat prandium ferre vel Angelo in corpore hu- mano apparenti quasi homini, vel Prophetae (ne- sciebat enim an esset Propheta, an Angelus, sed de eo dubitabat, & alterutrum esse suspicaba- tur) vt pars illi in cibum cederet, si esset Pro- pheta, pars verò altera in sacrificium Dei. An- gelus verò vt ostenderet se esse Angelum, nec cibo vesci, vtique euidetius esset miraculum, omnia

omnia etiam ius ipsum Deo concremauit, & con- cremando sacrificauit. Nec enim Angelus legibus sacrificiorum in Leuitico latis, quae non permit- tunt carnem coctam sacrificari, tenebatur. Ita Abu- lens. Hæc sententia est probabilis, illique fauent Septuag. qui signum hoc Gedeonis in hoc sacrifi- cio Angeli constituere videntur.

Verum contrarium est verius, scilicet Gedeon- nem panem & carnes attulisse Angelo, non ad sa- crificium, sed ad prandium; vt videlicet Angelus specie humana apparens quasi homo ea comederet: nesciebat enim Gedeon esse Angelum, sed du- bitabat an homo esset, an Angelus.

Prob. Primo, quia nullus hic erat sacerdos qui sacrificaret. Gedeon enim non erat ex tribus sacer- dotali, puta ex Levi, sed ex Manasse. Angeli etiam non solent sacrificare. Et Gedeon nesciebat eum qui apparebat esse Angelum.

Secundo, quia hœdus ex lege non poterat sacri- ficari, nisi pro peccato Principis. Leuit. 4. 2.

Tertio, Gedeon coxit panes & carnes; ergo ad prandium. Nam ad sacrificium debebant afferri carnes cruæ, imò animal vnum, quod à sacer- dote macabatur, coquebatur, & comburebatur in honorem Dei.

Quarto, extra tabernaculum sacrificate non li- cebat: ergo nec in area Gedeonis.

Quinto, quia Angelus hic apparebat specie via- toris, ideoque virgam suam scipionem viatorum manu gestabat, iamque fuit de via secessus, & vim- bram quietemque captans sedebat sub quercu. Vi- detur ergo Gedeon hospitale officium ei exhibere voluisse, & panes & carnes ad eum restitillan- dum attulisse. Sic enim fecit Abraham, Angelis quasi peregrinis de via ad se diuertentibus pran- dium parando, Genes. 18. & Manue c. 14. v. 15.

Sexto, quia pro sacrificium: Hebr. est מִנְחָה nimcha, id est munus vel donum, vt vertit Chald. Sic Aod obrulit Regi mincha, id est munus c. 3. 15. Fareo mincha, speciatim quoque significare mun- nus, quod ex fare vel pane Deo offertur, puta sa- crificium farreum, Leuit. 2. Verum mincha num- quam significat sacrificium carneum: carnes au- tem hic attulit Gedeon.

Ad primum ergo respondeo: pro sacrificium, Hebr. est מִנְחָה, id est donum. Noster tamen vertit sa- crificium, quia Angelus paulo post donum Gedeon- nis noluit sibi vsurpare, sed illud conuertit in sa- crificium, quod Deo obtulit: & quia epula per ca- tachresin sæpe vocantur מִנְחָה, id est sacrificium & victima, vt patet Prou. 9. 2. 1. Reg. 25. in Septuag. Matth. 22. 4. מִנְחָה enim dicitur à מָנַח, id est occi- do, vnde tuè Gallicum. Idem dico ad secundum. Adde pro מִנְחָה, id est occidam, in Septuag. legen- dum videri מִנְחָה per n, id est ponam; ita enim legit S. August. q. 35. Ad tertium patet responsio ex iam dictis. Adde nescisse Gedeonem an is qui appare- bat esset sacerdos, qui posset sacrificare. Denique Gedeonem non cogitasse de sacrificio patet ex eo, quod non crexit altare, non attulit ligna & ignem, quibus hostia cremaretur: vnde nullam Angelo sacrificij fecit mentionem; multo minus præciuit Angelum virga sua ignem eliciturum, quo carnes ab eo allate sacrificarentur. Ita Theod. Procopius, Caiet. Arias, Serarius. Audi Procopium: Sacrificium id dicit, quod ad epulum destinatum erat. Victima enim non coquebatur iuxta legem. Ceterum sub quercu ponit Abraham imitatus, ac rarus hunc sercula absumpturum. Cornet. in Iudicum.

Melius no- tam nlij.

Prob. 3.

2.

3.

4.

5.

6.

AZYMOS PANES,] non quod esset tempus Paschale, quo Iudæis non nisi azymo vesci licebat, sed quod Gedeon festinaret, metueretque ne An- gelus ob moram abiret: quare cum non haberet tempus farinam fermentandi, ex ea infermentata azymos panes festinanter coxit.

PONE SVpra PETRAM ILLAM.] Petram ergo illam Angelus statuit pro altari, in quo omnia hæc Deo per ignem sacrificare destinabat. Petra hæc erat typus Christi. 1. Corinth. 10. 4. qui simul est al- tare, sacerdos & victima, quam Deo in Eucha ristia offerimus. Aliud signum enarrat Philo Biblicus, scilicet Angelum iussisse Gedeoni, vt aquam super petram effunderet, ac Gedeonem ab Angelo peti- tuisse hoc signum, dixisseque: Fiat medium sanguis & medium ignis. Et effudit Gedeon aquam super petram, & factum est vnum effusisset, vt fieret media pars flamma, me- dia autem pars sanguis. & commixta sunt vtraque, id est ignis & sanguis, & non exstinxit ignem sanguis, nec san- guinem ignis exussit. Addit Philo per Gedeonem casa esse centum & viginti Madianitarum mil- lia, & ceteros fugisse. Verum hic Philo est suspec- tus fidei.

EXTENDIT SVMMITATEM VIRGAE, &c. ET

TETIGIT CARNES ET PANES AZYMOS, ASCEN- DITQUE IGNIS DE PETRA, ET CARNES AZYMOS- QUE PANES CONSUMPSIT.] Ecce hoc est signum quod Gedeoni poscenti Angelus exhibuit, quo primo ostendit se esse Angelum à Deo missum. Secundo, se non vesci cibo. Tertio, se hæc omnia à Gedeone allata, sibi que oblata Deo per ignem sacrificare. Ignem autem produxit ex valida colli- sione petrae per virgam cuspidem ferræ, vt videtur armata; sicut silicem collidendo ad ferrum, ex eo elicimus ignem; aut alio simili modo applican- do actiua passiuus, eo modo, quo ex secretis natu- ræ causis sciebat producendum ignem. Angelus ergo hic sacerdotis officio functus est. Gedeon ve- rò ministri. Ita Theod. Abul. Lyras. Dion. & alij.

Mystice, caro hœdi est culpa, ius sunt illecebras cupiditatum. Quid ergo Angelus extendit vir- gam, & tetigit petram, de qua exiit ignis, ostendit quod caro Christi repleta spiritu caelesti igneque diuino, peccata omnia hominum exureret. Ita S. Ambros. proëmio lib. 1. de Spiritu sancto, quem audi: Iam tunc igitur in mysterio declaratum est: quia Dominus Iesus in carne sua totius mundi peccata cruci- fixus aboleret; nec solum delicta factorum, sed etiam cupi- ditates animorum: caro enim hœdi ad culpam facti refer- tur; ius ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est: quia concupiuit populus cupiditatem pessimam: & dixerunt quis nos tribabit carnes. Quid igitur extendit Angelus vir- gam & tetigit petram, de qua ignis exiit, ostendit quod caro Domini spiritu repleta diuino, peccata omnia huma- na conditionis exureret. Vnde & Dominus ait: Ignem veni mittere in terram.

Eadem ad verbum extant in S. August. serm. 108. de Temp. Quare ex alterutro in alterum tran- scripta sunt. Audi & S. Gregor. 3. Moral. 17. Angelus occidi hœdum præcipit, id est omnem appetitum carnis nostre immolari, carnesq; supra petram poni, & ius car- num desuper fundi. Quem alium signat petra, nisi eum de quo per Paulum dicitur: Petra autem erat Christus: carnes ergo super petram ponimus, cum corpus nostrum in Christi imitatione cruciamus. Ius etiam carnum de- super fundit, qui in conuersatione Christi ipsas etiam à se carnales delectationes exinanit. Quasi enim ius ex carne liquidum in petram funditur, quando mens à cogi- tatio-



rationum carnalium fluxu vacatur. Quae tamen mox A Angelus virga tangit, quia intentionem nostram nequam potestas diuini adiutorij deserit. De petra autem ignis exit, & in carne, consumit, quia afflatus a redemptore spiritus tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in eo illicitum est & operis & cogitationis exurat.

ANGELVS AVTEM DOMINI EVANVIT EX OCVLIS EIVS.] Ascendens in caelum, ait Caiet. vnde venerat. Vnde Chald. vertit: Ascendit a regione oculorum eius. Inde quoque agnouit Gedeon hunc esse Angelum Dei: Vnde sequitur.

VERS.22. VIDENSQVE GEDEON, QVOD ESSET ANGELVS DOMINI AIT: HEV MI DOMINE DEVS (MORIENDUM MIHI EST) QVIA VIDI ANGELVM DOMINI FACIE AD FACIEM.]

VERS.23. DIXITQVE EI DOMINVS (Angelus legatus Dei) PAX TECVM, NE TIMEAS, NON MORIERIS.] Ex hoc Gedeonis dicto, & ex illo Manue cap. 13. 22. Moriemur, quia vidimus Deum, liquet communem vulgi opinionem tunc fuisse moriturum eum, qui Deum vel Angelum vidisset. Vnde Iudaei hanc colligunt regulam; Quicumq; manifeste Angelum viderit, hunc statim consequetur mors. Orta videtur ista opinio ex eo quod Angeli sint subtilissimi spiritus ac familiares Deo: quare cum hominibus apparent, videntur eos velle a carne ad spiritum secum traducere ad Deum, ac subinde citare eos ad iudicem Deum. Adde quod Angeli subinde morituris apparent, vt eos ad aliam vitam traducant. Vnde Iacob viso Angelo admirans se non mori ait: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Genes. 32.30. Tanta enim est Angelorum lux, gloria, maiestas, vt hominem exanimare videatur. Aucta est haec opinio ex illo Dei ad Mosen oraculo. Exodi 32.20. Non videbit me homo & viuet, ait S. August. hic quaest. 54. Item ex aliquorum punitione, qui ob scelera ab Angelis occisi sunt, vt ab eis casti sunt primogeniti Aegyptiorum. Exodi 12. & Sodomitae Genes. 19. Her & Onan Genes. 36. Sic etiamnum de spiritibus, eorumque apparitionibus multi multa imaginantur & narrant, quae vana & fabulosa sunt.

Opinio moriturum eum qui viderit Angelum. Vnde?

Verum hunc eorum timorem vanum fuisse, liquet ex visionibus Angelorum factis Abraham, Iacob, Mose, Iosue, Gedeoni, & aliis. Hi enim viderunt Angelos, nec tamen mortui sunt. Vnde Angelus hic ait Gedeoni: Ne timeas, non morieris. Efti enim hic Angelus iam euauisset ex oculis Gedeonis, tamen hanc vocem formauit in aere vicino auribus Gedeonis, vt ipsi metum mortis adimeret, ait Abulenf.

VERS.24. AEDIFICAVIT ERGO IBI GEDEON ALTARE DOMINO, VOCAVITQVE ILLVD: DOMINI PAX.] Ed quod Angelus ei dixerat: Pax tecum, ne timeas, non morieris. Erexerit ergo hoc altare non ad sacrificandum; hoc enim vetitum erat erigi extra Tabernaculum suae templum. Leuit. 17. 4. sed in monumentum incolumitatis & pacis sibi ab Angelo viso praestita, salutisque & liberationis Israelis a Madianitis ab eodem sibi promissa. Vnde vocauit illud: Domini pax. Simile altare aedificauerunt Rubenitae, Iosue 22. vers. 10. Ita Abul. nisi malis cum Caiet. Lytano, Arias, & Serario, hoc altare idem esse cum eo quod iussu Dei aedificauit Gedeon v. 26. idque pariter est probabile.

VERS.25. DIXIT DOMINVS AD EVM: TOLLE TAVRVM PATRIS TVI, ET ALTERVM TAVRVM ANNORVM SEPTEM, DESTRVBSQVE ARAM

BAAL, &c.] Chald. Taurum qui pinguefactus sit annos septem. Vnde Arias & Rabini, quin & Theodor. putant hunc taurum vel a ciuitate, vel a patre Gedeonis Deo dicatum fuisse in sacrificium ab initio persecutionis Madianitarum, vt ea cessante Deo in sacrificium offerretur, ideoq; tot annis quot durarat persecutio fuisse saginatum, ac pluribus saginatum fuisse, si persecutio diutius durasset.

ET AEDIFICABIS ALTARE DOMINO DEO TIVO IN SYMMITATE PETRAE HVIVS, SVPER QVAM ANTE SACRIFICIVM (victimam papum & carnum) POSVISTI: TOLLESQVE TAVRVM SECVNDVM, ET OFFERES HOLOCAVSTVM.] Vnde Arias putat vtrumque taurum fuisse immolatum, & sub secundo priore intelligi. Fieri tamen potest, ait Serarius, vt e duobus vnus hic tantum luce ostente, vt Abulenf videtur quaest. 40. vel alia quapiam de causa immolari potuerit, & hic prius immolatus sit, quia septennis pinguisissimus, seruitutiq; finiendae accommodatissimus, ideoque vel altero iam cremato penitus, vel adhuc postea cremando, hunc solum ara superpositum, & adhuc ardentem inuenerunt Ephraei, vers. 28.

Hic ergo Gedeonem, licet non ex tribu sacerdotali, scilicet Leui, sed ex Manasse Deus creauit sacerdotem, iussitque ei sacrificare sibi, vt esset typos Christi, qui fuit sacerdos.

Allegor. S. Ambros. proemio in lib. 1. de Spiritu. S. Gedeon, inquit, occidit vitulum a patre suo idolis deputatum, & ipse septennem alium vitulum immolauit Deo. Quo facto manifestissime reuelauit, post aduentum Domini omnia gentilitatis abolenda sacrificia, solumq; sacrificium Deo Dominicae Passionis pro redemptione populi deferendum. Etenim vitulum ille erat in typo Christus, in quo septem spiritualium plenitudo virtutum, sicut Esaias dixit, habitabat. Hunc vitulum & Abraham obtulit, quando diem Domini vidit, & gauisus est. Hic est qui nunc in hedi typo, nunc in ouis, nunc in vituli offerebatur. Hedi, quod sacrificium pro delictis fit; ouis, quod voluntaria hostia; vituli, quod immaculata sit victima. Prauidit ergo mysterium S. Gedeon. Eadem habet August. serm. 108. de Temp. sed phrasim magis redolet stylum sancti Ambrosii.

NVNQVAD VITORES ESTIS BAAL, VT PVGNETIS. PRO EO? QVI ADVERSARIVS EST EIVS, MORIATVR ANTEQVAM LVX CRASTINA VENIAT. SI DEVS EST, VINDICET SE DE EO, QVI SVFFODIT ARAM EIVS.] Significantius habent Hebr. Num vos litigabitis pro Baal, num vos eum seruabitis? Apparenti argumento Iosae pater liberat filium Gedeonem, ara Baal euersorem a morte. q. d. Si Baal Deus est, sentit vtrique hanc iniuriam in succisione ara suae sibi interrogatam: quare si ipse Deus est omnipotens & impietatis vindex, seruet se suumque cultum, ac vindicet se de eo, qui euertit aram eius ante crastinum diem, vt omnibus appareat eum esse Deum, ab omnibus timendum colendumque.

EX ILLO DIE VOCATVS EST GEDEON IEROBOAL, EO QVOD DIXISSET IOAS: VLCSATVR SE DE EO BAAL, QVI SVFFODIT ARAM EIVS.] Gedeon, Hebr. idem est quod succisor iniquitatis & idoli, item succisor doloris: hic enim comitatur iniquitate, sicut licetor reum. Idem dictus est Ierobaal, quasi יריב בעל iarib baal, id est litigans, contendens, certans cum Baal. Vnde pro vlciscatur se de eo. Hebr. est ירב בו iareb bo, id est litiget cum eo, litem illi intendat, contendat & certet cum eo,

eo, ac si potentior est vlciscatur se de eo, eumque castiget & puniat. q. d. Vt quid vos litigatis cum Gedeone filio meo, eo quod euertit aram Baal? Igitur ipse Baal si Deus est, cum eo. Si enim Deus est, potens est & iustus, vt iniuriam hanc suam puniat: quare non eget vobis actoribus & litigatoribus. Est argumentum in speciem probabile, & ad hominem. Cuius enim & incolae Ephrae cultores Baal, hanc de suo Baal opinionem & sensum habebant: sed reuera ipsum in se est imbecillum & inualidum. Simili enim modo liceret dicere Haereticis iconoclastis: Si Deus & sancti agris ferunt imaginum suarum contractionem, vindicet se de nobis, nosque castiget. At hoc dicere non licet, nec sufficit ad facti exultationem: tum quia Deus vltionem suae iniuriae saepe in hac vita distimulat, differtq; in alteram vitam, vt sit acrior, & aeterna; tum quia constituit Reges & Magistratus, qui iniurias sibi illatas iudicet & vindicent, quare illi ex officio idipsum facere obligantur.

Potro pro Ierobaal, per crastin Gedeon vocatus est Arbel, vt patet Osae 10. 14. Vide ibi dicta.

Tropol. Vis esse Gedeon, id est succisor iniquitatis? Succide ex corde tuo & proximorum omnes cupiditates noxias, haec enim sunt idola & ara Baal, quae quisque sibi in mente pingit & fingit, quae si succidat, facile Madianitas, id est demones superabit.

Alter nomen Gedeon (nescio qua radice Hebraea) interpretatur explicatque S. Gregor. 30. Moral. 17. Gedeon, inquit, interpretatur circumiens in vtero. Dominus enim noster per maiestatis potentiam omnia complectitur, & tamen per dispensationis gratiam intra vterum Virginis humilitatem sumens venit. Quis est ergo circumiens in vtero, nisi omnipotens Deus (sua dispensatione nos redimens, diuinitate cuncta complectens, & humanitatem intra vterum sumens) in quo vtero & incarnatus est, & clausus non est, quia & intra vterum fuit per infirmitatis substantiam, & extra mundum per potentiam maiestatis. Madian vero interpretatur de iudicio. Vt enim hostes eius repellendi destruendiq; essent, non de vicio repellentis, sed de iudicio iuste iudicantis fuit.

VERS.34. SPIRITVS AVTEM DOMINI INDVIT GEDEON.] Septuag. Et Spiritus Domini fortificauit Gedeonem. Chald. Et Spiritus fortitudinis ab ante Dominum vestit Gedeon. q. d. Gedeo a Deo plenitudinem, & abundantiam spiritus & fortitudinis accepit, ad instruendum praelium contra Madianitas innumeros. Hoc enim significat verbum induo, vt patet Iob. 7. 5. Induta est caro mea putredine, hoc est plena est putredine, & tota quasi putida & putrida. Et cap. 8. 22. Qui oderunt reinduentur (id est replebuntur) confusione. Psal. 34. 26. Induantur (repleantur) confusione & reuerentia qui magna loquuntur super me. Psal. 108. Induit maledictionem sicut vestimentum, quo vndique ambitur & cingitur. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper praecingitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diplode confusione sua. 1. Corinth. 15. oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Ephel. 6. Induite IESVM CHRISTVM, vt eius spiritu pleni, vndique eo quasi ambiamini, ipsumque intuentibus representetis, vt qui vos viderit & audierit, ipsum Christum in vobis se videre & audire existimet.

VERS.36. DIXITQVE GEDEON AD DEVM: SI SALVVM FACIS ISRAEL PER MANVM MEAM SICVT LOCVTVS ES.]

VERS.37. PONAM HOC VELLVS LANAE IN ARBA: SI

ROS IN SOLO VELLERE EVERIT, ET IN OMNI TERRA SICCITAS, SCIAM QVOD PER MANVM MEAM, SICVT LOCVTVS ES, LIBERABIS ISRAEL.] Gedeon iam certa habuerat indicia Angelum Dei sibi apparuisse; per ignem miraculose ab eo e petra elicitum; Deumque velle vt ipse praelium contra Madian capesseret; cur ergo de nouo petit eius rei signum, puta rotam in vellere? S. Thom. 2. 2. q. 97. art. 2. ad 3. Abul. hic, & nonnulli alij censent Gedeonem peccasse infidelitate, vel mortalit, vel saltem venialit, eo quod dubitaret de promissis Dei, ac ab eo ex debilitate fidei nouum signum petierit.

Mitius meliusque Origen. hom. 8. S. Ambrosio citato, Isidorus, Lyran. Caiet. Arias, Serarius & alij asserunt eum non peccasse, quia Apostolus Hebr. 11. Gedeonem inter sanctos veteris Testamenti annumerat, eumq; a fide eximia collaudat, & quia Deus hic tam facile petitioni vtrique Gedeonis obsecutus est.

Videtur ergo Gedeon ex magna in Deum fiducia, animoque laetitia gestiente (iam enim spiritus Domini eum induerat) ad Dei gloriam haec duo signa petiisse, non tam ad suam, quam ad suorum commilitonum, quos ad se & praelium hocce suu iussu Dei conuocabat, fidem & spem erigendam; vt scilicet ipsos sensim ad se confluentes his signis diuinis confirmaret, & in certam victoriae spem accenderet, vnde & coacto iam exercitu signum hoc petiit. Ita Caiet. Salianus & Suarez. Rursum videtur Gedeon a Deo motus & instinctus haec signa petiisse, ad mysterij, quod iis de Christo figurabatur, significationem, de quo mox plura. Simili de causa Moses petiit a Deo signum missionis suae ad Pharaonem. Exodi 3. & Ezechias filtrationis suae e motu. Isaia 38. 22. Ita Suarez tom. 1. de Relig. lib. 1. de irreligiositate cap. 2. & Lessius lib. 2. de virtut. Card. 6. 45. dub. 1. Tertiam excusationem Gedeonis affert Suarez, eamque praeter ceteris probat, ipse equae ac Serarius; quod scilicet Gedeon petierit hoc signum, vt omnem dubitationis motum etiam inuoluntarium ex animo tolleret; licet enim ipse firmiter crederet Deo promittenti victoriam, tamen sentiebat in re tam ardua aliquos dubitationis motus & diffidentie tentationes, quas vt eximeret, fidemque omnino solidaret & augetet, petiit hoc signum. Quartam affert Dion. Carth. quod scilicet crederet quidem Deo promittenti victoriam, sed metueret ne promissio haec esset conditionata, si scilicet Hebraei toto corde Deo seruirent, non absoluta: quare petit hoc signum, quo Deus declaret promissionem hanc esse absolutam; petiit ergo Gedeon geminum signum, siue vnum ideinque inuertum. Prius enim petiit, vt ros solum esset in vellere ouis, in reliqua vero terra esset siccitas: posterius vero petiit, vt solum vellus esset siccum, reliqua vero terra esset rorulenta & humida.

Sed cur hoc signum potius quam aliud quoduis postulauit Gedeon? Ad litteram Arias censet, quod ipse per vellus indicaret suam vilitatem & abiectionem, ac ineptitudinem ad bellum hoc conficiendum; vnde petierit rorem, id est gratiam, misericordiam, spiritum & fortitudinem a Deo sibi ad hoc infundi. Hebr. enim גזזא gizzaa, id est vellus, alludit ad גזזא gazaa (littera enim zain continet ds, ideoque continet dalet, quae est in nomine Gedeon) id est detondere, succidere, excidere. q. d. Ego o Domine suam quasi vellus ouile detonsum,

Ros in vellere ad litteram quid?

& omni robore viribusque succisum; tu ergo rore A  
tue gratie & fortitudinis illud imple, vt illo robo-  
ratus tantum prelium capessere audeam, illudque  
feliciter conficiam.

E contrario in posteriore signo Arias opinatur,  
rorem in terra fuisse sudoris & anxietatis symbo-  
lum, quasi Gedeon per hoc edoceri voluerit, an si-  
ne labore magno magnaque suorū cæde, ingens  
futura esset Madianitarum hostium strages & ex-  
cidium, quasi sic orat: Esto ò Domine vellere, id  
est mihi succitas, quies & amplitudo (Huc enim  
Hebr. צֶרֶבֶת chereb, id est succitas, per Metathesin  
in symbolis vtitata alludit, vt chereb sit צֶרֶבֶת rocheb,  
id est dilatans & dilatatio) terræ autem omni ho-  
stili reliqua, puta Madianitis, esto sollicitudo, an-  
xietas, pauor, commotio, deiectio. Et huc alludit  
Hebr. צֶרֶבֶת id est ros, quod alludit ad צֶרֶבֶת &  
צֶרֶבֶת talah, id est proicere, deicere. Arias ergo cen-  
set Gedeonem per vellus intellexisse se ac suos, per  
terram circumiacentem Madianitas, & in priori  
signo per rorem victoriam; in posteriori verò, su-  
dorem lacrymas & calamitatem portendi.

Verum durum videtur eundem rorem hic duo  
contraria significare, scilicet victoriam & calami-  
tatem. Quare congruentius tum ad sensum litte-  
ralem, tum mysticum, dicimus rorem vtrobique  
idem significare, nimirum Dei gratiam & miseri-  
cordiam, opem, victoriam; vt scilicet Gedeon in  
priori signo vellere, id est sibi petierit rorem diui-  
nae opis & fortitudinis ad Madianitas superandos,  
cum reliqua Iudæa esset illius expertis, sicca, afflicta  
& sterilis; in posteriori petierit eundem rorem for-  
titudinis sibi in priori signo postulatam, etiam ce-  
teris Iudæis suis popularibus, præsertim suis com-  
militronibus infundi, vt ipsi se socios Gedeoni ad  
pugnam cum Madianitis tam arduam animosè of-  
ferrent.

Porro in vellere hoc signum petiit. Primpò quia  
vellus hoc velut ouium pastor habebat obuium &  
ad manum. Secundo, quia vellus aptum erat sym-  
bolū huius victoriæ. Vellus enim est lana ab ouibus  
euulsa & detonsa. Olim enim lanā ab ouibus vel-  
lebant, cui vulsioni postea successit detonsio. Hæc  
ergo, vt ait Varro lib. 2. de re rustica c. 11. Vellera alij  
vellumina appellant, ex quorum vocabulo animaduerti li-  
cet, prius lanā vulsuram quam tonsuram inuentam. Qui  
etiam nunc vellunt; ante triduo habent ieiunas, quod lan-  
guide nimis radices lanæ retinent. Idem lib. 4. de lingua  
Latina: Vellere inquit, vnde essent plures accipi causas, in  
quibus quodam pastores Palatini ex ouibus ante tonsuram  
inuentam vellere lanam sint soliti: ex quo vellera dicun-  
tur. Varro consentit Iliodor. lib. 19. Originum cap.  
27. Lana, inquit, à laniendo, id est vellendo dicitur. Hinc  
et vellus dicitur, quod prius lanæ vellerebantur, non ton-  
derentur.

Velleris symbolo ergo tacite innuit Gedeon, Ma-  
dianitas totondisse omnia fata & germina Iudææ,  
sicut vellus hoc detonsum erat ab oue, ac proinde  
petere se vt vicissim ipse simili modo Dei ope de-  
tondeat, & ab Israël abradat Madianitas. Hinc no-  
men Gedeon Hebr. significat succiforem, exciforem,  
detonsorem; ac alludit ad צֶרֶבֶת gizzas, id est vellus  
ab oue detonsum.

Queres secundo; quid mysticè significet ros in  
vellere, & mox in terra?

Resp. Allegor. ros in vellere est Christus in Vir-  
gine. Ros enim significat Verbi in Virgine illa-  
psum & incarnationem instar rotis fore secretum,  
Ros in vel-  
lere est  
Christus in  
Virgine.

tranquillam, castum, suauem, spiritalem, fecun-  
dum, sine yirginitatis corruptione, & sine partus  
dolore. Vellus enim est tam verus Virginis, quam  
humanitas Christi Virginitis vtro concepta, in qua  
diuinitas se vt ros celestis infundit. Vnde S. Am-  
brosi. S. Ephrem. S. Sophronius, Proclus & alij. B.  
Virginem vocant & inuocant: Vellus Gedeonis. Audi  
S. Ambrosi. serm. 9. Maria, ait, rectè vellere comparatur,  
quæ ita concepit Dominum, vt toto eum corpore hauriret,  
nec eius discessuram corporis pateretur, sed esset mollis ad  
obsequium, solida ad sanctimoniam. Et S. Hieron. in E-  
pitaph. Paulæ: Pastores nocte vigilante, audire merue-  
runt: Gloria in excelsis Deo; & super terram pax homini-  
bus bonæ voluntatis, dumq; seruant oues, inueniunt  
Agnum Dei puro & mundissimo vellere, quod in ariditate  
totius terræ celestis rore completū est. Hinc S. Bern. serm.  
2. super Missus est: Quid, ait, Gedeonis vellus significat,  
quod vtique de carne cõsum, sed sine vulnere carnis in area  
ponitur; & nunc quidem lana, nunc verò area rore per-  
funditur, nisi carnem assumptam de carne Virginis absque  
detrimento yirginitatis: cui vtique distillantibus calis tota  
se infudit plenitudo diuinitatis: adeo vt ex hac plenitudine  
omnes acceperimus, qui verò sine illa non aliud quam ter-  
ra arida sumus. Hinc quoque Gedeonico facto propheticum  
dictum pulchrè satis conuenire videtur, vt legitur: descendet  
sicut pluuia in vellus.

Idem serm. in Natiuit. Mariæ: Intuere ò homo con-  
siliū Dei, agnosce consiliū sapientia, consiliū pietatis.  
Celestis rore aream irrigaturus, totum vellus prius infudit;  
redempturus humanum genus, pretium vniuersum contu-  
lit in Mariam. Ecclesia denique in ipsa primarum  
Circumcisionis vesperearum Antiphona secunda,  
ita canit: Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc  
impleta sunt scriptura: sicut pluuia in vellus descendisti, vt  
saluum faceres genus humanum.

Denique B. Petrus Chrysol. ser. 3. de Annunt.  
Celestis imber, ait, Virgineum in vellus placido se fudit il-  
lapsus, & tota diuinitatis vnda bibulo se nostre carnis ce-  
lauit in vellere; donec per paribulum crucis expressum, ter-  
ris omnibus in pluuiam salutis se effunderet, &c.

Plura hac de re dixi scilicet 45. 8. ad illa: Rorate cali-  
desuper, vbi nouem analogias rotis & Christi re-  
censui.

Porro prius signum impletum est in Conceptio-  
ne Virginis; tunc enim ipsa sola rorem celestem,  
id est Verbum diuinum vtro suo concepit, reli-  
qua terra, id est feminis ceteris manentibus sicca,  
& huius rotis expertibus: postertus in eiusdem par-  
tu, tunc enim pariens Christum rorem hunc in ter-  
ram effudit, ipsaque mansit quasi vacua & quasi  
sicca.

Mysticè; Ros fidei & gratie Dei primò depluit  
in vellus Gedeonis, id est in Iudæos Gedeonis cõ-  
tribules vsque ad Christum: at eo prædicante hic  
ros apud Iudæos ob eorum incredulitatē in Chris-  
tum, exaruit, & deriuatus est ad reliquam terrā, id  
est ad omnes gentes, quæ fidem & gratiam Christi  
auide susceperunt. Ita Origen. Theod. Procop. Rup-  
ert. hic, & S. August. serm. 108. de Temp. S. Ambrosi.  
lib. de Viduis & proem. lib. 1. de Spiritu S. ac Chry-  
sost. in Psal. 71. ad illa: Descendet sicut pluuia in vellus,  
& sicut stillicidia stillantia super terram. Significatur  
ergo hic electio Gentium; & reprobatio Iudæorū,  
qui prius rore diuinæ legis & electionis irrigati  
fuerant: Inde est quod nunc fidei rore totus orbis humescit,  
ait S. Ambrosi. Audi S. Hieron. ad Paulinum: Post-  
quam siccato vellere vniuersus orbis celesti rore perfusus  
est, & multi de Oriente & Occidente venientes recubus-  
runt

Symbol.

Tropolog.

rit in sinu Abrahæ, desit esse notus tantum in Iudæa. Deus A  
& in Israël magnum nomen eius, sed in omnem terram  
exiit sonus Apostolorum, & in fines orbis terra verba eo-  
rum. Vberius D. August. lib. de vnitae Ecclesiæ cap.  
5. Non video, inquit, quid hic aliud figuratum & præ-  
nuntiatum sit, nisi vt aream intelligamus orbem terrarum,  
lacum velleris populum Israël. Erat autem apud illum po-  
pulum hoc munus in vellere, id est in velamine, & quasi  
in nube secreti, quia nondum fuerat reuelatum. Nunc autē  
videmus orbem terrarum iam reuelato rore saginari per  
Euangelium Domini nostri, quod tunc in illo regimine si-  
gnabatur; illam vero gentem amisso sacerdotio quod ha-  
bebat, qua in scripturis non intelligit Christum, tanquam  
in sicco vellere remansisse.

Symbol. S. Ambrosi. lib. de Viduis post initium,  
per vellus accipiens humanitatem Christi, quæ ro-  
rem vitæ diuinæ in incarnatione excepit: Vellus hoc,  
inquit, in morte desiccatum expresso sanguine ceu rare-  
eodem per gratiam suam totum mundum irrigauit. Idem  
proem. lib. 1. de Spiritu S. Venit ergo, inquit, iam  
Dominus, venit & pluuia. Venit Dominus stillicidia fe-  
cundæ celestia deserens, & ideo iam nos bibimus, qui ante si-  
ciebamus, & diuinum illum spiritum hausu interiore po-  
tamus. Hoc ergo prauidit S. Gedeon, quia verum & spiri-  
tualem rorem etiam gentes nationesq; erant fidei percep-  
tione bibituras, & ideo diligentiùs explorauit.

Et S. Iren. lib. 3. c. 19. Quapropter, ait, necessarius est  
nobis ros Dei, vt non comburamur (igne tentationis &  
concupiscentiæ) neque in fructuosi efficiamur. Rorem  
hunc verbi diuini specialiter excipimus per con-  
dones, lectiones, orationes, inspirationes Dei, real-  
liter verò per Eucharistiam, in qua ipsam carnem  
Christi agni immaculati manducamus, nobisque  
vniuersis, eaque quasi vellere purissimo vestimur, in-  
de rorem omnem gratie celestis, exugimus, ac præ-  
sertim eius humilitatem & mansuetudinem (cuius  
symbolum est vellus lanæum & molle) induimus.

Tropol. P. Berthonius, & ex eo Serarius: Eccle-  
siasticus, ait, qui more vellere Domino sunt coniuncti, &  
esse debent molles humiles, & benigni; solebant esse rore  
diuinæ gratiæ præ ceteris madefacti, area verò, id est po-  
puli secularis, respectu eorum erant in denotari aridi & du-  
ri, sed verè hodie videmus contrarium; area magis est ro-  
rida quam vellus, seculares deuotiores sunt quam regula-  
res, laici quam clerici, subditi quam Prælati, vt conper-  
tum est.

Mimeticè, vellere ab humore circumfuso de-  
fensi miraculum renouatum fuit in S. Bernardo,  
qui scribens primam Epistolam ad Robertum Ne-  
potem sub dno, cum circumcirca plueret, chartam  
tamen non madefecit, ait Baron. tom. 12. anno  
Christi 1125.

Nuper superior cuiusdam præci & numerosi  
Ordinis, suos ad primæuum virtutis feruorem ex-  
hortans, argutè sic orsus est: Primitus in nobis vigeat  
conscientia: ex conscientia decurtata secuta est scientia, in-  
de vrraq; præcisã mera facti sumus entia, hoc est stipes &  
lapides. Redendum ergo nobis est ad pristinam conscien-  
tiam, vt eam prima patrum nostrorum spiritu & sancti-  
tate repleamus: Vitium hoc est commune rerū crea-  
tarum, vt sensum degenerent, arefcant, deficiant, &  
senescentes in suum nihilum ex quo venerunt, re-  
deant: quare viri Ecclesiastici & religiosi crebro se  
renouent oportet, vt primæuum vocationis suæ  
spiritum fugientem reuocent, conferant, & adau-  
geant, vt eos facere conspiciamus. Sanè hoc sæcu-  
lo, quo Lutherus quasi nouus Madianita, in dno Ma-  
dianitarum Dux Ecclesiam Dei, sua hæresi, crapu-

la & luxuria deformauit, atque quasi Zeb, id est lu-  
pus, oues agnosq; Christi diripuit & lanauit, Deus  
quoque illi S. Ignatium de Loyola fundatorem  
Societatis Iesv, quasi nouum Gedeonem opposuit,  
per gratiam Christi magno omnium gaudio cer-  
numus, omnes Ecclesiæ ordines magno studio sese  
reformare, & ad primæuum instituti sui vigorem  
rigoremque ingentibus animi passibus contende-  
re. Deo sit laus & gloria. Pergamus omnes strenuè  
hac via qua cœpimus, vt quisque suæ religionis vel-  
lus exarefcens rore diuinæ sapientiæ & gratiæ im-  
buere fatagat, vt vitam Angelorum, ad quam vo-  
cati sumus, amulemur, simulque homines caelestes  
& Angeli terrestres; vt nimirum ardeamus amore  
cum Seraphim; diuinorum scientia fulgeamus cum  
Cherubim; spirituales facti omnia iudicemus cum  
Thronis; nobis ipsis dominemur cum Dominatio-  
nibus; fortiter resistamus inordinatis motibus no-  
stris, malignorumque spirituum suggestionibus cū  
Virtutibus: regnum animæ in iustitia & pace go-  
bernemus cum Potestatibus: subditis nostris debi-  
tè prouideamus cum Principatibus: magna, si habe-  
mus, proximis nostris cõmunicemus cum Archân-  
gelis: minorâ subsidia indigentibus impertiamur  
cum Angelis.

Secundo, idem rotis vellereque miraculum qua-  
si renouatum fuit in S. Arnulpho Metensî Episco-  
po, à quo omnis familia Pipini & Caroli Magni  
prosapia, æquè ac nobilitas & sanctitas, quasi à fo-  
te deriuata descendit. Hic enim anno Christi 485,  
peccatorum veniam à Deo poscens, annulum pro-  
iecit in Mosellam dicens: Tunc me puerabo culpam  
nexibus absolutum, quando istum quem proicio recopro  
annulum, ac post aliquod tempus annulum hunc in  
pilce sibi à piscatore alito inueniens, peccata sibi  
remissa cognouit, Deoque gratias egit. Ita narrat  
Paulus Diaconus in eius vita, idque ex Caroli Ma-  
gni ore se accepisse profiteretur, additque: Nec disti-  
militè pater hic venerabilis, cum Gedeone illo signum à  
Domino poposset, ille etenim indicium per vellus in area  
positum capere voluit, vt in bello victoriam de inimi-  
cis habere potuisset; iste annulum in profundissimum flumi-  
nis gurgitis proiciens, experiri cepit vt in de inimicis iam  
victoriam cepisset. Fortes quidem erant quos ille deuicerat,  
sed hi quos iste superauerat fortiores.

Denique ex hoc Gedeonis vellere orta est histo-  
ria vel fabula Argonautarum, qui sexaginta annis  
post Gedeonem sub Abefan Iudice floruisse dicun-  
tur ab Eusebio, Genèb. & aliis in Chron. Hi enim  
fuerunt 54. Heroës, qui in nauī dicta Argo nauiga-  
runt in Colchum, vt vellus aureum auferrent: quo-  
rum duces & primores fuere Iason, Castor, Pol-  
lux, Hercules, Orpheus, de quibus Virgil. E-  
clog. 4.

Alter erit tum Tiphys, & altera qua vehat Argo  
Delectos Heroas.

Vide Diodorum lib. 5. cap. 3. & Hyginum Fab. 14.  
Rursum ad vtumque hoc vellus, scilicet Gedeo-  
nis & Iasonis respiciens Philippus cognomento  
Bonus Burgundiæ Dux, Caroli audacis pater, anno  
Domini 1430. die tertie Idus Ianuarij instituit Or-  
dinem celeberrimum equitum aurei velleris, con-  
stantem heroibus nobilissimis ac fortissimis, qui  
collapsam Christianæ fidei dignitatem erigerent,  
ac Baalis aras, id est Turcicas, Mosqueas, ait Sera-  
ritus, atque Hæreticorum conueritacula quasi noui  
Gedeones discerent & succiderent. Hæc Pontus  
Heuterus lib. 4. Burgund. Guilielmus Mênens. lib. 1.  
de

de Aureo vellere c. 1. & 2. Hadrianus Baïlandus, Aluarus Gometicus, Jacobus Meyerus, & alij qui res Belgicas & Burgundicas scripserunt.

VERS. 38.

EXPRESSO VELLERE CONCHAM RORE IMPLEVIT, ut certò sciret vellus esse rosculentum, imò rore turgidum; hoc enim signum sibi à Deo dari perierat. Mysticè, quomodo mens nostra debeat esse concha, primò seipsam implens rore & aqua gratiæ & virtutis, antequàm illam in alios deriuat, non canalis, qui omnem aquam, quam recipit emittit; nihil sibi retinens, pulchrè docet S. Bernard. serm. 18. in Cant. *Disce, inquit, & tu non nisi de pleno effundere, nec Deo largior esse velis. Concha imitatur fontem: non manat ille in rivum, nec in lacum extenditur,*

donec suis satiatur aquis, &c. Implere prius, & sic curato effundere. *Benigna prudensq; charitas affluere solet, non effluere.* Vnde S. Ambros. proëm. lib. 1. de Spiritu sancto. *Aqua, inquit, est ros gratiæ celestis. Veniat igitur Domine Iesu hæc aqua in meam animam, in meam carnem, ut huius humore pluvia nostrarum conualles mentium, atque intimo cordis arua viridescant. Veniant in me stillicidia tua, gratiam immortalitatemq; roscantia. Dilue gressus mentis mee, ne iterum peccem. Ablue animi mei calcaneum, ut possim abolere maledictum, ne morsum serpentis interiore pede sentiam; sed sicut ipse insisti sequentibus te, ut serpentes & scorpiones illaso possim calcare vestigio.*

## CAPVT SEPTIMUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**G**edeon iussu Dei è triginta duo millibus militum formidolosos dimittit ad viginti duo millia, mox eos qui prono ore biberant aquam fluminisquare solos trecentos sibi reseruat. Secundo, v. 9. descendens in castra Madian audit Madianite somnium de pane subuertente castra Madian illumq; panem esse gladium Gedeonis. Vnde certam victoriam spem concipit. Tertio, v. 16. cum trecentis irrui in Madianitas innumeros, ac clangens tubis, lagenarum comploione, & inde lampadibus effulgurantibus, Madianitas percussit, ut ipsi mutua se cade trucident.

1. Igitur Ierobaal qui & Gedeon, de nocte confurgens, & omnis populus eum leo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autem castra Madian in valle ad Septemtrionalem plagam collis excelsum. 2. Dixitque Dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne gloriatur contra me Israël, & dicat: Meis viribus liberatus sum. 3. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidolosus & timidus est, reuertatur. Recesseruntque de monte Galaad, & reuersi sunt de populo viginti duo millia virorum, & tantum decem millia remanserunt. 4. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixerò tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. 5. Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. 6. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proiiciente lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. 7. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambuerant aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. 8. Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle. 9. Eadem nocte dixit Dominus ad eum: Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. 10. sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. 11. Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer eius in partem castrorum, ubi erant armatorum vigilia. 12. Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi, fusi iacebant in valle, ut locustarum multitudo: camelii quoque innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in littore maris. 13. Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat: Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus cœquauit. 14. Respondit is, cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israëlita: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius. 15. Cumque audisset Gedeon somnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israël, & ait: Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian. 16. Diuisitque trecentos viros in tres partes, &

& dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum. 17. Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero secutimini. 18. Quando perforauerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite & conclamate, Domino & Gedeoni. 19. Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo, in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. 20. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntque: Gladius Domini & Gedeonis: 21. stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium, Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes, vlulantesque fugerunt: 22. & nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant. 23. fugientes vsque ad Bethsetta, & crepidinem Abelmehula in Tebbath. Conclamantes autem viri Israël de Nephthali, & Afer, & omni Manasse persequerantur Madian. 24. Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim, dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsque ad Bethbera atque Iordanem. Clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atque Iordanem vsque Bethbera. 25. Apprehensosque duos viros Madian, Oreb, & Zeb, interfecit Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

VERS. 1.

AD FONTEM QUI VOCATUR HARAD. *Harad, Hebr. significat timorem, ut discamus quòd initium sapientiæ sit timor Domini.* Nam beatus homo qui semper est pauidus. Prouerb. 28. 14. Fons hic typus est Baptismi & penitentiæ, quam milites prelio præmittere debent, ut fecere in Iussu Constantini Impet. pugnatu contra Maxentium, qui idcirco de eo victoriam retulere; uti narrat Theodor. lib. 3. cap. 3.

VERS. 2.

NE GLORIETUR CONTRA ME ISRAEL ET DICAT: MEIS VIRIBUS LIBERATUS SUM. *Ne opus celestis dextera virtuti assignetur humana; &c. Ut sibi de patris diuinitus bellipere paucitas vsurpare nihil possit, ait Saluian. lib. 7. de Prouidentia. q. d. Volo ut trecentos tantum, eosque inermes ad prælium hoc adhibeas, ut omnibus constet victoriam non militum, sed meis viribus esse partam. Hac de causa Deus elegit infirma mundi, ut confundat fortia, 1. Corinth. 1. scilicet viles & indoctos piscatores; ut per eos quasi Apostolos orbem converteret: horum enim typus fuit hic Gedeonis milites.*

VERS. 3.

QUI FORMIDOLOSUS ET TIMIDUS EST REVERTATUR. *In aliis militibus hanc suam formidinem afficeret, idque iuxta legem Deuter. 20. 8. Sic Christus timidus à sua militia reiecit, dicens: Qui non accipit Crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Matt. 10. 38. Dicat ergo animosus Christi miles: Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabor? Psal. 26.*

VERS. 4.

RECESSERVNTQUE DE MONTE GALAAD. *Alius est hic mons Galaad à Galaad, in quo Jacob cum Laban fœdus iniiit Genes. 31. 48. qui erat trans Iordanem: hic enim erat cis Iordanem, ubi enim castra sua habebat Gedeon. Serarius putat montem Gelboè hęc vocari montem Galaad. Fauet Adrichom.*

VERS. 5.

QUI LINGVA LAMBERINT AQVAS, SICVT SOLENT CANES LAMBERE. *ut manu aquam ex flumine hausit in os iniiciant, uti explicat verbi sequenti, sicut canes lingua lambentes aquam in os iniiciunt, non autem os aquæ applicant; ut aquam sugant; sicut faciunt equi & boues. SEPARABIS EOS SEORSUM, ut eos in militiam &*

A expeditionem tuam contra Madian cooptes: QUI AVTEM CURVATIS GENIBUS BIBERINT IN ALTERA PARTE ERUNT, ut eos à castris tuis domum ableges. Iosephus putat à Gedeone hęc electos eos, qui erant ignaui, fortes verò relectos. Audi eum: *ut ergo sciam rem totam pendere à Dei auxilio, iussit ut circa meridiem, cum solis seruet maximè, exercitum ducat ad fluvium. & quotquot procumbentes biberent; eos viros fortes crederet: quotquot autem trepidè & tumultuariè potum sumerent; sic existimaret eos metu hostium hoc facere. & cunctis iussit hostem inuadere.* Vnde Abulensis colligit lambentes aquas, tanquam timidiōres, ignauios & contemptibiles fuisse à Gedeone, & Deo electos, ut maior Dei virtus in hac victoria eluceret. Sic & Theod. qu. 15. & S. August. q. 37.

Verisimilius Lyran. Arias, Serarius & alij censent electos qui lambuerant aquas præ illis, qui curuato genu biberant; quasi temperantiores, tolerantiores sitis, & expeditiores, ut pote qui toti ad certamen imminens intenti, obiter & cursim morè canum aquam lambendo stim restingerent; ideoque ad prælium aptiores. Nam primò, hi stantes biberant, ceteri verò genu flexi vel proni in terram. Secundò, hi aquam modicam ad os manu iniiciebant; ceteri verò ore flumen sorbebant, ut totum ventrem implerent, quod magnæ gulæ erat indicium.

Tropol. qui ad res terrenas & corporeas flecti nescit, qui vitis non indulget, neque ob peccati sitim sternitur pronus, illa probabilis, ille electus est. Hoc tandem desiderium nos à possessione Dei, hominibus infinitum melioris excludit. Egregiè namque Prosper ait: *Qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo is, quem terrena possessio adhuc delectat ambitio; quia quamdiu sua non relinquit; mundo, cuius bona retinet, seruit. Et utique non potest mundo seruire simul & Deo: ac sic propterea poluit Deus cultores suos omnibus renuntiare, propter quæ diligatur mundus, ut exclusa cupiditate mundi, diuina in eis charitas possit augeri vel perfici.* Huc usque Prosper lib. 2. de vita contemplatiua cap. 16. Rursum S. Gregor. 30. Moral. 33. *Aquis, inquit, doctrina sapientiæ; stante autem genu recta operatio designatur. Qui ergo dum aquas bibunt genu flexisse*



flexisse prohibentur; ad bellum certamine prohibita recesserunt: quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad prelium, qui cum doctrina suavia hauriant, restitutum operum non insistent.

VERS. 6. FUIT ITAQUE NUMERVS EORVM, QUI MANV AD OS PROIICIENTE LAMBERANT AQVAS, TRECENTI VIRI. [Ecce hęc explicat quid sit lambere aquas more canum, scilicet manu aquam in os iniicere, sicut canis iniicit lingua. Nam alioqui stantes non poterant lingua aquam contingere, vti faciunt lambendo canes: in eo ergo erant canibus, qui manus non habent, sed lingua pro manu vtuntur, dissimiles: Manu, ait S. August. quæst. 27. Aquam raptam in os proiciebant, & hoc erat simile bibentibus canibus, qui non ore opostos, sicut boves; aquam luctant, aquam bibunt, sed lingua in os rapiunt, sicut etiam isti intelliguntur fecisse, sed cum manu in os aquam proicerent, quam lingua exciperent.

Nimirum ait Origen. homil. 9. Ille probabilis, ille electus est, qui posteaquam ad aquas baptismi ventum est, flecti ad necessitates terrenas & corporeas nescit, qui vitium non indulget, neque ob peccati scilicet stermitur prorsus. Ad dicit deinde Origen. Sed & quod dicit eos manus vel lingua aquam lambere, non absque sacramenti quadam significancia hoc mihi videtur scriptum, scilicet quod & manu & lingua operari debent milites: Christi, hoc est opere & verbo; quia qui docet & facit hic magnus vocabitur in regno calorum. Quod autem etiam similitudinem canis lambentis Script. posuit, videtur mihi istud animal hoc in loco propterea nominatum, quod super omnia cetera animalia amorem dicitur proprii domini seruire, nec tempore nec iniuriis obliterari in eo fertur affectus.

VERS. 10. DESCENDAT TERCVM PHARA PVER TVVS. ] id est famulus tuus. Paer hic animosus Gedeonis metum dispellens fuit typus Christi, ait Leo Castricus in Ilaia. cap. 10. Phara enim idem est quod frugifer, vel ramificatus, & exaltatus in arbore crucis; hac enim Christus martyribus fidelibus metum ademit.

Mysticè S. Gregor. 30. Moral. capit. 33. Trecenti repræsentant mysterium S. Trinitatis, inquit, additque: Ille trecentorum numerus in Tau littera continetur, quæ crucis speciem tenet. Cui si super transuerfam lineam, id quod in cruce eminet adderetur, non iam crucis species, sed ipsa crux esset: Quia ergo iste trecentorum numerus in Tau littera continetur, & per Tau litteram, sicut diximus, species crucis ostenditur, non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt, quibus dictum est: (Lucæ 9.) Si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui sequentes Dominum tandem veram crucem tollunt, quando acris & se edomant; & erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Vnde & per Ezechielem (cap. 9.) Prophetam dicitur: signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium. Sic & S. August. ferm. 108. de Temp.

VERS. 13. VIDI SOMNIVM, ET VIDEBATV MIHI QVASI SYBGENERICIVS PANIS EX HORDEO VOLVIT ET IN CASTRA MADIAN DESCENDERE. ] Pro submericus, Hebr. est צליל, id est strepitum, vel tintillum edentem, & צליל, id est strepere, tintillare. Melius Noster, Septuag. Chald. & alij vertunt totum vel assatum sub cinere, hoc est subohericum ad rad. צליל, id est assan; totumque sic ab חגגה, id est meditari, loquitur חגגה, id est meditatio. Congruè Deus in somnio hoc Madianitæ militi primario immisso, per panem hunc hordeaceum & submericum significabat Gedeonem in spe-

ciemrabitum & contemptibilem, qui tumultuariè & subito, quasi ex cinere hunc exercitum exiguum trecentorum militum collegerat. Ita S. August. q. 37. Lyran. Abulen. Arias & alij, idque assatione pulchra. Hebræi enim bellum vocant מלחמה, id est comestionem, sive deorationem hominum, ducto nomine למה, id est lehem, id est panis. Vnde ad hoc appositè dicitur Num. 14. 9. Sicut panem deuorare eos possumus, significat ergo hæc visio Gedeonem & Hebræos, qui hactenus fuerant panis Madianitarum, vt pote ab eis deuorati, vti deuoratur panis, deinceps fore gladios, percussores & occisores Madianitarum se deuorantium.

Coniectat igitur optimè Madianita hic ex ambigua nominis significatione; nam למה, id est lehem, & panem & bellum significat. Ex hac ergo coniunctione & affinitate, non naturæ (quæ enim est affinitas panis ad gladium) sed significationis, coniecit per panem significari gladium & bellum, quod à Gedeone iam imminente Madianitarum castris imminerebat. Ita Arias, & noster Gaspar Sanchez in Ilaia cap. 14. num. 25. Appositè Gedeoni in arena grana ad panem excutenti, & panes Angelo liberaliter offerenti, in præmium hospitalitatis Deus panem dedit omen & signum victoriæ, vt ostenderet quàm efficax sit beneficentia & hospitalitas, vt pote quæ panes vertat in gladios, quibus hostes quolibet prosternat.

Alleg. hic panis fuit typus Eucharistiæ, quæ Madianitas, id est damnosus, ceterosque hostes quasi gladius fecit & deiicit; hic enim est panis, qui de caelo descendit, & castra hostium sabuerit, sicut panis hic videbatur ex alto descendere in castra Madian, quasi à Deo in illa demissus vt eadem disturbaret.

CVMQVE PERVENISSET AD TABERNACVLYM PERCVSSIT ILLVD. ] Tabernaculum intelligit Principis, sive ducis, indeque ceterorum militum. Tabernaculum ergo, id est tabernacula, quæ in medio castrorum esse solent, vt sint tutiora ab hoste. Vnde mox vers. sequenti tabernaculum hoc interpretatur omnia castra Madian. Ita Caiet. Arias & alij.

RESPONDIT IS CUI LOQUEBATV, ] putat commilito, sive socius Madianitæ, qui somnium quod viderat sibi narrarat: Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis, ob analogias iam recensitas. Dixit hoc vtique instinctus à Deo, vnde subdit: Tradidit enim Dominus in manus eius Madian & omnia castra eius. Ita Abul.

CVMQVE AVDISSET GEDEON SOMNIVM (linguam enim Madianiticam intelligebat, sive quia illa vicina erat Hebrææ, sive quod à Madianitis Iudæam iam per septennium occupantibus eam didicisset) ADORAVIT Deum, quod sibi hoc omen ditium victoriæ prænumtum præbisset.

DIVISITQVE TRECENTOS VIROS IN TRES PARTES (quasi in tres acies, vt ternis turmis Madianitas cingeret) ET DEDIT TVBAS IN MANIBVS EORVM, LAGENASQVE VACVAS, AG LAMPADAS IN MADIO LAGENARVM. ] Vos lampades, Hebr. למה, id est lampadim, in genere significat licentem flammam, in quacumque re vel materia illa sit. Chald. vertit beguraca, id est incensa vel ignita. Vnde non est verisimile lampades has fuisse nostrates vulgares, quæ oleo ardēt & aluntur: hæ enim inclusæ lagenis iis complolis fuisse extinctæ, sed

ve ait Arias, lignei erant torres ex pino, cupressu, cedro aut simili oleaginosa & pingui arbore, qui ignem accipere, fouere, ac diutius seruire possent, vento obluante excitandum augendumque potius quàm extinguendum; præsertim si in super pice, cera, oleo, bitumine, &c. oblit vtictique fuerint. Itaque omnia hæc ad terrorem comparata percussuerunt Madianitas, quia inopinata & nocturna, scilicet multitudo trecentarum tubarum clangentium ad prælium, fragor lagenarum, quarum quisque suam commilitonis lagenæ allidebat, indeque subito emittentes vicina circumquaque lapidum, id est torrium sive titonium flammæ, hostem insequentes. Simili stratagemate Hannibal à Q. Fabio Max. ad Caesinium obsessus, eum eludit & euasit. Nam duobus boum millibus ad cornua singulorum faces accensas alligauit, itaque eos stimulando impulit in montes à Romanis infessos, ac metus ipse relucens flamma ex capite, ait Lilius DeCADE 3. lib. 2. calorq, iam ad viuum ad ima, cornuum adueniens, velut stimulos furor agobat boves, quo repente discursu haud secus quam syluis montibusque accensis omnia circum virgula arderet, capitumq, iniquitatio excitans flammam hominum passim discurrentium speciem præbebat. Qui ad transitus saltus infensos locati erant: vbi in summis montibus ac super se quosdam ignes conspexerunt, circumuenos se esse rati, presidio excessere: quæ ingens emicabat flamma velut tacitissimum iter petentes summa montium iuga tum in quosdam boves palantes à suis gregibus inciderunt: & primò cum procul cererent, veluti flammam spirantium miraculo attoniti consisterunt, demò vt humana apparuit fraus, tum verò insidias rati esse cum multo maximoq, strepitu concitant se in fugam, leuique armatura hostium incurere.

Huic similia sunt quæ recenset Iulius Frontinus lib. 2. de stratagem. cap. 4. Hispani, inquit, contra Hallicarem boves vehiculis adiunctos in prima fronte constituerunt, vehiculaq, tædæ & sibi & sulphuris plena signo pugna dato incenderunt, acris deinde in hostem boves conseruata aciem pertruxerunt.

Thalisci & Tarquinienses compluribus suorum in habitu sacerdotum subornatis, faces & angues furiali habitu preferentibus aciem Romanorum turbauerunt. Idem Vicienses & Fidenates facibus arropis fecerunt.

Athæas rex Scytharum cum aduersus ampliozem Triballorum exercitum confugeret, iussit à feminis & pueris omniq, imbelli turba, greges asinorum ac boum ad postremam hostium aciem admoueri, & erectas hastas preferre: famam deinde dissudit, tanquam auxilia sibi ab vterioribus Scythis aduentarent, quæ assueverunt auertit hostem.

Idem lib. 3. cap. 8. Cyrus, inquit, rex Persarum incluso Sardibus Crafo, qua preruptus mons nullum aditum præstabat, ad mania malos exequantes altitudinem iugi subrexit: quibus simulachra hominum armata Persici habitus imposuerat, noctuq, eos monti admouit. Tum prima luce ex altera parte muros aggressus est: vbi orto sole simulachra illa armatorum referentia habitum resulerunt; Oppidam captam vrbem à tergo credentes, & ob hoc in fugam dilapsi, victoriam hostibus concesserunt.

Idem lib. 2. cap. 5. Alexander Macedo, inquit, cum hostis in saltu editore castra commuisset, seducta parte copiarum, præcepit his quos relinquebat, vt ex more ignes excitarent, speciemq, præberent totius exercitus: ipse per anias regiones circumducta manu hostem superiore aggressus loca depulit.

Alleg. Procop. & S. Aug. ferm. 108. de Temp. Milites Gedeonis, inquit, sunt discipuli Christi, qui Cornel. in Iudicum.

Miraculorum faces præ se tulerunt & prædicationis tubam, quibus Madian, id est gentilitium & idolorum cultum protrahere.

Tropol. Rupert. Lagenæ, ait, sunt fragilia & qua- Tropolog. de Martyribus. fractis cõperunt coruscare miracula, per quæ in fugam acti sunt persecutores, & conuersi ad Christi infideles. Sic ferè & S. Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 16. ac fusè sanctus Gregor. 30. Moral. cap. 33. quem audi: Designatur in tubis clamor prædicantium: in lampadibus claritas miraculorum: in lagenis fragilitas corporum. Tales quippe secum dux nos ad prædicationis prælium duxit, qui despecta salute corporum hostes suos moriendo prosternerent, eorumq, gladios non armis, non gladiis, sed patientia superarent. Armati enim venerunt sub duce suo ad prælium martyres nostri, sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui sonnerunt tubis dum prædicant; confregerunt lagenas, dum soluenda in passione sua corpora hostilibus gladiis supponunt; resplenderunt lampadibus, dum post solutionem corporum, miraculis coruscant. Moxque hostes in fugam conuersi sunt, quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscant conspiciunt, luce veritatis fracti, quod impugnaverunt, crediderunt.

Idipsum clariùs explicat dum subdit: Ceciderunt ergo tubis, vt lagenæ frangerentur: Lagenæ fractæ sunt, vt lampades apparerent: apparuerunt lampades, vt hostes in fugam verterentur: id est prædicauerunt martyres, donec eorum corpora in morte soluerentur: corpora eorum in morte soluta sunt vt miraculis coruscarent: coruscauerunt miraculis, vt hostes suos ex diuina luce prosternerent: quatenus nequaquam Deo erecti resisterent, sed eum subditi formidarent. Eadem ad verbum habet, & ex S. Greg. transcripsit Beda.

Rursum Origen. hic hom. 9. sub finem: Vide, ait, quia electi milites Dei cum lampadibus pugnant. Sic enim eos Christus armauerat dicens: Sicut lumbi vestri præcincti & lucerna vestra ardentes. Et iterum: Sic fulgeat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificentur patrem vestrum qui in calis est. Talibus ergo lampadibus accensis, pugnare decet milites Christi, luce operum resurgentes & splendore gestorum. Quæ sunt autem buccina cornea, in quibus tuba canunt? Qui de caelestibus loquitur, qui de spiritalibus disserit, qui mysteria regni calorum reuelat, ille buccina concinit, ille de tuba loquitur, qui de magnis & maximis loquitur, qui scientiam Christi humanis auribus pandit. Sed cur & cornea dicitur buccina? Quia & de sancto dicitur, cornu eius exaltabitur in gloria. Vnde & vniuersusq, buccina dicitur cornea, in eo quod multiplex scientiam Christi, & crucis eius qua in cornu designatur, disserit sacramenta. Cum hac ergo buccina militantes, & cum hac pugnant viciniam alienigenas, & hostes in fugam vertimus etiam si fuerit multitudo eorum sicut locustæ. Locustis enim comparata est demonum multitudo, quibus neque in calo neque in terris est sedes. Fræcedat ergo & nos hoc bello operum lux, scientia virtus, diuini verbi prædicatio.

QVOD ME FACERE VIDERITIS, HOC FACITE. ] nimirum hæc lex ait Serarius: Primò, me tuba clangentes; clangite & vos; secundo, me clamante, Domino & Gedeoni, clamate & vos; tertio, me lagenam meam frangente, frangite & vos vestras: quarto, me laua manu lampadem tenente, tenete & vos: quinto, me manu dextera tubam tenente, canite, porro inflante, tenete similiter & inflate etiam vos: sexto, me meo in loco stante, state, & vos in vestro singuli.

Tropol. dicit hæc prælati subditos præire exemplo, eoque illos magis docere, quàm verbo. Exempla

pla enim fortiora sunt verbis, magisq; persuadent. A Palet enim militem cessare, ubi imperatorem laborare & certare videt. Ita fecit Christus, de quo Lucas Act.1.1. *Capit. Iesus facere primo, & secundo docere.* Discite, ait ipse, a me, quia mitis sum & humilis corde. Matth. c.11. v.29. Vnde S. Ephrem epist. ad Ioannem Monachum: *Recte, inquit, agis exemplum bonorum operum reipsum praebens, & potissimum fratribus, qui tecum habitant, secundum eum qui habet: a me videbitis, & sic facietis.*

Moraliter igitur discite huc, ducem militibus, patrem filiis, superiorem inferioribus ad ardua procedere debere, primumque manum rei difficili admovent, si illam citò recteque confectam velit. Ita fecit Cato, qui apud Lucanum li.9. sui exemplo milites ad omne discrimen impellit, dicens:

*Ingrederar, primusq; gradus in pulvere ponam.  
Me calor ardeus feriat: mihi plena veneno  
Occurrat serpens, fatigat, pericula vestra  
Praesentate meo: sciat quicumque bibentem  
Viderit, aut umbras nemorum quicumque perentem  
Aestuet, aut equitem peditem praecedere turmas  
Deficiat, si quo fuerit discrimine notum  
Dux aut miles eam, &c.*

VERS.18. **CONCLAMATE DOMINO ET GEDEONI,** ] scilicet sit hoc praelium & victoria. Vnde v.20. dicitur eos conclamasse: *Gladius Domini & Gedeonis,* scilicet hic est qui vos o Madianitae persequitur, cecidit & sternit. Vnde Chald. *Gladius a facie Domini procedit, & victoria per Gedeonis manus est,* quem vos o Madianitae velut antagonistam formidatis, ac per somnium de vobis triumphaturam iam cognovistis. q. d. Deus est, Deus inquam est, qui Madianitas vlciscitur, suum in eos gladium vibrat, ipsos neci dat; Gedeon vero hac in re illius minister est, ab illo victorem accipit gladium, suisq; ipsum in hostes defigit. C *Audi S. August. q. 40. Hoc significat quod gladius id erat operaturus, quod Domino placeret & Gedeoni.*

Hinc laudandi Poloni & Hungari, qui instar Gedeonis praelium adorantur in clamato nomine Iesu, & Hispani nomine S. Jacobi, ideoque saepe victoriam de hostibus reportant.

VERS.19. **INCIPIENTIBUS VIGILIIS NOCTIS MEDIAE ET CUSTODIBUS SVSCITATIS, COEPUERUNT BVCCINIS CLANGERE.** ] Nox ipsa & tot tubarum clangor percussit Madianitas, ut putarent maximum Israelitarum exercitum in se irruere, cui se posse resistere diffiderent. Vnde in fugam versi se inuicem protrinere & confecere. Hoc stratagemata imitantur callidi belli duces: cum enim paucos habent milites, multas tubas inflari curant, ut ex iis hostes suspicentur, maximas contra se venire copias, itaque de fuga cogitent. Sic fecit Pompeius contra Mithridatem pugnaturus. Audi Dionem lib. 36. *Primum, ait, tubicines omnes ex composito simul bellicum cecinerunt, tum milites & reliqua omnis turba conclamarunt: & illi quidem hastas aut pila ad seuta conueniebant: isti (calones & lixae) lapides etiam ad aerea vasa.* Simile fecit Fredegundis Regina Franciae, pro Clothario filio suo pugnans: nam iussu Landerici Ducis, milites eius singuli praecisis arborum ramis septi, & tintinnabula pulsantes intempesta nocte hostes perterrefecerunt, & in fugam compulerunt, uti narrat Aimoinus lib. 3. c. 81.

*Stratagemata Pompeij.*

ET COMPLODERE INTER SE LAGENAS, ] ut partim siagore huius complotionis, partim confusione tot tadarum sine titionum inde emicantium & effulgorantium, Madianitae confunderentur. Simili stratagemata Octavianum Caesarem, po-

vicinum hostem esse existimans gladio feriret, quique fugiebant sequentes se pariterque fugientes, crederent esse Israelitas hostes infecutoresque suos; quare dum eos putant ferire & cadere, ceciderunt se mutuo, eod quod Israelitica continuo clangore tubarum & fulgore lampadarum, sine titionum ardentium eos infecerunt. Hoc meruit fides & spes excellae Gedeonis, qua Deo obediens cum trecentis militibus, qui ludicris armis lagenarum & lampadarum armabantur, animose inuasit innumeros Madianitas armatissimos, ideoque eos prostravit, & ut ait Sidonius Apollin. in Panegy.

Solo venit victoria cantu. Simili modo percussit & percussit Deus hostes Iosaphat regis Israel. 2. Paral. 20. Ex Gentilibus Gedeonem imitatus est Leonides, qui cum trecentis

Lacedaemoniis animose ad Thermopylas obiecit se Xerxi eiusque copiis innumeris, caesque cecidit & fugavit, qui proinde ab omnibus Historiis celebratur.

In his omnibus Gedeon fuit typus Christi, ut per sedecim analogias ostendi Isaiæ 9. 4. ad illa praedicta de Christo: *Sceptra exaltatoris eius superasti sicut in die Madian.*

Denique exercitus Madian erat ut minimum 135. millium, e quibus hic caesa sunt 120. millia, reliqua quindecim millia fugientia persecutus Gedeon cecidit trans Iordanem, ut audiemus c. seq. v. 10. Atque haec omnia perfecit cum trecentis dumtaxat militibus, sed per stratagemata Deo pro eo pugnante & hostes percellente. Verè Iudas Machabeus alter Gedeon: *Non in multitudine exercitus, ait, victoria belli, sed de celo fortitudo est.* 1. Machab. 3. 19.

CAPITULO OCTAVO.

SYNOPSIS CAPITIS.

Gedeon Ephraimitas iurgantes, quod ad bellum vocati non essent, leni responso placat. Secundo, v. 10. cedit reliquias Madian. Inde v. 15. cines Soccoth & Phanuel, eo quod superba panes sibi negassent, conterit. Tertio, v. 21. Principes Madian trucidat. Quarto, v. 22. regnum sibi ab Hebraeis oblatum recusat. Quinto, v. 27. ex manubiis hostium fabricat Ephod, quod eius posteris fuit in ruinam idololatriae & excidij. Denique v. 30. eius filij, mors, & sepultura locis recensetur, ac eo mortuo relapsus Hebraeorum ad cultum Baal.

1. **D**ixeruntque ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti, ut nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes. 2. Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nonne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abiezer? 3. In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? quod cum locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tument contra eum. 4. Cumque venisset Gedeon ad Iordanem, transiit eum cum trecentis viris qui secum erant: & praesertim, fugientes persequi non poterant. 5. Dixitque ad viros Soccoth: Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt: ut possimus persequi Zebee & Salmana reges Madian. 6. Responderunt principes Soccoth: Forsitan palmae manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas ut demus exercitui tuo panes. 7. Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti. 8. Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutusque est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt, sicut responderant viri Soccoth. 9. Dixit itaque & eis: Cum reuersus fuero victor in pace, destruem turrim hanc. 10. Zebee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorum, caesis centum viginti millibus bellatorum educantium gladium. 11. Ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur, ad Orientalem partem Noba & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur. 12. Fugeruntque Zebee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. 13. Reuertensque de bello ante solis ortum, 14. apprehendit puerum de viris Soccoth: interrogauitque eum nomina principum & seniorum Soccoth, & descripsit septuaginta septem viros. 15. Venitque ad Soccoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana, super quibus exprobrauisti mihi dicentes: Forsitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas ut demus viros, qui lassi sunt & defecerunt, panes. 16. Tulit ergo seniores ciuitatis & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Soccoth. 17. Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. 18. Dixitque ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidistis in Thabor? Qui responderunt: Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. 19. Quibus ille respondit: Fratres mei fuerunt, filij matris meae.

Cornel. in Iudicum.

M 2

mea.

meæ. viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. 20. Dixitque Iether primogenito suo: Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. 21. Dixeruntque Zebæ & Salmana: Tu surge, & irrueris in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebæ & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari solent. 22. Dixeruntque omnes viri Israël ad Gedeon: Dominare nostrum tu, & filius tuus, & filius filij tui: quia liberafti nos de manu Madian. 23. Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus. 24. Dixitque ad eos: Vnam petitionem postulo à vobis: Date mihi in aures ex præda vestra. In aures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant. 25. Qui responderunt: Libentissimè dabimus. Expandentesque super terram pallium, proiecerunt in eo in aures de præda: 26. & fuit pondus postularum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian uti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. 27. Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israël in eo, & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. 28. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israël, nec potuerunt vltra ceruices eleuare: sed quicui terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. 29. Abiit itaque Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo sua: 30. habitusque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius: eò quòd plures haberet vxores. 31. Concupina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech. 32. Mortuusque est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. 33. Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israël, & fornicati sunt cum Baalim. Percusseruntque cum Baal foedus, ut esset eis in Deum: 34. nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum. 35. Nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon, iuxta omnia bona quæ fecerat Israël.

VERS. I. DIXERUNT AD EVM VIRI EPHRAIM, &c. A INDEMITIS ABIEZER.] Est proverbum idem significans, q.d. ut explicat Chald. Infirmissimi tribus Ephraim præstantiores sunt robustissimi familie meæ Abiezer. Aut meliùs, q.d. pauca persona cæse ab Ephraimitis, scilicet Oreb & Zeb Principes Madian, pluris æstimandæ sunt, quàm omnes Madianitæ, quos nos Manassenses cecidimus. Tertio & optime, Gedeon Metaphoricè suam victoriã vocat vindemiam, reliquias verò victoriæ racemationem, qua vna post vindemiam reliquæ colliguntur. q.d. mea victoriã fuit quasi vindemia colligens vas ex vinea plena: sic enim ego cecidi & turbavi omnia castra Madian: vestra verò persecutio, qua turbatos à me fugientes insecuti estis & cecidistis, fuit quasi racematio post vindemiam, id est victoriã, sed hæc vestra racematio pluris est mea victoriã; tum quia cecidistis ipsos principes Madian; tum quia plurimos gregarios trucidastis. Ita Arias, Abulen. & alij.

VERS. 2. QVIBVS ILLE RESPONDIT: QVID ENIM TALE FACERE POTVI QVALE VOS FECISTIS? qui fugientes Madianitas ad Iordanem cecidistis plurimos & quasi innumeros, eorumque Principes Oreb & Zeb, ut dictum est cap. præcedenti vers. 24. Sapienter id dixit Gedeon, ut iurgium modesto placidoque responso sopiret, iuxta illud: Responso mollis frangit iram. Prouerb. 15. 1.

Docet ergo hic Gedeon, superbiam & litem aduersarij nulla re magis placari, quàm si te sub eo humilicis, eumque laudes & tibi præferas. Qui hoc facit sapiens est & magnanimus. Verè enim Philemon in Ecdiazomeno: Nihil, ait, neque iucundius, neque docto viro dignius est, quàm posse conuiciantem ferre. Et Ouidius lib. 3. Tristium:

Quo quisque est maior, magis est placabilis ira.  
Et faciles motus mens generosa capit.

Quocirca Iosephus lib. 5. c. 8. Plus, ait, profuit hæc mansueta Gedeonis responso, quàm Madianitica victoriã.

NONNE MELIOR EST RACEMVS EPHRAIM

potamia fixisset tabernacula. Hæc enim Hebr. significat Socoth. Genes. 33. 17. Hinc patet Gedeonem transiisse Iordanem iuxta mare Galilææ, eò loci vbi Iordanis è mari illo emergit, ideòque est maior, quàm sit anterus vbi in mare hoc primum influit: ibi enim ad egressum Iordanis ex mari sita est Socoth in tribu Gad.

VERS. 6. FORSITAN PALMÆ MANVVM ZEBEE ET SALMANA IN MANV TVA SVNT, ET IDCIRCO POSTVLAS VT DEMVS EXERCITVI TVO PANES] Palma, id est volæ manuum, hoc est manus ipse. Est Sarcasimus. q.d. Videris o Gedeon imperiosè nobis loqui, quasi iam victor de Zebæ & Salmana euaseris, eosque manibus post terga reuinctis captiuos ante te abducas: at nondum illos vicisti, ut audeas à nobis panes perere. Nimirum frustra presumis te cum trecentis dumtaxat, quindecim millia, quæ ipsi secum ducunt, casurum. Vide hic vt opera heroica subeant calumniam & inuidiam ab iis, qui illa laudare & promouere deberent. Hanc enim subit hic Gedeon à Gaditis, sicut paulò antè subiuit ab Ephraimitis. Fuit hæc barbara Gaditarum inhumanitas, qua Gedeoni Iudici, principi & liberatori suo, pro se contra Madianitas pugnantem, ideòque postulanti non carnes, sed panes, denegauerunt, vnde ipse tam acriter castigauit.

VERS. 7. CONTERAM (רשתי דאסי id est trituro) CARNES VESTRAS CVM SPINIS TRIBVLISQUE.] Pro tribulis Hebr. est מן ברכות barkanin, quod significat spinas siue tribulos acerrimos, qui vt fulgur oculos penetrant ac lædunt, ita illi corpus: מן בראך barac enim significat fulgur. Rursus barkanin per Metathesin alludit ad מן בראך acrabhim, id est Scorpiones. Ita sunt dictæ spinæ magnæ & acutæ, quæ martyrum carnes disceperant & laniabant instar Scorpionum, animalium venenatorum. Audi Isidorum lib. 6. Etymol. c. 17. Virga sunt extremitates frondium arborumque: si lenis, virga est; si autem nodosa vel aculeata, Scorpio rectissimo nomine vocatur, quia arcuato vulnere in corpus insignitur.

His ergo tribulis siue Scorpionibus percutiebant reos vsque ad necem, ideòque subinde eos humi sternebant, ibique flagellando quasi tritabant, sicut tritatur frumentum. Aliqui hanc triturationem censent factam, quòd ferrata carpenta (his quoque tritabant, & grana excuriebant) super eos induxerint, vt fecit Dauid Ammonitis 2. Reg. 12. v. vlt. sed nulla carpentorum horum fit hic mentio. Dicitur enim dumtaxat quòd tribulis eos tritauerit, sicut flagellis triticum tritauerit Belgae.

VERS. 8. VENIT IN PHANVEL.] Locus iuxta Socoth, ita dictus à Iacob, eò quod ibi luctans cum Angelo dixisset: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Genes. 32. 30. Phanuel enim Hebr. idem est quod facus fortis, hoc est Dei.

VERS. 9. DESTRVAM TVRRIM HANC.] quam Phanuelite edificauerant, vt ad eam confugerent ingructe hoste, putantes in ea se fore tutos, ideòque superbè Gedeoni respondentes, negabant ei panem pro alimonia exercitus. Addit Abul. quæst. 11. Phanuelitas Gedeoni mortem minitanti respondisse se ipsius minas nihil facere, sibi aduersus illas turrim istam stare, tum Gedeonem subiunxisse, se non ipsos tantum, sed & turrim excisurum.

VERS. 10. ZEBEE AVTEM ET SALMANA (DVCS Madian) REQVIESCEBANT CVM OMNI EXERCITV TRANS CORNEL IN IUDICVM.

A IORDANEM.] ideòque Gedeonem, à quo cis Iordanem castris erant, non formidantes, sed securi; ideòque securos & imparatos ex inopinato adortus Gedeon cecidit. Addunt Septuag. Hebr. & Chald. eos requiesisse in Carcar, de quo ita scribit S. Hieron. in locis Hebr. Carcar vbi erant filij (id est filij) utrepsisse videtur, ideòque delendum) Zebæ & Salmana, & est vsque hodie castellum cognomento Carcaria, vnius diei itinere à Petra distans. Petra est ciuitas Arabia, à qua cognominata est Arabia Petraea in Moabitica regione, cui confinis erat tribus Ruben.

QVINDECIM ENIM MILLIA VIRI REMANSE- RANT, qui effugerant stragem Madianitarum editam à Gedeone cap. præcedenti, CÆSIS CENTVM VIGINTI MILLIARVM BELLATORVM.] Hinc patet castra Madian habuisse 135. millia bellatorum, præter calones, lixas, famulos, ceteramque imbellem turbam, è quibus à Gedeone & sociis caesa fuerè 120. millia, quindecim verò millia effugerunt, quæ hic ab eodem trucidata sunt. Perperam Iosephus pro quindecim habet octo decim millia.

ASCENDENSQUE GEDEON PER VIAM EORVM, VERS. II. QVI IN TABERNACVLIS MORABANTVR,] hoc est Arabum, qui exinde Scenitæ vocantur: nam scilicet est tabernaculum, ita dictum ab Hebr. משכן scakan, id est habitauit, quia Arabes hi non habent domos fixas, sed vagantes ex vna regione, quam depasti sunt, transiunt cum suis tabernaculis in aliam vicinam, illamque similiter depascuntur; abundant enim camelis, equis & vaccis. Vnde & Nomades (veterum enim est pascere) appellantur, de quibus Plinius lib. 6. c. 28. & Strabo lib. 16. Vnde Gedeon non recta via, sed à tergo per Arabes hosce Scenitas inuasit castra Zebæ & Salmana, vt eos nil tale cogitantes ex improviso inuaderet & opprimeret, qua in re se rei bellicæ & stratagematum egregiè peritum ostendit.

ANTE SOLIS ORTVM.] Hebr. ad verbum est: ab ascensu solis, vt vertit Pagnin. in Lexico, hoc est ante ortum solis, vt vertit Vatab. quare minus rectè Lyran. Arias, Caiet. & alij vertunt: desuper existente sole, quasi iam ortus fuerit sol, vt vult Arias, aut quasi fuerit meridies, quo completur ascensus solis, vt putat Caiet. aut quasi fuerit vespera ante occasum solis, vt conicit R. Dauid & Lyran. Licet enim Daniel. 6. 20. Ascenso solis vocetur occasus solis, tamen hæc est phrasit Chaldaica, qua lingua scriptus est liber Danielis. Nam Hebraea, Græca & Latina phrasit ascensus solis significat ortum solis, quo scilicet sol ascendit super horizontem, ait Vatab. Nota hic rursum stratagemata Gedeonis, quò nocte ante ortum solis hostes somno vinoque sepultos adortur & trucidat.

CONTRIVIT.] Hebr. est מן ידא, id est scire fecit scilicet per flagella & verbera, hoc est castigauit, puniuit. Sic Magister discipulo petulanti minans virgas ait: Hicce docebo te, id est castigabo te, quamquam Serarius putet pro ioda legendum מן ידא, id est tritauerit. Sic enim legitur v. 9.

DIXITQUE (GEDEON) AD ZEBEE ET SALMANA- VERS. 18. NA: QVALES FVERVNT VIRI QVOS OCCIDISTIS IN THABOR.] Audierat Gedeon fratres suos uterinos ex eadem matre natos, imminentibus Madianitis de more fugisse in montem Thabor; audierat pariter ibidem nonnullos caesos esse à Madianitis; suspicatus est ergo caesos esse suos fratres. Et vera fuit eius suspicio, vt patet v. 9.



QUI RESPONDERUNT: SIMILES TVI: fratres A enim non raro fratibus, æque ac parentibus affimulantur. Et vnus ex his quasi filius regis. Sensus planus est & clarus, scilicet vnus ex eis insigniorem, habuisse vultum eximium & regium. Nonnulli tamen sic explicant: vnus, id est qui libet ex eis erat forma tam eleganti, vt videretur esse filius regis. Vnde Septuag. in Codice Romano habent: Sicut tu, sic illi, in similitudinem filij regis. Complur. & Regij: Sicut tu, sic illi, similis tu similitus illis, quodis species filiorum regum.

VERS. 22. DOMINARE NOSTRI TV, ET FILIUS TVVS, ET FILIUS FILII TVI, QVIA LIBERASTI NOS DE MANV MADIAN. Erat Gedeon iam populi iudex & princeps à Deo constitutus: non ergo Israëlita hic eum iudicem creare volunt, sed plenum imperium, hoc est regnum illi offerunt, illudque hereditarium vsque ad secundam generationem. Hoc enim significat rō dominare, scilicet mero & pleno iure, quasi rex. Iudex enim illo ævo populo Israël dominari non poterat, sed iuxta leges cum iudicare & regere debebat. Rex enim est absolutus omnium Dominus, ideoque quasi Deus terrestris; vnde & multi reges voluerunt haberi colique vt Dii, vt Caligula, & Domitianus, quem proinde Martialis sine adulando sine corripiendo vocat Dominum. Deumque: Edictum, inquit, Domini Deique nostri. Porro Augustus Cæsar audiens natum regem Messiam, puta Christum, noluit vocari Dominus.

VERS. 23. QVIBVS ILLE AIT: NON DOMINABOR VESTRI, &c. SED DOMINABITVR VOBIS DOMINVS. Modeste titulum Domini, regisque ius recusat Gedeon, illudque in Deum transibit, qui proprie erat Israëlitarum rex & Dominus, ideoque postea ægrè tulit eos à Samuele petere regem: instantibus tamen dedit Saullem: quia rex videbatur decerpere aliquid tum nomini, tum iuri Dei in suū populum, poteratque impunè leges & iussa Dei violare, imò nouos Deos inducere, vt fecit Ieroboam, Manasses, Salomon, aliique Reges Israëlitis.

VERS. 26. MILLE SEPTINGENTI AVRI SIGLI. qui faciunt 6800. coronatos Francicos, siue libras auri ferè 70. Siclus enim est semuncia. Quare nō est verisimile totum hoc aurum expensum fuisse in solum Ephod. Quis enim Pontifex, imò quis homo ferret Ephod, siue vestem ponderantem 70. libras: Quare pars huius auri in alia ornamenta fuit expensa. Simili modo dicitur Dauid 1. Paral. 20. 2. fecisse sibi diadema ex corona imposta Idolo Melchom, quod ponderabat talentum auri 2. Reg. 12. 30. Quia scilicet partem coronæ aptauit in diadema, non verò totam. Quis enim talentum auri capite suo gestare posset?

VERS. 27. FECITQVE EX EO GEDEON EPHOD. id est super-humeral. Exodi 28. 6. Queritur, quale hoc fuit Ephod, & an Gedeon illud faciendo peccauit?

Ephod Gedeonis quid? Resp. 1. Primò, Procopius & alij apud Abulen. censent Ephod hoc fuisse idolum, vnde pro posuit, Hebr. est יאסף iasēb, id est statuit, sicut solent statui idolorum statuae. Hinc & Israël formicatus est, id est idololatrauit in eo: Hinc quoque factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Verum quis credat virum sanctum, imò Deo familiarem, & ab eo dilectum & electum, qualis fuit Gedeon, post tantam victoriam à Deo acceptam, à Deo ad idola deflexisse, & ido-

latria fuisse auctorem, sicut fuit Ieroboam primus rex Israël confando vitulos aureos, colique quasi Deos colendos statuendo in Dan & Bethel?

Secundò, Arias censet hoc Ephod, vt pote aureis, diuersum fuisse ab Ephod Pontificis facti ex cocco, purpura, bysso & hyacintho. Exodi 28. 6. ac factum à Gedeone hoc sine dumtaxat, vt esset perpetuum victoriae tam admirabilis monumentum. Vnde Caiet. censet Ephod hoc fuisse lorica ex auro ductilem, vt esset signum militiæ, pugnae & victoriæ. Lorica enim humeros & pectus tegit munisque, æque ac Ephod siue super-humeral. Huic sententiæ satis fauent Hebræa, que habent: Et fecit illud in Ephod, & statuit illud in Ephra; quæ verba innuunt ex auro spoliolum factum esse hoc Ephod, ideoque fuisse quasi lorica auream, quam proinde posteri quasi idolum coluerunt. Hæc expositio valde est accommodata.

Tertiò, Lyran. per Ephod proprie accipit Ephod Pontificale, & sub eō intelligit ceteras vestes sacerdotales, quasi Gedeon illas fecerit, vt ipse iis sacrificaret domi suæ, ideoque peccauit mortaliter, sed de eo ante mortem pœnituerit. Verum nec hic, nec alibi quidquam legitur de hac eius pœnitentia.

Quartò, verisimilius S. August. q. 41. Theodor. q. 16. Dionys. Serarius & alij censent Gedeonem fecisse Ephod Pontificale, ceterasque Pontificis vestes: hæ enim sub Ephod quasi veste primaria intelliguntur, ait S. August. tam hic quam c. 17. 5. & c. 18. 14. & 18. Vnde Osee 3. 4. Septuag. Ephod verrunt rñ sege rē au, id est sacerdotium omneque instrumentum sacerdotale. Sic ergo per Ephod hic accipere omnem supellectilem ad sacrificium necessariam. Hoc igitur Ephod fecit Gedeon primò, ad perenne victoriae monumentum: hanc enim consecutus erat per sacrificium, in altari à se iussu Dei erecto oblatum. Vnde & postquam recusasset regnum sibi ab Hebræis oblatum, illudque in Deum resignasset, fecit hoc Ephod, vt se profiteretur religiosum esse Dei ministrum, eiusque iussa æque ac curam populi se in humeros suos excipere, vt ea eorumque infirmitates humeris suis portet, ac mediator & sequester sit inter Deum & populum. Hoc enim repræsentabat Ephod siue super-humeral. Hinc & ex spoliis hostium efficit hoc Ephod. Vnde Hebr. est: Fecitque illud (scilicet totum hoc spoliolum ex auro donum) in Ephod, id est ex eo eiusque pretio confecit Ephod.

Secundò, fecit hoc Ephod Pontificale splendidum auroque fulgens, quia in eo erant Rationale Vrim & Tummim, per quæ Deus à Pontifice consultus dabat oracula Principi & Reipubl. Exod 28. non vt ipse Gedeon eo vteretur, sed vt Pontifex, qui non longè à sua vrbe Ephra habitabat in Silo, vbi erat tabernaculum cum arca, ab eo in Ephra euocatus, hoc Ephod indutus pro se consulere Dominum, sicut eum consulebat Dauid per Abiathar Pontificem. Gedeon enim erat Iudex populi, ac in rebus dubiis & perplexis sæpè occurrentibus responso & oraculo Dei indigebat.

Tertiò, videtur Gedeon Ephod hoc fecisse, vt Pontifex eo indutus pro se & populo sacrificaret in altari, à se iussu Dei erecto in Ephra c. 6. v. 26. Ad quid enim altare, nisi vt in eo sacrificetur? Addit Serarius, Gedeonem ipsum per se in eo sacrificasse. Cum enim ipse iussu Dei in eo immolasset taurum c. 6. 26. existimasse videtur quòd Deus secum dispensasset, vt licet non esset sacerdos ex tribu Leui, tamen

men quasi prater ordinem auctoratus à Deo in eo sacrificaret. Idcirco enim videtur Deus iussisse illi vt hoc altare erigeret. Altare enim essentialiter respicit sacrificium, nam vt ait Aristot. 1. de celo c. 4. Frustra est calcus, cuius non est vsus.

Igitur non peccauit Gedeon faciendo hoc Ephod. Probatur primò, quia dicitur hic queuisse in se necitate bona. Secundò, quia à S. Paulo Hebr. 11. collocatur in Catalogo Sanctorum & heroum veteris testamenti, qui fide eximia & operibus fidei heroicis excelluerunt. Tertio, quia viuente Gedeone eius ductu Israël seruiuit Deo, post mortem verò eius deflexit ad Baalim, vt dicitur v. 33.

Fauer S. August. q. 41. dum ait: Deus illud factum Gedeonis patienter tulit, vt pax in terra perseveraret, quia licet factum erat quod prohibuerat, non tamen longè recessum ab eo, qui tale aliquid in Tabernaculo in suum honorem fieri iusserat: imò non prohibuerat Deus vltiam fieri tale Ephod, vt nec tale Tabernaculum simile illi Mosaico, vt rectè aduertit Serarius. Nam tale Tabernaculum fecit Salomon 2. Paral. 1. v. 4. & 5.

Peccarunt tamen posteri Gedeonis, qui memoria miraculose victoriæ, tanquam persplendidum hoc Ephod adeptæ, impulsu diuino ei honores detulerunt. Vnde sequitur.

FORNICATVSQVE EST OMNIS ISRAEL IN EO. Hebr. אבאראו abarau, id est post eum, scilicet post mortem Gedeonis. Ita Septuag. Chald. & alij. Noster tamen post eum refert ad Ephod, quòd in illo & cum illo Israël fornicatus sit mytice, id est idololatriam commiserit, illud vt idolum & Deum adorando, vel certe illo ad cultum Baalim abutendo; scilicet quòd sacerdos Baal illi sacrificaret, hoc Ephod indutus & ornatus. Gaudet enim dæmon si Deo res suas surripiat, ac illa quibus colitur Deus ad sui cultum traduat.

ET FACTVM EST GEDEONI ET DOMVIEVS IN RVINAM. Hebr. שפמו למקס lemoxes, id est in laqueum, tum culpe idololatriæ, tum pœnæ eiusdem: ob illam enim culpam tota posteritas Gedeonis excisa est, vt audiemus cap. sequenti. Atque pœnam hanc subiit etiam Gedeon ipse, qui incautè Ephod hoc, quod posterus in idola adeo procliuibus futurum erat occasio idololatriæ, fabricauit. Gedeon enim ob hoc perdidit omnem suam posteritatem. Culpam verò idololatriæ commisit non ipse Gedeon, sed eius posteri. Id non præuidit Gedeon; vnde à culpa saltem mortali excusandus est: venialis enim imprudentia & inaduerentia in eo admitti potest. Vnde hoc sensu cum dicitur: Gedeoni & domui eius, rō & accipiendum est expositiuè per Exegesin, vt significet id est, q. d. Gedeoni, hoc est domui siue posteritati eius: hæc enim Ephod hoc adorauit, æque ac Israëlita adorarunt serpentem æneum à Mose erectum. Num. 21. qui proinde ab Ezechia rege contractus est. 4. Reg. c. 18. 4.

Moraliter hæc discant Principes, quàm periculosum & exitiale sit immiscere se rebus sacris. Ecce tibi Gedeon faciens Ephod bona licet mente, perdidit omnem suam progeniem. Sic Ozias rex volens thus adolare Deo, lepra percussus est. 2. Paral. 26. 17. Idem tentantes Corv, Dathan & Abiron viui à terra absorpti sunt. Numer. 16.

VERS. 28. QVIEVIT TERRA PER QVADRAGINTA ANNOS. id est vsque ad annum 40. Gedeonis; vnde sub his 40. annis complectitur Script. septem annos, quibus Israël seruiuit Madianitis, vt dixi c. 3.

ABIIT ITAQVE IEROBAAL, id est litigator & excisor Baal falsi Dei, puta Gedeon.

HABVITQVE SEPTVAGINTA FILIOS, ] præcisè VERS. 30. incluso quoque Abimelech, de quo vers. sequenti, inquit Serarius, licet alij 70. filios accipiant quos habuit ex vxoribus, excluso quem habuit ex concubina, ita vt cum Abimelech habuerit 71. filios.

Porro hi filij mortuo Gedeone videntur coluisse idola, ac præsertim Ephod à Gedeone fabricatum, ideoque Deo vindice occisi & excisi. Hoc enim est quod iam dixit: Et factum est domui (id est familie, puta filijs) eius in ruinam. Discite hic quàm vana sit in filiis parentum spes & gloria: nemo enim ex tot filijs Patri Gedeoni in principatu successit, imò omnes mox interempti sunt, nimirum Heroum filij nō. x. Sic Artaxerxi, ait Iustin. lib. 10. Regi Persarum ex Pellicibus centum quinquaginta filij fuere, sed tres tantum iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarctes & Ochus, qui omnes in glorij perire.

CONCVBINA AVTEM ILLIVS, ] nomine Dru- VERS. 31. ma, ait Iosephus lib. 5. c. 9. Concubina erat secundaria vxor, quæ erat quasi ancilla, ac proinde eius filius non succedebat cum filiis vxorum in hereditatem patris. Quare Abimelech non fuit nothus siue spurius, vt eum vocat Iosephus, sed legitimus Gedeonis filius.

IN SICHEM. Id dicit vt indicet occasionem, quæ Abimelech affectauit regnum; quia scilicet à suis ciuibus Sichimitis ad illud fuit prouectus.

GENVIT EI FILIVM NOMINE ABIMELECH. Abimelech Hebr. idem est quod pater rex, vel pater regis, vel pater regis. Indidit hoc ei nomen mater, ad dignitatem sibi & filio suo conciliandam, vt potè quòd esset filius Gedeonis, qui erat iudex & quasi rex Israël: fortè etiam hoc nomen voluit esse omen regni, quòd scilicet ipse aliquando regnaret, vt ipsa optabat. Sic Agrippina consulens diuinos, an Nero filius suus esset futurus Rex & Imperator, audientisque fore, sed eum matrem suam occisurum; regni filij sui audia respondit: Occidat dum imperet, ac verè ab eo occisat temerarij sui voti meritas dedit pœnas.

Audi quid de Regilliano lib. de Tyrannis scribat Trebellius: Mirabile fortasse videatur, si, quæ origo imperij eius fuerit, declararetur. Militari enim ioco regna promeruit. Nam cum milites cum eo quidam cenarent, assistit Valerianus Tribunus, qui diceret: Regilliani nomen vnde credimus dictum? Alius continuo: credimus quòd à regno. Tum is qui aderat Scholasticus, cepit quasi grammaticaliter declinare & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus. Milites vt est hominum genus pronom. ad ea quæ cogitant, dixerunt: Ergo potest rex esse. Item alius: Ergo potest nos regere. Item alius: Deus tibi regis nomen imposuit. Quid multa. His dictis cum alia die manè processisset, à principibus Imperator est salutat. Ita quod alius vel audacia vel iudicium detulit, huic idularis astutia.

MORTVVSQVE EST GEDEON FILIVS IOAS IN SENECTVTE BONA. Bona, id est primò prouecta, grandi, annosa. Secundò, bona, id est quieta & tranquilla. Tertio, bona, id est gloriosa, quam omnes venerarentur, colerent & suspicerent. Quarto, bona bonitate virtutis ex bona conscientia, probitate & sanctitate: hæc enim ceterarū bonitatum omnium est fons & origo. Vidit hoc quoque Cicero, qui lib. de Senect. Apertissima, inquit, omnino sunt arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quæ in omni ætate culta, cum diu multumq. vixeris, mirificos afferunt fructus, non solum nunquam deserunt, ne extremo quidè tempore ætatis

(quamquam id quidem maximum est) verum etiam quia conscientia bene acta vita, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est.

Sic in senectute bona mortuus est Abraham. Genes. 25. 8. Dauid i. Paral. 29. 28. Tobias c. 14. 15. Nam senectus non annis, sed moribus veneranda, superioris vita portus debet esse, non vite superioris naufragium, ait S. Ambros. lib. de Jacob & vita beata cap. 10. Idem lib. 2. de Abel. cap. 1. Cogitationes nostras, inquit, bonorum operum processibus explicentur, ut nihil imperfectum suis noster inueniat, nihil inexplicatum terminus vite nostre offendat, nihil tanquam incide positum vsus nostri operis derelinquat. Et paulo post: Partus noster fides sit, nutrimenta nostra precepta doctrinae sint. His quaedam cordis nostri imbuatur infantia, instruat pueritia, inuenculecat adolescentia, senecta canescat. Aetas enim senectutis vita est immaculata. Itaque ea demum bona est anima senectus, quam nulla perfidia inquinamenta macularint.

Idem lib. 1. Hexam. c. 8. Sed senectus, inquit, ipsa in bonis moribus dulcior, in consilijs utilior, ad constantiam subeunda mortis paratior, ad reprimendas libidines firmitior. Infirmitas quoque corporis sobrietas mentis est. Vnde ait Apostolus: Cum infirmior tunc potens sum. Itaque non in virtutibus, sed infirmitatibus gloriabatur. Responsum quoque diuinum refulsit oraculo salutari: quia vir-

tus in infirmitate consummatur.

POSTquam autem mortuus est Gedeon, aversi sunt filii Israel, a Deo Deique cultu, et fornicati sunt cum Baalim (idolis, Diis gentium) percusseruntque cum Baal foedus, ut esset eis in Deum. Hebr. Praeferunt sibi Baalem federe in Deum, id est foedus iperunt cum Baal, ut esset eis in Deus: Chald. Posterus sibi federe ad errorem. Septuag. Postulerunt sibi Baal berith in foedus, ut esset eis ipse in Deum. Sic quoque legit S. August. Vnde ex Hebr. & Septuag. liquet Hebraeos pro Deo coluisse Baal berith, id est Baalem federe, quem scilicet quasi praesidem foederum, hoc federe sibi quasi Deum confederarunt: בריית berith enim est foedus.

NEC fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal (qui proprio nomine dicitur Gedeon) quia permiserunt eius domum, id est filios omnes occidi a tyranno Abimelech, imò in occidendo iuuerunt, ut patebit c. sequenti. Misericordia: Hebr. חסד chesed significat omnem virtutem, quae in proximum se exierit, scilicet beneficentiam, pietatem, gratitudinem, iustitiam, fidelitatem, &c. Israelita ergo Deo infideles in Gedeonem quoque fuisse infideles, maleficus, impij, ingrati, iniusti, ut patebit ex cap. 9.

## CAPVT NONVM. SYNOPSIS CAPITIS.

**A**Bimelech filius Gedeonis caesus 70. fratribus, imperium Israelis per Sichimitas cognatos suos inuadit & obrinet. Quare Ioatham eius frater v. 8. & seq. per Apologum rhamni ipsi, eque ac Sichimitis exitium intentat & pronuntiat, quod deinde rei euentus comprobauit, uti narratur vers. 13. & seq. per spiritum dissensionis, quem Deus inter utrosque immisit. Abimelech ergo fuit sextus Israelis non tam Iudex quam tyrannus.

1. Abiit autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris suae, & locutus est ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matrisque suae, dicens: 2. Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobaal, an ut dominetur vnus vir? simulque considerate, quod os vestrum & caro vestra sum. 3. Locuti que sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est. 4. Dederuntque illi septuaginta pondera argenti de fano Baalberit. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secuti que sunt eum. 5. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros, super lapidem vnum: remansitque Ioatham filius Ierobaal minimus, & absconditus est. 6. Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersae familiae urbis Mello: abieruntque & constituerunt regem Abimelech, iuxta quercum quae stabat in Sichem. 7. Quod cum nuntiatum esset Ioatham, iuit, & stetit in vertice montis Garizim: eleuataque voce, clamauit, & dixit: Audite me viri Sichem, ita audiat vos Deus. 8. Ierunt ligna, ut vngerent super se regem: dixeruntque oliuae: Impera nobis. 9. Quae respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dii vtuntur & homines, & venire ut inter ligna promouear? 10. Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe. 11. Quae respondit eis: Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suauissimos, & ire ut inter cerera ligna promouear? 12. Locuta que sunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis. 13. Quae respondit eis: Numquid possum deserere vinum meum, quod laetificat Deum & homines, & inter ligna cerera promoueri? 14. Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos. 15. Quae respondit eis: Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub umbra mea requiescite: si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. 16. Nunc igitur, si rectè & absque peccato constituitis super vos regem Abimelech, & bene egistis cum

cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius, qui pugnavit pro vobis, 17. & animam suam dedit periculis, ut erueret vos de manu Madian, 18. qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem, & constituitis regem Abimelech filium ancillae eius super habitatores Sichem, eò quod frater vester sit: 19. si ergo rectè, & absque vitio egistis cum Ierobaal, & domo eius, hodie laetamini in Abimelech, & ille laetetur in vobis. 20. Sin autem peruersè: egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech. 21. Quae cum dixisset, fugit, & abiit in Bera: habitauitque ibi ob metum Abimelech fratris sui. 22. Regnavit itaque Abimelech super Israel tribus annis. 23. Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem: qui coeperunt eum detestari, 24. & scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobaal, & effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum, & in ceteros Sichimorum principes, qui eum adiuuerant. 25. Postuleruntque insidias aduersum eum in summitate montium: & dum illius praestolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes praedas de praetereuntibus: nuntiatumque est Abimelech. 26. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transiit in Sichimam. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem, 27. egressi sunt in agros, vastantes vineas, vualque calcantes: & factis cantantium choris ingressi sunt sanum Dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech, 28. clamante Gaal filio Obed: Quid est Abimelech, & quae est Sichem, ut seruiamus ei? numquid non est filius Ierobaal, & constituit principem Zebul seruum suum super viros Emur patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? 29. vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Dictumque est Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, & veni. 30. Zebul enim princeps ciuitatis, auditis sermonibus Gaal filij Obed, iratus est valde, 31. & misit clam ad Abimelech nuntios, dicens: Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, & oppugnat aduersum te ciuitatem. 32. Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, & latita in agro: 33. & primo mane oriente sole, irruet super ciuitatem. illo autem egrediente aduersum te cum populo suo, fac ei quod potueris. 34. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis. 35. Egressusque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portae ciuitatis. Surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. 36. Cumque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Umbras montium vides quae capita hominum, & hoc errore deciperis. 37. Rursumque Gaal ait: Ecce populus de umbilico terrae descendit, & vnus cuneus venit per viam quae respicit quercum. 38. Cui dixit Zebul: Vbi est nunc os tuum, quo loquebaris: Quis est Abimelech ut seruiamus ei? Nonne hic populus est, quem despiciebas? Egredere, & pugna contra eum. 39. Abiit ergo Gaal, spectante Sichimorum populo, & pugnavit contra Abimelech, 40. qui persequutus est eum fugientem, & in urbem copulit: cecideruntque ex parte eius plurimi, vsque ad portam ciuitatis. 41. & Abimelech sedit in Ruma: Zebul autem, Gaal & socios eius expulit de vrbe, nec in ea passus est commorari. 42. Sequenti ergo die egressus est populus in campum. Quod cum nuntiatum esset Abimelech, 43. tulit exercitum suum, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Vidensque quod egrederetur populus de ciuitate, surrexit, & ruit in eos. 44. cum cuneo suo, oppugnans, & obsidens ciuitatem: duae autem turmae palantes per campum aduersarios persequerentur. 45. Porro Abimelech omni die illo oppugnabat urbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius ipsaque destructa, ita ut sal in ea dispergeret. 46. Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt sanum dei sui Berith, vbi foedus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. 47. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos, 48. ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi, praecidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videtis facere, citò facite. 49. Igitur certatim numero de arboribus praecedentes, sequebantur ducem. Qui circumdantes praesidium, succenderunt: atque ita factum est, ut fumo & igne mille homines necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorum turris Sichem. 50. Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obsidebat exercitu. 51. Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant simul

viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clausa firmissimè ianua, & super turris teetum stantes per propugnacula. 52. Accedensque Abimelech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans ostio, ignem supponere nitentur: 53. & ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illis in capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. 54. Qui vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè dicatur quòd à femina interfecit sim. Qui iussa perfaciens interfecit eum. 55. Illoque mortuo, omnes qui cum eo erant de Israël, reuersi sunt in sedes suas: 56. & reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfecit septuaginta fratribus suis. 57. Sichimitis quoque, quod operati erant, retributum est, & venit super eos maledictio Ioatham filij Ierobaal.

VERS. 2.

QVID VOBIS EST MELIUS VT DOMINENTUR VESTRI SEPTUAGINTA VIRI OMNES FILII IEROBAAL. Fingit tyrannus omnes 70. fratres suos ambire regnum, ac fore inter eos de regno continuam concertationem, vt sibi vni illud attribuant: Nam filij Iudicum parentibus in Principatu non succedebant, sed vno moriente alius ex alia familia & tribu à Deo vel populo eligebatur. Et esto aliquis filiorum hinc Gedeoni successisset, is fuisset vnicus, videlicet primogenitus, non 70. Vnde patet Abimelech hæc contingere & mentiri, vt sibi vni regnum deferatur.

VERS. 4.

DEDERVNTQUE ILLI SEPTUAGINTA PONDO ARGENTI DE FANO BAALBERIT, vt iis milites conscriberet, per quos regnum Israël inuaderet, & occuparet. Hebr. non habent rō pondō, sed tantum 70. argenti, scilicet siclos, inquit Vatab. Arias & alij. Verum 70. sicli argentei sunt 70. floreni Brabantici, quorum quisque continet quatuor Iulios Romanos siue quatuor regales Hispanicos, quibus vix vnum alterumve militem conscribere potuisset. Quare Arias ex Rabbis asserit nomine argenteorum in Pentateuco intelligi siclum, in Prophetis (qualis apud Hebr. est hic liber Iudicū) libras, in Hagiographis talenta. Hoc est vbi que non sit verum, huic tamen loco congruere potest. Nam libra argenti continet 24. siclos siue florenos Brabanticos: quare 70. libræ argenti faciunt 1680. siclos siue florenos Brabanticos, hoc est cognatos Francicos 560. quibus illo æuō plures conscribi poterant milites, saltem ad inchoandum bellum. Alij minas intelligunt: mina autem continebat 60. siclos. Ezech. 42. 12. quare 70. minæ continent 4200. siclos. Alij talenta subaudiunt: talentum autem Hebræum continebat tria millia siclorum, hoc est vncias 1500. Atticum verò siclos 1500. hoc est vncias 750. quare 70. talenta ingentem faciunt argenti vim. Noster vertit pondō, quæ vox propriè libram significat, licet pondō subinde idem sit quod pondus siue sicli, siue vnciæ seu alterius rei, quæ pondere mensuratur.

DE FANO BAALBERIT, hoc est Baal, qui præerat berit, id est fœderi, quale iam Sichimitæ cum Abimelech interant. Sic enim Romani, teste Dion. Halicarnasæo lib. 4. colebant Deum Pistium & Fidium, quasi fidei & fœderum tutorè & vindicem, ac Iouem fulmen manu continentem, quod scilicet in eos, qui fidem & fœdus violarent torque-ret; Et Iouem lapidem: nam fœdus inuertes illud fancebant maciando porcum, dicendo: si fidem fallam, Iuppiter me feriat, sicut ego lapide porcum hunc feriam & immolabo. Ita Livijs lib. 1. Vide quomodo tyranni Sichimitæ tyrannicum suum imperium ordiantur à scelere & sacrilegio. Expilant enim ærarium Dei sui, vt illud tyranno suo tribuant. Mox

A sacrilegio addunt parricidium. Vnde sequitur:

QUI CONDIXIT EX EO SIBI VIROS INOPES ET VAGOS. Hebr. vacuos & leues, Arias. perditos & vagos. Pagnin. cerebro vacuos & instabiles, Lyran. ceruicofos. Chald. vacuos & libertinos. Septuag. vacuos & solidos.

ET OCCIDIT FRATRES SVOS FILIOS IEROBAAL (Gedeonis) SEPTUAGINTA VIROS SVPER LAPIDEM VNVM. Erant præcisè tantum 69. nam Ioatham septuagintus effugerat, imò tantum 68. si Abimelechum inter 70. filios Gedeonis annumeres. Sed Script. more suo rotundum perfectumque numerum assignat, etiamsi illi aliquid deficit vel superfluit; computat enim per denarios, centenarios & millenarios. Ita Serarius & alij.

SVPER LAPIDEM VNVM. Arias censet lapidem hunc fuisse altare, ab Abimelech tyranno dicatum idolo suo Baal berit, erectumque eodem loco, quo antè Gedeon pater eius aram Baal destruxerat c. 6. ideoque dictus est Ierobaal, quasi ipse vlticij voluerit iniuriam à patre factam Deo Baal, ideoque ad faciendam hanc iniuriam illi eodem loco occiderit, & quasi immolarit 70. Gedeonis filios & fratres suos. Hinc & Sichimitæ pro restituto eis suo Baal, videntur in singula casorum fratrum capita numerasse ei pondō argenti, scilicet 70. pondō pro 70. filiis Gedeonis ab eo casis.

Simili barbariè & parricidio Phraartes Herodis Parthorum regis ex pellice filius, vt regnaret, patrem senem & 30. fratres occidit, teste Iustino lib. 42. qui & lib. 10. narrat Ochum Persarum regem 80. fratres interemisse: sic Amurathes, Selimus, Biazetes & alij Turcarum Imper. fratres suos occidunt, ne ab eis imperio priuentur. Patrum memoria ad Carolum Quintum confugit Muleaffes rex Tunetanus à proprio filio nomine Amida regno pulsus, & ferro candenti exoculatus, idque iusto Dei iudicio, eò quòd ipse Muleaffes prius 18. fratres partim maciasset, partim exoculasset. Ecce quòd agit homines cæca & furens dominandi libido.

Hinc patet Abimelech non fuisse verè Israël's Iudicem & Principem, vt pote nec à Deo, nec à populo, sed à paucis Sichimitis ciuibus suis electum & vi intrusum, sed tyrannum: Vnde nec tribus Iuda, nec ceteræ eum acceptasse leguntur. Hinc & ipse ferè in Sichem dumtaxat regnauit, vt patet ex v. 6. & seq.

CONSTITVERVNT (Sichimitæ) REGEM ABIMELECH IUXTA QUERCVM QUÆ STABAT IN SICHEM. Andreas Mafius in Iosue c. vi. v. 26. & Serarius hic opinantur & probabiliter coniectant hanc quercum esse Elam more, vbi Abraham veniens ex Chaldea in Chanaan primum altare Deo erexit. Genes. 12. 6. & sub qua Iacob idola domus suæ fodit. Genes. 35. 4. indeque vocari hinc elam mulsab, id est

est quercum statam, vbi scilicet patriarchæ stato more solebant Deum inuocare. Quercus ergo hæc anno fuit.

Religione patrum multos seruata per annos. scilicet quingentorum annorum: tot enim fluxerunt ab Abraham vsque ad Abimelech. Verum vt dixi Iosue vlt. 26. hæc res incerta est, & communem quercuum (quæ communiter ad trecentos annos viuunt) atatem superat.

Potro vocatur hæc quercus mulsab, id est stationis, vt vertunt Septuag. quòd ad eandem conuenite solerent Sichimitæ, ibique stationes & conuentus suos agere.

VRBIS MELLO. Hæc vrbs Mello diuersa est à voragine Mello quæ erat inter Sion & Ierusalem. Hæc enim erat vrbs sita iuxta Sichem, eiq; subiecta quasi eius colonia vel municipium.

VERS. 7.

QUOD CVM NVNTIATVM ESSET IOATHAM (qui erat minimus Gedeonis filius, & eadem fratrum effugerat) IVIT ET STETIT IN VERTICE MONTIS GARIZIM (qui imminet vrbi Sichem) ELEVATAQUE VOCE CLAMAVIT ET DIXIT: AVDITE ME VIRI SICHEM, ITA AVDIAT VOS DEVS. q. d. Audiuro vos ò Sichimitæ per Deum, vt me audiat. Aut q. d. audite me recta iustaque loquentem, vt & Deus vos exaudiat. Ex aduerso Caiet. Hæc verba, inquit, sunt imprecatio vltionis diuina in impios Sichimitas. q. d. Opto & imprecor vobis vt ad vestram iniquitatem attendat, eamque audiat & videat, ac puniat & vindicet Deus iustus iudex, & scelerum vindex.

VERS. 8.

IERVNT LIGNA VT VNGENT SVPER SE REGEM, D. XERVNTQUE OLIVÆ: IMPERA NOBIS. &c. Hic est primus, elegantissimus, & ceterorum omnium antiquissimus Apologus. Gedeon enim & Ioatham, multis saculis antecesserunt Phaedrum, Anienum, Ætopum, aliosque fabularum & apologorum scriptores. De Apologorum origine, elegantia, vsu, &c. multa dixi in Ecclesiastico.

Potro vt Apologum hunc totum paucis explicem & oculis subiciam, notandum est primò, illum hinc induci à Ioatham, vt ostendat Sichimitis, quàm iniquè & impiè egerint tyrannum Abimelech in Regem extollendo, casis 70. eius fratribus, ipsosque dignos esse, vt qui parricidam, quia cognatum, sibi Ducem constituerint, ipsum pariter parricidam sentiant. Vnde diras illis non tantum imprecatur, sed & ex solita Dei in tales vindicta denūtiat.

Nota secundò, in Apologis, Parabolis & similitudinibus quædam ad decorem & elegantiam Apologi vel parabole adici, quæ rei per illum significatæ adoptare non est necesse, imò subinde est impossibile. Quare hic non est necesse, quæ de oliua, sicu & vite iterantur, sigillatim applicare: pleraque tamen applicari possunt. Vnde

Nota tertio, arborem hinc esse hominem, sed inuersam (arbor enim habet radices deorsum, ramos sursum; homo verò radices sensus & morus habet in capite sursum, pedes verò quali ramos deorsum) ac consilij rationisque capacem. Oliua, ficus & vitis quæ recusant oblatum sibi ab arboribus regnum, sunt Othoniel, Debhora & Gedeon, ait Lyran. qui priores fuere Iudices, iique optimi, quia inuitè & coacti quasi à Deo principatum capessuerunt. Audi Lyran. Dicunt Hebræi, quòd per oliuam significatur Othoniel, qui fuit de tribu Iuda, vt dictum fuit supra c. 1. Tribus autem Iuda vocatur oliua Ierem. 1. 16. Oliuam vberem,

pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen nunt. Per ficum, quæ habet fructum dulcem, intelligitur Debhora: quæ in Hebræo scribitur Debhora, & interpretatur apis quæ facit mel dulce, & sicut ficus fructum dulcem, ita quòd proprietates huius arboris respondet interpretationi nominis. Per vitem verò intelligitur Gedeon, qui erat de filiis Ioseph, eò quòd Ioseph vocatus est filius accrescens Genes. 49. vitis autem ramus crescit notabiliter in vna ætate. Hucusque Lyran.

Rursum aptius idem Lyran. per oliuam, inquit, de qua exprimitur oleum; & ficum, quæ habet dulcem fructum; & vitem, quæ facit fructum plurimum, intelliguntur alij filij Gedeonis, qui erant pingues in diuitiis, dulces in mansuetudine, & multiplicati in prole. Per rhamnum autem, quæ est arbor vilis, intelligitur Abimelech, qui erat de ignobili matre, qui regnauit alijs oculis.

Pleniùs & vniuersalius: oliua, ficus & vitis denotant homines qualibet ratione ad imperandum idoneos & aptos: & Arias quidem per oliuam sapientes, per ficum diuites, per vitem lenes modestosque accipit: Rhamnum verò (qui licet adeò inter arbores non excellat, vt ne arbor vel lignum, quidem sit, sed frutex, sed spinæ tantum exiles, acutæ & pungentes, statim tamen imperium inter ligna oblatum capellit) significare imperio ineros & tyrannos.

Rursum aptius per ficum accipias viros mites, blandos, suauis, per vitem fertientes, acres & effcaces in agendo: hi enim apti sunt ad regendum: imitantur enim Dei sapientiam omnia gubernantem, quæ attingit à fine vsque ad finem foriter, & disponit omnia suauiter. Sapien. 8. 1. Rege ergo suauiter, sed fortiter, & sapienter reges. Oliua notat viros misericordes & bonitate pingues, ac charitate quasi adipatos. Charitas enim vt est regina virtutum, sic est hominum. Qui ergo charitate sunt copiosa, optimè regunt. Obiurga, puni, castiga, sed ostende te id facere non ex odio, sed ex amore, & placebis iis quos obitargas & castigas. Vnde Christus Petrum præfaturus Ecclesiæ: Simon Ioannis, inquit, diligis me plus his? eoque respondente: Domine tu scis quia amo te, subiicit: pascue oves meas. Ioan. 21. v. 15. qui igitur regit, sit ficus per suauitatem, sit vitis & vinum per fortitudinem, sit oliua & oleum per compassionem & charitatem.

Nota quartò, quòd oliua, ficus & vitis vno ore consonè respondent, non conuenire sibi vt deserant pinguedinem, dulcedinem & vinum suum, quibus tribus & homines in epulis, & Dij in sacrificijs delectantur, vt in reges promoueantur, hoc tantum significare, quòd personæ priuata sibi suæque perfectioni & commodis vacare possint: at publicæ quæ alijs præsumt, ita publicis rebus & curis distineantur; si quidem vt par est rebus non potiri, sed consulere velint, vt sibi suisque vix vacare liceat; quod qui amet, imperio abstineat. Rursum reges & principes debere omnem suam pinguedinem, dulcedinem & lætitiã transfundere in subditos, ac se quasi depauperare, vt eos ditent, si verè reges boni & euergetæ, hoc est benefici esse velint. Causam aliam dat Arias: Nulla, inquit, ex omni plantarum genere auaritia studium aptius referi, quam ficus: cuius ad exungulum vndique humorem & frequentissima radices, & nonnulla adeò longè deprehenduntur, vt ad puteos & fontes ac paludes longo intervallo distantes pertineant, adeò etiam sagaces, vt intra domos loca querere

Apologiarum bonis explanatione.

Oliua, ficus, vitis, rhamnus quis?

Explic. 1.



quarere, subire atque obtinere didicerim, in quibus lagenas, hydrias, ceteraque aquaria vasa statuantur, ibique solent diuini herere. Non aliter & reges auari, alienas opes ardentes sicut, ad easque corripendas in mille manus & brachia dilatantur, in publicas & priuatas aedes se infnuant, loculos, crumenas, thesauros, quidquid abditum & repositum est tentant, palpant, adoriuntur. Verum hæc causa hoc loco impertinens est.

Quod verò rhamnus insolenter respondet: sub umbra mea requiescite, tantundem est ac si dicat Tyrannus: sub meam protectionem, quæ nulla, vel non nisi aculeata, pungens, affligens & periculosa est (quia si semel ignem concipit, ille totum peruatet; omniaque vicina comburet) concedite, totosque vos mihi regendos tradite. Rhamnus enim exilis est, vnde vix umbram iacit quæ protegat, ac sub se delitescens pungit & stimulat. Sin autem, egrediatur ignis de rhamno & comburat cedros Libani. Sentus est q. d. Tyrannus in suos etiam nobilissimos, si qua in re ei aduerfentur litemque moueant, exitium per suos lictores & milites immittit, quo tamen ipse quoque affletur & intereat, vti in plerisque tyrannis contigisse narrant historia. Vt cuiusque ergo res cadat, a tyranno nulla utilitas, maxima verò perniciēs expectanda est. Equum ergo & in promptu est, vt & ipsam vobis ô Sichimitæ eueniat, utpote qui non viros aptos imperium detrectantes, sed Abimelech tyrannum illud ambientem elegistis, vt idem inquam, eodem modo vobiscum & cum rege vestro Abimelech sacrilego & parricida agatur, vtque discordia, lis & bellum inter vos concitetur, quo vtrique pereatis. Ita ferè Arias.

Allegor.

Allegoriam habet Beda in quæst. hæc: ligna syluæ, ar, sunt homines: his meritò noluit imperare oliua, ficus & vitis, quia minime id merebantur: oliua enim gratiam Spiritus sancti, & vinctiōnem pacis significat: ficus sacra legis habet imaginem; vnde Paterfamilias in vinea plantat ficum, id est legem: vitis significat Christum, vt ait Christus Ioan. 15. r. rhamnus notat Antichristum, qui omni asperitate & feritate humanum genus vastabit, sed exibat ignis de rhamno, id est iniquitas de Antichristo, & omnes qui in eo confidunt pariter deuorabit.

Symbol.

Rursum S. Hieron. in c. 2. Aggæi, per ligna accipit homines impios, per oliuam, ficum & vitem tres personas S. Trinitatis, per rhamnum verò diabolum. Symbol. S. Methodius tract. de Castitate apud Photium in Bibliotheca p. 345. per ficum accipit legem status innocentie in paradiso: ibi enim ficum comedit Adam quæ nos omnes perdidit, per vitem accipit legem naturæ sub Noë: hic enim inuenit vitem & vinum; per oliuam, legem Moysi & prophetarum: hi enim vnguebantur oleo: per rhamnum, legem Christi; hæc enim pungit instar rhamni, quia ipsa est lex mortificationis, castitatis & crucis (vnde & spinas, quibus coronatus est Christus, fuisse & rhamno censet Gretferus, Bellonius & alij primæ notæ tract. de cruce) quæ sola potuit vulnera nostræ concupiscentiæ sanare, ac iis qui sanari nolunt, eod quod ad crucem nolint accedere, minatur ignem æternum. Vnde S. Methodius ibidem censet Eliam fugientem Iezabelem quiescisse sub rhamno, pro quo nos habemus sub Impero 3. Reg. 19. 4. Sic ergo hunc Apologum sym-

holicè explicat, q. d. postquam ficus, id est lex naturæ in paradiso, & vitis, id est lex naturæ data Noë post diluuium, & olea, id est lex Motis fecerunt humanæ naturæ vulnera curare non potuissent, misit quartò Deus rhamnum, id est crucem & castitatem, quæ illis imperaret, quæque voluipatibus superatis, etiam in reliquum tempus illis interminata est, quod nisi sibi parerent omnes, & sincere ad se accederent, futurum vt omnes flammis gehenne absumerentur. Hæc ingeniosè dicta sunt, sed minus huic loco appositè ad litteram. Rhamnus enim hic notat tyrannum Abimelech, ac proinde aptè representare nequit Christum, Christi quæ crucem & castitatem, sed potiùs Antichristum. Noster tamen Gretferus lib. 1. de cruce c. 12. censet ideo dici hic delatum fuisse regnum Israël rhamno, vt significaretur Christum regem Iudæorum coronatum rhamno, sub quo fideles placidè conquiescunt, ibique quietem inter medias spinas inueniunt: Hoc diadema ex rhamno, inquit Clemens Alex. inimicum iis qui insulantur, eos prohibet, iis autem qui in Ecclesia simul versantur amicum, eos circumspicit & munit. Hæc corona est floris eorum qui crediderunt in eum, qui sunt glorificati: cruentat autem & castigat eos qui non crediderunt. Nam iuxta votum rhamni, ignis de rhamno, hoc est Christo coronato egredietur, qui omnes cedros Libani consumit, & tunc maxime consumet cum audierit illud: Ite in ignem æternum. De spinis coronæ Domini hæc refert Gregor. Turonensis: Verum ipsas coronæ sentes quasi virides apparere, quæ tamen si videantur aruisse solis, quod tamen reuerefcere virtute diuina. Huc vsque Gretferus.

Tropol.

Tropol. Glossa: per oliuam, ficum, vitem, significantur tria genera hominum dignitatem regiminis refugientium. Primi sunt deuoti, quærentes in oratione & diuino obsequio occupari, a quibus retrahit cura regiminis, quæ causat distractionem mentis; & isti significantur per oliuam. Psal. 15. 10. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Secundi sunt homines in Sacra Script. studiosi, de qua dicitur Eccl. 24. 27. Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauam. Et ideo in ea studiosi refugiant per curam regiminis, à dulcedine eius separari, & isti significantur per arborem ficum, quæ respondit: Nunquid possum deserere dulcedinem meam, &c.: Tertij sunt homines verè humiles, qui non reputant se dignos promotione ad regimem aliorum, propter quod hæc refugiant quantum possunt, & isti significantur per vitem; quæ licet non possit se sustinere, sed ab alio fulcitur, tamen ex ea fructus optimus producitur: sic verè humilibus per alium regi & sustentari querit, & fructum optimum facit dicens: Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter cetera ligna, &c. Humilitatis enim fructus est valde placens Deo & hominibus; propter quod beata Virgo Maria propter humilitatem ad concipiendum Dei filium fuit electa, sicut ipsa dicit Lucae 1. 48. Respexit humilitatem ancilla sua, &c. Huc usque Glossa.

Rursum S. Clemens lib. 8. Const. Apost. c. 46. Apologum rhamni Episcopis, qui à spiritualibus ad secularia curanda animum deflectunt, accommodat. Audi eum: Ierunt ligna vt vngerent super se regem, &c. Hactenus parabola, quæ in Episcopos, planè conuenit: hi enim sunt qui relicto verbo Dei dulci, vitali & illuminante, ad spinosa litium sue rerum secularium, vt in eorum iudiciis regent, se transferri patiuntur,

ur, ex arbore fici, oleæ & vitis facti arbores rhamni, id est infrugifera & spinosa: siue potiùs dicendum est, in arborem fici, oleæ & vitis rhamnum inferentes, non intelligentes cum vtrumque facere voluunt, alterum eorum, quod præcipuum est, planè deserere, sicut sanctorum Apostolorum docuerit, cum aiunt in Actis Apostolorum: Non est æquum nos relinquere verbum Dei & ministrare mensis.

VERS. 9.

QVÆ (oliua) RESPONDIT: NUMQVOD POSSVM DESERERE PINGVEDINEM MEAM, QVÆ ET DII VTUNTUR ET HOMINES? Oleum enim hominibus est cibus, medicina, lux; Deo verò quotidie accendebatur in septem lampadibus Candelabri, Exodi 25. Insuper oleum erat libamen in sacrificio mureta, siue farina & farris. Leuit. 2. Oleo quoque vnguebantur Sacerdotes, Pontifices & vasa Tabernaculi.

VERS. 10.

FIGVM.] Ficus non florèt, nec vlla se speciosa ornamentorum luxurie ostentat, sed fructum edit dulcissimum. Vnde representat eos, qui pauca dicunt, sed multa magna que faciunt, iuxta illud Pythagoræ: Magna nobis promittere, sed facere.

VERS. 13.

NUMQVOD POSSVM DESERERE VINUM MEVM, QVOD DEVM LÆTIFICAT ET HOMINES? Quod scilicet est res optima, ait Valefius S. Phil. c. 27. Nam Deus Genes. 1. creans omnia vidit bona, sed quædam optima, vti est vinum, quod ipsum & homines lætificat; quod enim res quæque in se est melior, eod illius intuitu magis delectatur Deus: vinum ergo quod est optimum mirè lætificat tam Deum, quam homines. Hoc verius est in vino consecrato Eucharistiæ quod Ioatham ignorabat, qui fortè etiam putabat Deum esse corporeum, ac verè delectari vino, vt Gentiles putabant Deos velle necitare & ambrosia. Vinum enim Deum lætificat; quia vinum erat libamen quod cum hostia libabatur, id est effundebatur Deo ad cõtinu altaris. Sacrificium enim erat quasi conuiuium, quo cum hominibus epulabatur Deus. Vnde in eo erat farina loco panis, carnes loco epularum, sal pro condimento, vinum vice potus, oleum pro vinctiōne. Porro vinum, ait Valefius, lætificat, quia citissimè abit in vitales spiritus, ac satis citò in sanguinem calidum; quæ enim citò nutriunt, præstant alacritatem refectione illa facili spirituum, ac reuocant ab exolutione & deliquio, itaque exhilarant; robur verò ad sustinendos labores non ita præstant, quia facillè dissipantur. Quare vinum facit hominem obliuisci dolorum & molestiarum, vt curas omnes deponat. Vide dicta Eccl. 31. ad illa, Vinum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem. Iucunditatem enim hanc parit cita, vt dixi, spirituum vitalium refectio, quorum penuria quia laborant melancholici, hinc tristes sunt. Rursum vinum calefacit, laxat, funditque cor, ideoque lætificat: læticia enim est cordis laxatio & diffusio, quæ facit calor; tristitia verò eiusdem contractio & torpor, quæ causat frigus. Quare indicibilem sympathiam vinum habet cum corde.

VERS. 14.

AD RHAMNUM.] Rhamnus, ait S. Hieron. in Aggæi c. 2. spinosus frutex, & arbuticula sentibus vicinisque contexta, quæ tenet quidquid attigerit, & reuocatum vulnere in Iudicum. Corneli. in Iudicum.

neret, & vulneratorum sanguine delectetur. Isidor. lib. 17. Origin. cap. 7. Rhamnus, inquit, genus est rubi, quam vulgò senticem vsquam appellant, asperam nimis & spinosam.

EGREDIATUR IGNIS DE RHAMNO.] Rhamnus enim facillè concipit ignem, ait Abul. Non ex agitatione, collisione & attritu ramorum, vti fit in silice alliso ad ferrum; sed ex stipula similiue materia illi subiecta, quæ facillè ardente sole, aut aliquo accedente ignem concipiens eodem rhamnum succendit.

Ignis hic notat discordiam: hæc enim exat decens inter tyrannum & subditos, vtrisque flagranti bello quasi incendio consumit. Sic Valens Imper. Arrianus à Gothis, quos Arrianos fecerat, concretus est: Iusto quippe Dei iudicio, inquit lib. 2. Epist. 3. Petrus Damianus, ab visum consumptus est flamma vindictæ, quos ipse percussit igne perfidie. Sic enim iuxta Scripturam sententiam: Egredietur ignis de rhamno, & deuorabit cedrum Libani.

Allegoriam deinde subiungens Damianus, asserit Gedeonem esse typum Christi Saluatoris: Per plurimas eius vxores diuersas debere nationes intelligi, quæ sibi cohesere per fidem: Per septuaginta filios, totidem linguarum populos: Per concubinam, synagogam: Per Abimelech, Antichristum qui synagoga filius erit. Vnde & in Apocalypsi his qui credituri sunt dicitur: Quid iocum se Iudeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satana. Et sicut ille peruenit septuaginta fratres; sic iste persecutus est omnes quæ sibi non consentient nationes.

Idem deinde Tropologiam subnectens ait: Quid per Ioatham, qui interpretatur consummatus siue perfectus, nisi sanctum & doctum quempiam predicatorem debemus accipere? Hic in montem Garizim ascendit, & voce magna clamauit. Præus ascendit, & postmodum clamauit. Antè conuulsi in montem, & sic eleuat vocem, quia nisi Doctor virtutum prius culmen ascendat, inaniter clamabit. Pergit Damianus cetera enodando, cuius verba f. 15. in pauca contraham: Per Garizim sancta designatur Ecclesia, quæ est virtutum omnium schola, & celestium segitum vberitate secunda. Per oliuam significatur is, qui spiritus S. pinguedine delibuit, euangelizando pacem reconciliant hostibus Creatori. Per ficum, qui sancte legis eruditione sunt fissicenter instructi. Per vitem, qui triumphum Domini & Passionis predicare non cessant, itaque per doctrine suæ viros arentia corda nostra vino beati cruoris inebriant. Cum igitur oliua, ficus ac vitis, hoc est spirituales viri ligus præesse syluestribus, id est terrenis hominibus atque carnalibus nullatenus acquiescant, offerit se rhamnus, & ab eis consumendus; & eosdem vel praua conuersationis exemplo, vel erronei dogmatis incendio consumpturus. Rhamnus enim spinis crebrescentibus horret, per quem scilicet quilibet peruersus inuenitur, qui sic peccatorum tanquam veprium asperitate densatur. Ex quibus tandem concludit: Lignis itaque potentibus regem, id est prauis quibusque carnaliter eligentibus præulem; rhamnus accedit in medium, quilibet videlicet reprobis, qui & ignem damnationis in se ex eorum prauitatibus auget, & eos peruersa viuendi vel docendi reciproca combustionem consumat.

VERS. 20.

EGREDIATUR IGNIS EX EO, ET CONSUMMAT HABITATORES SICHEM.] Ignis, scilicet ire, vindictæ & furoris egredietur ex Abimelech, & consumat Sichimitas. Est hæc proprie execratio & imprecatio; quæ Ioatham impiis Sichimitis iuprecatur dicit, puta iustam Dei vindictam & exitium, illaque fuit efficax; nam reuera excisi sunt. Sic efficax fuit maledictio Iosue c. 6. 26. N quæ

quã ipse dicitur imprecatus est ei qui reâdificaret Iericho. Et Elisai, quã maledixit pueris sibi per ludibrium inclamantibus: *Calue, Calue;* nam mox ab utrisque lacerati fuere. 4. Reg. 2. 24. Deus enim vlciscitur impiorum in pios iniurias, eorumque gemitus, preces & imprecationes exaudit.

EGREDIATUR IGNIS DE VIRIS SICHEM, &c. ET DEVORET ABIMELECH. Ita factum est, ut patet v. 57. licet enim mulier, quæ tegula occidit Abimelech, non fuerit ex Sichem, sed ex Thebes; tamen Thebes erat in finibus Sichem, ait S. Hieron. in locis Hebr. Adde Sichimitas fuisse occasionem cur à muliere occisus sit Abimelech. Denique Thebes videtur fuisse Sichimorum colonia æquæ ac Mello.

VERS. 21. ET ABIT IN BERA. Audi S. Hieron. in locis Hebr. Distat vicus Bera ab Eleutheropoli octo millibus ad Aquilonem. Eleutheropolis vrbs erat tunc celebris in tribu Iuda non longè distita à Ierusalem.

VERS. 23. MISITQUE DOMINVS SPIRITVM PESSIMVM INTER ABIMELECH ET HABITATORES (Hebr. *רוח בואל*, id est viros vel dominos & principes) SICHEM. Spiritum, odij scilicet & discordiæ, quæ se mutuo exitio confecerunt. Fecit hoc Deus non tantum permittit, sed & positiuè, obiciendo eis occasionem discordiæ; nimirum iniiciendo scrupulum Sichimitis de parricidijs Abimelech, quorum ipsi causa fuerant, quodque ipsi hominem tam impium & fratricidam sibi regem creassent; inde enim eum detestari cœperunt, quod sentiens Abimelech vicissim eos detestatus est; atque hic fuit fons belli mutui, quo utriusque se confecerunt. Ita Abulen. Licet enim Deus positiuè nequeat esse causa peccati, v. g. odij & discordiæ, sed ad illud se habeat permittit dumtaxat; tamen potest positiuè aliquid indifferens facere bono sine ex quo præscit multa peccata secutura. Scrupuli ergo iam dicti Deus positiuè fuit causa: peccatum verò & odium inde secutum permittit dumtaxat. Secundò, S. August. quæst. 44. Caiet. & Arias per spiritum hunc pessimum accipiunt diabolum: huic enim volenti turbare eorum pacem & bellum concitare, Deus non tantum permittit id facere, sed & positiuè eum quasi tortorem immittit, ad ipsos tam impios diuexandum & castigandum, ut sui sceleris & parricidij, ob quod castigabantur, recordarentur & penitentiam agerent; turbare ergo pacem impiorum pios vnanimi vi opprimentium, ob finem iam dictum, est virtus, non vitium: in diabolo verò est vitium, quia ipse malo sine id facit; ut scilicet odia, cædes, aliæque peccata suscitaret. Sic Deus spiritum exitij immittit in impium Achab ad eum in bello occidendum. 3. Reg. vlt. Hinc Poëtè dicunt Iouem id facere per Alecto ceteraque furias, de qua ita canit Virgil. 7. Æneid.

Lustificam Alecto diuaram ab sede sororum Inferniq; ciet tenebris, cui tristia bella, Iraque, insidiaeque, & crimina noxia cordi. Et mox. Dissice compositam pacem, sere crimina belli; Arma velis, posteaque simul rapiatque iuuentus. Denique iuste hæc omnia direxit Deus ad castigandum parricidia Abimelech, & idololatriam Sichimitarum.

Sapienter S. August. lib. 22. de Ciuit. c. 1. Multa quidem, inquit, sum à malis contra voluntatem Dei; sed raris est ille sapientie tantaque virtutis, ut in eos exitus sine fine, quos bonos & iustos ipse præcipit, tendant omnia,

qua voluntati eius videntur aduersa. Et Enchirid. cap. 100. Non sine re bonus fieri male, nisi omnipotens etiam de malo facere possit bene.

Nota hunc locum pro pœna vermis conscientia, qua castigauit hic Sichimitas, & castigat in æternum improbos in gehenna, qui sanè magnam eis est tormentum. Torquet enim eos acerrimè hæc cogitatio: Tu tua culpa & stultitia te cœcisti in has pœnas! tu facillimè poteris culpam & tormeta hæc vitare. Cur tam demens fuisti ut ob modicam voluptatem in æterna hæc incendia te coniceres? ô stoliditas! ô malitia! ô cupiditas quod me duxit! ô irreuocabilis error meus!

---Manet, æternumque manebit Supplicium sceleris, sprataque iniuria legis. QUI COEPERVNT EVM DETESTARI. Sic & Septuag. Hebræa verò habent *ויראו* uidebunt, id est præuaricati sunt, rebellarunt. Chald. *mentis sunt*. ET SCHEVS INTERFECTIONIS SEPTVAGINTA FILIORVM IEROBAAL, &c. CONFERRE IN ABIMELECH. Hebr. Septuag. & Chald. hæc recensent ut ad Deum pertinentia: sic enim habent: Et immisit spiritum malum inter Abimelech & habitatores Sichem, qui rebellarunt ei, ut veniret iniuria 70. filiorum Ierobaal, & sanguis eorum, ut poneret super Abimelech fratrem illorum, qui occiderat eos, & super Dominos Sichem, qui fortificauerunt manus eius ut necaret fratres suos. Noster tamen Interpres hæc tribuit Sichimitis, non Deo, quia solerter & profundè vidit Deum hanc discordiæ spiritum immittisse in Sichimitas, per immittam à se conscientiam & remotum parricidij, cuius auctorem faciebât ipsum Abimelech, ideoque eum ut parricidam & patriæ perditorem auersabatur, ac contra eum bellum parabant. Nulla enim alia hic odij causa probabilis afferri potest.

VENIT AUTEM GAAL. Fuit hic Gaal hostis & æmulus Abimelech, qui eo velut vili & indigno deiecto ambiebat fieri Princeps Sichimitarum, ut colligitur ex v. 28. VASTANTES VINEAS, vias colligendo, & in torculari exprimendo. Vineæ hæc erant principum Sichem, qui Abimelech in regem euexerant: fortè etiam erant vineæ ipsius Abimelech. Ita Abul. INGRESSI SVNT FANVM DEI SVI, i. p. Baalberit v. 4. CLAMANTE GAAL FILIO OBED: QVIS EST ABIMELECH, ET QVÆEST SICHEM, VT SERVIAMVS EI? NVMQVID NON EST FILIVS IEROBAAL, ET CONSTITVIT PRINCIPEM ZEBVL SERVVM SVVM SVPER VIROS EMVR PATRIS SICHEM? CVR ERGO SERVIEMVS EI? Quatuor rationibus Gaal concitat Sichimitas ad rebellandum regi Abimelech à se electo. Prima est: *Quis est Abimelech?* q. d. Abimelech est vilissimus Sichimitarum, utpote filius concubinae, parricida, tyrannus. Ergo indignum est pati, ut ipse Sichimitis & Israël dominetur. Secunda: *Quæ est Sichem?* quasi dicat: Sichem est nobilis, antiqua, potens diuesque ciuitas, in qua sunt multi sapientes & præstantes viri digni imperio. Quis ergo ferat infamem Abimelech illi dominari? Tertia: *Namquid non est filius Ierobaal*, id est Gedeonis, qui vestrum Deum Baal profanauit, eiusque aram euertit, q. d. Gedeon vestrum Deum Baal euertit, Abimelech autem est filius Gedeonis. Quid ergo à filio hoc expectandum, nisi similia paternæ audaciæ exempla, ut Baalem & numina vestra pestilimdet? Quarta: *Et constituit Principem Zebul* seruum

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

Porrò Septuag. Zebul vocant Episcopum, id est superintendentem & præsidem Sichem. Sic Cicero vocat se Episcopum, id est præsidem Campaniæ.

Denique Hebræa ex alijs punctis, quæ substituerunt Massaretæ, iam aliter habent: Nimirum sic: Numquid filius Ierobaal & Zebul præpositus eius. Seruite viros Emur patris Sichem; & cur seruiemus ei nos? Quæ verba obscura sunt, & vix apertum habent sensum. Quare interpunctio & versio S. Hieron. v. planior, ita est & verior, præsertim quia ei consentiunt Septuag.

ET OPPVGNAT ADVERSVM TE CIVITATEM. Oppugnat, id est obliedit, occupat, opprimit ciues & ciuitatem. Erat enim Gaal in ipsa ciuitate Sichem sollicitans ciues ad rebellandum Abimelech, ac in ea contra ipsum se armans & fortificans: Hebr. est *ויראו* uidebunt, id est ut Chald. *arctur*. Septuag. *obsidet*. Vatab. *occupat*.

RVRVSMQVE GAAL AIT: ECCE POPVLVS DE VMBILICO TERRÆ DESCENDIT. De vmbilico, id est de summitate montium, vixit verè, præced. Sicut enim vmbilicus in homine extat, sic montes eminent in terra. Ita Abulen. Arias, Vatab. Rursum sicut vmbilicus est quasi centrum siue mediū in homine, ut si citini pedem vnum figas in vmbilico quasi in centro, indeque alterum pedem per extensam hominis manus æquè ac pedes circumagas, perfectum circulum circa hominem sis descripturus: Sic pariter montes sunt quasi in medio terræ circumcirca adiacentis & aspeçtabilis, ut homo in monte quasi in centro consistens, circumcirca terram subiacentem in orbem quasi oculis aspiciere & circumlustrare possit. Sic Ierusalem Ezech. 38. v. 12. vocatur vmbilicus terræ, quia ipsa erat mediū & quasi centrum terræ tunc habitata & cognita. Sic Plinius lib. 3. c. 12. lacum Reatinum appellat vmbilicum Italiæ; Linius Ætolorum regionem vocat vmbilicum Græciæ; Cicero Aët. 6. in Verrem Eminentem sylvam nuncupat vmbilicum Siciliæ.

ET NVVS CVNEVS VENIT PER VIAM QVÆ RESPICIT QVERCVM. Hebr. additur, *quercum* *והקנה* meonem, id est præsignatorum. Septuag. *aspiciuntur*. Vatab. *augurum*. Chald & Pagnin. nomen Hebr. *Meonem* vt proprium retinent. Certa ergo hæc quercus designatur ex voce *Meonem* tunc nota, nunc ignota.

SEQUENTI ERGO DIE EGRESSVS EST POPV- Cornelin. Iudicum.

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

Porrò Septuag. Zebul vocant Episcopum, id est superintendentem & præsidem Sichem. Sic Cicero vocat se Episcopum, id est præsidem Campaniæ.

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

Porrò Septuag. Zebul vocant Episcopum, id est superintendentem & præsidem Sichem. Sic Cicero vocat se Episcopum, id est præsidem Campaniæ.

Denique Hebræa ex alijs punctis, quæ substituerunt Massaretæ, iam aliter habent: Nimirum sic: Numquid filius Ierobaal & Zebul præpositus eius. Seruite viros Emur patris Sichem; & cur seruiemus ei nos? Quæ verba obscura sunt, & vix apertum habent sensum. Quare interpunctio & versio S. Hieron. v. planior, ita est & verior, præsertim quia ei consentiunt Septuag.

ET OPPVGNAT ADVERSVM TE CIVITATEM. Oppugnat, id est obliedit, occupat, opprimit ciues & ciuitatem. Erat enim Gaal in ipsa ciuitate Sichem sollicitans ciues ad rebellandum Abimelech, ac in ea contra ipsum se armans & fortificans: Hebr. est *ויראו* uidebunt, id est ut Chald. *arctur*. Septuag. *obsidet*. Vatab. *occupat*.

RVRVSMQVE GAAL AIT: ECCE POPVLVS DE VMBILICO TERRÆ DESCENDIT. De vmbilico, id est de summitate montium, vixit verè, præced. Sicut enim vmbilicus in homine extat, sic montes eminent in terra. Ita Abulen. Arias, Vatab. Rursum sicut vmbilicus est quasi centrum siue mediū in homine, ut si citini pedem vnum figas in vmbilico quasi in centro, indeque alterum pedem per extensam hominis manus æquè ac pedes circumagas, perfectum circulum circa hominem sis descripturus: Sic pariter montes sunt quasi in medio terræ circumcirca adiacentis & aspeçtabilis, ut homo in monte quasi in centro consistens, circumcirca terram subiacentem in orbem quasi oculis aspiciere & circumlustrare possit. Sic Ierusalem Ezech. 38. v. 12. vocatur vmbilicus terræ, quia ipsa erat mediū & quasi centrum terræ tunc habitata & cognita. Sic Plinius lib. 3. c. 12. lacum Reatinum appellat vmbilicum Italiæ; Linius Ætolorum regionem vocat vmbilicum Græciæ; Cicero Aët. 6. in Verrem Eminentem sylvam nuncupat vmbilicum Siciliæ.

ET NVVS CVNEVS VENIT PER VIAM QVÆ RESPICIT QVERCVM. Hebr. additur, *quercum* *והקנה* meonem, id est præsignatorum. Septuag. *aspiciuntur*. Vatab. *augurum*. Chald & Pagnin. nomen Hebr. *Meonem* vt proprium retinent. Certa ergo hæc quercus designatur ex voce *Meonem* tunc nota, nunc ignota.

SEQUENTI ERGO DIE EGRESSVS EST POPV- Cornelin. Iudicum.

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

Porrò Septuag. Zebul vocant Episcopum, id est superintendentem & præsidem Sichem. Sic Cicero vocat se Episcopum, id est præsidem Campaniæ.

Denique Hebræa ex alijs punctis, quæ substituerunt Massaretæ, iam aliter habent: Nimirum sic: Numquid filius Ierobaal & Zebul præpositus eius. Seruite viros Emur patris Sichem; & cur seruiemus ei nos? Quæ verba obscura sunt, & vix apertum habent sensum. Quare interpunctio & versio S. Hieron. v. planior, ita est & verior, præsertim quia ei consentiunt Septuag.

ET OPPVGNAT ADVERSVM TE CIVITATEM. Oppugnat, id est obliedit, occupat, opprimit ciues & ciuitatem. Erat enim Gaal in ipsa ciuitate Sichem sollicitans ciues ad rebellandum Abimelech, ac in ea contra ipsum se armans & fortificans: Hebr. est *ויראו* uidebunt, id est ut Chald. *arctur*. Septuag. *obsidet*. Vatab. *occupat*.

RVRVSMQVE GAAL AIT: ECCE POPVLVS DE VMBILICO TERRÆ DESCENDIT. De vmbilico, id est de summitate montium, vixit verè, præced. Sicut enim vmbilicus in homine extat, sic montes eminent in terra. Ita Abulen. Arias, Vatab. Rursum sicut vmbilicus est quasi centrum siue mediū in homine, ut si citini pedem vnum figas in vmbilico quasi in centro, indeque alterum pedem per extensam hominis manus æquè ac pedes circumagas, perfectum circulum circa hominem sis descripturus: Sic pariter montes sunt quasi in medio terræ circumcirca adiacentis & aspeçtabilis, ut homo in monte quasi in centro consistens, circumcirca terram subiacentem in orbem quasi oculis aspiciere & circumlustrare possit. Sic Ierusalem Ezech. 38. v. 12. vocatur vmbilicus terræ, quia ipsa erat mediū & quasi centrum terræ tunc habitata & cognita. Sic Plinius lib. 3. c. 12. lacum Reatinum appellat vmbilicum Italiæ; Linius Ætolorum regionem vocat vmbilicum Græciæ; Cicero Aët. 6. in Verrem Eminentem sylvam nuncupat vmbilicum Siciliæ.

ET NVVS CVNEVS VENIT PER VIAM QVÆ RESPICIT QVERCVM. Hebr. additur, *quercum* *והקנה* meonem, id est præsignatorum. Septuag. *aspiciuntur*. Vatab. *augurum*. Chald & Pagnin. nomen Hebr. *Meonem* vt proprium retinent. Certa ergo hæc quercus designatur ex voce *Meonem* tunc nota, nunc ignota.

SEQUENTI ERGO DIE EGRESSVS EST POPV- Cornelin. Iudicum.

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

Porrò Septuag. Zebul vocant Episcopum, id est superintendentem & præsidem Sichem. Sic Cicero vocat se Episcopum, id est præsidem Campaniæ.

Denique Hebræa ex alijs punctis, quæ substituerunt Massaretæ, iam aliter habent: Nimirum sic: Numquid filius Ierobaal & Zebul præpositus eius. Seruite viros Emur patris Sichem; & cur seruiemus ei nos? Quæ verba obscura sunt, & vix apertum habent sensum. Quare interpunctio & versio S. Hieron. v. planior, ita est & verior, præsertim quia ei consentiunt Septuag.

ET OPPVGNAT ADVERSVM TE CIVITATEM. Oppugnat, id est obliedit, occupat, opprimit ciues & ciuitatem. Erat enim Gaal in ipsa ciuitate Sichem sollicitans ciues ad rebellandum Abimelech, ac in ea contra ipsum se armans & fortificans: Hebr. est *ויראו* uidebunt, id est ut Chald. *arctur*. Septuag. *obsidet*. Vatab. *occupat*.

RVRVSMQVE GAAL AIT: ECCE POPVLVS DE VMBILICO TERRÆ DESCENDIT. De vmbilico, id est de summitate montium, vixit verè, præced. Sicut enim vmbilicus in homine extat, sic montes eminent in terra. Ita Abulen. Arias, Vatab. Rursum sicut vmbilicus est quasi centrum siue mediū in homine, ut si citini pedem vnum figas in vmbilico quasi in centro, indeque alterum pedem per extensam hominis manus æquè ac pedes circumagas, perfectum circulum circa hominem sis descripturus: Sic pariter montes sunt quasi in medio terræ circumcirca adiacentis & aspeçtabilis, ut homo in monte quasi in centro consistens, circumcirca terram subiacentem in orbem quasi oculis aspiciere & circumlustrare possit. Sic Ierusalem Ezech. 38. v. 12. vocatur vmbilicus terræ, quia ipsa erat mediū & quasi centrum terræ tunc habitata & cognita. Sic Plinius lib. 3. c. 12. lacum Reatinum appellat vmbilicum Italiæ; Linius Ætolorum regionem vocat vmbilicum Græciæ; Cicero Aët. 6. in Verrem Eminentem sylvam nuncupat vmbilicum Siciliæ.

ET NVVS CVNEVS VENIT PER VIAM QVÆ RESPICIT QVERCVM. Hebr. additur, *quercum* *והקנה* meonem, id est præsignatorum. Septuag. *aspiciuntur*. Vatab. *augurum*. Chald & Pagnin. nomen Hebr. *Meonem* vt proprium retinent. Certa ergo hæc quercus designatur ex voce *Meonem* tunc nota, nunc ignota.

SEQUENTI ERGO DIE EGRESSVS EST POPV- Cornelin. Iudicum.

seruum suum super viros Emur patris Sichem. quasi dicat: Abimelech super Sichimitas Principem & Vicarium suum constituit Zebul, ignobilem & exosum seruum: indignum ergo est ut ei pareamus. Quis enim patitur vilem seruum liberis & nobilibus capitibus dominari? Sichimitas appellat viros Emur patris Sichem, eo quod ciues essent vrbs Sichem, in qua ante 500. annos regnarat celebris ille in Genesi princeps Emur, pater Sichem, qui nomen suum dedit vrbi. Genes. 33. & 34. Vnde Sichima antiquitas & dignitas æstimari potest, ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere & gubernare. Hisce rationibus Gaal persuasit Sichimitis, ut rebellare pergant regi Abimelech, eumque regno expellant, ac ad illud ipse se eis Duceim obtulit, vnde subdit:

VTINAM DARET ALIQUIS POPVLVM ISTVM SVB MANV MEA, VT AVFERREM DE MEDIO ABIMELECH] vt ego ipse pro eo regnarem.

VERS. 54.

NE FORTE DICATUR QUOD A FEMINA INTERFECTVS SIM.] Ita Abimelech, qui tota vita gloriam regni quaesierat, iuste ingloria morte punitus est, occisus a femina. Iuste lapide percussus interit, qui super lapidem 70. fratres occiderat. Sic regula a muliere deiecta miserè Argis perit Pyrrhus rex Epirotarum teste Plutar. Et orbis terror, flagellum Dei Attila Hunnorum rex a femina percussus cultro est, ait Marcellinus. Et Hermannus Saxonum rex arcem vna mutato habitu oppugnans, saxo a femina deiecto interemptus est, teste Auen-

Reges occisi a femina.

tino lib. 5. Quocirca Gentilis ille apud Virgil. Aeneid. 10. ita cadentem solatur:

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem;  
Aeneae magni dextra cadis.

Moral. Theodor. q. 16. Ex his, ait, que contigerunt Abimelech & Sichimitis, discimus improba confessione interitum asserere vtriusque ea, & tandem in dissensionem desinere; siquidem qui liberos Gedeonis interfecerat mutuis plagis perierunt.

Denique in Abimelech verum fuit illud: Ingressus est ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus est ut canis, non baculo, sed lapide a femina percussus.

## CAPVT DECIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Septimus Iudex Thola eligitur: octauus Iair v. 3. mox v. 6. Hebraei ad sua idola redeuntes castigantur a Deo per Philisthaos & Ammonitas octodecim annis. Vnde v. 10. sermo penitentes Deum inuocant, qui eos increpans tandem v. 16. eorum miseretur.

1. **P**ost Abimelech surrexit dux in Israël Thola filius Phua patru Abimelech, vir de Issachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim: 2. & iudicauit Israelem viginti & tribus annis, mortuusque est, ac sepultus in Samir. 3. Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos, 4. habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum, quae ex nomine eius sunt appellatae Hauoth Iair, id est, oppida Iair, vsque in praesentem diem, in Terra Galaad. 5. Mortuusque est Iair ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon. 6. Filij autem Israël peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt idolis, Baalim & Astaroth, & diis Syriac & Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philisthim: dimiseruntque Dominum, & non coluerunt eum. 7. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthim & filiorum Ammon. 8. Afflicti que sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in Terra Amorrhæi, qui est in Galaad. 9. in tantum, vt filij Ammon, Iordane transmissi, vastarent Iudam & Benjamin & Ephraim: afflicti que est Israël nimis. 10. Et clamantes ad Dominum, dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, & seruimus Baalim. 11. Quibus locutus est Dominus: Numquid non Aegyptij & Amorrhæi, filijque Ammon & Philisthim, 12. Sidonij quoque & Amalech & Chanaan, oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? 13. Et tamen reliquistis me, & colistis deos alienos: idcirco non addam vt ultra vos liberem. 14. ite, & inuocate deos quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustiae. 15. Dixeruntque filij Israël ad Dominum: Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet: tantum nunc libera nos. 16. Quae dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super miseris eorum. 17. Itaque filij Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Israël, in Maspha castrametati sunt. 18. Dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon coeperit dimicare, erit dux populi Galaad.

VERS. 1.

**P**ost Abimelech surrexit dux in Israël Thola, filius Phua patru Abimelech.] Erat ergo Thola consobrinus Abimelech, utpote filius Phua, qui erat frater Gedeonis patris Abimelech. Videtur Thola electione populi creatus Iudex, nam Dei hic nulla sit mentio. Ita Abul. Sic a populo Iudices electi fuere Iephte, Abesan, Ahialon & Abdon. c. 12. 8. Surrexit ergo electus a populo ad corrigendum scandalum, & abolendum tyrannidem Abimelech, ne quis deinceps illam imitaretur, & simile quid attentaret. Vnde Hebr. & Septuag. asidunt, surrexit ad saluandum Israël, scilicet vt liberaret Rempubl. a tyrannide & idololatria Baal berith induta ab Abimelech, vtque eam ab hostibus vicinis, si more suo Israelem in-

uaderent, defenderet: & forte reipsa defendit, etiam si Script. factum non commemoret. Erant enim Iudices Israël saluatores, vt dictum est cap. 2. 16. & c. 3. 9.

Pro patru Abimelech Hebr. est בן דודו ben dodo, id est filius patru eius, scilicet Abimelech, supplet erat Thola nouus hic Iudex. Sic & Septuag. quin & Chald. nisi quod hic vertat in genituo: filij patru eius; quasi non Thola, sed pater eius Phua fuerit filius patru Abimelech. Rabbini verò, & ex iis Pagnin. Arias. Vatabl. Caet. 7. dodo retinent vt nomen proprium, vertuntque: Thola filius Phua, filij Dodo; quasi Dodo fuerit pater Phua, & Auus Thola Iudicis. Sed magis credendum S. Hieronymo, Septuag. & Chald. qui dodo vertunt patru eius.

uiu. Nimirum Hebraei ob merita Gedeonis voluerunt ex eius profapia creare Iudicem, qui ei succederet; cumque filij Gedeonis omnes ab Abimelech essent occisi, acceperunt filium fratris eius, scilicet Thola, eumque creauerunt Iudicem.

VIR DE ISSACHAR.] Dices, Gedeon fuit de tribu Manasse, quomodo ergo frater eius Phua, cuiusque filius Thola fuit de tribu Issachar? Resp. S. August. & alij Gedeonem & Phua fuisse fratres veterinos dumtaxat, ita vt mater eorum nuperit primò Ioas Manasseni, ex eoque genuerit Gedeonem, deinde nuperit alteri viro de tribu Issachar, ex eoque genuerit Phua patrem Thola. Póterant enim feminae extra tribum suam viris alterius tribus nubere, quādo illae habebant fratres, qui patrum suorum erant heredes, eorumque hereditatem in tribu eorum seruabant, ne illa ad virum alterius tribus per feminam (si deficiente prole mascula ipsa foret heres) illi nubentem transfiret. Numer. vlt.

QUI HABITAVIT IN SAMIR (VRBE) MONTIS EPHRAIM.] Licet ergo esset ex tribu Issachar, tamen habitauit in tribu Ephraim, vt habitans quasi in medio magis numerosarum tribuum, eas velut Iudex facilius regeret. Regem enim deest esse in centro regni, vt facile ab omnibus regni partibus adiri & conueniri possit.

Alleg. Thola Hebr. idem est quod vermculus vel cocineus. Vnde typus fuit Christi, qui ait: Ego sum vermis & non homo. Psalm. 21. 7. idem sanguine aequè ac charitate fuit cocineus, quia sanguine suo pro nobis purpuratus, & charitate ignea flagrans fuit filius Phua, id est Anguli, quia ipse est lapis angularis Ecclesiae. Sedes eius fuit samir, id est custodia, fax, sentes, adamas. Magna enim nobis in tot periculis & insidijs opus custodia, magna facis nostrae cognitione atque contemptu, magna carnis animique compunctione, magna denique constantia & adamantino robore.

VERS. 3.

HVIC SUCCESSIT IAIR GALAADITES.] Jac proinde de tribu Manasse: haec enim habitabat trans Iordanem in Galaad iuxta montem Galaad; vnde & oppida, quibus filij eius 30. praefuerunt, erant in tribu Manasse. Fuit hic octauus Iudex Israël.

Iair Hebr. idem est quod illuminans, quia Israelem sua iustitia, virtute & religione illustrauit. Omnes Iudices ad hoc a Deo dati sunt Israël, vt eum in vera Dei fide & cultu continerent, ideoque omnes sancti fuere, atque vt tales laudantur ab Ecclesiastico cap. 46. 13. & ab Apostolo Hebr. 11. 32. Hinc Iair typus fuit Christi, qui quasi lux mundi illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. 9.

Tropol. Praelatus & fidelis quisque sit Iair, id est illustrator aliorum, iuxta illud Christi: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in caelis est. Matth. 5. 16.

VERS. 4.

HABENS TRIGINTA FILIOS SEDENTES (Hebr. equitantes. Septuag. conscendentes. Iosephus equitandi peritissimos) SUPER TRIGINTA PULLOS ASINARVM.] Caiet. vult pullos hos fuisse equinos, non asinos; quia, inquit, hoc affertur hic ad ostendendam principum horum gloriam: gloria autem est equitare super equum, non asinum, sed errat Caiet. Hebr. עיירי אשורim pullos asini, non equi, significat hic & alibi, teste S. Hieron. Sept. Pagnino & alijs passim. Sic & Lyan. Arias, Vatabl. & Abul. Cornel. in Iudicum.

qui per pullos asini accipiunt mulos, qui ex asino & equa gignuntur: nobiles enim mulis vehuntur. Simplicius accipias meros asinos, quia hos significat Hebr. אשורim, atque hi in Palaestina vegetiores & fortiores sunt nostris: vnde ibi asinis pro equis utebantur, praesertim quia Deus Hebraeis veterat vsu & copiam equorum, vt ostendi in Pentateucho Deuter. 17. 16. ad illa: Non multiplicabit sibi equos. Huc facit etymon asini; de quo S. Hieron. lib. 12. Etymol. Asinus inquit, & asellus a sedendo dicitur quasi assedus: sed hoc nomen, quod magis equis conueniebat, ideo hoc animal sumpsit, quia priusquam equos acciperent homines, huic praesidere coeperunt. Animal quippe tardum & nulla ratione retinens, statim vt voluit sibi homo substrahit.

ET PRINCIPES TRIGINTA CIVITATVM.] In Hebr. est pulchra Paronomasia in voce אשורim, quae & pullos & ciuitates significat. Similis est in Graeco Πόλις & Πόλις.

QUAE EX NOMINE EIVS SVNT APPELLATAE HAVOTH IAIR, ID EST OPPIDA IAIR.] Tam pridem haec triginta ciuitates, & insuper aliae triginta, hoc est sexaginta, ab alio antiquiore Iair nuncupatae erant ciuitates Iair, vt patet Numer. 32. 41. hic tamē illud nomen eis confirmatum est, & quasi de nouo inditum ob nouam rationem; quia scilicet 30. his vrbibus praerant 30. principes filij Iair Iudicis, ceterarum verò 30. hic non fit mentio, quia illae ad hos 30. Principes non spectabant.

VERS. 8.

OPPRESSI PER ANNOS DECEM ET OCTO.] Hi 18. anni comprehendi nequeunt annis Iudicis sequentibus, puta Iephte; hic enim, tantum sex annis praefuit. Quocirca Serarius vult eos omnino addendos in Chronologia annis ceterorum Iudicum. Verum c. 3. ostendi id fieri non posse. Quare hi 18. anni comprehendi debent annis praecedentis Iudicis, scilicet Iair qui praefuit 22. annis. Licet enim Iair omni studio contenderet Israélitas continere in cultu vniuersi veri Dei; tamen ipsi partim ex innata malitia & procliuitate ad idola, partim ex commercio & connubijs vicinarum Gentium idololatriarum, partim ex continua 23. annorum pace sub Thola Iudice opibus epulisque abundantes & lasciuientes deslexerunt ad idola & vitia Gentium: quare Deus iustus perfidia vindex statim illos castigauit, immitendo in eos Philisthaos & Ammonitas, qui eos spoliarent & opprimerent, idque per 18. annos, donec ipsi tot flagellis fracti, serio idolis abiectis penitentes ad Deum redirent, qui proinde hac penitentia reconciliatus liberauit eos per Iephte, vt patet ex sequent. Hoc est quod praedixit Script. c. 2. 16. Suscitauitque Dominus Iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus, sed nec eos audivere voluerunt, fornicantes cum diis alienis.

VERS. 11.

ET CHANAN.] Sic quoque vertunt Septuag. Hebr. מואב מאב, quod alij retinent quasi nomen proprium loci. Vide S. Hieron. in locis Hebr. מאב, ait, regio Moabitarum iuxta Ieremiam c. 48. 23. iuxta Septuag. Marinus in Lexico & alij putant Maon idem esse cum Bethmaon & Baalmaon, quae erat vrbis Moabitarum iuxta torrentem Arnon in tribu Ruben. Hinc incolae Maon 1. Paral. 4. 41. & 2. Paral. 26. 7. vocantur Meonenim, vbi Septuag. vertunt Mineos. Vnde & Septuag. Iob. cap. 2. vers. 11. Sophar amicum Iob constituit regem Mineorum. S. Hieron. verò 2. Paral. 26. 7. vertit Ammonitas. Vnde videtur ipse Meonenim per Matathiam accepisse pro Ammonim, id est Ammonitis. Priore verò loco r.





tribum redibat: filius tamen si quis natus fuisset in A patris tribu fortiebatur hereditatem, quod modò fratres Iephte negabant, vt ipse is exprobrat v.7. non aufurus hifcere, si scorto natus fuisset. Ita Galenus. Verum falsum est, quòd Israëlitis femina sine nota & infamia non possent nubere in alia tribu. Nam principes Iuda sepè ducebant filias Sacerdotum ex tribu Leui, idque sibi honori ducebant, vt Aaron duxit Elizabeth filiam Aminadab, Principis tribus Iuda. Exod. 6. 23. Et Zacharias duxit Elizabeth cognatam B. Virginis, quæ erat ex tribu Iuda. Luca 1.

Porò mulier altera hinc non intelligitur ea quæ fit alterius tribus, sed quæ sit alia à legitima vxore, id est quæ sit meretrix & concubina, quam Septuag. honestè vocant *ερασιαν*, vt nos vocamus amicam: vel quæ sit vxor alterius viri, ideoque adultera, qualem matrem Iephte fuisse insinuat Iosephus.

EIBERUNT.] iniuste: spurio enim à patre & domo iure communi debentur alimenta, non tamen hereditas, vt docet Syluester & alij Doctores Casuum.

VERS. 3. HABITAVIT IN TERRA TOB,] quæ sita erat in terra Galaad, ait Iosephus & Adrichom. Serarius putat esse Tubin, de quo 1. Machab. 6. 13. Porò Tob significat bonum: sanè terra hæc Iephte fuit bona eminenter, id est optima, quia benignè fugientem excepit & aluit.

CONGREGATIOQUE SVNT AD EVM VIRI INOPES ET LATROCINANTES.] *το λωποκνήμες* non est in Hebræo, Græco & Chald. quare videtur ex margine in textum irrepfisse, intrusum ab aliquo volente explicare *το inopes*: inopes enim milites sæpè rapinis & latrocinis viuunt. Porò rapinæ hæc iustæ sunt, si rapiantur ab hoste bello iusto: iniustæ, si ab amicis, vel ab hostibus in bello iniusto. Quare latrones hi, quibus præfuit Iephte, fuere milites & prædones, qui fortè antea iniuste rapiebant aliena, sed postquam Iephte secuti sunt, non nisi iustas, puta ab Ammonitis & Philistæis prædas egerant, vt fecere illi qui Dauidem à Saule profugum secuti sunt. 1. Regum 22. 2.

Latro enim præcis idem erat quod miles, qui dictus est latro quasi latero, quòd lateri Ducis adhaereret, eumque stuparet; vel à latendo, quòd latenter & ex insidiis ad prædandum irueret. Ita Varro, Festus, Nonius, Marcellus & alij.

VERS. 8. SIS QVE DVX OMNIVM QVI HABITANT IN GALAAD.] Sed post victoriam de Ammonitis ceteræ quoque tribus Iephte in ducem suum acceptarunt.

VERS. 11. LOCVTVS QVE EST IEPHTE OMNES SERMONES DVOS CORAM DOMINO IN MASPHE.] *Coram*, id est publice, pro concione & audiente populo, in cuius medio censabatur esse Deus, ait Vatab. Secundò, *coram Domino*, id est inuocando Deum in testem pacti, quod cum legatis de Ducatu inibat. Ita Abul. Tertiò, *coram Domino*, id est coram Pontifice, Ephod & Rationali, in quo erant Vrim & Tummin, induto: hic enim representabat Deum, eumque consulens pro Principe oracula accipiebat. Quartò, *coram Domino*, id est coram altari, quòd ibi vt videtur exeruerunt, vt sanè hoc fœdus sancirent. Porò sermones quos ibi locutus est Iephte, fuit promissio, qua promittebat legatis se fideliter & strenuè bellum populi administraturum, ac vicissim illi promittebant se constanter eius quasi Ducis sui imperium & iussu secuturos. Atque

ad hoc inuocauit Deum, tum in testem, tum in auxilium, vt imperium hocce suum & bellum secum daret, vt fecit Iosue, Iudas Machabæus, Constantinus, Theodosius, aliique Duces, qui proinde Dei ope victoriam adepti de hostibus triumpharunt.

VERS. 14. QVIA TVLIT ISRAEL TERRAM MEAM, QVANDO ASCENDIT DE EGYPTO, A FINIBVS ARNON VSQVE IABOC ATQVE IORDANEM.] Casus hic est: Sehon rex bello occupauit vrbes aliquas Moab & Ammon: omnes verò & Hebræi Sehon regem occiderunt, omniaque quæ eius erant occuparunt. Queritur ergo nunc rex Ammon de iniuria sibi facta, terramque suam à Sehon occupatam ab Hebræis, qui Sehon illum bello extorserunt, repetit & reposcit.

TVLIT, scilicet iniuste per vim & bellum iniustum, TERRAM MEAM:] hanc enim iniuste inuasit & occupauit Sehon rex Amorrhæorum; vos verò ô Hebræi Sehon inuadentes & occidentes, omnia, quæ ipse tam iuste quam iniuste occupabat, vobis usurpatis, excluso me, qui eram primus & iustus heres, cui proinde ea reddere debebatis, non verò ea vobis vindicare. Historia narratur Numer. 21. 25. & seq. & licet ibi tantum terra Moabitarum à Sehon subacta, ac eo occiso à Iudæis occupata, fiat mentio, tamen Ammonitidis quoque partem tunc fuisse ab eis occupatam liquet ex hoc loco. Aut certè dicendam cum Lyrano, Caiet. Dionys. & aliis eundem fuisse olim, vel tunc regem Moabitarum & Ammonitarum: Moabitarum enim Ammonitis erant coniuncti, vt pote à duobus fratribus Moab & Ammon à Lot progeniti. Genes. 19. Rex ergo Ammon agit pro Moabitibus, vel vt subditis, vel vt sociis & fœderatis, qui ius suum per eum ab Hebræis repetunt.

NON TVLIT ISRAEL TERRAM MOAB, NEC TERRAM FILIORVM AMMON,] quam scilicet actu tunc possidebant Moabitarum & Ammonitarum; veterat enim Deus Hebræis, ne eos quasi sibi ex Lot & Abraham cognatos inuaderent. Numer. 21. & Deuter. 2. & 3. illam verò Moabitidis & Ammonitidis partem quam bello sine iusto sine iniusto (res enim hæc incerta est & dubia) occupauit Sehon rex Amorrhæorum, Hebræi eo prostrato iussu Dei occuparunt, vt in sequenti narrat Iephte, quia illa iam non erat Moabitarum, sed Sehonis regis hostis Hebræorum, quam ab eo recipere & bello repetere nequuerant Moabitarum: quare illam vt Sehonis, non vt Moabitarum, iure belli annuente Deo occuparunt Hebræi. Est hæc prima ratio, qua Iephte probat regem Ammonitarum falsò queri de terra sua ab Hebræis sub Mose occupata, ideoque iniuste eum Ammonitas in Iudæam immisisse ad eam opprimendam. Verum hæc ratio sola non sufficiebat, nec satisfaciebatur regi Ammon, hinc alias subiungit Iephte, quibus eam corrobore.

NONNE EA QVÆ POSSIDET CHAMOS DEVS TVVS TIBI IURE DEBENTVR? QVÆ AVTEM DOMINVS DEVS NOSTER VICTOR OBTINUIT, IN NOSTRAM CEDENT POSSESSIONEM.] Est hæc secunda ratio, q. d. Tu occupas regiones illas, quas Deus tuus Chamos tibi dedit: ergo pari iure nos occupamus terram Sehon regis (in qua erant aliquæ vrbes ab eo Moabitibus & Ammonitis creptæ) quam pro nobis pugnans victor Deus nobis dedit. Hæc ratio Iephte non quaquaerfimum est solida. Deus enim Turcis aliisque tyrannis dat victorias, & regiones

giones Christianorum subiugat; & tamen Turcæ & Tyranni iniuste eas inuadunt & deinent ex ambitione & cupidine dominandi. Impia enim est Alberici Gentilis lib. 1. de iure belli c. 22. sententia, iuste à Turca possideri omnia quæ ipse Christianis eripuit, eò quòd ipse ex voluntate Dei volentis castigare Christianos id faciat: Neque verum erat Chamos dedisse terram illam Moabitibus.

Erat tamen hæc ratio appositè ad hominem, q. d. Tu ô rex Ammon edicito à quo, & quo iure obtineas omnes tuas regiones & vrbes: Sanè nihil splendidius dixeris dederisque, quam Dei tui Chamos voluntatem & voluntariam donationem. At ego similiter assero Deum nostrum terram illam, quam repetis, nobis per victoriam suam nobis concessam donasse: Deus autem est omnium regnorum Dominus, qui proinde transfert regna de gente vna in aliam prout ei libuerit.

Verus autem titulus iuris Hebræorum ad occupandas hæc regiones erat, quòd ipsi à Dei mandato inuaderant regna Sehon & Og regum Amorrhæorum, eodemque mandato occupabant & possidebant omnia, quæ eis fuerant subiecta, vt patet Numer. 21. & Deuter. 2. Hunc titulum insinuat, sed expresse non allegat Iephte, quia illum Gentili regi Ammon vix probare potuisset. Ita Abul.

VERS. 15. NISI FORTE MELIOR ES BALAC FILIO SEPHOR REGE MOAB,] q. d. cum Hebræi cæso Sehon occuparunt eius ditiones, tunc Balac erat rex Moab, isque sapiens & potens. Atqui hic tunc ne verbulo quidem ditiones hæc ab Hebræis repetiit. Ergo nec tu, qui illo trecentis ferè annis posterior es, illas repetere debes aut potes. Est hæc ratio tertia. Sequitur quarta.

VERS. 26. PER TRECENTIS ANNOS,] q. d. trecentis annis occupauimus has regiones, quas nunc possideminio repetis. Ergo longissima temporis præscriptione eas occupamus, præsertim cum per tot annos nullas illas à nobis repetierit.

QVARE TANTO TEMPORE NIHIL SVPER HAC REPETITIONE TENTASTIS?] sed silentis, ac silentio vestro vos contentos significastis: & vt eas possideremus tacite consensistis: Nota hinc à Mose à Iephte præcisè non fluxisse trecentos annos, sed 266. dumtaxat; sed Iephte more vulgi annos adauxit ad magis roborandam præscriptionem, atque vsus est numeris rotundis & perfectis, scilicet centenariis. q. d. iam agitur tertius annorum centenarius, agitur tertium præscriptionis & possessionis sæculum: Ergo frustra laboras vt nos ea tam serò deturbes. Porò Melchior Canus & Serarius, qui annos oppressionis Hebræorum ab annis Iudicum separant & separatim numerant, computant à Mose ad Iephte annos 340. vt minimum. Abulensis opinatur illo æuo præscriptionem per longum tempus, etiam cum mala fide, iure gentium valuisse, & rem tam diu possessam confirmasse possidentialioqui enim, inquit, replicasset rex Ammon hanc Hebræorum possessionem initam fuisse cum mala fide, ideoque præscriptionis tempus hinc non valere. Verum hoc ei probandum fuisset. In dubio enim melior est conditio possidentis. Et actori si possessorem è sua possessione deturbare velit, incumbit malæ fidei probatio. Quisque enim præsumitur esse bonus & bonæ fidei possessor, nisi contrarium probetur.

Solymanus male fundata ambilio.

Sic nuper Solymanus Turcarum Imper. post ante

A nos mille omnia sibi iura reddi volebat, quæ olim Magni Constantini fuissent, teste Iouio lib. 30. Hoc est Turcicum.

Porò simili modo quo Iephte, responderunt olim Lacedæmonij apud Ilocratem in Archid. Hanc colimus terram ab Herculis posteritate datam, Delphico oraculo confirmatam, & incolis eius bello superatis. Non vos latet possessiones sue priuatas, seu publicas præscriptione longi temporis confirmari. Messaniam tenuimus amplius 400. annos.

VERS. 27. IVDICET DOMINVS ARBITER HVIVS DIEI,] id est huius litis, quam hoc die agimus. Sic dies pro iudicio sumitur. 1. Corinth. 4. 3. & Ierem. 17. 16. Est Metonymia.

FACTVS EST ERGO SVPER IEPHTE SPIRITVS DOMINI,] Hoc est, immisit Deus Iephte Spiritum fortitudinis, ardoris, & zeli ad capessendum bellum contra iniquum regem Ammon: eoque impulsus conuocauit ad illud incolas Galaad, & tribus Manasse, & Mafpha Galaad, id est Mafpha, quæ est in extremis terminis Galaad versus montes Libanum & Hermon: hæc enim maximè & proximè imminabant vicini hostes Ammonite.

VOTVM VOVI DOMINO DICENS: SI TRADIDERIS FILIOS AMMON IN MANVS MEAS, QVICVMQVE PRIMVS FVERIT EGRESSVS DE FORIBVS DOMVS MEÆ, MIHIQVE OCCVRRERIT REVERTENTI CVM PACE A FILIIS AMMON, EVM HOLOCAVSTVM OFFERAM DOMINO.] Huic simile est quod scribit Aldrouandus in Asino: Alexandro Macedoni, inquit, cum reddita fors esset: eum qui primus occurrisset interimeret; vbi quemdam præ se agentem a fellum vidit, arripit hominem confectum ex oraculo imperauisse tradunt. At eum iam iam lugulandum intellecta mortis ratione proclamauisse: anteambulonem suum, non se peti ex responso, quando is obuiam occurrisset prior, putauit suum.

Quares primò: Quam victimam hinc vouerit Iephte? Primò, aliqui censent eum vouisse primum hominem sibi è domo sua occurraturum Deo immolare. Ita S. August.

Secundò, Rabini & Abul. putant eum vouisse pecus immolabile primò occurrens, siue is bos esset, siue vitulus, siue hircus, siue aries, Deo sacrificare; sed postea Iephte de mente & materia hac voti sui dubitasse, quia verba eius erant generalia: quare primò occurrente filia, censuisse se ad illam immolandam obligari.

Tertiò & optimè intendit Iephte primum viuens, siue primum animal è domo sua sibi occurraturum Deo mactare. Vnde ex Hebræo verti potest in genere neutro: quodcumque, scilicet animal primò mihi è domo obuium immolabo. Ita Chald. Vatab. Pagnin. & alij. Id patet ex euentu: nam cum primà ei è domo occurreret filia, putauit se voto ad illam immolandam obligari & cogi.

Quares secundò: An hoc votum fuerit licitum, an illicitum? Primò, multi censent illud fuisse impium, stultum & patriciale. Ita S. Ambros. 1. Offic. c. vit. S. August. q. 49. Tertul. lib. 3. contra Marcion. Nazian. orat. de Machabæis, Theod. & Procop. hinc Chryfost. hom. de Iephte. Et S. Thomas citans S. Hieron. 2. 2. q. 88. art. 2. In vouendo, ait, fuit stultus, quia discretionem non habuit, & in reddendo impius. Impium enim est filiam occidere, impium est Deo homines immolare, & humano sanguine litare. Vnde S. Hieron. lib. 1. contra Iouin. ante

Quid vouit Iephte? Resp. 1.

2.

3.

Votum Iephte mactatum. censent impium.

ante medium: Reprehenditur pater voti temerarij, &c. A Si enim canis, inquit, si asinus occurrisset, quid faceret? Lege enim vetitum erat offerre canem vel alinum. Pergit S. Hieron. Ex quo volum (Hebrei) Dei dispensatione esse factum, vt qui improspecte vouerat, errorem votorum in filia morte sentiat, vt temeritas vouentis castigaretur, ait S. August. quest. 49.

Si dicas Iephte laudari ab Apostolo Hebr. II. respondet Abul. eum laudari ex merito fidei; quod scilicet ipse confidens Deo exposuit se periculo mortis in praelio, pugnans contra tam potentes Ammonitas, non autem a voto; factis autem constat quod Iephte, & quilibet virorum illosam, quos in illo suo fidei Catalogo posuit Apostolus, grauiter peccarit, ait Abul. Vnde & Gentiles vituperarunt & damnarunt eos, qui homines Saturno immolarunt. Quis Creontis, ait Serarius, virio non dat, quod Menoecum filium Thebis Erichtheo, quod Praxitheam filiam Athenis immolarit? Nonne suum regem expulerunt Idomeneum Crentes, quod a Troiano bello reuersus, nostri huius Iephte instar, Deorum aris obuium filium ex voto imponere voluerit? De Agamemnonis Iphigenia quam Poeta multa? & in Sualoria Seneca: Nonne & hoc nomine infames olim Scythae, Tauri, Pontici & Africi de quibus in Scorpiaco Tertull. in Octauio Minucius, in Protreptico Clemens & Euripides?

Quocirca Procopius ait victoriam hanc a Deo concessam fuisse Iephte non ob votum, sed vt iniurias Israel ab Ammonitis factas esse, manifestum fieret.

Alij pijs.

Secundo, alij ex aduerso censent hoc votum Iephte fuisse pijs & sanctum, ed quod factum sit ex impulsu Spiritus S. Ita S. Anselm. & Ambrosiaster in c. II. ad Hebr. Serarius & Salianus hic, ac fauet hic S. August. & S. Hieron. Epist. ad Iulian. vbi ait Iephte obtulisse virginem filiam, & idcirco in enumeratione Sanctorum ab Apostolo collocari.

Probat.

Probat primò, quia hic dicitur irruisse in eum Spiritus Dei, quod licet ad pugnam referri debeat, tamen ad votum quoque, quod pugnae & victorie fuit medium, imò principium, referendum videtur.

Secundo, quia Ecclesiasticus c. 46. & Apostolus Hebr. II. Iephte ponit in Catalogo Sanctorum, quare non videtur peccasse hic: aut certe si peccauit, mox penituit.

Tertio, quia Deus per votum hoc videtur ei concessisse tantam victoriam. Ergo illud ratum gratumque habuit.

Quarto, quia filia eius offerens se immolandum ad satisfaciendum voto patris, a Patribus mirè laudatur, & Isaac comparatur.

Quinto, quia immolatio hac filiae fuit typus immolationis filij Dei in cruce, vt docent Patres: nullus enim illius expressior fuit typus & figura, quam hac filia immolata a patre pro salute Israelis. Videtur ergo Deus voluisse hunc typum dare, qui praeluderet, & praesignificaret immolationem Christi.

Tertij sunt medij.

Tertia sententia est media & verisimilior; scilicet votum hoc quidem in se fuisse illicitum & impium, ed quod per hoc hominem, imò filiam Deo mactarit, quod omni iure naturae, diuino & humano est vetitum. Iephte tamen excusari vel a toto, vel a parte per ignorantiam & religionis zelum, quod simplici, candido & pio animo puta-

ret se hoc voto obligari ad filiam immolandum, ed quod ipsa prima sibi occurrisset. Erat enim rude hoc saeculum, & casuum conscientiam ignarum. Ac Iephte erat homo militaris; milites autem putant se suis iuramentis & votis, etiam si perperam factis, obligari ex religione & veneratione, quam Deo debent. Ita S. Hieron. in c. 7. Ierem. sub finem excusat Iephte per ignorantiam iouincibilem, quod inestitio offerentis esset bona, etiam si oblatio mala, ed quod illo auro rudi non esset propheta, imò nec summus sacerdos, ait Abul. hic 48. qui sciret hunc casum resolvere. Audi Serarium. Extenuatur Iephte factum primò, quia cum Dei veri cultus tam saepe & tam diu collapsus esset, ea iam apud Israelitas, obtinuerat opinio e Gentilium erroribus perita, Deo istiusmodi sacrificium gratum esse. Secundo, exemplum Abrahami aspiciebat, sicque illum rectè imitari putabat, & fortasse, vt indicat D. August. sperabat si sacrificium Deo gratum non esset, impeditum iri instar illius Abrahami. Genes. 22. Tertio, magna etiam in eo fidei laus fuit, quod vt idem notat August. quantumuis molestum sibi esset, maluerit votum reddere, quam suo ipsius dolori obsequi. Quarto, credebatur, inquit idem August. bonae virginis animam bene recipi, seu in caelum euolare, quae non seipsam vouerat immolandum, sed voto & voluntati non restiterat patris, & Dei secura fuerat iudicium. Quinto, boni communis publicaeque salutis erat peramans; ideoque verebatur ne, si votum non expleret, indignaretur Dominus, ac se populumque totum calamitate attereret aliqua. Sexto, valde ipsum mouebat, quod tam nobilem de tam ferocibus ac superbis hostibus, statim post votum adeptus esset victoriam, vt certo sibi persuaderet suum Deo haud displicuisse votum, ideoque ipsi a se iam satisfaciendum.

Hinc Iephte a nullo propheta vel Pontifice legitur reprehensus, sed ab Apostolo & Ecclesiastico laudatus. Cur ergo nos eum damnemus?

Porro S. Iustinus quest. 99. ad Orthodoxos, ait diabolus fecisse, vt filia cum cythara gratulans patri victoriam prima occurreret, hoc sine, vt Iephte filiae vnica amantissimus votum violaret. Iephte verò tentationem hanc vicisse, ac filiam votam immolasse ad testandam suam erga Deum pietatem, ideoque eum Catalogo Sanctorum esse adscriptum.

Quocirca Patres in hac immolatione filiae Iephte magna agnoscunt mysteria.

Nam primò, S. August. quest. 49. ait per illam significatum fuisse humano sanguine litandum esse Deo Patri.

Secundo, S. Chrylost. hom. de Iephte tom. I. ait hic adumbratum fuisse, quod Christus filiam suam, id est Ecclesiam quasi virginem Deo esset oblaturus in holocaustum, praesertim per immolationem martyrum tempore persecutionis. Audi S. Chrylost. Iephte existimo esse Dominum nostrum Iesum Christum victorem mundi, qui obtulit filiam suam vnica ipsam Ecclesiam tempore persecutionis malis Pontificibus, non agnorum, sed luporum, dicente ipso: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Oblulit ergo Ecclesiam per immolationem martyrum tempore persecutionis, & victima vnica oblata est Deo, vt sacrificium acceptabile esset patri ex lucris virginum. Offert vnica vniam, sponsus sponsam, pater filiam. Quid enim inueniri potest fortius integritate & virginitate Ecclesia, quae concipit in corruptione,

Mysteria lia Iephte.

ipione, creati in integritate: Virgo est ista quae virum non A nouit.

Anagog. S. August. significabatur, inquit, nos per immolationem mortis transiuros ad beatam immortalitatem, vt transit filia Iephte.

Tropol. Innuebatur quemque suam filiam, id est animam debere Deo offerre per mortificationem cupiditatum & passionum, occidendam in malis, viuificandam in bonis, ait S. Chrylost. & August.

VERS. 35.

FILIA MEA DECEPISTI ME, ET IPSA DECEPTA ES.] Decepisti, quia cum tu vnica mihi sis proles & heres, sperabam ex te posteritatem; at iam omnem eius spem mihi tuo occurssu sustulisti. Decepisti ergo me, quia meam spem sefellisti. Decepta es, quia putabas mihi laetitiam, tibi gloriam mihi victori occurrendo asserere; at iam mihi tristitiam, tibi mortem peperisti. Hebr. est: Incuruando incuruasti me, vel humiliando humiliasti me, & tu fuisti inter turbantes me. Est pulchra allusio per Metathesin inter פרה cara, id est humiliare, & עכר achar, id est turbare, q. d. turbasti me, quia me meaque spes humiliasti & prostrauisti. Septuag. Roman. Perturbatione perturbasti me, & tu fuisti in perturbatione mea. Videntur Septuag. vtroque modo legisse אכר achar, id est turbare. Complut. verò & Regij habent: Impleuisti me, & scandalum facta es in oculis meis. S. Ambr. lib. I. Offic. c. 12. legit: Heu mea filia impedisti mihi, in stimulum dolorum facta es mihi. Idem lib. de Virgin. Heu me filia perdidisti me.

APERVI ENIM OS MEVM AD DOMINVM, vouendo me eum qui primò occurreret illi immolatum, ET ALIVD FACERE NON POTERO.] q. d. votum iam editum retractare nequeo, quare ex illo te, vt pote primò occurrentem Deo immolare debeo. Hinc patet Iephte non intendisse vouere solum animal immolabile, sed & hominem, imò filiam, si primò occurreret. Sic enim ipse illud hic interpretatur. Nemo autem melior est mentis & voti sui interpres, quam ipse vouens. Hinc & aptè vocatur Iephte, id est aperiens, scilicet os ad vouendum, aperiens inquam nimis ample & improuidè.

VERS. 36.

CVI ILLA RESPONDIT: PATER MI SI APERVISTI OS TVVM AD DOMINVM (id est, si vouisti me immolare Deo) FAC MIHI QVODCVM QVE POLLCITVS ES, CONCESSA TIBI VLTIONE AT QVE VICTORIA DE HOSTIBVS TVIS.] Vide & admirare in hac filia animos, obedientiam, religionem & amorem patriae, quibus se morti & immolationi generosè & alacriter offert. Potuisset enim ipsa patri replicare: Ego non voui me Deo immolare: nec tu o pater es vita: meae Dominus, vt me inuitam deuotere & mactare possis. Nolo ergo adolefcentula & illiberis mori, volo florem iuuentutis meae lata peragere: volo stirpem meam & tuam propagare. Quare votum tuum irrito & dissoluo: atque ita te morte, patrem voto & merore liberaflet. Sed noluit, vt suam erga Deum religionem, erga patrem obedientiam, erga Rempubl. charitatem testaretur. Fecit ergo seipsam victimam, imò holocaustum Deo pro patre & patria. Timebat enim, ne si ipsa irtem recularer, poena violati voti in patrem & patriam recideret, ac victoria accepta in cladem conuerteretur. Audi S. Ambr. Quod in spectatis & eruditus viris plenum miraculi est, hoc in virgine multo magnificentius, multoque illustrius deprehenditur. Et paulò post: Nec fletus, inquit, equalium mouit puellam, nec dolor inflexit, nec gemitus retardauit, nec dies praeteriit, nec sefellit hora. Rediit ad pa-

trem quasi ad votum rediret, & voluntate propria euadentem impulsit, facitque arbitratu spontaneo, vt quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.

Porro Deus id fieri permisit, ait Serarius, grauius de causis. Prima est, vt mortis, quam Christus Dominus causa nostra, non voluntate tantum ac desiderio, sed effectu etiam ac re ipsa perlaturus erat, figura esset clarissima. Deinde, vt splendesceret imago Iephte fides, & summa erga Deum religio; a qua eum neque rei tam cara amissio, neque posteritatis amor, neque praesentis futuriq. temporis tam acerbum vulnus deducere potuissent. Tertio, vt similiter eximia tenerrimae virguncula fides, erga Deum religio, erga patrem patriamque totam pietas & praecellens animi magnitudo, velut speculum, in quod orbis terrarum totus polleret inuerti, publicè statueretur. Quarto, vt intelligeret mundus vniuersus, quam accuratè, diligenter & inuiolatè, quaecumque vel consilio bono, vel diuino monitu ac instinctu vota essent, Deo reddi deberent, etiam si mille grauissimae occurrerent difficultates.

DIMITTE ME VT DVOBVS MENSIBVS CIRCVMEAM MONTES, ET PLANGAM VIRGINITATEM MEAM CVM SODALIBVS MEIS, ] quod scilicet virgo sine prole & herede moriatur; hoc enim illo auro erat triste ac decorosum, iam autem per Christum virginitas summæ laudi & gloria ducitur, quasi caelestis conuersatio & imitatio vitae Angelicæ.

Fleuit ergo hac filia virginitatem suam, id est ætatem suam virginalem nuptijs opportunam, sed sterilitate ex voto patris damnatam. Huiusmodi denicales feriae (ita à nece appellare) fuere quoque apud Romanos, inquit Arias.

Formulam planctus, siue threnum filiae Iephte Philo Biblicus asserit hunc fuisse: Audite montes threnum meum, & intendite colles lachrymas oculorum meorum, & testes estote patri in planctu anima mea. Ecce quomodo accusor, sed non in vano recipiatur anima mea. Proficiantur verba mea in calis, & scribantur lachrymae meae ante conspectum firmamenti, vt pater non expugnet filiam, quam deuouit sacrificare, vt princeps illius virginitatem audiat in sacrificio promissam. Ego autem non sum saturata thalamo meo, nec repleta sum coronis nuptiarum mearum. Et post nonnulla: Inclinate arborum ramos vestros, & plangite inuentum meam, venite ferae siluarum, & concalcate supra virginitatem meam, quoniam abscisus sunt anni mei, & tempus vita: meae in tenebris inueterauit, &c. Hac ipse more suo.

Porro Iephte imitati sunt Gentiles. Ita enim Erichtheus bellum contra Eumolphum gerens, doctus victorem se fore, si filiam victimae loco immolasset, re cum vxore communicata, filiam hostiae in morem mactauit. Ita Plutarch. in parallelis. Idem ibidem sub finem: Pefilentia, inquit, Lacedaemonem vrgente, diuinitus significatum est cessaturam luem, si pro more generosam immolarent virginem. Helena autem cum esset aliquando sorte ducta, & ornata produceretur, aquila denotans gladium abripuit, & in armentum deferens bucula imposuit, quo factum est vt caede virginis abstineretur. Idem prorsus contigit Valeriae Lupercae, quae arae destinata, cum aquila gladium rapuisset, & buculae cuidam iniecisset, Valeria bucula mactata rem sacram fecit, inquit Plutar.

Quæritur, Cur cupit circumire montes in hoc suo planctu? Causas tres dat Arias. Prima est, vt restet clamor & lamentatio in sublimi loco edita longius ac la-

VERS. 37.

Threnus filiae Iephte.

Cur filia Iephte circumire montes.



tius ad circumuicinarum aures peringeret. Namque hac est vocis natura & vis. Ieremias 31. Vox in Rama audita est, ploratus atque ululatus multus. Altera, ut longius montium prospectus monumentum rei tam incolis, quam hospitibus & viatoribus frequentius representaret. Tertia, ut e solitariis a se visis & peragratis locis pluribus, vnum aliquem vbi intra claustrum parietes inclusa vitam perageret solitariam, optaret. Sed hanc causam superius confutauimus, & mox plenius confutabo.

Causa litteralis & proxima fuit, quod tota illa regio montosa sit. Habibat enim in Maspha, id est in alta montis specula, ex qua in subiectos montes descenditur, ut habent Hebraei.

VERS. 39. Rabbini dicunt eam factam religiosam. ET FECIT EI SICUT VOVERAT. Rabbini, & ex eis Lyran. Pagnin. Vatab. tradunt Scribas & Sapientes Hebraeorum, intellecto hoc Iephte voto consultos respondisse, posse mortem filiae naturalis a patre voto promissam commutari in mortem ciuilem, videlicet in vitam religiosam & castam: itaque factum esse. Quare filiam hanc non fuisse occisam a patre, sed fecisse Nazaraeam, id est religiosam & quasi monialem. Sicut S. Bern. occurrens reis a Praetore ob delicta suspendendis, eos liberavit, monachoque effecit dicens: Vos breui morte vultis eos occidere, ego longa morte mortificationis assidue in monasterio eos consumam & perimam.

CONFUTATIO. Verum haec sententia falsa est, & planè repugnat huic versui: Fecit ei, inquit, sicut voverat. Atqui voverat eam Deo non tantum mactare, sed & in holocaustum offerre, id est iugulatam totam cremare & comburere in honorem Dei (hoc enim exigebat holocaustum) ergo reuera eam iugulauit & cremavit. Hic est communis Patrum sensus, ut Theodor. S. August. Beda, Procopij, Rupert. Abul. Hugonis Victor. Dionysij, Serarj, Saliani, Tornielli hic, & S. Ambrosij, lib. 1. Offic. c. ult. Tertul. lib. 3. contra Marcion. c. 4. S. Hieron. epist. 34. ad Iulian. S. Chrysol. hom. de Iephte, Origen. tom. 9. in Ioan. Nazian. Orat. de Machabaeis, D. Thom. 2. 2. quast. 88. art. 2. ad 2. Suarez, Lessij, Azor. & aliorum passim.

Denique Philo ait nomen huius filiae fuisse Scilam, vti quae aeterna memoria dignum.

VERS. 40. ET PLANGANT FILIAM IEPHTE. Hebr. *leamot*, quod Septuag. vertunt ad plorandum. Chald. ad lamentandum filiam Iephte. Alij ad enarrandum. Alij ad donandum, scilicet laudem filiae Iephte. Porro Rabbini, Pagnin. & Vatab. vertunt: ad alloquendum vel consolandum filiam Iephte, quod ex voto patris debeat manere innupta. Putant enim

A ipsi mortem naturalem in ciuilem, siue in coelibatum fuisse commutatam. Vnde quatuor diebus in anno patebat ad eam accessus, ait Vatab. ut eam alloquerentur & solarentur, sicut ad moniales in claustris reclusas subinde in anno patet aditus. Verum hoc iam refutauimus.

Denique S. August. quast. 49. & ex eo Hugo Victor. ostendit Iephte per omnia fuisse typum Christi. Nam primò, inquit Iephte, Hebr. idem est quod *ianua* quae aperitur. Et sic Christus ait: ego sum ostium Ioan. 10. per quod patet aditus ad caelum: ipse enim aperit, & nemo claudit. Apoc. 3. 7.

Secundò, fratres Iephte domo eiecerunt quasi filium fornicariae: Sic Christi à Synagoga sua eiecerunt Scribae quasi violatorem legis, nec legitimum Synagoga filium.

Tertiò, Iephte exulans habitauit in terra Tob, id est bonitatis, hoc est optima: sic Christus à Iudeis vita expulsus, iuit ad vitam beatam in caelum.

Quartò, Ad Iephte colligebantur inopes & latrones: sic ad Christum meretrices & publicani, ac inter eos latro in Cruce, atque myltici praedones, qui sua poenitentia & virtute vim faciunt caelo, rapiuntque regnum caelorum.

Quintò, Galaaditae requisierunt exulem Iephte ut eis esset dux belli contra Ammonitas: sic Genitiles requisierunt Christum à Iudeis (pretextum, ut à peccati & diaboli iugo liberarentur. Huc vsque S. August.

Sextò, Iephte ante praelium votum vouit Domino: sic Christus ante passionis & mortis duellum orauit in hortu, seque hostiam Deo deuouit dicens: Non mea voluntas, sed tua fiat.

Septimò, Iephte immolauit filiam suam; Christus carnem & humanitatem suam.

Octauò, Israhelites plangerunt quotannis mortem filiae Iephte: Sic Christiani quotannis in hebdomada sancta plangunt mortem Christi, eique Threnos Ieremiae lamentando decantant: tum quoque Ecclesia quasi virgo plangit flagitium suorum peccata. Audi S. August. q. 49. Per sex mundi aetates, tanquam per 60. dies stetit sancta Virgo Ecclesia virginalia sua, quia licet virginalia, tamen fuerunt peccata descendit, propter quae vniuersa ipsa virgo toto orbe diffusa quotidie dicit: dimitte nobis debita nostra. Eosdem autem sexaginta dies duos mensis maluit appellare, quantum existimo, propter duos homines, vnum per quem mors, alterum per quem resurrectio mortuorum, propter quos etiam duo testamenta dicuntur.

CAPVT DVODECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Iephte Ephraethaeos ob rebellionem & conuicium cedit. Mox vers. 7. sexto anno sui principatus moritur, ei succedit decimus Iudex Abesan, ac post eum undecimus Abialon, quo vitio functo successit ei duodecimus Abdon.

1. ECCE autem in Ephraim orta est seditio. nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Iephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam. 2. Quibus ille respondit: Dilcepratio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauique vos, ut praerberetis mihi auxilium, & facere nolulistis. 3. Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, ut aduersum me confurgatis in praelium? 4. Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim:

Ephraim: percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse. 5. Occupaueruntque Galaaditae vada Iordanis, per quae Ephraim reuersurus erat. Cumque venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atque dixisset: Obsecro vt me transire permittatis: dicebant ei Galaaditae: Numquid Ephraethaeus es? quo dicente: Non sum, 6. interrogabant eum: Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur Spica. Qui respondebat, Sibboleth: eadem littera spicam exprimere non valens. Statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. 7. Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. 8. Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethlechem: 9. qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittebat foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit vxores, introducens in domum suam. Qui septem annis iudicauit Israel, 10. mortuusque est, ac sepultus in Bethlechem. 11. Cui successit Abialon Zabulonites: Et iudicauit Israel decem annis: 12. Mortuusque est, ac sepultus in Zabulon. 13. Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Illel, Pharathonites: 14. qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum, & iudicauit Israel octo annis: 15. mortuusque est, ac sepultus in Pharathon terrae Ephraim in monte Amalec.

ECCE AVTEM IN EPHRAIM ORTA EST SEDITIO. Similis illi, qua iidem eadem de causa murmurarunt contra Gedeonem cap. 8. vers. 1. Erant enim Ephraimitae siue Ephraethaei homines arrogantes, ac se Manassensibus (qualis erat Iephte) superbe praeferebant, ut dixi cap. 8. vers. 1. NAM TRANSEUNTES (IORDANEM) CONTRA AQUILONEM DIXERVNT AD IEPHTE. Ephraimitae cum dimidia tribu Manasse habitabant cis Iordanem: hic ergo transeunt Iordanem ad alteram dimidiam tribum Manasse habitantem versus Aquilonem, puta versus montem Libanum & Hermon, ut cum Iephte ibidem in Maspha habitante expostulent, quod ipsos ad belli societatem non vocarit.

IGITUR INCENDEMVS DOMVM TVAM. Ite in ea. Hebr. enim & Septuag. addunt tecum vel super te.

POSUI ANIMAM MEAM IN MANIBVS MEIS. hoc est, exposui vitam meam periculo & discrimini in pugna ancipiti contra Ammonitas. q. d. Ego vobis ad belli aleam vocatis, sed periculum detrectantibus, illud solus pro vobis subiui, illudque à vobis & toto Israhel victor depuli. Mihi ergo non obstrepere, sed gratias agere debetis. Sic Iob ait cap. 13. 14. Animam meam porto in manibus meis. Et David: Anima mea in manibus meis semper. Psal. 118. 109. Et posui animam meam in manu mea. 1. Reg. 28. 21. Qui enim aurum, oleum, vinum similemve rem pretiosam non recondit vt seruet, sed in manu portat, certo periculo, ne illa ei eripiat, vel in terram cadat & dilabatur, eandem exponit.

FUGITVVS EST GALAAD DE EPHRAIM, ET HABITAT IN MEDIO EPHRAIM ET MANASSE. Hec est vis & significatio huius conuicij, q. d. Tu o Iephte, aequè ac tui Manassenses trans Iordanem in Galaadite habitantes, es homo ignobilis & vilis, quia quasi spurius è domo patris eiectus fugisti in Galaad, aequè ac tui Manassenses exclusi à communi habitatione tribus Ephraim & dimidiae tribus Manasse, commorantium cis Iordanem cum ceteris omnibus tribubus Israel: quare ab iis videmini quasi expulsi & reiecti tanquam fugitiui, in extremitatem & angulum istum Galaaditis trans Iordanem retrusit, velut indigni qui cum ceteris tribubus in terra cis Iordanè promissa habitetis. q. d. Vos estis meri miserique Galaaditae, vos estis qui quilibet Israhelis: vos estis fex Ephraim & Cornel. in Iudicum.

A Manasse cis Iordanem habitantis: quare esto iactetis vos in medio duarum harum nobilissimarum tribuum habitare & ad eas pertinere, ed quod iuxta eas habitetis, tamen reuera estis earum reiectamentum, quia non inter eas, sed quasi fugitiui ab eis expulsi habitatis in Galaad semota, quasi in extremo terra promissa termino, taleque ab Ephraimitis & ceteris Manassensibus cis Iordanem habentini & estimamini. Secundò, proprie: Fugitiuus est Galaad de Ephraim, q. d. Nos Ephraimitas iudicò & inopinatò inuadentes vastantesque Galaaditem, fugerunt è pagis ad suas vrbes Galaaditae: Fugitiui ergo sunt, nec vobis resistere valent vel audent. Ita ipsi superbe. Verum mox vires suas colligentes Galaaditae ostenderunt se non esse fugitiuos, sed ipsos Ephraimitas ceciderunt & fugere compulerunt. Vide hic petulantiam & damnosa linguæ intemperantiam. Ob hoc enim verbum & conuicium caesa sunt ex Ephraim à Iephte 42. millia vers. 6.

NUMQUID EPHRATHAEVS ES? Hoc est, oriundus ex tribu Ephraim, quae nobis hanc licem & pugnam mouit.

DIC ERGO SCIBBOLETH, &c. QUI RESPONDEBAT SIBBOLETH. Galaaditae fugientes Ephraethaeos hostes persecuti, cum illi se Ephraethaeos negarent, ne ab eis occiderentur, veritatem explorant per pronuntiationem vocis Scibboleth. Ephraethaei enim Scibboleth aspiratè pronuntiare nequibant, sed pro ea leniter & quasi blasè siblando dicebant Sibboleth; nimirum non valentes pronuntiare litteram schim, sed pro ea dicentes sin, indeque agnoscebantur esse Ephraethaei & hostes, ideoque iugulabantur. Simili prorsus modo in pronuntiatione eiusdem aspirationis, Flandri explorant an quis Gallus sit necne: Pronuntia, inquit, aht en tachtentich (id est 88.) Galli enim aspirationem ch efferre non valentes, dicunt leniter aht en tachtentich, indeque Galli esse dignoscuntur.

QUOD INTERPRETATUR SPICA. Potest quoque Scibboleth verti fluminis fluxus, alueus vel inundatio, vti vertunt Pagnin. Vatabl. & alij, idque appositè ad locum. Fiebat enim hoc examen Ephraethaeorum ad vada fluxumque Iordanis, quasi inde è re praesenti hoc nomen praesentis nationis & gentis indicium tesseramque acceperint. Septuag. vertunt: Dicite iam spicam tesseram, id est pronun-

prohunciat tesseram, scilicet vocem scibbolath, id est spica. Milites enim habent suam tesseram notam, ex qua cognoscant an quis amicus sit an hostis: amici enim illam notant, hostes eandem ignorant.

VERS. 7. SEPLIVS IN CIVITATE SVA GALAAD.] hoc est in Mispha, quae erat civitas Galaaditis regionis: patet ex Hebraeorum eoenim Galaad est gentium casus. Ita Serarius & alij.

VERS. 8. ABESAN DE BETHLEHEM.] Maldon. in cap. 2. Matth. vers. 1. accipit Bethlehem, quae erat in tribu Zabulon, ideoque censet Abesan fuisse Zabulonitanum, sed alij passim accipiunt Bethlehem, quae est in tribu Iuda, asseruntque ex ea oriundum fuisse Abesan. Porro Rabbini conieciunt Abesan esse Booz maritum Ruth: sed non probant, esto temporum series ferè consentiat.

VERS. II. CUI SVCCESSIT AHIALON.] Septuag. Aelom. Mirum est hinc omitti ab Eusebio in Chronico. Tempore Ahialon eueria à Graecis est Troia, oc-

cifus Priamus. Aeneas fugit in Latium ibique regnavit: cum ante eum ibidem regnasset Ianus Saturnus, Picus, Faunus, Latinus annis 150. Aeneas successit Aeneas, & post eum alij, à quibus tandem prognati Romulus & Remus Rōmā condidere sub tempora Achaz Regis Iuda: Tunc etiam contigere errores Vlyssis, gesta Pyladis & Orestis, ceterorumque Trojanorum & Graecorum Principum qui post Troiae excidium floruerunt, vel floruisse à Poëris finguntur. Ita Euseb. Bellarm. Sallianus, Tornellus & alij in Chron.

ABDON FILIVS ILLEI PHARATHONITES.] Hinc patet Abdon fuisse à tribu Ephraim: in hac enim erat Pharathon, ut patet vers. 15. & ex Iosepho lib. 13. Antiq. qui & addit sepulcrum eius fuisse splendidam.

IN MONTE AMALEC.] Mons hic, ait Abul. nominatus fuit Amalec, sive à viro, cuius nomen proprium erat Amalec, cuius hic mons fuerit, ut vult Dion. sive quod olim ad Amalecitas pertinuerit.

CAPVT DECIMUM TERTIVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

NOVA Hebraeorum idololatria nova Philistinorum oppressione à Deo castigatur. Quare Angelus matri & patri Manue praeunniat ortum Samsonis, qui eos liberet, iubetque eum fieri Nazareum. Mox Manue vers. 14. immolat haedum, in cuius flamma Angelus in caelum redit. Denique vers. 24. nascitur Samson, & Spiritu Dei imbuitur, fitque decimus tertius Israël Index & vindex.

1. Rursumque filij Israël fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis. 2. Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens uxorem sterilem. 3. Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es & absque liberis: sed concipies & paries filium. 4. caue ergo ne bibas vinum ac ficeram, nec immundum quidquam comedas. 5. quia concipies, & paries filium, cuius non tanger caput nouacula: erit enim Nazareus Dei ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israël de manu Philistinorum. 6. Quae cum venisset ad maritum suum, dixit ei: Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. Quem cum interrogassem, quis esset, & unde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: 7. sed hoc respondit: Ecce concipies & paries filium: caue ne vinum bibas, nec ficeram, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer Nazareus Dei ab infantia sua, ex utero matris suae usque ad diem mortis suae. 8. Orauit itaque Manue Dominum, & ait: Obsecro Domine, ut vir Dei, quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est. 9. Exaudivitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum Angelus Dei uxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quae cum vidisset Angelum, 10. festinavit, & cucurrit ad virum suum: nuntiavitque ei dicens: Ecce apparuit mihi vir, quem antè videram. 11. Qui surrexit, & secutus est uxorem suam: veniensque ad virum, dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit: Ego sum. 12. Cui Manue: Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis ut faciat puer? aut à quo se observare debet? 13. Dixitque Angelus Domini ad Manue: Ab omnibus quae locutus sum uxori tuae, abstineat se: 14. & quidquid ex vinea nascitur, non comedat: vinum & ficeram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei praecipi, impleat atque custodiat. 15. Dixitque Manue ad Angelum Domini: Obsecro te, ut acquiescas precibus meis, & faciamus tibi haedum de capris. 16. Cui respondit Angelus: Si me cogis, non comedam panes tuos, si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quod Angelus Domini esset. 17. Dixitque ad eum: Quod est tibi nomen, ut, si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? 18. Cui ille respondit: Cur quaeris nomen meum, quod est mirabile? 19. Tulit itaque Manue

Manue haedum de capris, & libamenta, & posuit super petram, offerens Domino, qui facit mirabilia: ipse autem & vxor eius intuebantur. 20. Cumque ascenderet flamma altaris in caelum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cum vidisset Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram, 21. & vltra eis non apparuit Angelus Domini. Statimque intellexit Manue Angelum Domini esse, 22. & dixit ad uxorem suam: Morte moriemur, quia vidimus Deum. 23. Cui respondit mulier: Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis haec omnia, neque ea quae sunt ventura dixisset. 24. Peperit itaque filium, & vocavit nomen eius Samson. Crevitque puer, & benedixit ei Dominus. 25. Coepitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

VERS. I. ANNI 40. QUADRAGINTA ANNIS.] Tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis. Hos quadraginta annos, ab annis Iudicum separant Melchior Canus & Serarius. Verum in illis istos includi ostendi. c. 3. Idem liquet ex hoc cap. & sequenti, ubi narratur quod tempore Samsonis Iudicis Philisthaei oppresserint Hebraeos. Ergo cum annis Samsonis concurrunt, in istos includuntur anni oppressionis Hebraeorum. Licet enim Samson in vita sapienter Philisthaeos ceciderit, non tamen eorum iugum ab Hebraeis profus abtulit nisi in morte, cum principes eorum secum ruina domus occidit & sepelevit. Vnde Angelus signatè de eo hic ait v. 5. incipiet liberare Israël de manu Philistinorum. Et rursum c. 15. 20. de eo dicitur: Iudicavitque Israël in diebus Philisthim (quibus scilicet Philisthini dominabantur Israël) viginti annis.

Ex dictis liquet hos 40. annos cepisse viginti annis antequam Samson esset Iudex, ac durasse per 20. annos, quibus Samson fuit Iudex, atque finiti in eius morte. Moriens enim secum oppressit omnes Philistinorum Principes cum tribus Philisthaeorum millibus: quate tunc planè vires eorum infregit, ac iugum eorum ab Israël abtulit. Coeperunt ergo hi 40. servitutis anni anno sexto Abesan, ac sequenti anno septimo eiusdem natus est Samson; nam post ceptam, imò propter ceptam servitutem natum esse Samsonem liquet ex verbis Angeli v. 5. Ipse incipiet liberare Israël de manu Philistinorum. Ergo Samson factus est Iudex anno decimo nono servitutis, ac viginti annis fuit Iudex: quare mortuus est anno aetatis 39. qui servitutis Hebraeorum fuit quadagesimus & ultimus. Ita Sallianus, Tornellus & alij, licet Serarius Samsoni det annos vitae dumtaxat 34. vel 35. scilicet totidem quot vixit Christus, cuius ipse erat figura & typus.

Quare minus verè Eusebius in Chron. Lyran. Abul. & Genebr. hos 40. annos ita numerant, ut coeperint cum principatu Samsonis, ac toto eius tempore durarint per 20. annos, atque deinde per alios viginti annos durarint sub Heli Pontifice & Iudice, qui Samsoni successit. Nam ut dixi hi quadraginta anni coeperunt ante natiuitatem Samsonis. Idè enim ipse natus est ut servitutem hanc excuteret. Adde annos vitae eius 19. exactos antequam ipse fieret Iudex, & 20. quibus fuit Iudex, habebis annos 40. servitutis, quos quaerimus.

DE STIRPE DAN.] Hae enim tribus contermina erat Philisthaeis inuasoribus, ideoque prima eorum rapinas sentiebat: quare ex ea à Deo electus fuit Iudex & vindex Samson: fuit ergo ipse Danita. Vnde de eo vaticinans Iacob Genes. 49. Cornel. in Iudicum.

A 17. ait: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, ut cadat assessor eius retro. Vide ibi dicta.

MANVE.] Hic fuit pater Samsonis Iudicis, ad hoc à Deo electus ob suam & vxoris virtutem, religionem & pietatem, vnde meruit cum Angelo colloqui, atque ex sterili vxore hunc filium Israël liberatorem virtute diuina procreare. Sic alij Prophe- te virique magni nati sunt ex parentibus sterilibus, ut Isaac, Ioseph, Samuel, Ioannes Baptista, &c. ut ostenderetur eos à Deo datos mundo ad ipsius salutem, ac essent typus Christi ex Virgine nascuturi: quare hi non tantum parentum, quam Dei fuere proles & filij: Hinc Manue Hebr. מנחם Manoach, idem est quod Noach sive Noè, id est requies: sicut enim Noè requiem dedit mundo ab vniuersali cataclysmo sive diluuiio, iuxta illud Genes. 6. 29. Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. Sic Manue per Samsonem filium consolatus est Israël, dans ei quietem à vexatione Philistinorum. Ex nomine ergo videtur Manue fuisse vir quietus, placidus, bonus & benignus. Audi Iosephum lib. 5. c. 10. Manoches quidam vir inter Danitas optimus, & patria sua sine controversa princeps, uxorem habuit eximia pulchritudine suspiciendam supra omnes eius aetatis feminas: ex qua cum nihil liberorum susciperet, agere serens orbitatem in suburbanum suum, quod erat in campo magno, cum vxore ventitans, crebris precibus sollicitabat Deum, ut daret sibi liberos. Falsum ergo est, quod idem subdit, Manue fuisse vxoris suae valde zelotypum.

Et S. Ambros. epist. 70. Pater, inquit, illi (Samsoni) erat de tribu Dan, timens Deum, haud ignobili genitus loco, praestans ceteris. Mater verò sterilis, sed virtutibus animi haud infecunda, quae propria hospitio mentis receperat visionem Angeli. R. Abraham in lib. Iuchasin ait, nomen matris fuisse Haiseli cophunich, eamque prognatam ex tribu Iuda.

CAVE ERGO NE BIBAS VINVM AC SICE- VERS. 4. RAM.] id est omne quod inebriare potest. Causam subdit:

QUIA CONCIPIES ET PARIES FILIVM, VERS. 5. CUIVS NON TANGET CAPVT NOVACVLA: ERIT ENIM NAZAREVS (id est separatus & consecratus) DEI AB INFANTIA SVA, ET EX MATRIS VTERO, ET IPSE INCIPIET LIBERARE ISRAEL.] q. d. Deus destinauit Samsonem filium ex te nasciturum liberatorem Israël, ideoque vult iubetque eum esse Nazareum, id est sibi dicatum ab utero per omnem vitam: quare pariter iubet tibi, quae es mater eius futura, ut vino & ficeram abstineas quamdiu eum utero gestabis, & iam natum lactabis, ne scilicet ipsum alas & laces, inficialque vino & ficeram à te hausto, cum velit ipsum esse Na-

Viri magni ex sterilibus nati, cur?

Manue idem quod Noè.

zaræum, qui iis omnino abstinere debet. Vide dicta Numer. 6. Samson ergo fuit Nazaræus per omnem vitam, mater verò eius non fuit Nazaræa, sed tantum vino & sicera abstinere debuit toto tempore conceptionis & lactationis eius, ne Nazaræatum eius infringeret. Samuel & Samson, inquit S. Hieron. lib. 2. contra Iovin. vinum & sicera non bibunt. Erant enim filij reprobationis, & per absterentiam ieiunium, concepti. S. Basil. homil. de ieiunio: Quid fortissimum Samsonem inespugnabilem reddidit? Nomen ieiunium, per quod in matris utero conceptus est ieiunium concepti, ieiunium nutrit: ieiunium formam efficit: Quod sane Angelus matri precepit, monens, quacumque ex vite procederet, ne attingeret, non vinum, non sicera miberet.

CVIVS NON TANGET CAPVT NOVACVLA.] Dices: id non videtur verum, nam Dalila rotundie capillos Samsonis mariti sui. Respondeo hoc fecit Samsoni dormienti & invito fraudulenter & hostiliter, vt cum capillis æquè ac viribus spoliatum proderet & traderet Philisthæis: hic autem iubet Angelus, vt nec Samson, nec parentes ronciant vel radant caput Samsonis, eò quod Deus velit eum esse Nazaræum, cuius consecratio & sanctitas consistebat in coma integra & intonsa. Mandatum ergo hoc est rei faciendæ, non oraculum rei futuræ. Causa fuit, quod proluxi capilli signum sint pulchritudinis, maiestatis, venerationis, terroris, austeritatis, consecrationis, vti hic in Samsoneliquet.

ERIT ENIM NAZARÆVS DEI AB INFANTIA SVA, ET EX MATRIS VTERO.] Hinc nonnulli putant Samsonem fuisse sanctificatum in utero. Nazaræus enim idem est quod separatus & consecratus Deo. Sed perpetam. Nam iubetur Samson esse Nazaræus ab utero, ita vt in utero non sugat succum ex vino & sicera à matre haustum ac proinde vt mater iis abstineat, vt hac ratione Deo dicitur quasi Nazaræus legis veteris, non autem sanctificatur in utero. Fuit ergo Samson Nazaræus, hoc est primò separatus à ceteris Iudæis. Secundò, coronatus coma sua. Tertio, consecratus Deo; vnde fuit typus Christi & religiosorum noui testamenti, vti fusè ostendit Hieron. Plat. lib. 2. de bono status religiosi cap. 19. Tropol. discant hic parentes filios quos à Deo acceperunt ipsi reddere: Fidens, ait ad Lætam S. Hieron. loquor accepturam te filios, que primum factum Domino reddidisti. Ista sunt primogenita, que offeruntur in lege. Sic natus est Samuel: Sic ortus Samson est: Sic Ioannes Baptista ad introitum Maria exultauit & iust.

ET (id est quia) IPSE INCIPIT LIBERARE ISRAEL DE MANV PHILISTHINORVM.] Ideo volo eum esse Nazaræum, id est mihi dicatum, quia per eum quasi meum volo liberare Israël à seruitute Philisthinorum. Hinc discit absterentiam à vino & sicera facere homines non tantum sanctos, sed & sanos & robustos, vti fecit Samsonem; hic enim robur suum hausit à Nazaræatu, cuius præcipua lex erat abstinere vino, & alere comam. Quocirca Samson fuit typus Christi, de quo scriptum est: Quoniam Nazaræus vocabitur. Vnde & Christi ortus ab Angelo Gabriele fuit prænuatiatus, sicut & ortus Samsonis. Nota rō incipit, quia plenè & perfecte Samson in vita non liberauit Israelitas, sed tantum inchoatè: Nam non vno prælio Philisthæos planè prostravit, vti fecere alij Iudices, sed pluribus minutis cladibus eos cecidit & debilitauit, donec

Samson Nazaræus tripliciter.

in morte Principes eorum secum ruina domus oppressit; tunc enim plenè videtur eos enervasse, sed ita vt paulò post resumptis viribus rursus sub Samuele Hebræos afflixerint.

VIR DEI VENIT AD ME.] Nesciebat esse Angelum, sed putabat esse Prophetam. Porro sicut Angelus hic primò apparuit matri Samsonis, deinde patri; sic Gabriel Archangelus primò apparuit B. Virgini, nuntians ei Verbi Incarnationem, vtpote quæ virgo partitura erat, deinde Iosepho eius coniugi.

QVEM CVM INTERROGASSEM.] Chald. & Recentiores contrariè vertunt: Non interrogauit eum, quia legunt *lo per Aleph*, id est non. Noster autem meliùs cum Septuag. legit *lo per va*; id quod notatur in margine, quod Hebræi vocant *Key vkerib*, id est *lectio & scriptio*, scilicet differens & diuersa. Nam matrem interrogasse Angelum de nomine patet ex eo quod subdit: *Noluit mihi dicere.*

FACIAMVS TIBI HÆDV M DE CAPRIS] pro genitum, id est hædum caprinum tenerum & iuueniculum. *hædum* est ambiguum: significat enim & cibos epulæque parare, & sacris operari, siue hostiam Deo cædere & incendere. Quare Manue per *hædum* explorare volebat quis esset qui secum loquebatur, homine an Deum, vel Angelus Dei. Si enim permitteret sibi sacrificium offerri, certum erat ipsum esse Deum; sin id abnueret, & cibum tantum sibi apponi cuperet, certum erat eum esse hominè. Vnde Angelus vtrumque reculans respondit: *Si me cogis, inuitando & vrgendo, non comedam panes tuos*, quia sum Angelus, qui cibo non visibilis, sed inuisibilis vescor, vt aiebat Raphael Tobæ c. 12. 19. *Si autem vis holocaustum facere, offer illud Deo, non mihi, qui Dei sum Angelus.*

CVR QVÆRIS NÔMEN MEVM, QVOD EST MIRABILE? Hebr. *mi*, quod & mirabile significat, & arcanum, vt veritè Chald.

Nonnulli putant nomen Angeli huius fuisse *pele*, id est admirabilis. Verum falluntur: Angelus enim recusat nomen suum edicere, eò quod sit admirabile & dictu ineffabile. Ita Noster, Septuag. & alij.

Porro S. August. hic quæst. 52. 53. 54. opinatur Angelum hunc dictum *pele*, hoc est admirabilem, esse Christum. Hic enim est *magni consilij Angelus*, vt vertunt Septuag. Isaiæ 9. v. 6. ideoque *admirabilis*, vt ait ibidem Isaias: hinc in flamma cum victima sacrificij ascendit in cælum, quia significabat Christum hominem factum non accepturum sacrificium, sed ipsum fore victimam, & sacrificium. Verum certum est Angelum hunc propriè fuisse Angelum, typicè autem representasse Christum. Vnde & in *pele* additur *iod*, diciturque *pele*, vt significetur Christi nomen fore *Iesus*, cuius prima littera est *iod*, ait Leo Castrius in Isaiæ c. 9.

Quæres, Cur Angelus hic ait suum nomen esse *pele*, id est admirabile? Resp. primò, quia Angelicum sunt puri spiritus non habent nomina vocalia & corporalia, sed mentalia & spiritualia, quæ homini sunt incognita & noua, ideoque admirabilia. Loquuntur enim Angeli sibi inuicem, & se mutuo compellant appellantesque per signa spiritualia, putà per conceptus mentis, quos ei cui loqui volunt ostendunt & patefaciunt. Quare Angeli dum apparent & nomina assumunt, vt vocentur Michael, Gabriel, Raphael, non ea assumunt quasi ea sint ipsis propria, quibus in cælo vocentur & compellen-

pellentur; sed vt per ea innotescant hominibus, A etique suggerant nomen, quo ab eis vocari & inuocari possunt. Hinc Raphael vocatur quasi medicus Dei, quia Tobiam curauit à cæcitate: Gabriel quasi fortitudo Dei, quia pro populo Dei fortiter pugnavit Daniel. 10.

Secundò, nomen Angeli est admirabile significatione, quia significat Angeli naturam ac dotes, præsertim gratia & gloria, quæ hominum captam superant, ideoque eis sunt admirabilia.

Tertio, nomen Angeli huius fuit admirabile efficacitate, quia ipse efficax fuit in operando magna, stupenda & admirabilia; vnde explicans subdit, *qui facit mirabilia*. Angelus enim hic mira vi & quasi miraculo ex petra elicit ignem, quo hædus Manue Deo sacrificaretur. Rursum mira nuntiauit de Samsonè ex sterili matre nascituro, quodque ipse futurus esset Nazaræus, ideoque iudex & vindex Israelis: ipse quoque admirandam istam fortitudinem procurauit Samsoni ad patrandum opera heroica, quæ mox audiemus. Denique ipse in flammâ illæus ascendit in cælum, & corpore suo in elemento (de quibus illud compegerat & assumpserat) resolutio euanuit, quæ omnia Manue & vxori eius erant admiranda. Quartò, nomen Angeli fuit admirabile representatione. Angelus enim hic primò representabat Deum, cuius erat nuntius; sicut legatus representat personam sui Principis, à quo mittitur. Deus autem, Deique nomen est admirabile, vtpote significans admirabilem eius Deitatem, virtutem, potentiam & gloriam, iuxta illud Psal. 8. 1. *Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra*? Mirabilis enim est, omnemque Angelorum & hominum intellectum superat Dei essentia, maiestas, sapientia, bonitas, operatio, ceteraque eius attributa, vtpote immensa & infinita.

Secundò, Angelus hic representat Christum, cuius admirabilis fuit incarnatio, natiuitas, vita, sanctitas, doctrina, opera, miracula, mors, resurrectio, ascensio, missio Spiritus sancti, qui proinde admiranda per Apostolos operatus est, adeoque totum mundum ad se conuertit, ac iudices per fideles suos similia operatur. Quare qui magna & mira ad Dei gloriam animo destinati, inuocet Angelum *pele*, inuocet Christum, cuius nomen est *admirabilis*, vt per se operetur magna & mirabilia. Ita S. August. de dicta Isaiæ 9. 6. Hinc & B. Virgo Christi genitrix vocatur & inuocatur à fidelibus *Mater admirabilis*, hicque titulus ipsi est gratissimus, vti ipsamet cuidam viro sancto reuelauit: quia ipsa fuit mater & virgo, mater Dei & hominis, mater creatoris, adeoque mater sui Patris, quia genuit eum, à quo genita est, &c. Quæ omnia sunt stupenda & admirabilia.

Porro Dauid Chytræus opinatur quòd à *pele* dicta sit Pallas Dea sapientiæ apud Gentiles. A *Peli*, inquit, *Græcorum Palladem Deam sapientiæ & doctrinæ, ex cerebro Iouis natam, nomen accepisse magis consentaneum est, quam à πῆλον seu vibranda hasta. Non enim dubium est, doctrinam Ecclesie de filio Dei, æterna sapientiæ, ex lehoua mente ab æterno genita, & caput Gorgonis seu draconis diaboli à se contritum ostentante. Coloss. 2. ab Ethnicis depravatam & in Palladis idolum conuersam esse. Verum hæc noua Nouatoris sunt commenta, si non figmenta; esto enim res in se non sit absurda, nomen tamen distonat. A *Peli* enim dicenda fuisset *Pelias*, non Pallas.*

Cornel. in Iudicum.

Denique probabiliter opinatur Serarius hunc Angelum *pele*, id est admirabilem fuisse S. Michaelem (hic enim olim erat Protector Synagoga Hebræorum, cui præfuit Samson, sicut nunc est Ecclesie Christianorum) qui cum superbo Lucifero confligens, Dei maiestatem & nomen admirans, humiliter dixit *מִי כֵּן מִי כֵּן מִי כֵּן*, id est, *quis sicut Deus?* ideoque eum cælo deturbans eius locum occupauit, sua humilitate factus omnium Angelorum Princeps, sicut Lucifer sua superbia factus est demonum caput, & imus in inferno, nec tantum Angelorum, sed & hominum. Audi Serarium docentem Michaelis nomen & inuocationem mirè valere contra omnes tentationes. Age, inquit, proponatur tibi flagitium quodlibet, statimque animo succurrat, Deum illud vetare: Numquid tu illud admittes? Nonne te ab eo statim hæc abducat cogitatio: *Quis sicut Deus?* Titillet te voluptas & illecebra quælibet. At *quis sicut Deus?* Terreat te potens ac formidabilis quispiam. At *quis sicut Deus?* Tibi parentes, propinqui, & sodales cordi sint. At *quis sicut Deus?* in omnibus denique peccatorum occasionibus, inuitantis ac lenocinis prodest semper plurimum Michaelis nomen, id est Dei probubentis, benignitate tanta nos prosequens, præmia æterna promittentis, gehennâ perpetuam minitantis, omnia semper & vbique intuentis, omnium ab omnibus rationem reposcentis, comparatio cum fructu & delectatione; quæ inanis & fallax è peccato quaeritur; & cum quolibet, aut demone aut homine, nos ad ambitionem, superbiam, iracundiam, vindictam, ebrietatem aliudue quodcumque scelus aut flagitium hortante ac pelliciente.

TVLIT ITAQVE MANVE HÆDV M DE CAPRIS.] id est hædum tenerum, adhuc lactentem & fugentem vbera capræ matris suæ (hoc enim significat de capris) eumque macrauit, excoctauit, coxit, & ad Angelum attulit, vt is si Propheta esset inde comederet; sin esset Angelus Deo offerret, vti ipse dixerat v. 16.

ET LIBAMENTA.] Hebr. מִנְחָה *Mincha* (quod alludit ad nomen *Manoach*, id est Manue: omnes enim vtrobiq; litteræ sunt eadem: Manue enim hic obtulit Deo *Mincha*) id est vinum, oleum; panem vel farinam, quæ homini in conuiuio, æquè ac Deo in sacrificio libari, id est ad cornu altaris effundi vel cremari solebant.

ET POSVIT SVPER PETRAM OFFERENS DEO QVI FACIT MIRABILIA.] Offerens, non tam per se, quam per Angelum. Angelus enim hic functus est officio sacerdotis, & sacrificauit dum igne è petra elicit, quo hædus caro Deo sacrificaretur & combureretur. Vnde Vatab. & Rabbini pro *qui facit mirabilia*, vertunt *mirificabit facere*, scilicet Angelus, hoc est fecit miraculum, quia ex petra elicit ignem. Manue verò fuit quasi eius minister, & diaconus, dum hædum macrauit, coxit, & cum libamentis in petra posuit, vt ab Angelo Deo cremarentur. Vnde sequitur:

IPSE AVTEM ET VXOR EIVS INTVEBANTVR.] Simile protus fecit Angelus cum Gedeone, carnes ab eo allatas & petræ impositas miraculoso igne à se producto consumens, Deoque sacrificans, vti audiuimus cap. 6. Deo enim dispensante non tantum Angelus, sed & Manue laicus ex tribu Dan, non Leui, sacrificare poterat etiam extra Tabernaculum.

O 3

CVM-



VERS. 20. CVMQVE ASCENDERET FLAMMA ALTARIS (ab Angelo è petra, quæ erat hîc loco altaris, tactu baculi siue scipionis, quem manu gœbat, elicita ad comburendum holocaustum) IN CÆLVM. ANGELVS DOMINI PARITER IN FLAMMA ASCENDIT, vt se non hominem Prophetam, sed Angelum esse ostenderet, ideoque à flamma illâsum in cælum, è quo venerat, redire, seque mysticè repræsentare Christum, qui immolans se in ara crucis per flammam tum amoris, tum doloris tertio die à morte surrecturus, & 40. die in cælum gloriôsè erat ascensurus. Ita S. August. Rursum quòd ipse in sacrificio Eucharistia per flammam charitatis iugiter incruentè immolandus, & manducandus foret sub speciebus panis & vini, sed ita vt speciebus in stomacho consumptis, ipse vitus & illâsus euanesca, & in cælum quasi ascendat. Vnde S. Andreas Apostolus ad Ægeam Tyrannum: Ego, inquit, omnipotenti Deo, qui vnus & verus est, immolo quotidie non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum in altari, cuius carnem postquam omnis populus credentium manducauerit, Agnus qui sacrificatus est integer perseruauit & viuus.

VERS. 22. MORTE MORIEMVR QVIA VIDIMVS DEVM, id est Angelum Domini, vt præcessit. Angelus enim repræsentabat Dominum, sicut legatus repræsentat Principem, à quo mittitur, videbant ergo Deum in Angelo, vel certè Angelum esse Deum putabant, ait S. Aug. Hebr. enim Elohim & Angelum & Deum significat. Porro illo æuo communis hominum sensus & timor (licet inanis & vanus) erat, cum qui vidisset Deum vel Angelum illico moriturum, ob causas, quas recensit cap. 6. 22.

VERS. 24. ET VOCAVIT NOMEN EIVS SAMSON,] Vocauit, scilicet mater pariens, vt patet ex Hebræo, sed inspirata à Deo: Nam Samsoni nomen hoc inditum fuisse à Deo docet S. Chrysost. hom. 18. in Ioannem. Samson Hebr. idem est quod Sol letitie, שמש שמחה, id est Sol, & שמש Sason, id est gaudium, lætitia; vel potius Samson, id est paruus sol, soliculus, solillus. Est enim nomen diminutiuum à Scemes, id est sol, sicut ab שמש sish, id est vir, diminutiue dicitur שמשן ison, id est virunculus, & אבן שבת sabbat, שבתון sabbathon, id est sabbatum, hoc est paruuum sabbatum. Vocauit ergo filium Samson, id est soliculum, vt hoc nomine quasi omne qualis futurus esset indicaret. q. d. Israëli in tenebris luctus & microris ob seruitutem & oppressionem Philistinorum constituto Deus orti fecit nouum solem, putà Samsonem, qui sua virtute & fortitudine has tenebras dispellat, & nota nos libertatis, lætitiæ & felicitatis luce perfundat & recreet. Hinc Samson fuit typus Christi, qui est sol iustitiæ iuxta illud Zachariæ: Visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Lucæ 1. & illud Malach. 4. 2. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ & sanitas in pennis eius. Et Isaias c. 9. 2. ac ex eo Matth. c. 4. 1. Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam; & sedentibus in regione umbrae mortis lux orta est eis. Ita S. Aug. Beda, Arias, Serarius, & alij. Porro Arias: Samson, ait, idem est quod sol dirueas, vastans & populans, scilicet Philisthæos: שמן samam enim est diruere, populari. Denique Talmudici in Suta c. 1. asserunt Samsonem à Deo nominatum, illum siquidem Psalmo 83. vers. 12. vocari Schemes & magen; id est solem & scutum. Nam liquet Samsonem etiam in generatione temporeque suo fuisse Israëli scutum.

Samson idem quod paruus sol.

A Sic Cyrus fuit sol Persidis, vt ostendi Isaiæ 41. 1. Et S. Columbani matri visum est se parere solem, cum ex eo esset grauida.

Chaldaicè verò Samson idem est quod ministerium vel minister, scilicet Dei ad magna miracula opera patrandum: semes enim est ministrare, ait Pagnin.

ET BENEDIXIT EI DOMINVS,] suis bonis & donis eum cumulando, ac præsertim heroica animi & corporis fortitudine eum donando, vt quotidie in ea cresceret ad Philisthæos profligandos.

COEPITQVE SPIRITVS DOMINI ESSE CVM EO IN CÆSTRIS DAN INTER SARAA ET ESTHAOL,] id est in loco, qui postea c. 18. v. 12. ab euentu vocatus est castra Dan, situsque erat inter Saraa & Esthaol, nam Hebræi tunc non habebant castra, vt pote oppressi à Philisthæis. Hebr. est. Cæpit spiritus Dei שמשן lepaamo, id est per vices eum agitare, excitare & impellere, scilicet ad ardua audenda & molienda. Vnde deinceps quotiescumque narratur Samson aliquid eximium aggredi, præmittitur: Spiritus Domini irruit in Samson. Hinc notat S. Ambros. in illud Lucæ 1. 17. Ipse præbit in spiritu & virtute Elia, hæc duo, scilicet spiritum & virtutem siue fortitudinem semper esse coniuncta. Nam omnis fortitudo tam ad ardua agendum & aggrediendum, quam ad dura patiendum, est à spiritu, quem nobis aspicit Spiritus S. Ille ergo affiduè nobis inuocandus est. Sic Ioannes Baptista dicitur habuisse spiritum & virtutem Elia; & Gabriel dixit B. Virgini: Spiritus S. superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, Lucæ 1. & Christus Apostolis Act. 1. ait: Accipietis virtutem Spiritus S. superuenientis in vos. Vbi vides semper virtutem iungi & tribui Spiritui S. Quocirca Septuag. hoc loco vertunt: Cæpit cum eo spiritus proficisci, eum comitari, & quasi pedagogus deducere, atque ad actus heroicos extimulare: Chald. Mansit spiritus fortitudinis à Domino ad roborandum eum R. Radac. Incepit propheta illi venire vice prima. Idem rursus sic: Cæpit propheta spiritus eum pulsare, & quasi timuit ei facere, quasi ante ipsum aliquod foret tintinnabulum. Caietan. Cæpit eum spiritus agitare signo aliquo sensibili, quod tamen quale fuerit scriptum non est. Arias: Cæpit spiritus Domini impellere eum, ita scilicet vt feliciorum temporum fortasse memor, & presentium pertæsus, animo diuinitus excitato, de Israëlicarum rerum correctione & restitutione, deque hostium damno & labefactione cogitare cœperit.

Denique audi S. Ambros. epist. 24. ad Vigilium: Cùm diuturna inuitia longe subiectionis ita essent depressa Hebraorum pectora, vt nullus virili ingenio ad libertatem animos tollere audeat, ortus est illis Samson diuino oraculo predestinatus, magnus vir, nec in pluribus numerandus, sed in paucis præstantissimus, & quod sine vlla controuersia sit, viribus corporis omnium facile primus; eoque ingenti admiratione nobis spectandus à principio; non illi quæ temperantia & sobrietatis iam inde à pueritia vini abstemius præclara insignia dedit, nec illa quæ in omni capite Nazareus sacra diu seruaui custodia; sed ab adolescentia, quæ in aliis etas mollior, in hoc egregia atque supra humanum modum perfecta virtutis stupenda facinora effecit, quibus diuini oraculi mox aperuit iudem quòd non perfunctoriè tanta eum antecesserit gratia, vt descenderet Angelus, per quem ortus eius præter spem parentibus annunciaretur, futuri regiminis & præsidium suis. Nam grauius iam diu Palestinorum imperiis afflictabantur. Et initio lib. de Spiritu S. Samson diuina promissione generatus spiritum comitantem habebat. Sic enim legitur: Quia benedixit eum Dominus, & cæpit spiritus Domini comitari

comitari cum eo in castra. Sic verò Aug. de Temp. ferim. 107. Vbi erat potentissima illa fortitudo nisi in eo quod Scriptura dicit: Incedebat cum illo spiritus Domini. Ad Domini spiritum pertinebat illa fortitudo. In Samson vas erat: In spiritu plenitudo erat. vas impleri & exinaniri potest.

Porro Samson, ait Euseb. in Chronico, similia vel eadem fecit quæ Hercules, imò non alium fuisse Gentilium Herculem, quam Hebræorum Samsonem docet noster Gaspar Sanchez in Minores Prophetas pag. 805. ac fabulas de heroicis gestis Herculis ex Samsonis historia esse petitas, de

A quo plura capite decimosexto in fine INTER SARAA ET ESTHAOL.] R. Ale in tract. Suta. cap. 1. asserit hos duos esse magnos montes, quos Samson euulserit, & manibus suis contriuerit instar molæ, sed hæc ridicula sunt Rabbinum figmenta: Sunt enim hæc duæ vrbes (non montes) terminales, quæ tribum Dan à tribu Iuda determinant, vt patet Iosue 15. 33. 2. Efdra 11. 29. ac inter eas natus & sepultus est Samson.

Porro Saraa, Hebr. idem est quod lepra, Esthaol idem quod postulatus, aut ignis, vel vxor stultitia, ait Pagnin. in nom. Hebr.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Samson impulsu Dei postulat uxorem Philisthaam, ad quam vadens leonem obuium discerpit, in cuius ore post aliquot dies reperit examen apum & fauum mellis. Inde vers. 10. in nuptiali suo conuiuio, sodalibus proponit hoc anigma: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quod cum illi soluere nequirent, per uxorem à Samson solutionem extorquent, eamq. Samsoni edicunt. Quare ille triginta sindones triginta Ascalonitis occisis ereptas eis ex pacto persoluit, ac in uisum domum redit.

1. Descendit ergo Samson in Thamnatha, vidensque ibi mulierem de filiabus Philisthiim, 2. ascendit, & nuntiauit patri suo, & matri suæ, dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum: quam quæso vt mihi accipiatis uxorem. 3. Cui dixerunt pater & mater sua: Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere uxorem de Philisthiim, qui incircumcisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum: Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. 4. Parentes autem eius nesciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthiim. eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israëli. 5. Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Thamnatha. Cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei. 6. Irruit autem Spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quassit hœdum in frustra discerpens, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. 7. Descenditque & locutus est mulieri, quæ placuerat oculis eius. 8. Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis. 9. Quem cum sumpisset in manibus, comedebat in via: veniensque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt, nec tamen eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis assumpserat. 10. Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium. Sic enim iuuenes facere consueuerant. 11. Cùm ergo ciues loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta vt essent cum eo. 12. Quibus locutus est Samson: Proponam vobis problema: quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas: 13. sin autem non potueritis soluere, vos dabit mihi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei: Proponere problema, vt audiamus. 14. Dixitque eis: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. nec potuerunt per tres dies propositionem soluere. 15. Cumque adesset dies septimus, dixerunt ad uxorem Samson: Blandire viro tuo, & suade ei vt indicet tibi quid significet problema. quod si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. an idcirco vocastis nos ad nuptias vt spoliaretis? 16. Quæ fundebat apud Samson lachrymas, & querebatur, dicens: Odisti me, & non diligis: idcirco problema, quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit: Patri meo & matri nolui dicere: & tibi indicare poterò? 17. Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum: tandemque die septimo cùm ei esset molesta, exposuit. Quæ statim indicauit ciuibus suis. 18. Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum: Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. 19. Irruit itaque in eum Spiritus Domini, descenditque Ascalonem, &

percussit ibi triginta viros, quorum ablatas vestes dedit iis qui problema soluerant. Iratusque nimis ascendit in domum patris sui: 20. vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

VERS. I. DESCENDIT ERGO SAMSON IN THAMNATHA. Thamma, inquit Adrichomius pag. 24. Thammata, Thamnata, & Thenina est in via inter Ptolemaidam & Gazam, & eade via progrediendo veniunt in Accaron & Geth. Hic oves suas torondit Iudas. Ciuitas Philisthinorum, iuxta quam Samson discepit & laceravit leonem, atque inibi duxit vxorem ex Philisthis, quam ceperunt Philisthai. Munita est postea hac vrbs a Bacchide.

Thamnata ergo erat oppidum in confinio trium tribuum, scilicet Iuda, Dan & Ephraim, versus mare Mediterraneum, inter Ptolemaidem & Gazam in finibus Diopoleos, ait S. Hieron. quod in sortem suam accepit tribus Iuda. Iosue 15. 17. sed Iudaeis eripuerunt Philisthai, vt patet ex hoc capite, idque disertè asserit Iosephus: recuperarunt illud postea Iudaei, vt patet 2. Paral. 29. 18. Iudaeis iterum illud extorserunt Philisthai tempore Achaz Regis Iuda, vt ibidem dicitur.

VERS. 3. HANC MIHI ACCIPE, QVIA PLACVIT OCVLIS MEIS. non tantum quia pulchra, sed & quia occasio mihi erit inuadendi Philisthaeos, itaque ordiendi meum liberatoris Hebraeorum officium, ad quod me Deus destinat, vt patet ex seqq.

VERS. 4. QVOD RES A DOMINO FIERET. Hinc patet Samsonem non peccasse, quod contra legem petierit vxorem Philisthinam, quia id fecit Deo impellente, ac proinde in lege sua dispensante: alioqui matrimonia haec cum infidelibus, aeque ac cum haeticis communiter sunt periculosa & noxia, vt fusè docet S. Ambros. epist. 24. idque suo malo expertus est Samson qui hic, vt & in aliis, fuit typus Christi, qui Ecclesiam ex Gentibus sibi despondit repudiatis Iudaeis. Vnde S. Ambros. epist. 70. iuxta editionem veterem, quae in editione Romana extat lib. 3. epist. 24. ad Vigilium, & lib. 1. de Abraham cap. vlt. habet per insignia axiomata haec: *Primo, in connubio religio queritur. Secundo, non potest congruere charitas, si discrepet fides. Tertio saepe illecebra mulieris decipit etiam fortiores maritos, & a religione fecit discedere.* Vnde concludit: *Causa Christiane gentili aut Iudaei filiam tuam tradere: Causa gentilem, aut Iudaeam aut alienigenam, hoc est haeticam, & omnem alienam a fide tua vxorem accersas tibi.*

Vide Apostolum 2. Cor. 6. 14. vbi multis haec matrimonia cum infidelibus dissuadet. Vnde S. Iuliana Gentili diuiti eam coniugem ambiendi generose respondit: *Tuum matrimonium est societas cum inferis, & sepulchrum positum in oculis.* Quocirca Ecclesia matrimonia disparis cultus irritauit, & nulla decreuit.

ET QUARERET OCCASIONEM CONTRA PHILISTHINUM. Samson enim faciebat hoc dilemma. Philisthai vel mihi dabunt Philisthinam vxorem, quam peto, vel negabunt: si negent arripiam occasionem inuadendi eos, eò quod vxorem negando dedecore me afficiant. Si dent, debent mihi meisque Hebraeis esse benigniores, vt pote iam eis affinitate coniuncto, quod si non praesent, erit mihi haec occasio nouae litis, occasio inquam, eos persequendi & damnis afficiendi. Ita S. Ambros. ep. 24. Ignorantes, inquit, parentes, quod in eo intento vergeret, vt Palesthinis aut negantibus infestior foret, aut acquiescentibus affectus inferenda in subditos iniuria demere-

atur, eum ex coniunctione aequalitas par, & gratia consortij iure accresceret; aut si quid offensum esset, longius vitionis studia procederent, quasi alienigenam declinandam arripuerantur.

Addit S. Ambros. Samsonem ineunte iuuentute duxisse vxorem, vt periculum fornicationis, quod iuuenes ob feruorem aetatis subeunt, effugeret. Talibus, inquit, commendatus insignibus, vbi primum adoleuit, coniugio intulit mentem, suae quod vagam ac familiarum adolescentulis abhorret animo lubricae libidinis consuetudinem; suae quia iam causa querebatur, quemadmodum a ceruicibus plebis suae auerteret Palesthinorum potentiam, duraque impenia.

APPARUIT CATVLVS LEONIS SAEVVS ET RUGIENS. Catuli enim leonis grandibus sunt fauiores; tum quia magis famem latrante stomacho, tum quia iuuentus facit eos petulantiores, animosiores & ferociiores. Ita Plinius lib. 3. cap. 16. *Leoni, ait, praecipua generositas tunc cum colla armosq; vestiant iuba. Id enim aetate coningit & leone conceptis.*

IRRUIT (SEPTUAG. INFLUIT) AVTEM SPIRITVS DOMINI IN SAMSON. cum animans & robotans ad inuadendum & occidendum leonem. Vnde sequitur: *Et dilaceravit leonem.* Audi S. Ambr. ep. 24. *Occurrit ei leo ferus de sylua, aggressi libertate sanior. Comes nullus, telum in manibus haudquaquam suppeditabat: cedere pudor, & conscia virtus fiduciam daret. Tunc irruentem in se brauiis amplexus necat, & laceratorum nodo examinatum praeter aggerem supra syluestria gemina proiecit, ac dereliquit. Locus erat lectus pabulis herbose gramine, vineis confusus.*

Hinc patet robor & vires Samsonis non fuisse naturales, sed supernaturaliter illi a Deo inditas: vnde & a capillis eius, Deo ita ordinante, pendebant, vt audiemus cap. sequenti.

Tropol. Leo est res ardua, vt grauis tentatio, quam instar Samsonis inuocato Dei spiritu animose inuadere & superare debemus: occide hunc terrorem leonem, occisus amplius te non vexabit, sicque fiet vt qui prius videbatur leo inuincibilis, iam videatur formica debilis. Talis enim animosis est daemone. Vnde a Iob c. 4. v. 10. & 11. iuxta Sept. vocatur *myrmicoleon*, id est formica leo; si enim eum timeas, sequitur vt leo; si contempnas, erit debilior formica. Hinc Salomon ait Prou. 22. 13. *Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.* Ex aduerso dicebat Alexandro Magno festiue Craterus: *Macte Alexander, pro regno cum leone pugna.* Id ipsum quisque sibi cum daemone pro regno caelesti pugnanti, a Deo dici putet. Saepè, ait Seneca, nos tetrent non res ipsae, sed rerum vmbrae & phantasmata, scilicet nimia difficultatis apprehensio & ponderatio. Quare caecis quasi oculis inuadenda sunt ista imaginationis terculamenta, vt facit leaena, de qua Plinius lib. 8. cap. 16. *Cum pro catulis, inquit, saeta dimicat leaena, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat.*

Porrò primus hic fuit fortitudinis Samsonis actus, quo ceteris maioribus praeluit, ac Philisthaeis terrorem inculsit: qui enim leonem animalium fortissimum lacerarat, quem non laceraret? Tradit Plinius & alij leonis animos viresque infringi, si quis in oculos vultumque eius pallium vestimve aliam iniiciat. Ardor enim & vis eius consistit in oculis,

Leo est in ardua, qui inuadit vt Samsonem.

oculis, qui si velo obducantur, ipse se caecum & caprum putat, itaque se capi & feriri permittit. Atque hoc modo nonnulli leones superarunt & macerant. At Samson nil tale hic fecit, sed leonem videntem & oculatissimum sine gladio vel fuste inermis aggressus, sola manu apprehensum laceravit, vt ostenderet se esse leonibus fortiorem, ac plusquam leonem iruiturum in Philisthaeos.

ET HOC PATRI ET MATRI NOLVIT INDICARE, iuxta modestiae causa; tum quia Dei destinatione & instinctu, ex leone hoc occisus, & melle in eius ore reperito facturus erat aenigma, quod propositurus erat Philisthaeis, cuius solutionem illi facile inuenissent, si leonem ab eo occisum, & fauuum in eo reperitum inaudissent ab eius parentibus. Docet hic Samson, quod qui secretum seruare vult, illud nulli, nec antichristo, vel parenti indicet, dicatque cum Ilaia cap. 24. 16. *Secretum meum mihi. Aristoteles interrogatus, quid omnium esset difficultatissime respondit: Tacere, quae loqui non oportet.* Facilius enim ignitum carbonem ore continuerit quis, quam arcani quidpiam, vt olim dixit Socrates, quae in ignis imitatus lib. 2. de Oratorum Tullius: Magno igitur opere laudandum ac imitandum Samsonis in leonina caede, mellificiique noui monstratione silentium.

VERS. 8. ET ECCE EXAMEN APVM IN ORE LEONIS ERAT AC FAVVS MELLIS. Chald. *In corpore.* Mellis Noster in Septuag. & alij: *in ore.* Solent enim apes ore animalium siue viuorum siue mortuorum delectari; ita tamen vt aliquibus in ore sedentibus ceterae corpori leonis insiderent, vel illud circumuolarent. Hinc apes vix sunt insidere ori Pindari, Platonis & S. Ambrosij, vt melleam eorum facundiam praesignificarent. Quin & ad louem puerum, qui postea factus est Rex Cretae, ac post mortem Deus & Deorum Princeps, apes aduolasse, eiusque os melle implese, itaque eum nutriuisse narrat, vel potius fabulatur Virgil. in fine Georg. Porro solent apes, teste Plinio, Virgilio, Plutarcho, Columella & alij, quos citat & sequitur Vlysses Aldrouandus tract. de apibus, & corpore bouum mortuorum naturaliter nasci, ac Rex apum ex ipso bouis capite, ceterae ex reliquo corpore. Cur non & nasci possint ex cadauere leonis? Quamquam hic non dicitur natae ex leone, sed ori eius insedisse, nimirum circumuolitates per flores campi, in quo erat cadauer leonis, os eius ingressae in eodem fauum construxere, in eoque mel suum de more condiderunt. Denique Deus per Angelum dirigens Samsonem effecit, vt apes ex cadauere leonis nascerentur, vel alibi natae in os leonis inuolarent, ibique mellificarent, ob gesta Samsonis, quae exinde secuta sunt, & ob mysteria, quae per hoc Deus representare volebat, de quibus mox. Sic in Hippocratis Medicorum Principis (vt habet eius vita) sepulchro inuentum est examen apum ad multum tempus mellificantium, item in capite Onesili iam exinanito teste Herodoro.

Apes hominum ori insident.

Allegor. Leo significabat Christum, ipse enim est Leo de tribu Iuda. Genl. 49. & Apocal. 4. & 5. qui sua morte deuicit mortem, peccatum, daemone & Eucharistiae, & examen apum, id est innumera fidelium & sanctorum copia. Ita S. August. cuius verba mox citabo. Porro Abul. & Lyran. has apes è leone natas censent fuisse sordidiores & viliores, quia leonis

grauis est odor & halitus, quem apes munda fugiunt. Sicut in Sardinia mel est amarum, eò quod ibi apes pascantur abinthio, quod est amarum, teste Plinio lib. 21. 13. Verum contrarium censet Serarius & alij: viui enim leonis grauis est halitus, non mortui. Num vile famulo suo mel dedit Dominus? Num suis Samson parentibus, suaeque, vt Iosephus vult sponsae: in animalium generosissimo generosissimas quoque apes fuisse arbitror, & generosissimum a Deo Samsoni datum mel, quod non falsò laudat iuxta vers. 14.

PROPONAM VOBIS PROBLEMA. Hebr. *אניגמה* VERS. 12. *chidda*, id est aenigma; proprie enim fuit hoc aenigma, id est obscura, arcana & intoluta propositio.

DE COMEDENTE EXIUIT CIBVS, ET DE FORTE TI EGRESSA EST DULCEDO. CIBVS, ET DE FORTE TI EGRESSA EST DULCEDO. Ecce hoc est problema, id est aenigma a Samsonem propositum Philisthaeis iuuenibus in conuiuio. Veterum enim mos erat aenigmata & gryphos similes conuiuio in conuiuio, promisso soluenti praemio, proponere, vt ostendi Ecclesiastici 32. v. 4. & 5. Idem patet ex Plutarco. & Athenaeo de canis sapientum: *Non minus, ait lib. 7. Saturn. c. 1. Macrobius, quam dulcedo vini, bislarant verba conuiuio: Et crateri liquoris ad latitiam nati adhibenda non modò Nympharum, sed musarum quoque admisione, temperies.*

In Hebraeo est pulchra Paronomasia: sic enim habet: *De comedente exiuit comestibile.* Sensus est q. d. De leonis ore, qui alia animalia vorare solet, prodiit fauus, qui est cibus suauissimus, ac de forti, id est de eodem leone, qui animalium est fortissimus, egressa est dulcedo, id est mel dulcissimum; nimirum leo a me occisus praebuit mihi mel vt significetur actus heroicis meae fortitudinis parituros mihi & cullibet alteri iustitiam voluptatem, gaudium, felicitatem & gloriam.

Alleg. S. August. serm. 107. de Temp. *De edente, ait, exiuit cibus, & de forti est egressa dulcedo. Quid aliud significat, quam Christum a mortuis resurgentem? De edente vti que, id est de morte, qua cuncta deuorat atque consumit, exiuit cibus ille qui dixit: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi, quem humana exacerbauit iniquitas, etique aceti & fellis amaritudinem propinauit, atque ab ea plebs gentium vite dulcedinem conversa suscepit, ac sic de mortui leonis ore, id est de Christi morte, qui accubans dormiens vt leo, apum, id est Christianorum processit examen.*

Tropol. S. Ambros. lib. de Elia & ieiunio c. 11. legens cum nonnullis codicibus Graecis (qui pro *αγρῆ* habent *αμρῆ*) de tristi exitu dulce, subdit, sed & forte laboriosum est, exit enim dulcedo de tristitia vel labore (vnde & Hebr. *אניגמה* significat durum, acerbum) nam in tentationibus & laboribus superatis, quasi in leonibus interfectis, suauissimi consolationum, gaudiorum & praemiorum faui inueniuntur: quocirca *Christus fauos post sella gustauit*, ait Tertul. Idem fecere Martyres, quorum expressum hic typum exhibet Samson. Sic Paulus gaudet se liberatum de ore leonis, id est Neronis. 2. Timoth. 4. 17. Nimirum *honorum laborum gloriosus est fructus, & quae non concidat radix sapientia.* Sapient. 3. 15. Hoc est *sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* Quocirca S. Ambros. loco iam citato docet amara esse praedoptanda dulcibus, iisque dulcia esse temperanda, ac praesertim epulas ieiunio. *Ipsa, ait, corpora dulcibus frequenter insulantur, & melle recurrenditur: idem tamen esse amaritudinem temperatur. Ideo non mediocriter, sed laudatè questio: De manducante exiuit esca,*

esca, & de forti dulcedo. Alij habent: Et de tristi dulce, A Greci Codices maxime: sed & forte laboriosum est. Exit enim dulce de tristitia vel labore.

Idem Ambros. lib. de Tobia cap. 15, hoc ænigma explicat de elemosyna: De manducante, inquit, exiuit esca, & de forti exiuit dulce. Grecus & de tristi habet. Sic inuenimus. Tamen de forti hoc intelligitur, quia leo fortis esse feritate: & qui ferus tristis. Et de vobis, qui pecuniam deuorastis & auaritiā, exeat misericordia. Hæc est enim esca egenorum. Et de tristi exeat dulce, vt dimittat ei, qui non habet unde soluat.

Analogia apud leonem.

- 1. Poterit inter leonem & apem multæ sunt analogie. Prima, in colore, qui vtrique est fuluus, & in complexionē, quæ vtrique est ardens & cholericā.
- 2. Secundò, in fortitudine, apes enim licet parua suo aculeo omnes fugat. Tertio, in generositate: apes enim generosa est, nec quid impurum patitur.
- 3. Quarto, in industria, qua apes superat leonem: assidue enim laborat conficitque fauos, & in iis mel ac ceram.
- 4. Quintò, in pariendo: Leo enim primò parit quinque catulos, deinde pauciores, ac tandem vnũ, inde nullum: sic & apes initio plures parit apiculas, deinde pauciores & minores, ac tandem nullas. Ita Aldourandus in apē.

VERS. 14. NEC POTERVNT PER TRES DIES PROPOSITIONEM SOLVERE.]

VERS. 15. CVMQVE ADESSET DIES SEPTIMVS.] Videntur hi Philisthæi sodales Samsonis prima die submisisse vxorem Samsonis, quæ ab eo ænigmatis solutionem exquireret, interim & ipsi cogitabant, sperantes se eius solutionem inuenturos: sed cum per tres dies cogitando illam non inuenissent, rursum vrserunt vxorem cum minis, vt à Samson solutionem eliceret: quod cum Samson facere abnueret, tandem die septimo & vltimo totis viribus aggressi sunt vxorem, vt à Samson rem explicaretur, quod ni faceret, minabantur se eam cum domo combusturos. Fecit vxor suorum cuium postulata per septem dies flens, ac tandem die septimo lachrymis & lamentis omnia miscens Samsonis animum expugnauit, vt dicitur vers. 17.

AN IDCIRCO VOCASTIS NOS AD NVPTIAS VT SPOLIARETIS? Sindonibus & tunicis nostris, quas Samson tolle, nisi ænigma eius soluerimus. Pro vt spoliaretis, Septuag. & Vatabl. vertunt: vt pauperes faciatis. Chald. vt possideatis nos, id est vt nostras vestes aucupemini & occupetis.

VERS. 17. SEPTEM IGITVR DIEBV CONVIVII FLEBAT ANTE EVM: TANDEMQUE DIE SEPTIMO, CVM EI ESSET MOLESTA, EXPOSUIT.] Hunc versum exposuit v. 15. quibus adde alteram expositionem solidiorem, scilicet septem diebus, hoc est durantibus septem diebus in certamine hoc propositis, putà die septimo antequàm is finiretur, flebat ante eum assidue: vnde tandem victus Samson eodem die septimo ante solis occasum, ei rem totam exposuit. Non enim primis huius septenarij diebus, sed vltimo & septimo vrserunt eam Philisthæi cum minis incendij, vt solutionem ænigmatis à Samson explicaretur: nam ante diem septimum sperabant ipsi se cogitando solutionem illius inuenturos, & adueniente die septimo, quo multa indicta soluenda erat si ante vespem ænigma non exponeret, desperantes de eius solutione vxorem stimularunt, vt omni ratione & modo illam à Samson extorqueret. Hoc est enim quod paulò ante dictum est v. 15. Cùmque adesset dies septimus dixerunt ad vxorem, &c. Septem diebus ergo flebat, id est in fine

septem dierum, siue die septimo & vltimo flebat. Cum enim spatium temporis nominatur, cuius nulla pars designatur, significatur eius plenitudo siue complementum, vt dixi in Canonibus prohemij. Idipsum docet nos Gaspar Sanchez in Habacuc pag. 1202. litt. B. & Vatabl. Septem diebus inquit, id est vsque ad septimum diem: nam inceperat quarta die flere. Vide hic quàm infidiosa sint lachrymæ mulieris. Verè Cato:

Coniugis irata noli tu verba timere, Instruit insidias lacrymis, dam femina plorat.

QVAESTATIM INDICAVIT CIVIVS SVIS.] Vide hęc vt vxor pròdat maritum Samsonem. Verè Menander: Mulier, ait, etiam cum dicit optima & suavisima, formidanda est vel maxime. Et Antiphanes: Vnum hoc se dicebat mulieri credere, fore vt mortua cum fuerit non reuiviscat: in alijs omnibus, quamdiu viuit, ei nihil credere. R. Iosephus celebris illius Antigoni discipulus in Pirke Avoth cap. 1. Ne inquit, sermonis multum cum muliere habeas: nequidem, vt dixerunt Rabbini, cum vxore propria, quanto minus cum aliena? Vnde & dixerunt sapientes: Quotiescumque cum femina sermonis plus habet vir, sibi ipsi malum accersit, & à studio legis impeditur: tandemq; in gehennam descendit.

QVID DVLCIVS MELLE? ET QVID FORTIVS LEONE? q. d. Ænigmati tui, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, hæc est solutio, quòd tu in ore leonis voracis & fortis inueneris fauim mellis: Quid enim dulcius melle, & quid fortius leone? S. Ambros. epist. 24. quæ in veteri editione est 70. ex Iosepho addit Samsonem tum illicò subiecisse: Quid muliere perfidiosus?

Alleg. hæc omnia Christo eleganter & multipliciter applicat S. Paulinus epist. 4. Primò: Christus, inquit, ipse nobis leo est, in cuius mortui ore cibum mellis inuenimus. Quid enim dulcius Dei verbo? Et quid fortius Dei dextera? Aut in cuius mortui ore fauus & apes, nisi in cuius verbo salutis nostra bonum & congregatio gentium?

Secundò: Quarum (Gentium) potius figuram plerique in hoc leone posuerunt, quia populus gentium, qui credidit corpus feritatis erat ante, nunc Christi est, in quo Apostoli velut apes, à rore calis & diuinarum floribus gratiarum mella sapientia condiderunt, ac sic esca ab ore edentis exierit, quia prius essere à Deo nationes receptum Dei verbum fidei corde sumentes fructum salutis ediderunt.

Tertio, Qui verò Christum magis in eodem sibi leone proponunt, Samsonem Iudeorum figuram accipiunt, videlicet vt illum leonem quasi Christum Iudeis occideret, id quoque assignantes mystica preparationi, quòd eo potissimum tempore, quo coniugium petebat optatam potentis bellus egerit eadem: quia videlicet non possit firmari coniugium, quòd in Christo & Ecclesia pactum est, nisi occiso leone de tribu Iuda. Idem enim Dominus & Leo ille qui vicit & catulus leonis est, sua sponte sopitus, & à semetipso resuscitatus, de quo scriptum est: Quis suscitabit eum: Voluntariè enim sacrificans pro nobis Patri hostiam sui corporis: Idem summus in æternum sacerdos animam suam, sicut ipse restatur, eadem resumpsit potestate qua posuit.

Quarto: Hic leonis catulus, quia Filius Dei, & idem Leo, quia aequalis patri, quare vt mihi videtur, huic aprius est leoni: De edente exiuit esca, & de potente dulcedo. A quo enim nisi à Salvatore nostro, cuius sermo vita est, & qui hanc nobis escam simul & ruminauit docēs, & prompsit imperiens, & si placet aliter, vt de edente esca scireat, quia hic leo de tribu Iuda pro nobis victor, ex ore

nos aduersus leonem eripimus, idcirco vocatur, vt sermo cap. vi. A ab soluat, stragat, vt soluet, mandis vt integret, bonum vobis edens, quæ corrumpimus. Quæ nobis optemus, huius leonis præda fieri, ne simus præda leonis inimici, efficiamur esca Dei: nam sicut esca serpenti, edat nos Christus, ne diabolus voret.

Anagog.

Anagog. Edente enim Christo, nobis absumitur, quæ consumimur. Christus etenim vnus est, & mortale hoc non poterimus deponere nisi absorbeat: quia mortem nostram deurat: Christus.

Tropolog.

Tropolog. Cibus enim Christi esse non possumus, nisi faciamus voluntatem eius, vt vicissim & ipse cibus nobis fiat, in quo semper viuimus, si ad eius præcepta viuamus. Sic ergo de potente exiit dulce, cum amaritudine mellis nostra per ipsum in dulcedinem bonitatis commutata, dulcis à verbo eius esca procedimus, qui nos edendo consumpsit peccato: reparauit ad vitam. Solus hic potens, dulciter potens, qui liberauit pauperem ab avaro potente, qui feritatem mei corporis per mysterium pietatis sue in mortem sui corporis perimeus: Ibi cibum vitæ edidit, ubi misera fames mortis arebat, qui mihi offensionem gratia, peccatum iustitia, inprimam virtute, mortem vitam, confusionem gloria, regno inuitavit exilium, quia audiebamus: Terra es, & in terram ibis: Nunc iam audimus: Conuersatio vestra in calis est.

Saccharum ipse in coniugium.

QVID DVLCIVS MELLE? Resp. saccharum, sed saccharum illo æuo & pluribus sequentibus fuit incognitum. Vnde in Scriptura nulla eius fit mentio. Legi totam S. Script. & nusquam inueni vocem saccharum: imò primi qui sacchari mentionem faciunt fuisse Dioscorides, Plinius & Galenus, qui tamen tantum caninarum sacchari meminuerunt, modum verò illud per ignem liquandi, ac ad candorem, spissitudinem, & eximium dulcorem miro modo excoquendo non attingunt, ita ex Matthiolo & Cardano nostri Conimbr. in Meteora lib. 7. cap. 10. Audi Plinium lib. 12. cap. 8. Saccharum & Arabiam ferit, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gumminum modo candidum, dentibus fragile. Amplissimum nucis auellane magnitudine ad medicinam tantum vsus. Hæc Plinius, nec plura habet de saccharo.

Mysticè: Quid dulcius melle? Audi Sapientiam: Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Ecclesiast. 24. 27.

QVID FORTIVS LEONE? Audi Zorobabel: Forte est vinum, fortior Rex, fortiores sunt mulieres, super omnia autem vincit veritas. 3. Esdra 3. 10. Veritas ergo est fortior leone, adeoque rerum omnium fortissima. Tropologiam dedi v. 13. & 14. cui adde in leonum ore inueni mel, cum in ore superbiorum, in quo prius erat putor arrogantia & blasphemie, postea panitentium & humilium inuenitur dulcedo laudis & gratia Dei.

QVI AIT AD EOS: SI NON ARASSETIS IN VITVLA MEA, NON INVENISSETIS PROPOSITIONEM (ænigma) MEAM.] Nonnulli per arationem intelligunt fornicationem Philistinorum cum vxore Samsonis, vtpote paritor Philisthæa: æ enim vitula notat eam fuisse perulantem, proccam & lasciuam. Verum nulla hæc fornicationis facta est mentio, sed potius minarum, quibus Philisthæi coegerunt illam à Samson exquirere ænigmati solutionem. Dico ergo Hebr. חַרָּא charas significat excogitare, vestigare, & insuper arare: itaque arare hic ponitur pro vestigare, scrutari, rimari, quia sicut arando aperitur terra tecta, sic rimando aperitur & inuenitur rei occultæ veritas.

Sensus ergo est q. d. nisi fraudulenter per vxorem meam perfidam exquississet solutionem, mei ænigmati, nunquam illud vobis acumine inuenissetis. Porro vxorem vocat vitulam, ob iuuenilem eius leuitatem, imprudentiam & inconstantiam, quæ marito Samsoni, hoc onus soluendi triginta leones sua perfidia imposuit, ac suos Philisthæos licet nec conlanguinos, nec affines illi, antetulit. Decem mulierum formas, ait Serarius, depinxit olim Simonides; Alias enim dixit sues, alias vulpes, alias canes, quædam verò terra similes, quædam mari, nonnullas cineri alioque citellario, mustella; iurato equo, simia, demum verò apibus etia: hancq; vnâ, sicut & Phocylides, laudauit. Samson verò nosse monstrat quædam etiam esse vitulas, quæ lasciuæ, loquaces, infidæ, iugique impatientes: Dominus coniugis suo molestæ ac noxiæ.

Decem formæ mulierum.

Mysticè S. Ambros. lib. 2. de Spiritu sancto in præfatio, docet per vxorem Samsonis, hoc est per Ecclesiam à Gentibus collectam, quærendam à Christo reuelationem arcanorum Dei, fidei & salutis: Quid dulcius melle, quid fortius leone? Ad quæ ille respondit: Si non domuisset vitulam meam, non inuenissetis questionem meam. O diuinum mysterium, o euidens Sacramentum, Euasimus interemptorem, potestatem vicimus. Ibi nunc cibus vita est, ubi erat ante misera fames mortis. In salutem pericula, in suauitatem, amaritudo, conuertitur. Gratia ex offensione processit, potentia ex infirmitate, vita de morte. Sunt tamen qui & contrario putent fundari non potuisse coniugium, nisi occiso leone de tribu Iuda. Et ideo in corpore eius, hoc est Ecclesia apes reperit, quæ condum mella sapientia, quia post Domini Passionem magis Apostoli crediderunt. Hunc igitur leonem Samson, quasi Iudeis occidit, & in eo mel in figura redimenda hereditatis inuenit, vt reliquæ saluæ fierent secundum electionem gratia.

IRRVIT ITAQVE IN EVM SPIRITVS DOMINI. VERS. 19. NI, impellens eum ad heroicam Alcalonitarum hostium Israël's stragem; DESCENDIT QVE ASCALONEM, ET PERCVSSIT IBI TRIGINTA VIROS, QVORVM ABLATAS VESTES DEDIT IIS QVI PROBLEMA SOLVERANT.] Ita nimirum hostibus promissum hosticum præmium ex hostium eorumdem cæde & spoliis perfoluit. Iustè ergo hoc fecit Samson; tum quia iustum erat Israël's cum Philisthæis bellum; tum quia ad hoc eum agebat irruens Spiritus Domini, qui pariter effecit, vt Thamnatensis Philisthæi & Oedipi, qui ænigma hoc soluerant, vel nescirent Alcalonitas hos sibi confæderatos à Samson casos; vel si scirent, in eum insurgere, & sociorum necem vicisci non auderent.

Dices, Numer. 6. vetitum erat ne Nazaraïtangerent quid immundi, v. g. cadaver; quomodo ergo Samson, qui erat Nazaraeus, cadauera occisorum à se tetigit, vt eis tunicas adimeret? Resp. à peccato, æquè ac ab immunditia legali excusat eum necessitas soluendi debitum paranymphis promissum. Adde Samsonem, hæc omnia fecisse impulsu irruentis in se Spiritus Dei, vt hic dicitur. Deus enim eum quasi magister dirigebat, ac proinde in lege cum eo dispensabat. Id patet ex eo, quòd Deus parauerit ei cibum faui & mellis in ore leonis mortui, ac potum in maxilla asini pariter mortui c. 15. Quis autem non vtatur escis & potibus sibi à Deo paratis?

IRATVSQVE NIMIS ASCENDIT IN DOMVM PATRIS SVI.] Iratus, tum vxori suæ, quæ secretam ænigma-



enigmatis solutionem à Samfone acceptam reue-  
lauerat & prædiderat Philisthæis, ideoque causa  
fuerat ut ipse uisum pendere deberet triginta tu-  
nicas & sindones, quæque magis amabat iuuenes  
Philisthæos, quam spontum suum Samsonem. Vn-  
de & ipsa à Samfone fecit diuortium, alteri, scilicet  
Philisthæo cuidam è pronubis Samsonis nubens,  
indeque Samfon nouam malefaciendi Philisthæis  
sumpsit anam.

IRATVS] quoque paranympis suis Philisthæis,  
qui fraude per vxorem Philisthæam ænigmatis so-

lutionem, indeque præmium triginta sindonum à  
se extorserint. Iratus denique toti vrbi Philisthæis,  
quæ tam fraudulentos paranympis sibi assigna-  
uerat.

UXOR. AVTEM EIVS ACCEPIT MARITVM  
VNVM DE AMICIS EIVS ET PRONVBIS.] Sc-  
ptuag. eum vocant *nympagogum*, alij *paranympum*.  
Christus Matth. 9. vocat eos *amicos sponsi*: alibi  
vocatur *sponsus*, & *sponsus nuptiarum*, qualis Christo  
fuit Ioannes Baptista, dum eius cū Ecclesia nuptias  
sua prædicatione honestauit, & quasi conciliauit.

## CAPVT DECIMVM QVINTVM. SYNOPSIS CAPITIS.

Samfon ob vxorem sibi ademptam & alteri traditam, per 150. faces ad caudas trecentarum  
vulpium alligatus segetes Philisthinorum succendit: quare Philisthæi eius vxorem cum patre  
comburunt. Mox v. 8. Samfon ingenti plaga eos percussit. Quare ipsi constato exercitu Samsonem  
sibi à Iudæis dedit poscunt: hi illum ligatum dedunt, sed ille ruptis funibus mille Philisthæos  
maxilla asini occidit v. 15. Deinde sitiens orando ex eadem maxilla aquam elicit, sitimq. restin-  
quit v. 18.

1. Post aliquantulum autem temporis, cum dies triticæ mæssis instarent, venit  
Samfon, inuisere volens vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Cum-  
que cubiculum eius solito vellet intrare, prohibuit eum pater illius dicens: 2. Pu-  
taui quod odisses eam, & idem tradidi illam amico tuo: sed habet sororem, quæ  
iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. 3. Cui Samfon respondit: Ab hac  
die non erit culpa in me contra Philisthæos: faciam enim vobis mala. 4. Per-  
rexitque & cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces li-  
gavit in medio: 5. quas igne succendens, dimisit, ut huc illucque discurrerent.  
Quæ statim perrexerunt in segetes Philisthinorum. Quibus succensis, & compor-  
tata: iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concrematae sunt, in tantum, ut vineas  
quoque & oliueta flamma consumeret. 6. Dixeruntque Philisthiim: Quis fecit  
hanc rem? Quibus dictum est: Samfon gener Thamathæi: quia tulit vxorem  
eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntque Philisthiim: & combus-  
ferunt tam mulierem quam patrem eius. 7. Quibus ait Samfon: Licet hæc fe-  
ceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. 8. Percus-  
sitque eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent. Et descendens  
habitauit in spelunca petrae Etam. 9. Igitur ascendentes Philisthiim in terram  
Iuda, castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est maxilla, vbi eo-  
rum effusus est exercitus. 10. Dixeruntque ad eos de tribu Iuda: Cur ascendi-  
stis aduersum nos? Qui responderunt: Ut ligemus Samfon, venimus, & reddamus  
ei quæ in nos operatus est. 11. Descenderunt ergo tria millia virorum de Iuda,  
ad specum silicis Etam dixeruntque ad Samfon: Nescis quod Philisthiim imperent  
nobis? quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis.  
12. Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philisthinorum. Quibus  
Samfon, Iurate, ait, & spondete mihi, quod non occidatis me. 13. Dixerunt: Non  
te occidemus, sed vincitum trademus. Ligaueruntque eum duobus nouis funibus,  
& tulerunt eum de petra Etam. 14. Qui cum venisset ad locum Maxillæ, &  
Philisthiim vociferantes occurrissent ei, irruit Spiritus Domini in eum: & sicut  
solent ad odorem ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt  
& soluta. 15. Inuentamque maxillam, id est, mandibulum asini, quæ iacebat, ar-  
ripiens, interfecit in ea mille viros, 16. & ait: In maxilla asini, in mandibula  
pulli asinarum, deleui eos, & percussi mille viros. 17. Cumque hæc verba canens  
compleisset, proiecit mandibulum de manu, & vocauit nomen loci illius, Ramathle-  
chi, quod interpretatur cleuatio maxillæ. 18. Sitiensque valde, clamauit ad Do-  
minum, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victo-  
riam: en siti morior, incidamque in manus incircumcisorum. 19. Aperuit ita-  
que Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Qui-  
bus hausitis, refocillauit spiritum, & vires recepit. Idcirco appellatum est nomen  
loci illius, Fons inuocantis de maxilla, vsque in præsentem diem. 20. Iudicauit-  
que Israël in diebus Philisthiim viginti annis.

AD

AB HAC DIE NON ERIT CVLPA IN ME A  
CONTRA PHILISTHÆOS: FACIAM ENIM  
V OBIS MALA.] q. d. vlciscar iniuriam in vxoris  
mæ ablatione mihi illatam: quare vobis imputa-  
te clades à me inferendas, non mihi. Ego enim vo-  
bis iniuriam non intuli, sed vos mihi intulistis. Ve-  
stra ergo est culpa, vestra erit & pœna. Porro Sam-  
fon maximè intendeat vlcisci publicas iniurias  
roti populo à Philisthæis illatas, sed iis tactis suas  
priuatas eis obiicit, ne Philisthæi iras & arma in  
torum populum, sed in se solum conuertant. Ipse  
enim omnes quasi ad duellum prouocabat, quod  
erat opus heroicæ fortitudinis, æquè ac prudenti-  
æ & charitatis in suos populares & ciues, vt eos  
à Philisthæorum vindicta faceret immunes.

CEPIT TRECENTAS VVLPES.] Hinc pater  
Samsonem æquè callidum ac fortem fuisse, vt po-  
te qui vulpes aded dolosas dolo superarit & cepe-  
rit. Tritum est illud: *anosa vulpes non capitur laqueo*,  
sed norat ipse vulpinari cum vulpibus, fecitque  
quod Lyfander aiebat: *si leonis exuua non sufficitur,*  
*vulpis pellem eis affuit*, hoc est quod robore conficere  
nequis, confice astutia. Et illud Pindari de Melisso  
Ode 4. *Ille animositate similis audacia graniter fremen-*  
*tium leonum, ad venandum eum labore: solertia autem*  
*est vulpes, qua supina cohibet imperum Aquile; oportet*  
*autem quodlibet faciendo labefactare aduersarium.* Adde  
Deum per Angelum secundantem actus Samsonis,  
has vulpes collegisse eo loco & modo, quo sciebat  
illas facile à Samfone capiendas, sicut animalia om-  
nia adduxit ad Noë tempore diluuij, vt ipse ea eo-  
rumque stirpem seruaret in arca, aut certe artem  
& rationem has vulpes capiendi Samsoni sugges-  
sisset. Porro Iudæa, ac præsertim tribus Dan abun-  
dat vulpibus, vnde in tribu Dan erat locus *Sale-*  
*him*, in quo erant vulpes c. 1. 35. vt vertunt Septuag.  
Hinc & illud Cant. 1. *Capite nobis vulpes paruulas qua*  
*demoluntur vineas.* Sic Iulius Cæsar Romæ specta-  
culum dedit leonum 400. Probus Imper. millo, ite  
mille leopardorum, mille ceruorum, mille apro-  
rum, mille ibicum, mille struthionum: Helioga-  
balus collegit mille mustelas, totidem forices, de-  
cem millia murium, decem millia pondo aranea-  
rum & muscarum, teste Lampridio & Vopisco in  
eorum vita, ac Plinio l. 8. c. 16. Quid mirum si Sam-  
son trecetas collegerit vulpes? Collegit autem eas,  
tum ne vineas ciuium suorum vastarent, tum vt se-  
getes Philisthinorum succenderent. Ita ciuibus suis  
tantum profuit, quantum hostibus nocuit.

CAVDASQUE EARVM IUNXIT AD CAVDAS.]  
Noluit Samfon singulis vulpibus alligare faces, li-  
cet id opinetur Abul. ne singulari in antra sua se ab-  
derent, & faces extinguerent, sed binis vulpium  
caudis singulas faces alligauit, vt dum vna huc, al-  
tera illuc conatur faces effugere, in campos sege-  
tum plenos profugiant, illaque succendant. Rur-  
sum vt moram ad succendendum segetes omnes  
necessariam eis iniiceret, dum vna vulpe fugiente  
altera sistit, vel aliò se proripere satagit.

ET FACES LIGAVIT IN MEDIO.] Pro faces  
Hebr. est *לפידים* *lappidim*, id est torres, tædas, ti-  
tiones ex pino, cedro, cupresso aliaque pingui ma-  
teria, qui facile ignem concipiunt, diuque fouent  
& retinent. Hebr. est: *Conuertit caudam ad caudam,*  
& *facem posuit in medio duarum caudarum.* Non ergo  
implexæ vel astricæ à Samfone fuere vulpium  
caudæ: hoc enim difficile fuisset, & impedimento  
vulpium cursui, sed vtriusque vulpis caudæ forti-  
Cornel. in Iudicum.

ter adnexo, quin & longius tracto fune Samfon  
medium titione vel facem alligauit, vt à binis for-  
tius traheretur, minusque obiectis stipulis vel im-  
pedimentis retineretur: sicubi verò implicaretur,  
acuto astutoque vulpium ingenio expeditur. Por-  
ro vulpes hæc ignem ad caudas se insequetem con-  
tinuò fugientes (valde enim ignem horrent vul-  
pes) ad segetes, vt in iis latarent, putantes se igne  
effugere posse, receperunt: illaque succensas à se  
rursus fugientes, in alias & alias segetes profuge-  
runt, eisque pariter ignem immiserunt: quocirca  
plurimas non tantum segetes, sed & vineas & oli-  
ueta succenderunt. Ingens ergo damnum hic Phi-  
listhæis intulit Samfon.

Seratius opinatur ex hoc facto Samsonis orta vulpinalia  
esse vulpinalia Romæ: Romani enim quotannis à Samfona.  
B Aprilis mense, quando in Circo celebrabant Equi-  
ria, id est ludos equestres, simul solebant vulpem  
ardenti tæda exurere, cuius ritus originem Oui-  
dius lib. 4. Faistor. refert rusticum quemdam, qui  
Carfeolis vulpem, eò quod gallinas suas comedif-  
set, exurere ceperit, sed vulpes ex rogo elapsa in vi-  
cinas segetes, eas succendit. Verum hoc videtur  
esse fabula, vera autem est hæc vulpium historia  
à Samfone edita. Vnde videntur Romani illam,  
vt & multa alia ab Hebræis accepisse. Omnium  
enim gentium ritus & superstitiones Roma in se  
transtulit.

Tropol. S. Ambros. in Psal. 118. serm. 11. in fine, S. Vulpes sunt  
August. serm. 107. de Temp. hom. 4. in Cantica, per hereticos.  
vulpes accipiunt hereticos: primo, quia vtriusque  
ingens inest dolus & ars fallendi. Hinc S. Isidor.  
lib. 12. Etymol. c. 2. vulpi hoc dat etymon: *Vulpes*, in-  
quit, dicitur quasi *volupes*; est enim volubilis pedibus, &  
nunquam rectis itineribus, sed tortuosus anfractibus cur-  
rit fraudulentum animal, insidiosisque decipiens. Nam dum  
non habuerit escam, fingit mortem: sicque descendentes qua-  
si ad cadauer volucres rapit & deuorat.

Audi S. Ambros. loco iam citato: *Per hanc figu-  
ram (vulpium) significans quod improbi ac fraudulentis  
homines, & maxime heretici liberam linguam habeant  
ad latrandum, sed exitus impeditos: aut religiosa principia,  
sine verò fraudis sua incendio deputatum. Ideoq. & tre-  
centas vulpes dimisit, eò quod perfidi crucis quidem se præ-  
dicatione commendare desiderant, sed mysterium eius tene-  
re non possunt, qui hac prædicatione composita & falsa at-  
que simulata, vere magis conantur fructus alienos: cum  
vtrique vera crux Domini non exurat aliena merita, sed suc-  
cundet. Idem in cap. 9. Lucæ: Heretici, inquit, fructus  
succedere conantur alienos. Ad præsens ore liberi, sed in fu-  
turum ignem iam vincit, cauda facibus significantes sui fi-  
nis incendium.*

Secundò, vulpes hæc capitibus distocantur,  
sed caudis sociantur; quia apud Hæreticos tot  
sunt sententiæ, quot capita, omnes tamen in sine  
conspirant ad fidem orthodoxam impugnamdam.

Tertio, hæretici instar vulpium Samsonis suis  
litibus, bellis, cædibus, incendiis omnia deua-  
stant.

Quartò, Philisthæis, id est aliena dogmata  
sectantibus nocent, non fidelibus in fide constan-  
tibus.

Quintò, quid sibi volunt caudæ vulpium, ait S. Au-  
gust. nisi posteriora Hæreticorum, qui prima habent blan-  
da, magna deceptoris opera, quali capita; posteriora ve-  
rò ligata, id est damnata, & ignem in sine trahentia, vt  
eorum fructus & acta consumant, qui suis seductionibus  
acquiescunt.

P

Sextò,

6. Sexto, vulpes cicurari nequit, nec vlla arte mores & dolosam indolem mutat; sic nec Hæretici. Vnde nullus hærefiarcha (excepto Berengario, cuius dubia est falsus) legitur ad fidem Orthodoxam rediisse. Vidi Louanij vulpeculam recens natam, quæ iuncta carulis felis cum iis lacte felis alabatur, sed ipsi illico carulos felis occidit: vidi aliam cum carulo canis grandiore educari, sed ita vt vulpes non caninos, sed canis vulpinos à socio vulpe mores indueret.

7. Septimo, vulpes cum vult imitatur latratum canis & vularum lupi; sic Hæretici alios se simulant, & Orthodoxam vocem fidemque imitari se iactant.

8. Octauo, vulpes nunquam rectis itineribus, sed tortuosis semper anfractibus currit. Sic apud Hæreticos omnia sunt praua, vasa, distorta, nec aliud nisi dolos, cædes, proditioes Catholicorum machinantur.

9. Nono, vulpes in spelæum vna via intrat, alia exit, ait S. August. in Psal. 80. Sic hæretici dum vna ratione premuntur, alia elabuntur. Rursus per blanditias irrepunt, at cum dominium assecuti sunt, feroces euadunt, exeuntque per rapinas, strages & funera ciuium.

10. Decimo, vulpes callida est, quia calida, indeque foetens: sic Hæretici ardent inuidia, ira & libidine, indeque putent.

11. Vndecimo, vulpes vbi mixxit, illico terram efficit sterilem, vt germinare nequeat: sic vbi Hæretici suam heresim effuderint, omnia virtutum germina exarescunt. Ipsi igitur  
*Asutam vafro gestant sub pectore vulpem.*  
 Samson ergo captiens vulpes, est doctor reuincens hæreticos, ac per eos hæresim libros & Synagogas comburens. Ita Origen. hom. 4. in Cant. & S. August. in Psal. 70.

VERS. 5. ET COMPORATÆ IAM FRUGES, ET ADHVC STANTES IN STIPVLA.] id est segetes tam demessas & in aceruum comportatas, quam non demessas & in agro adhuc stantes. Hebr. *Succendit ab aceruo vsque ad segetem. Septuag. arserunt ab area vsque ad spicas rectas.*

VERS. 6. ET COMBVSERVNT TAM MVLIEREM QVAM PATREM EVS.] ed quod secundis suis nuptiis occasionem dedit Samsoni succendendi suas segetes. Addit Ioseph. cognatos quoque eius fuisse exustos. Ecce mulier hæc volens effugere cremationem à Philisthæis sibi comminatam, suæ perfidia in eundem ignem recurrit. Rursus discet hic adulteras (qualis erat hæc mulier) olim punitas morte, eaque ignis & incendij. Vnde & Iudas Thamar nurum suam ob adulteriũ iussit comburi. Genes. 38. 24. vide ibi dicta. Audi S. Bonifacium Epist. 19. ad Ethibaldum Merciorum Regem: *Saxones adulteram cogunt per laqueum suspensam vitam finire, & super bustum illius incensa & concremata corruptorem eius suspendunt.*

VERS. 8. PERCVSSITQVE EOS INGENTI PLAGA, (obuios quoque passim feriendo, iterpendo & maclando) ITA VT STVPENTES SVRAM FEMORI IMPONERENT.] quod intentæ & anxie cogitationis signum est: tunc enim quasi stupentes solemus suam pedis vnus alteri femori imponere. Ita Sanctus Augustinus. & Hugo Victor. Hebr. *Percussit eos in crure vna cum tibia;* hoc est percussit eos in cruribus simul & femoribus. Chaldaeus. *Percussit equi-*

*tes cum pedibus.* Rabbi Dauid: *Percussit eos circumgendo se super pedes.* id est circumgyrando omnes circumcirca occidebat, ne à tergo lædi posset. Sic Lusitani pauci in India contra multos barbaros pugnantes, circumgyrando se, pugnant in orbem. Hebræi & Burgensibus: *Percussit eos sura. id est calcibus femora Philisthinorum.* q. d. Non armis feriendo; sed calcibus calcitrando eorum femora illisit. Ita varij variè. Verum optimè & plenissimè vertit Noster iuxta sensum quem dedi, cui consentiunt Septuag. qui vertunt: *Percussit eos tibiã super femur* (præ stupore ponentes) *plagam magnam.*

Est hæc secunda huius capituli plaga à Samson. Philisthæis inflicta, tertiam per maxillam irrogatam audiemus v. 15.

HABITAVIT IN SPELVNCA PETRÆ ETAM.] quæ sita erat in tribu Iuda, habebatque vicinum torrentem, ait Adrichom. Inuit hic Script. præcedentem Samsonis pugnam in vicinis Iuda montibus contigisse, indeque victorem Samsonem ad speluncam Etam demigrasse; vbi propter locorum angustias, vnus aliquis miles plurimis bellatoribus par esse posset, tantoque magis Samson, qui solus in medio campo pluribus centuriis præstabat. Neque tamen ed secessit metu, sed vt ait Dionys. quod ibi quietis vacaret Deo, quo implere ista parabat. Et ne vrbis, quam adiisset, ipsius causa periclitaretur; cum ille veller suo se tantum periculo ac virtute tutari. Ita Saliannus.

LIGAVERVNTQVE EVM.] Potuisset Samson, cuius uibus suis resistere ac dicere: Ego vestri causa percussit Philisthæos, vt eorum vires infingam ne vobis dominentur, cur ergo me liberatoiem vestrum eis traditis? sed noluit, vt eos immunes, & indemics à Philisthæis redderet, qua in re illustre dedit exemplam iustitiæ legalis, æquæ ac ciuicæ charitatis, quia ipse vitam suam pro publica ciuium & Reipub. salute periculo mortis exposuit. Audi S. Ambrosium paraphrasticè hunc locum & sensa Samsonis graphicè describentem epist. 24. quæ in veteri edit. est 70. *Et que iustitia forma est genus Abrahamidarum, vt circumscripta primò coniugis, deinde abducta perniciosa mihi vindicta sit, & sine periculo domesticam iniuriam non licuerit vlcisci? Tantùmne inclinatis animos ad turpe verularum obsequium, vt executores vos alieno prebeatis insolentia, atque in vosmetipsos vertatis manus? Si percutiam est, quia dolore habui, liberum iuuat perire manibus Palestimorum. Tentata domus, sollicitata vxor. Si non licuit mihi viuere sine eorum fraude, saltem liceat mori sine meorum scelere. Retuli ego acceptam iniuriam, non intuli. Vos astimate an digna vicissitudo fuerit. Illi de damno fructuum queruntur, ego de coniugis acquisitione. Conferre manipulos mectis & sociam thori. Dolo em meum ipsi probarunt, cuius iniurias vindicauerunt. Videte quo vos ministerio dignos putant. A vobis eum morte affici volunt, quem ipsi vltione dignum, de iis qui me leserant, iudicauerunt, & qui vindicta prebuere ministerium. Sed si adeo subdita superbis colla geritis, tradite me hostium manibus, vos nolite occidere. Non motem abnao, sed vestrum fugio contagium. Verum si formidine ceditis, insolentibus abigete vinculis manus: inermes licet inueniunt sibi arma nudis soluta. Certè conditioni imposita satis futurum arbitratũ sunt, si viuentem in potestatem daretis.*

Allegor. Samson hic fuit typus Christi, qui à ciuibus suis Iudæis ligatus & traditus est Pilato & Romanis, vt ab eis crucifigeretur. Ita S. Aug.

ET SICVT SOLENT AD ODOREM IGNIS LINA

VERS. 16. CON-

CONSVMIT, id est facillimè Samsoni rupit funes, perinde ac lina, quæ sicca, mox vt calorem ignis sentierint, comburuntur. Metaphoricè sensus calor vocatur odor. Vnde Septuag. *Sicuti suppet cum olfecerit ignem.* Perperam ergo nonnulli Cõdices pro odorem legunt ardorem, & pro lina ligna.

INVENTAMQVE MAXILLAM, ID EST MANDIBVLAM ASINI, QVÆ IACEBAT.] Hebr. maxillam *מַרְיָה*, id est virentem, id est humentem & rabo adhuc fluentem. Ita Chald.

INTERFECIT IN EA MILLE VIROS.] Asini enim vti magna habent duraque capita, sic & maxillas, præsertim in Syria, vbi sunt grandiores & fortiores nostratibus; quamquam naturaliter vix fieri poterat, vt vna maxilla occideret mille viros; nam percutiendo tot viros maxillam sæpius confregisset; sed Dei virtus ei adfuit, quæ & maxillam in suo robore conseruauit, vt tot ictibus aliis duris corporibus non rumperetur, ac Samsoni vires dedit, vt per illam mille viros necaret. Hic impletum illud Psal. 3. 8. *Percussisti omnes aduersarios mihi sine causa, vbi profuse causa* Hebr. est *מַרְיָה* loci, id est maxilla.

Symbol. in maxilla asini Samson percussit mille Philisthæos. Homo enim carni, gula & luxuriæ deditus (vti erant Philisthæi) nihil est aliud quam bucca aut maxilla, ait Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. cap. 1. sub initium. Mala ergo siue maxilla asini percussit asinos, id est Philisthæos asininos & carnales. Sicut ergo Hercules non telo, sed claua tot monstra cecidit, sic Samson maxillam vertit in clauam, eaque hostes prostrauit.

Mythicè S. Ambros. lib. 2. de Spiritu S. in Proëmio per maxillam accipit patientiam, quæ omnium est victrix: *Inuictus Samson,* inquit, *atque ita insuperabilis, vt in maxilla asini viros mille percuteret: ita plenus gratiæ celestis, vt etiam aquam in maxilla asini sitiens reperiret: siue hoc ad miraculum conferas; siue ad miraculum veritas, quod in populi foret humilitate gentilis & regies & triumphus, iuxta quod scriptum est: Qui te percussit in maxillam, prebe ei & alteram. Per hæc enim iniuriarum patientiam, quam erudiunt sacramenta baptismatis, & de quibusdam stimulis iracundia triumphamus, vt morte obita resurrectionis requiem consequamur.*

Hinc Cabalisticè tradunt *מַרְיָה* chamor, id est asinus, per Anastrophien idem esse quod *מַרְיָה* rechem, id est misericordia, qua Christus pro nobis pugnantis demones, omnesque nostros hostes profligavit.

VERS. 16. ET AIT: IN MAXILLA ASINI, IN MANDIBVLA PVLLI ASINARVM DELEVI EOS.] In Hebræo pulchra est Paronomasia: *מַרְיָה* Bilchi chamor chamorathaim, quod Pagnin. Caiet. Vatab. & Rabbinii vertunt: *In maxilla asini aceruum aceruorum duorum percussit.* q. d. duos aceruos vel cumulos Philisthinorum cecidi. Ludit in voce chamor, id est asini, quæ deducta est à chomer, id est aceruus siue mensura, quæ corus dicitur, continetque triginta modios; hæc enim erat asinarium onus, quod asinus in Palæstina baiulabat. Ita Vilalpando parte 2. de templo lib. 3. c. 9.

Porrò Iosephus & S. Ambros. epist. 70. opinatur Samsonem hæc ex arrogantia dixisse, ideoque fuit à Deo afflicto. Audi S. Ambros. *Vtinam quam fortis in hostem, tam moderatus in victoria fuisset. Verum, quod facile vsu venit, insolens rerum secundarum animus, qui debuit ouentum pugna diuino sauari & presidio deseruere.* in Iudicum.

re, sibi arrogauit dicens: *In maxilla asini deleui mille viros.* Nec aram statuit Deo, nec hostiam immolauit, sed negligens sacrificij, assumptor gloriæ, vt triumphum suum perpetuo consecraret nomine, vnde locum maxilla interfactionem.

Verum melius Abulen. Serrarius & alij censent Samsonem hoc cantico gratias Deo egisse, quod eius ope solus per vnam maxillam ceciderit exercitum Philisthinorum. Addunt Lyran. Abul. Caiet. & Arias (idque colligitur ex v. sequenti) Samsonem prolixius carmen hic Deo cecinisse: v. g. illud quod postea cecinit David Psal. 143. *Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, &c.* ac post singulos versus iterasse: *In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos,* quasi carmen intercalare.

SITIENSQVE VALDE.] ex labore tum itineris, tum maclandi tot Philisthæos.

APERUIT ITAQVE DOMINVS MOLAREM DENTEM (Septuag. lacum qui in maxilla. Perperam Chald. *petram que in maxilla;* nisi per petram accipias os dentis durum vt petram. Hebr. enim *מַרְיָה* machres, dentem molarem significat) IN MAXILLA ASINI, ET EGRESSÆ SVNT EX EO AQVÆ.] S. Ambros. epist. 70. *Dei misericordia,* inquit, *cum proiecisset ille maxillam, aperuit fissuram eius, & fons eripit ex ea.* D. Hieron. in Epitaph. Paulæ: *Fontem de molari maxilla dente produxit.* Prudentius in Enchiridio:

*ab ore leonis  
 Mella fluunt: maxilla asini fontem vomit vitro.  
 Stulticia exundat lymphis: dulcedine virtus.*

Et S. Ephrem tom. 1. pag. 128. *Tanta,* inquit, *erat Samson sanctimonia, vt etiam quandoque sitiente eo, & in inopia aqua orante, ex arrepta mandibula asini emortua aque scaturiret.* S. Chrylost. hom. 15. ex variis in Mattheum locis: *Sanctus erat Samson, atque in tantum sanctus, vt cum sitisset post labore pugna, in loco sicco deprecatus in defectu anime sua Dominum, statim ex ipsa maxilla, quam in manu tenebat, erumpente aqua biberit, atque inde sitis astum ex eodem mortui pecoris ossè, quo vicerat, relictus extinxerit.*

Nota quod ait Chrylost. *quam in manu tenebat,* hoc est manu tenuerat; nam iam ante eam in terram proiecerat, ibique eo orante ex illa fons erupit. Porrò erupit hic fons ex terra in maxillam, iadeque scaturit, vt maius appareret miraculum, idque congruè ad meritum Samsonis & præmium: quia enim ipse per mandibulam fortissimè pugnant & cadens Philisthæos ingentem contraxit sitim; hinc Deus per eandem maxillam sitis remedium prebuit, eliciens ex illa fontem aquæ perennem. Discet hic quam magnus Deus per res viles & paruas, vti per maxillam, magna operetur, quare nemo desperet se eius ope magna facturum, dummodo ei strenuè cooperetur.

ID CIRCO APPELLATVM EST NOMEN LOCI ILLIVS: FONVS INVOCANVIS DE MAXILLA.] *τὸ δὲ maxilla* refer ad *τὸ fons*, non ad *τὸ inuocantis*, vt patet ex Hebræo, q. d. fons inuocantis (Samsonis) qui est in *lechi*, hoc est in loco dicto *Ramath lechi*, id est eleuatio maxillæ, ed quod ibidem Samson orans ex maxilla fontem hunc elicerit.

VSQVE IN PRÆSENTEM DIEM.] Fontem hunc perdurasse ad sua tempora tradit S. Hieron. in Epitaph. Paulæ, imò & Glycas par. 2. annalium discrete: *Hic fons,* inquit, *in hodiernum vsque diem in Eleutheropolis suburbio conspicitur, & fons maxilla nuncupatur.*

P 2 Vnde

Vnde Serarius fontem istum adhuc extare, & aquas fundere opinatur. Nam Glycas, inquit, vix 500. annis nostrum seculum antecessit, cum vsque ad Ioannem Comnenum Imperatoris Alexij filium suos protulerit annales. Nam quis ex eo tempore illum vel arefecisset aestus, vel obstruxisset lutum, vel dissipasset manus?

*Maxilla Ecclesia est predicator.* Tropol. S. Gregor. lib. 13. Moral. cap. 6. Maxilla, inquit, Ecclesia sancti predicatorum sunt, sicut sub Iudaea specie per Ieremiam dicitur: plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius: quia in aduersitate Ecclesia illi amplius plangunt, qui vitam carnalium constringere predicando nouerunt. Per ipsos quippe sancta Ecclesia iniquos a vitio conuertit, & quasi glaciem in sua membra conuertit. Vnde ipsi quoque primo predicatori, velut maxilla Ecclesia dicitur: Occide & manduca. Hinc est etiam quod Samson maxillam asini tenuit, & hostes peremit; quia redemptor noster simplicitatem atque patientiam predicantium sua manu virtutis tenens, a vitio suis

*A* carnales interfecit. Et maxilla in terram proiecta postmodum aquas fudit, quia data mortii predicatorum corpora magna populis monstrare miracula. Apposite in Martyrol. die 24. Febr. Baronius: S. Babylas, inquit, mortuus velut rediuitus contra Gentiles pugnas aggressus est maiores. Nam more Samsonis, ostibus pugnant in fugam vertit Philisthaos.

*VERS. 1.* IUDICAVITQUE ISRAEL IN DIEBUS PHILISTHIM VIGINTI ANNIS;] quibus scilicet Philisthimi opprimebant Hebraeos. Hinc patet primo, annos Samsonis concurrere cum 40. annis seruitutis, quibus Hebraei seruerunt Philisthaeis, vt dixi c. 13. Patet secundo, Samsonem verè fuisse Iudicem Israëlis, quia iudicauit, id est vindicauit & liberauit eum à seruitute Philisthinorum. Fuit tamen ipse dispar & dissimilis ceteris Iudicibus, qui per exercitus pugnantur: ipse enim solus contra exercitus praefectus est, eosque fudit & occidit. Patet tertio, eum iudicasse per 20. annos.

## CAPVT DECIMVM SEXTVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*S*amson Gaza à Philisthaeis circumfessus ablatis urbis portis egreditur: Mox v. 4. amans Dalilam, ab ea vrgentibus Philisthinis variè tentatur, vt aperiat in quo sita sit sua fortitudo: cuius assidua importunitate victus v. 17. indicat eam sitam in capillis: hos ergo ei dormientes abscindit Dalila, iraq; eum Philisthaeis prodit & tradit. Et eum vincunt, excruciant, incarcerant, diesq; festos & ludos agunt. Tandem v. 26. Samson recrescentibus capillis & viribus, concutiens duas columnas domus, eius ruina Principes & tria millia Philisthinorum, secum obruit & sepelitis pluresq; occidit moriens quam viuens.

**1.** *A*biit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusque est ad eam. **2.** Quod cum audissent Philisthim, & perceuisset apud eos, intrasse urbem Samson, circumdederunt eum, positus in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio praetolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. **3.** Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis: & inde confurgens, apprehendit ambas portae fores cum postibus suis & sera, impositasque humeris suis portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron. **4.** Post haec amauit mulierem, quae habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila. **5.** Veneruntque ad eam principes Philisthinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & disce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinem, & quo modo eum superare valeamus, & vincum affligere. quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos. **6.** Locuta est ergo Dalila ad Samson: Dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus erumpere nequeas? **7.** Cui respondit Samson: Si septem neruiceis funibus, necdum siccis & adhuc humanibus, ligatus fuero, infirmus ero vt ceteri homines. **8.** Attuleruntque ad eam satrapae Philisthinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, **9.** latentibus apud se insidiis, & in cubiculo finem rei expectantibus, clamauitque ad eum: Philisthim super te Samson. Qui rapuit vincula, quo modo si rumpat quis filum de stuppae tortum putamine, cum odorem ignis acceperit: & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. **10.** Dixitque ad eum Dalila: Ecce illudisti mihi, & falsum locutus es: saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. **11.** Cui ille respondit: Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis. **12.** Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamauit: Philisthim super te Samson, in cubiculo insidiis praeparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. **13.** Dixitque Dalila rursum ad eum: Vsquequod decipis me, & falsum loqueris? ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson: Si septem crines capitis mei cum licio plexeris, & clauum his circumligatum terrae fixeris, infirmus ero. **14.** Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum: Philisthim super te Samson. Qui confurgens de somno extraxit clauum cum crinibus & licio. **15.** Dixitque ad eum Dalila: Quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi,

mihi, & noluit dicere in quo sit maxima fortitudo tua. **16.** Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhereret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. **17.** Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam: Ferrum numquam ascendit super caput meum, quia nazaraeus, id est, consecratus Deo sum de vtero matris meae: si ralum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut ceteri homines. **18.** Videntque illa quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philisthinorum ac mandauit: Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt, assumpta pecunia quam promiserant. **19.** At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & coepit abigere eum; & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit: **20.** dixitque Philisthim super te Samson. Qui de somno confurgens, dixit in animo suo: Egrediar sicut antè feci, & excutiam, nesciens quidd recessisset ab eo Dominus. **21.** Quem cum apprehendissent Philisthim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vincum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. **22.** Iamque capilli eius renasci coeperant, **23.** & principes Philisthinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo & epularentur, dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. **24.** Quod etiam populus videns, laudabat deum suum, eademque dicebat: Tradidit deus noster aduersarium nostrum in manus nostras, qui deiecit terram nostram, & occidit plurimos. **25.** Latahæque per conuiuia, sumptis iam epulis, praeeperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum stare inter duas columnas. **26.** Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me, vt tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & reclinet super eas, & paululum requiescam. **27.** Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusque sexus spectantes ludentem Samson. **28.** At ille inuocato Domino, ait: Domine Deus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam. **29.** Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram laeva tenens, **30.** ait: Moriatur anima mea cum Philisthim, concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem quae ibi erat: multoque plures interfecit moriens, quam antè viuus occiderat. **31.** Descendentes autem fratres eius & vniuersa cognatio tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manue: Iudicauitque Israël viginti annis.

*VERS. 1.* **V**IDIT IBI MULIEREM MERETRICEM, INGRES-  
SUSQUE EST AD EAM,] NO vt cum ea fornicaretur, sed alterius negotij vel mysterij causa, ait S. August. serm. 107. de Temp. Verum ingredi ad meretricem in Script. significat fornicari & meretricari. Quare fornicatus est hic Samson.

*VERS. 3.* **I**MPOSITASQUE (PORTAS GAZAE) HUMERIS SVIS  
PORTAVIT AD VERTICEM MONTIS.] Peccauit mortaliter Samson fornicando cum meretrice, & tamen retinuit suam fortitudinem supernaturalem, quia portas urbis impositas humeris tulit in montem; quia fortitudo haec erat gratia gratis data, non gratum faciens, ac consistebat cum peccato mortali. Sita enim erat in eius Nazaraatu, id est in commo intonsa, ac abstinentia à vino & sicera: fornicatio autem non tollebat eius Nazaraatum, ac consequenter nec eius fortitudinem.

*Samson 10. l. 10. p. 10.* **A**llegor. Samson media nocte tollens portas Gazae representat Christum, post mediam noctem è sepulchro resurgentem, ac lapidem sepulchri amouentem, in super portas mortis & gehennae auferentem, indeque patriarchas & prophetas sanctosque omnes cum triumpho educentem. Ita S. August. serm. 107. de Temp. S. Hieron. in c. 1. ad Ephes. S. Gregor. hom. 21. in Euang. quem audi: *Quem nisi redemptorem Samson ille significat? Quid Gaza ciuitas Cornel. in Iudicum.*

*nisi infernum designat? Quid per Philisthaeos nisi Iudaeorum perfidia denotatur? Qui cum mortuum Dominum viderent, eiusq; corpus in sepulchro iam positum, custodes illud deputauerunt, & eum, qui auctor vitae claruerat, in inferni claustris retentum, quasi Samsonem in Gaza, se deprehendisse letati sunt. Samson vero media nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit: quia videlicet redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed & ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, & montis verticem subit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo caelorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam fratres charissimi, quae & prius demonstrabatur ex signo, & post patuit ex facto, tota mente diligamus, pro eius amore moriamur.*

*HVMERIS SVIS.]* Simeon Haechehid in Suta c. 1. fol. 10. ceteros humeros Samsonis tam fuisse largos, vt vnus ab altero distaret sexaginta cubitis: quare eum fuisse gigantem. Verum omnes refutant vtrumque. Nec enim fortitudo Samsonis in gigantea corporis mole, sed in capillis sita erat.

*POST HEC AMAUIT MULIEREM, QUAE HABITABAT IN VALLE SORREC (VBI ERANT VITIS VVAE & VINI PRÆSTANTISSIMA) ET VOCABATUR DALILA.* *VERS. 4.* *Dalila Samsonis uxor.*

Quæres, an haec fuerit Samsonis vxor, an concubina & meretrix? Vxor enim fuisse censet S. Chryso. hom. 17. ex variis in Math. locis: *Hunc tantum,*



inquit, & talem virum & pulchritudine, & veritate A  
& sanctitate, vxor sua sicut inimicum decipiens, alligans  
Allophylis tradidit. Et postea: Subdola irrepit in praeor-  
dia mariti. Et S. Ephrem ferm. aduersus improbas  
mulieres tom. 1. Tante sanctitatis, pulchritudinis & for-  
titudinis virum propria mulier deturbauit, & velut hostem  
vincitum in alienigenarum manus tradidit, & cui neque  
leones, neque alienigena resistere quibant, hunc propria con-  
iux deiecit.

Idem sentit Abbas Ioseph apud Cassian. Col-  
lat. 17. c. 20. & Rabbinus nonnulli, ac S. Prosper lib.  
de promiss. c. 22. & Pererius in c. 31. Genes. disp. 1.

Veritas eius concubina.

Verum alij passim opinantur Dalilam non fuisse  
vxorem Samsonis, sed concubinam; tum quia ip-  
sa domi suae Philisthaeos Samsonem capturos abs-  
condit in scio Samsonis: si enim ipse eius fuisset  
maritus, peritiam habuisset totam domum, nec  
quis eo in scio in ea celari potuisset; tum quia si  
fuisset maritus Dalilae, duxisset eam in domum  
suam, non autem ad domum eius diaertisset: ac  
habuisset cognatos, famulos & ancillas, qui ei do-  
los Dalilae, aequae ac Philisthaeos ab ea domi abs-  
conditos detexissent.

Vnde Iosephus Dalilam vocat meretricem, a-  
equae ac S. Ambros. epist. 70. Hieron. epist. 126. ad  
Euagrium, Abul. quae. 7. Serarius & alij, qui pro-  
pter easdem rationes autumant Dalilam Philis-  
thaeam fuisse, non Iudaeam.

Hinc appositè Hebr. vocatur Dalila, id est pau-  
pertas, tenuitas, infirmitas, exhaustio, ait Pagnin.  
in nouin. Hebr. quia talis solet esse meretrix: &  
quia debilitauit & infirmauit tum aliorum, tum Sam-  
sonis robur; ait, Elias in Thibi, cor & opera.

Verè Comicus in Truculentor: Nec omnis atas, in-  
quit, ad perdiscendum fas est amanti. Dum id perdiscat,  
quot peccat modis, quot ludificetur exemplis, quotque exor-  
tatur exorabilis. Ita disciplina in adibus est lenioris.  
Prusquam vnum dederis, centum qua poscat, parat. Et  
verè ibidem Geta. Meretricem, inquit, esse reor, mare  
vt est, quod des deuorat, nec vnquam abundat. Meretrix  
memm herum miserum sua blanditia intulit in paupertatem  
priuauit bonis, luce, honori atque amicis.

Mulier quae perniciosa.

Vide hic quam perniciofa sit mulier. Quid for-  
tius Samsonis quid sanctus Dauid? quid sapien-  
tius Salomone? & tamen hos viros perdidit mulier,  
aequae ac Eua Adamum omnesque eius posteros.  
Vide S. Chrysof. hom. 17. ex diuersis in Matth. &  
S. Ephrem sermone contra improbas mulieres.  
Audi S. Hieron. epist. 22. ad Eustoch. Samson leone  
fortior & sauo durior, qui & vnus, & nudus mille perse-  
cutus est armato; in Dalila mollescit amplexibus. Et S.  
Ambros. Apologia 2. Dauid c. 3. Samson, inquit, vali-  
dus & fortis leonem suffocauit: sed amorem suum suffoca-  
re non potuit. Vincula soluit hostium: sed suarum non sol-  
uit nexu cupiditatum. Messis incondit alienas: & vnus  
ipse mulieris accensus igniculo, messis suae virtutis amisit.

Denique Dalila prodens Samsonem per capil-  
los, fuit typus Iudaeae prodentis Christum per oscu-  
lum, vti docent Patres.

VERS. 5.

DABIMVS TIBI SINGVLI MILLE ET CENTVM  
ARGENTEOS.] Argenteus, supple siclus, erat Florenus  
Brabanticus continens quatuor regales Hispanicos,  
sive quatuor Iulios Romanos; mille ergo & cen-  
tum argentei faciunt totidem Florenos Brabanti-  
cos. Multiplica hos per quinque (quinque enim  
erant Sarrapae, & Sarrapae sive Principes Philisthi-  
norum, scilicet Accaron, Afcalon, Azotus, Gaza,  
& Geth) habebis quinque millia & quingentos

Florenos Brabanticos, quibus Dalila Samsonem  
vendidit.

SI SEPTEM NERVICIS FVNIBVS.] hoc est fvi-  
nibus confectis & contortis ex neruis boum,  
taurorum, vel aliorum animalium. Hebr. enim  
777 iether & neruum & funem significat. Pagnin.  
hic vertit virgas. Arias vimina. Ioseph. palmities vitis.  
Septuag. Chald. & alij funes. Mentitur Samson vt  
Dalilam deludat & a se ableget, ne secretum for-  
titudinis suae ei reuelat.

QVI RVPIV INCVLA, QVOMODO SIRVMPAT  
QVIS FILVM DE STVPPAE TORTVM PVT AMINE.]  
hoc est de stuppea quisquilis, quae putari & abiici  
solent, hoc est filum vilissimum & debilissimum;  
putamen enim est omne id, quod non tantum a  
nucibus, sed ab aliis etiam rebus excutitur ac pro-  
iicitur, ait Nonius, Abulen. & Lyran. pro putami-  
ne legunt sputamine, id est sputo, puta filum sputa-  
ticiam: nentes enim & neccentes funes solent  
crebro conspuere stuppam, vt tanto facilius eam  
stringant & torqueant.

DEFECIT ANIMA EIVS, ET AD MORTEM VSQVE  
LASSATA EST, id est, in maximos angores animiq;  
angustias relictus est, vt ferè morte mallet quam  
contentissimam illam cum sua Dalila pugnam &  
importunitatem: ita multos vincit daemon & ca-  
ro continuatione & prolixitate tentationis; qui  
primò fortissimè ei resisterant: sensim enim hac  
duratione animi cum viribus languescunt & ener-  
uantur, tandemque vinci se sinunt, cedunt &  
succumbunt, nisi Dei auxilium assidue imploratum  
adfit, & constantiam homini tribuat.

SI RASVM FVERIT CAPVT MEVM, RECEDET A  
ME FORTITVDO MEA.] Hinc patet fortitudinem  
hanc admirabilem, & vires naturae superantem,  
fuisse qualitatem supernaturaliter Samsonis indi-  
tam, sed cum pacto; si videlicet ipse Nazareus esse  
perseueraret, & comam non tonderet, sed iugiter  
aleret. Vnde quia ipse sua culpa; indicando scilicet  
Dalilae suae hosti & proditrici causam fortitudinis  
suae; comam furua deponere perdidit, idcirco  
fortitudinem hanc subduxit illi Deus: non subdu-  
cturus illam, si sine culpa, alopecia, alioue morbo  
aut incendio, alioue casu; aut vi illata illam perdi-  
disset, vt rectè aduertit Abul. & Auctor de Mira-  
bil. S. Script. apud S. August. lib. 2. c. 6. Mandati, ait,  
Dominici obseruatio de omni fortitudinis conseruabat. Fuit  
ergo donum hoc qualitas non transiens, sed per-  
manens quamdiu ipse Nazareus & coma corona-  
tus permaneret; non quòd coma hanc fortitudi-  
nem causaret, nec quòd in capillis fortitudo hac  
consisteret (sita enim erat in lacertis, neruis, toto-  
que corpore, a: magis in animo) sed quòd seruata  
coma esset conditio & signum Nazareatus, pacti-  
que diuini conseruatio, ideoque causa moralis hu-  
ius fortitudinis ex Dei ordinatione. Quòd ergo  
Samson opus aliquod heroticum aggrediente di-  
citur. Irruit in eum Spiritus Domini, non significat  
fortitudinem hanc in illo non fuisse permanen-  
tem, ac per singulos actus inditam, sed indi-  
cat nouum Dei instinctum, nouosque ani-  
mos ad hoc illudue machinandum illi à Deo  
fuisse immisos. Spiritus enim notat inspira-  
tionem, instinctum, animos & impetum  
ad quippiam audeadum. Ita Sanctus Paulinus  
epistola 4. ad Seuerum, & Sanctus Ambrosius  
lib. 2. de Spiritu sancto in Prooemio, quem audi:  
Non ita est, vt tantam vim corporaliu capillorum

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

VERS. 15.

puteus. Sunt quidem crines religionis & fidei: crines A  
Nazareti in lege, perfecti in parsimonia, & abstinentia  
consecrati: quibus illa in typo Ecclesiae, qua Domini pedes  
oleo perfuderat, verbi celestis vestigia detergebat. Tunc  
enim & secundum carnem nouerat Christum. Isti videli-  
cet crines, de quibus dicitur capillatura tua vt greges ca-  
prarum: ex illo capite pullulantes, de quo dictum est Caput  
viri Christus. Et alibi: caput eius aurum. Cephas & crines  
eius abieres nigra.

Causa ergo litteralis cur durante coma Samso-  
ni duraret & fortitudo fuit, quòd durante coma  
permaneret ipse Nazareus, hoc est Deo consecra-  
tus. Nazareti enim consecratio maximè consiste-  
bat in coma, vt dixi Numer. 6. Deus enim Naza-  
reatus Samsonis hoc fortitudinis donum quasi  
praemium assignabat.

Alleg. causa erat, quòd per comam Nazareti re-  
praesentabat Christum Nazareum & Nazarenum,  
a quo omnis fortitudo procedit: Christus enim est  
caput nostrum, & velamentum ac ornamentum  
capitis nostri. Vnde S. August. ferm. 107. de Temp.  
Fortitudinem, ait, non in pede, non in manu habe-  
bat sed in coma, id est velamento: & in velamento  
Christus habebat virtutem, quando umbræ legis  
veteris eum tegebant. Coma ergo Samson in vela-  
mento erat quia in Christo aliud videbatur, aliud  
intelligebatur.

Tropol. causa erat quòd capillus notat cogita-  
tiones & intentiones hominis; sicut enim à capite  
sano germinant sancti capilli, sic ex mente bona ori-  
untur bonae cogitationes, à quibus omnium virtutum  
fortitudo germinat.

Symbolica causa fuit, vt indicaret Deus hoc esse  
donum suum: qua ratione enim vilis & exilis ca-  
pillus, id est capitis pilus, per se tantam fortitudinè  
causare potuisset? Rursum vt Deus moneret capil-  
lorum, id est rerum minimarum nobis exactam  
curam esse habendam. A minimis enim pendet  
maxima. Minima ergo da Deo, & ab eo obtinebis  
maxima; si illa Deo neget & des rebus terrenis,  
perdes maxima. Audi S. Ephrem in ferm. ascetico  
de vita Religiosa. O miraculum ingens, & obstupescen-  
dum: sicut namque leo animal generosissimum vnico sal-  
tem capillo in terra vincitum tenetur, atque humiliatur, ita  
profectò & ista virtus (qua leoni comparatur) terrena  
qualibet cura, veluti capillo vno colligatur, & in terra  
marcescit atque vilescit. Quamobrem sobrium ac vigilem  
carissime te prebe, & te ipsum vincens, mansueque admo-  
uens, capillum in te illum exiguum ac vilem absconde: vt  
non in derisum venias, quemadmodum Samson ille for-  
tissimus, qui in vno momento & ictu oculi, sola asini maxil-  
la armatus mille viros occidit, & quasi vnum capillum se-  
pienos validissimos funes amputauit; & seipsum à vinculis  
liberans, inimicos occidit, & Deo victoriam dedicauit:  
oratioque eius maxillam asini in fontem aqua conuectit.  
Hic autem licet tantus ac talis esset, ad oq; multa praecle-  
ra prestisset, senectipsum tamen per imprudentiam hosti-  
bus vincitum tradidit: humiliatusque valde est postquam  
crines ei ablati sunt, terribilisque illas suas & admirabi-  
les vires colligauit ac perdidit. Quare & tu tibi ipsi at-  
tende, &c.

Hinc S. Ambros. lib. 1. Offic. c. 26. capillos Samso-  
nis vocat inuicti crinis ornatum, praerogatiuam virtutis.  
Et S. Paulinus ad Cytheriu: Samson, ait, vi capillorum  
potens, virtute crinitus sacra: Et: ille recepit robur recre-  
tis crinibus. S. Chrysof. ex variis in Matth. locis hom.  
17. capillos Samsonis appellat arcanum virtutis suae  
martyrium, id est testimonium.

Causa litteralis roboris Samsonis.

Allegor.

Tropol.

Symbol.

Queres an Samsonis fortitudo in solis capillis, An in solis  
an etiam in reliquis caremoniis Nazareatus, ac capillis for-  
titudinis Samsonis.  
praesertim in abstinentia à vino & sicera sita fuerit,  
vt si vinum biberet, fortitudinem amitteret, esto  
capillum in tonsuram seruaret: Afirmat Abul. S. Basil.  
& alij mox citandi, & ratio est, quia ob Nazareatu-  
rum datum fuit ei hoc robur. Atqui Nazareatus  
tam consistebat in abstinentia vini & sicerae, quam  
in coma in tonsura, ideoque Deus abstinentiam hanc  
tam seuerè praecerat non tantum Samsonis, sed  
& matri eius cap. 13. 4. idque vt doceret nos sani-  
tatem & robur non consistere in vino, sed esse do-  
num Dei, qui statuit vt abstinentia sit mater tam  
roboris & sanitatis, quam sapientiae & sanctita-  
tis, vt patet in priscis Anachoretis. Negat Serarius  
& alij. Ratio est quòd Samson hic solum capillo-  
rum meminit, in iisque suam fortitudinem sitam  
asseret. Porro sciuit hoc Samson indicante hoc  
matre, vel reuelante Angelo, vel inspirante Deo.  
Vtraque sententia est probabilis, sed prior proba-  
bilior.

VERS. 19.

AT ILLA DORMIRE EVM FECIT SVPER GE-  
NYA SVA.] Putat Noster Delrio lib. 3. Disquis. Mag-  
gic. p. 1. q. 2. Dalilam papauer aliaque soporifera  
Samsoni in cibo vel potu dedisse, vt fortius dor-  
miret, nec expergisceretur in detonatione capillo-  
rum, idque à similibus mulierculis factitatum do-  
cet Virgilio, Apuleio & Casarjō. Addunt alij  
propinasse ei vinum, quod in Sorec, vbi ipsa habi-  
tabat, erat praestantissimum, nam sine Cerere & Bac-  
cho friget Venus, & in vino luxuria, ait Apost. Ephel.  
5. 18. Et Venus in vino, ignis in igne furit. Vnde & Iose-  
phus Samsonem vocat ebrium; idem insinuant S.  
Ambros. Epist. 70. S. Basil. Orat. 1. & 2. de Ieiunio, &  
Theodor. quae. 50. in lib. 3. Reg. Quod si verum est,  
iure meritoque Samson permissus est à Deo inci-  
dere in somnum, in eoque perdere comam, &  
cum ea fortitudinem, quia contra legem Nazare-  
us vinum bibit, & contra legem temperantiae plus  
aquo bibit. Negat tamè idipsum Abul. quia Script.  
nullam vini vel temulentiae facit mentionem, fa-  
ctura vtique, si ipse per eam Nazareatum suum  
adedo à Deo commendatum infregisset. Sed audi  
S. Basil. hom. 1. de ieiunio: Quae res fortissimum virum  
Samsonem in expugnabilem reddidit? An non ieiunium?  
Cum ieiunio in vtero matris conceptus est, cum ieiunio edu-  
catus est, ieiunio in virum adoleuit, quod ieiunium Ange-  
lus matri indixerat: Quidquid sequitur è vinea ne edat,  
vinumque & sicera ne bibat. Ieiunium prophetas gene-  
rat, potentibus addit robur. Ieiunium legum latoribus sub-  
ministrat sapientiam; bona anima custodia, corpori tutus  
conductor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exer-  
citiu. Et hom. 2. exaggerat dicens: Ieiunium ma-  
gnu: illum Samsonem educavit, idque quamdiu viro  
adsuit singulis consistitibus millei hostes prostrati sunt,  
vrbium porte subrupta sunt, leones robur manuum illius  
non sustinuerunt. At simul atque ebrietas ac stertatio  
corripuit hominem, captus est ab hostibus atque exocula-  
tus, pro ludo expositus est pueris alienigenarum. Ex qui-  
bus concludit S. Hieron. lib. 2. contra Iouinian.  
Quam pulchra res quae placat Deum, leones mitigat, de-  
mones terret.

ET RASIT SEPTEM CRINES EIVS.] hoc est  
septem cincinno, quibus constabat, & in quos di-  
stincta erat Samsonis caelaries, ne si tota pars dif-  
fluere, oculos eius totamque faciem velaret. Ita  
Abulen. Alij per septem crines, accipiunt omnes  
crines. Septenarius enim est symbolu vniuersitatis.

Allegor. Sicut Dalila totondit crines Samsonis, A sic Iudaei per noctem Passionis Christi illudentes ei, eius capillos vulserunt, vel raserunt, iuxta illud Ilaia 50. v. 6. Genas meas dedi vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Item cum milites corona spinea comam eius laecerant.

Mysticè S. Ephrem tom. 1. ferm. aduersus improbas mulieres: Septem crines in capite gestabat Samson, qui sepsiforme lumen designabant gratia. Et postea: Mysterium fortitudinis ipsius inter dormiendum noctu per dolum depradans mulier, illum iam nudum atque inermem circumuenit. Et pluribus interiectis, hæc mulieri malæ dat epitheta & malitiæ elogia: Quid est mulier? Naufragum super terram, fons nequitiæ, thesaurus immunditiæ & malitiæ, mortifera conueratio atque confabulatio, oculorum perniciës, animarum exitium, cordis spiculum, iuuenum perditio, sceptrum inferni & concupiscentiæ preceps. Quid est mulier? causa diaboli, requies serpentis, diaboli consolatio, dolor inconsolabilis, caminus succensus, eorum qui saluantur offensio, malitia incurabilis, diurna confabulatio, hospitium lasciuorum & officina dæmonum. Quid est mulier? amor flagitiosus, bestia impudens, incontinentissimus impetus, effrenatum os rerum arcanarum, triumphus tenebrarum, dux delictorum, oblectamentorum magistra, insatiabilis concupiscentia, nequitiæ & æterni supplicij conciliatrix. Quid mulier? prouidentia terrena, vini societas, concubens incontinentiæ, excitata chrysa, vipera vestita, pugna voluntaria, quotidiana calamitas, procella domus, viri naufragium, immani belluæ, adulterorum diuersorium, arma diaboli, experta rabies, excornata mors; vt non immeritò dicitur sic à sapiente: Breuis omnis malitiæ super malitiam mulieris.

ET COEPIT ADIGERE EVM, ET A SE REPELLERE: STATIM ENIM AB EO FORTITUDO DISCESSIT.] Tale est meretricium ingenium, vt victorum opes viresque exhauriant, mox inopes pauperesque repellant. En ubi vt tanta Samsonis virtus ab imbelli muliercula prostermitur, & prostrata illuditur?

Nisi coma est coma Samsonis. Ex hoc factò Samsonis & Dalilæ orta est historia, vel potius fabula Gentilium de Nisi Megarorum regis, sub idem hoc tempus regnantis, comâ adeo caelesti, vt quamdiu eam ferret, nec viuci, nec regno pelli posset; sed Scylla Nisi filia amorè Minois urbem obsidentis demerata, patri dormienti comam rescenit, itaque patrem & patriam hosti prodidit. Verum Minos Scyllam vt potest tam infamem patricidam exhorruit, eamque pedibus colligatis in mare præcipitem dedit dicens: Dite submoueam, ð nostri infamiam sceli.

Orbe suo, tellusq; tibi pòntusq; negetur. Ita ex Paulania, Seruios Apollidoro & aliis Martiânis de Roa lib. 5. Singul. c. 7. & Serarius q. 16. qui & addit Alij, vt Ouidius, tradunt eam furis correptam & agitatum seipsum in pelagus præcipitem dedisse, ac ob Minois imprecationem; in auem migrasse, qua quia Græcis xelpev est conderes, suo sibi perpetuum dedecus ac infamiam nomine confaret.

Pluma fuit, plumis in auem mutata vocatur. Ciris, & à rōso est hoc nomen adæpta capillo. Quibus omnibus quod significatur aliud, quam si sanctus facinorum crimine exitus, propudiosum scelus dedecus, infamis libidinum merces? Et nostra quidem Ciris Dalila est, cuius est extrema ignoramus, in ð & depensas ei à Sarrapis pretinas

videmus versa. nihil tamen dubitandum, quin & diris conscientia agitata furis suorum pœnas dederit flagitiorum.

QVEM CVM APPREHENDISSENT PHILISTHÆI, ST AT IM ERVERVNT OCULOS EIVS.] vt si fortitudo ipsi rediret, illum ei inutilem redderent, cum non videret quem feriret, itaque immunes & securi ab eo forent. Samson excæcatus à Philisthæis fuit typus Christi, oculis velati in Passione à Iudæis illi illudentibus, æquè ac excæcationis Iudæorum, quæ inde secuta est. Ita S. August. ferm. 107. de Temp.

Iustè, congruaque pœna Samson priuatur oculis, quia eis lasciuè alpegerat & concupierat Dalilam, quæ proinde iusto Dei iudicio eius captiuitatis & cæcitatibus fuit causa. Visti, ait S. Hieron. in c. 28. Ezech. quia malè fuerant abusi, Samson & Sedecias priuantur; nimirum libido excæcat oculos tum corporis; quia spiritus visuos exhaurit; tum potius mentis. Fuit tamen hæc pœna ei salubris: nam per cæcitatē oculorum corporis, aperti sunt oculi mentis, vt ex pœna agnosceret culpam, de eaque pœniteret, penitentisq; Deum inuocaret, itaque cum eo in gratiam rediens fortitudinem suam ab eo reciperet.

Tropol. audi S. Gregor. lib. 7. Moral. cap. 13. Plerumque, ait, prius oculus contemplationis amittitur, & post, per carnis desideria, huius mundi laboribus animus subiugatur, prout testatur Samson ab Allophylis captus, qui postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est: quia nimirum maligni spiritus postquam tentationum stimulis inuis aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitum laborum mittunt. Et S. Brigitta lib. 4. c. 126. à tribus hostibus Episcopo cauendum monet. Quarum secundus pungit oculos, vt est, inquit, pulchritudo mundi & possessiones terræ, apparatus vestium, & vestium fauores hominum & honores. Cum enim omnia ista appetuntur & offeruntur, sic excæcant oculos animæ & rationis, quod dulcius videatur stare cum Samsonē ad molam cura mundialis, quam cum sponsa Ecclesia ad dispensationem cura Pastoralis.

Audi & S. Paulinum Epist. 4. Cæcitate Samsonis, quam corporeis tantum captus oculus, spirituales non amittit, illuminor ad intellectum bonum, vt exemplo illius sciam, quos magis debeat oculos habere. Non enim inuocasset ille vir Dominum in sue virtutis auxilium, nisi mentis oculos habuisset incolumes, quibus lumen est Christus in cæcis lumine videmus lumen. Et postea: Et mortem mihi Samsonis & cæcitatē volo, vt viam & videam Deo: Nam forsitan ille receptus propter futurum mysterium in coma viribus, recipere simul, vt amiserat, oculos ideo non desiderauit, quia virtus illa caelesti gratia internis sana luminibus corporeo non egebat obtutu. Vnde ex cæcitate hoc morale elicit documentum: Nō igitur exemplo & nos consentis ad Dominum sensibus, carnales oculos secularium rerum auersione cæcimus, quibus orbari propheta desiderabat cum diceret: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Et Dominus ipse oculis Iudæorum cæcitatē preferens dicit: Si cæci essetis, peccatum non haberetis. Remiscamur qua pernicite illis in paradiso oculi sint aperti, quos tandem habuerunt illuminatos Deo; quamdiu clausos habuere peccato. Nam tum demum pubertatis vt ætatis suæ hauserunt pudorem, cum bona conscientia castitatem, cuius lumine vestiebantur, prauaricationis crimine perdidissent. Et idem veri luminis dammū est ad vsum tenebrarum vti luminibus, & oculos in terrena defixos cæcare caelestibus. Illuminatur autem anima tali cæcitate, qua despicit mundum, vt conspiciat Deum.

VIN-

VINCTVM CATENIS ET CLAVSVM (Hebr. A ligarunt eum) IN CARCERE MOLERE FECERUNT.] Molere, id est molas trufatiles (quibus olim frumentum commolebant mancipia in pistrino) eum versare & circumagere coegerunt.

Tropol. S. Paulinus epist. 4. ad Seuerum: Qui peccatum operatur, ait, de mola vita sua hostie triticum molit, vt Zabolum (id est diabolum) pascat, cui panis sit anima, quæ sibi famens est.

Rabbi moderni & prisci, teste S. Hieron. in c. 47. Ilaie v. 1. pro molerè accipiunt ac tum venerunt, quasi ad eum coegerint Philisthæi Samsonem, vt ex eo simile semē, id est proles fortes elicerent, vt scilicet ipse eis gigneret nouos Samsones, qui Hebræis rationem redderent, eosque opprimerent, sicut Samson oppresserat Philisthæos.

Verum apage hanc obicentiam: illa se paciscant Rabbi obicent, æquè ac Gentiles, qui teste Apollodoro lib. 2. Biblioth. tradunt Thestium Regem filias suas quinquaginta Herculi dormienti supposituisse, summa ope aditens, vt Hercules semine repleta omnes sibi nepotes procrearent. Idem tentant Sarraceni femine apud Patrem Gasparem Barzeum, Atmuzij Samsonem, sed frustra, vt refert Noster Trigantius in eius vita.

VERS. 22. IAMQUE CAPILLI EIVS RENASCI COEPERANT.] Verisimile est, ait Abul. quod tunc Samson ad cor reuerfus, suæ fornicationis & imprudentia pœnitentiam egerit, ac rursus seruauerit regulam vitamque Nazæarorum, itaque se Deo reconciliari, ac crescentibus capillis paulatim donum fortitudinis recuperari & à Deo receperit. Idem asserit Auðor de Mirabil. S. Script. apud S. Aug. l. 2. c. 6. Arias, Serarius, & alij. Hinc etiam colligitur Samsonem non diu fuisse detentum captiuum, nam capilli resecti illico recreverunt.

Tropol. S. Paulinus epist. 4. Illam, ait, speciem, quæ in illo Samsonē vel recinno vel moriente reuocatur, & in omnem Christi famulum conuenire arbitror: homo enim, qui prauentus fuerit in aliquo peccato, & salubriter pœnitendo ad instaurationem gratia quasi capillis renascentibus reueritur, ponens vt arcum arcum brachia sua, id est fidem spei veræ, & spem fidei non fictam, exercens idem ad prælum manus suas operibus pietatis, cuius exercitatio ad omnia utilis est: tum vt quibusdam bona conscientia & fidei firmæ lacertis valens audebit inuadere, & poterit vertere inimicorum columnas: quæ quidem sunt columnæ hostilis domus quibus nititur, in qua velut nostri victor epulatur, illudens capiti, si membris nostris, vt armis sua inquitatit vtatur.

VERS. 23. VT IMMOLARENT HOSTIAS MAGNICAS DAGON DEO SVO.] Quis & qualis fuerit Dagon dicam i. Reg. 5. 2.

VERS. 25. ET ANTE EOS LVDERET.] Saltando murum & morionem agendo. Ecce Philisthæi hîc illudunt Samsoni quasi securæ, vt Iudæi Christo patienti, dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Vide ad quam indigna deductus sit Samson Itraëlis Iudex & princeps. Vnde Abuleius fortè miserans quest. 35. exclamatur: O admiranda Samsonis calamitas: ð Iudæi populi grauisima infelicitas & opprobrium: fortissimus ille virorum, atque toti populo stupendus, ipsoque nomine terribilis Samson, qui leones sauisimos facili manus ictu domuerat; magnos hostilis exercitus cuneos fundens inaudiat omnibus faculis stragem egerat, & quod mirabilis est tanta facilitate, vt facilius sibi agere quam nobis cogitare foret. O nimis plangende vir, imò virorum flos,

qui omnes viribus superans sola prudentia carnisisti, & miserabilis muliercula pulchritudine tractus, & fallacibus lacrymis deceptus in extremam decidisti sortem, ita vt cunctorum, quos legerim, miserior factus, turpiter ab hostibus viroq; priuatus lumine, in æternum totius populi Hebræorum opprobrium ad molam asinariam molere cogaris.

Porrò quomodo Samson fuerit typus Christi, audi docetem S. August. ferm. 107. de Temp. Samson Christum significabat. Verum mihi videor dicere, sed continud occurrit cogitantibus: Ex Christus vincitur blanditiis mulieribus: Et Christus quomodo dicitur ad meretricem intrare potuisse? Deinde & Christus capite nudatur, capillo raditur, virtute spoliat, alligatur, excæcatur, illuditur. Euique fides, attende quid sit Christus, non solum quid fecerit, sed etiam quid passus est Christus. Quid fecit? Operatus est vt fortis; passus vt infirmus. In vno intelligo virtutem, video fortitudinem filij Dei: video infirmitatem filij hominis. Et paucis interiectis: Quædam fecit Samson ex persona capitis, quædam ex persona corporis: totum tamen ex persona Christi. In eo enim quod virtutes & mirabilia operatus est Samson, caput Ecclesie Christum significabat: in eo autem quod prudenter fecit, illorum qui in Ecclesia iuste viuunt imaginem gesit. Vbi forte præuentus est & incautè egit, eos qui in Ecclesia peccatores sunt figurauit.

VT TANGAM COLUMNAS; QUIBUS OMNIS IMMINET DOMVS.] Samson hîc typus fuit Christi manus extendentis ad duo crucis extrema, quibus collisit & oppressit dæmones, peccatum & gehennam. Sic ergo ipse suos interemptores interemptus oppressit, & illius passio facta est interfectio persequentium, ait S. August. ferm. 107. de Temp.

DOMVS] Multi censent domum hanc fuisse sacra, siue Templum Dagon. Nam v. 23. dicuntur Philisthæi immolasse hostias Deo suo Dagon, ibidemque epulati ob captum Samsonem: hostiæ autem immolabantur in domo sacra, puta in templo. Ita Suidas, Abul. Dion. Serarius, Sallianus & alij. Hinc Philo lib. de plantat. Noë, docet olim coniuuari solitos in templo, vt cum Deo modestè & religiosè conuecti viderentur: Additque: ex hoc more natam aiunt vocem xelpev (id est exhilarari, inebriari) quasi xelpev (post sacrificium) quia post sacra prisci demum indulgebant poculis. Sic c. 9. 27. Sychimite in fano Dei Berith inter epula & pocula maledicebant Abimelech; Ibi ergo idolis suis immolabant, ibidemque idolothya, id est idolis immolata comedebant, vt docet Apost. 1. Cor. 8. 10. Ibi quoque laudes Diis suis canebant, & deinde omni luxu & luxuriæ genere lasciuiebant, vt fecere Hebræi adorantes vitulum aureum. Exodi 32. & 2. Machab. 6. v. 4. Daniel. 5. 4. Idem testatur Virgil. Æneid.

Accedit quòd domus priuatè non sint tam ampla, vt capiant tria millia spectantium, nec habeant aulas tam amplas, vbi Samson ludens à tribus millibus conspici potuisset: templum verò ad hoc capacia permulta sunt.

AC DE TECTO ET SOLARIO CIRCITER TRIA MILLIA.] Tecta enim in Palestina erant plana, habebantque fenestras ita dispositas, vt per eas spectantes videre possent quidquid erat in infima domus parte, vt Samsonem hîc saltantem. Ita Abul.

MORIATUR ANIMA MEA CVM PHILISTHÆI.] Est Synecdoche. Anima enim mori nequit, cum sit immortalis. Anima ergo quasi pars præci-

Epitheta mulieris mala.

Nisi coma est coma Samsonis.

VERS. 26. Samson moriens typus Christi in cruce.





ALTERA PARS LIBRI,

In qua post gesta Samsonis & Iudicum, alia quaedam historia, quae sub idem tempus contigerunt, attextuntur; nimirum cap. 17. scelesti in tribu Ephraim idololatria; c. 18. Danitarum expeditio, vrbisque Laïs expugnatio, ac lapsus in idololatriam. c. 19. tribus Benjamin stuprum. c. 20. eiusdem excidium. c. 21. eiusdem restauratio.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Mater Michas dat ducentos argenteos ad consciendum idolum: quare Michas fecit Ephod & Theraphim, unumque de filiis Sacerdotem creavit. Mox v. 7. Leuitam peregrinantem in domum recipiens, eundem sui idoli sacerdotem constituit.

1. Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas, 2. qui dixit matri suae: Mille & centum argenteos, quos separaueras tibi, & super quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus Domino. 3. Reddidit ergo eos matri suae, quae dixerat ei: Consecraui & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atque conflatile: & nunc trado illud tibi. 4. Reddidit igitur eos matri suae: quae tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michas. 5. Qui aedicularum quoque in ea Deo separauit, & fecit ephod, & theraphim, id est, vestem sacerdotalem, & idola: impleuitque vnus filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. 6. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. 7. Fuit quoque alter adolescens de Bethlehem Iuda, ex cognatione eius: eratque ipse Leuites, & habitabat ibi. 8. Egressusque de ciuitate Bethlehem, peregrinari voluit vbicumque sibi commodum reperisset. Cumque venisset in montem Ephraim, iter faciens, & declinasset parumper in domum Michas, 9. interrogatus est ab eo vnde venisset. Qui respondit: Leuita sum de Bethlehem Iuda, & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse perspexero. 10. Dixitque Michas: Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos: daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, & quae ad victum sunt necessaria. 11. Acquieuit, & mansit apud hominem, fuitque illi quasi vnus de filiis. 12. Impleuitque Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se, 13. Nunc scio, dicens, quod benefaciet mihi Deus habenti Leuitici generis Sacerdotem.

VERS. 1. FVIT EO TEMPORE VIR QUIDAM DE MONTE EPHRAIM NOMINE MICHAS] *Et tempore, quo videlicet gesta sunt quae hoc libro Iudicum continentur, quae quia potissimum erant huius libri argumentum, Auctor prius ordine enarrare voluit, & tam longam quinque sequentium capitum narrationem in finem libri reicere. Ita Lyran. Abulen. Salianus, Carthus. Et alij.*

Quando contigit idolatriam Michas?

Quares, Quando contigerunt ea quae hinc capitibus sequen. recensentur? Resp. Serarius q. 14. contigisse paulo post mortem Samsonis, antequam Heli ei succederet, vti hic collocantur. Verum alij passim censent contigisse ante tempora Iudicum, paulo post mortem Iosue, viuentis Caleb, & maioribus illi coeuis, vt colligitur ex c. 20. 27. vbi dicitur hanc contigisse viuentis Phinees Pontifice, qui

A fuit filius Eleazar filij Aaron, ac penè coeuis Iosue. Et c. 18. 30. consecratus dicitur sacerdos Ionathan filius Gersam filij Moysi: & ex eo quod tunc ab Hebraeis necdum expugnata esset Ierusalem, quae tamen expugnata legitur Iudic. 1. 8. vt patet c. 19. 11. ita Abulen. q. 1. & 16. Lyranus, Mafius in Iosue c. 19. v. 47. Ribera in Osee c. 10. & alij. Rabbinus verò hic inter se dissentiunt. Alij enim putant hanc accidisse sub Iosue adhuc viuentis, sed praesentio languente, nec idololatriis obstitente: alij vt Raschi & Seder Olam hanc collocant sub Othoniele; Alij sub Aod secundo Iudice: sed verius est hanc paulo ante Othonielem contigisse, nimirum paulo post mortem Caleb & Seniorum, qui Iosue vlt. v. 31. post Iosue dicuntur multo vixisse tempore, puta quindecim, vel vt Salianus, 17. annis: hi enim

si vixissent, non permisissent idololatriam publicam in Israel induci. Vnde sub iis Israel ibidem dicitur seruasse Deo: iis autem mortuis subintroit idololatria, cuius origo & ingressus hic describitur; ob quam Deus illic in Israel misit Chusan regem Mesopotamiae, qui eum affligeret. Vnde Israel afflictus, poenitens ab idolis ad Deum rediit, Deusque misit Othonielem primum Iudicem, qui eum a seruitute Chusan liberauit, vt dictum est cap. 3. v. 8. Accedit, quod Danitae idem quaesierunt nouas sedes in Laïs c. 18. quia ab Amorrhais arcebantur in montibus, cum tribus Iuda ducè Caleb, ac cetera tribus Chananæos suos debellassent, vti narratum est c. 1. 34. Vnde Iosephus lib. 5. Antiq. c. 2. post mortem Iosue & bella Calebi, ac pacem à ceteris tribubus cum Chananæis initam, statim subiunxit hanc Danitarum contra Laïs expeditionem. Quare historia quinque sequentium capitum recto temporis ordine ponenda fuisset ante caput secundum, scilicet immediatè ante v. 35. capituli primi. Ita Salsianus, & alij, qui vrgent quoque illud, quod hic dicitur, tunc non fuisse rex, id est Iudex & Princeps, ideoque quemlibet fecisse id quod ei libebat.

Obiicit Abulen. Hanc contingere ante Ierusalem ab Hebraeis expugnata, vt patet c. 17. 11. Atqui Ierusalem expugnata est Caleb adhuc viuentis, imò ab ipso Caleb, vt dixi c. 1. 8. ergo hanc contigerunt ante mortem Caleb. Resp. Ierusalem à Caleb quidem expugnata, sed paulo post rursus à Iebusæis fuisse receptam; vti & aliae vrbes à Iosue expugnatae rursus à Chananæis fuere occupatae; atque ac Gaza, Accaron & Acalon à Philisthaeis, vt patet c. 1. 8. Aliam responsonem adiungam c. 19. 11.

Hunc Micham videtur significare Sulpitius in Chiron, cum post Samsonem ponit Iudicem Simmichar, quasi ab Hebraeo aliquo audierit מִיכָחָם *Semo Michas*, id est cuius nomen Michas. Et huc Samsonis etiam apud Cedreum successor trahi posset *Schamanes*, vel potius *Schamanes*, vel *Schamades*. Nam שָׁמַח *Schamam* Hebr. uisitare ac desolari est, *Schamad* perdere ac euertere. Quis uero Israelitarum uisitator, desolator, perditor euectisque maior & perniciosior, quam qui à vera illos fide abstrahit, ad idola pertrahit? Verum errat uerque; nam Michas non fuit Iudex, sed potius hostis populi Dei, nec Samsoni alius successit quam Heli.

QUI (Michas) DIXIT MATRI SVÆ.] Fuit hæc mater uida & uetula, utpote habens nepotem sacerdotem, ac cum filio suo Michas superstitiosa, & idolorum cultui addicta. Rabbinus nonnulli asserunt, vel potius fingunt illam fuisse Dalilam; quæ mille & centum argenteos, quos pro proditione Samsonis à Philisthaeis acceperat, ad idoli fabricam contulerit. Verum hæc longè ante Samsonem & Dalilam contigerunt, vt dixi.

MILLE ET CENTVM ARGENTEOS (scilicet fideos, id est totidem florenos Brabanticos) QUOS SEPARAVERAS TIBI, ET SUPER QUIBUS ME AUDIENTE IURAVERAS, ECCE EGO HABEO ET APUD ME SVNT. CUI ILLA RESPONDIT: BENEDICTVS FILIVS MEVS DOMINO.] *Quos separaueras tibi*, id est quos sepoueras ad futuros casus, vel necessitates aut commoditates occurruras. Hebr. est: *Qui accipit erant tibi*, quod Vatab. Pagnin. Arias, Caiet. & alij exponunt: *Qui tibi furto erant sublati*. Melius Noster vertit: *Quos acceperas vt seponeres*, id est quos separaueras tibi.

Cornel. in Iudicum.

IVRAVERAS.] id est iurando uoueras te iis fabricaturum idolum. Secundo, *iuraueras*, id est diris deuoueras eum, qui tibi mille & centum argenteos furto subduxerat. Tertio, & planius: *iuraueras*, id est adiuraueras me, vt si quis scirem de hisce argenteis quos perdideras, id tibi edicerem. Casus est hic. Mulier hæc sepouerat ad futuros vsus mille & centum argenteos: inuenit eos & accepit; imò vt multi iam citati uolunt, furto surripuit filius eius Michas: mater non inueniens suos argenteos, adiurauit filium, vt diceret, numquid de his argenteis sciret. Filius ingenue confessus est se eos inuenisse; accepisse & habere. Vnde mater eius ueracitatem collaudans ait:

BENEDICTVS FILIVS MEVS DOMINO.] Per Dominum intelligit Deum, non Israelis uerum, sed falsum fictumque, cui mox parauit idolum, vt sequitur. Hic enim in ipsius sensu erat *Iehoua*, vt habetur in Hebraeo. Nomen enim *Iehoua* scilicet idololatriæ habent, coluntque vt suum Deum, ideoque nuncupant *Iehoua*, id est Deum uerum, vt patet ex multis Script. locis. Nisi quis dicat mulierem hanc simul coluisse Deum uerum Israelis, & idolum gentium, uti fuere Cuthæi sive Samaritæ 3. Reg. 17. Aut in honorem Dei ueri fabricasse suum idolum, quasi minorem Deum; nimirum reipsa iungens Deum dæmonii, uolensque per cultum dæmonis honorare Deum: qui crassus & blasphemus fuit error; sed prius quod dixi est uerius. En tibi origo idololatriæ in Israele fuit mulier. Sic hæreses omnes à mulieribus uel ceperunt, uel propagatae sunt, uti ex S. Hieron. ostendi 2. Timoth. 3. v. 6.

CONSECRAUI ET VOUI HOC ARGENTVM DOMINO.] id est, vel Deo meo Baal, uel Astaroth, &c. vt illi ex argento hoc statuam siue idolum conflari uel sculpi curem. Sic Græci & Romani colebant Iouem, Martem, Venerem, Mercurium, Saturnum, illisque multa idola statuebant, in quibus eos adorabant & consulebant, uti ostendi Baruch. c. 6.

ET FACIAT SCULPTILE ATQUE CONFLATILE.] Abulen. putat sculptile, idem esse quod conflatile. Melius alij hæc distinguunt, censentesque ex hoc argento facta esse duo idola, vnum arte fusoria conflatum, alterum sculpendo effigiatum, ideoque illud conflatile, hoc sculptile dictum: nam hæc duo distinguuntur cap. 18. 18.

ET NUNC TRADO ILLVD TIBI.] *Trado*, id est mox tradam, vt patet ex Hebr. Mater vt filium ad reddendos 100. argenteos, quos inuenerat & abstulerat, alliciat adigatque, asserit se illos uouisse Domino, ita tamen ut ipsa sua manu eosdem tradat filio, qui idolum, quod uouerat, fieri curet: sed mater argenteis omnibus à filio receptis, ducentos tantum idolo fabricando impendit; reliquos omnes sibi seruaui. Vnde filius Michas è suis opibus Ephod, id est vestes sacerdotales, aliaque idola sibi fieri curauit. Ita Arias.

ET FECIT EPHOD ET THERAPHIM.] id est vestem sacerdotalem & idola. Nam per *Ephod*, id est superhumeralis cum Rationali, uelut præcipuam vestem sacerdotalem, ceteræ omnes significantur. *Theraphim* uero erant idola. Vnde Aquila vertit: *μορφωματα*; id est, *Figuras* uel *figurationes*: iam in his figuris uel *figurationibus* varia opera intellige opere sculptorio uel fusorio effigata, sicut *opus Cherubim*. Hebr. uocatur *varium* uarieque pictum. Ita quidam S. Hieron. Epist. ad Marcellam de Ephod & theraphim.

raphim tom. 3. Porro Septuag. Theraphim nunc ver-

addunt Arias, Caiet. Oleaster & Rabbini the-

Citat haec Elias in Thisbi, & Lyran. Verum haec

Porro Philo Biblicus asserit theraphim Michae

IMPLEVITQUE VNIVS FILIORVM SVORVM MA-

VERS. 7. FUIT QUOQUE ALTER ADOLESCENS DE BE-

verò ex tribu Iuda: poterant enim Hebraei, praefere-

ESTO MIHI PARENS AC SACERDOS.] Sa-

Hinc discite quanta apud idololatræ quoque fue-

VESTEM DVPLICEM.] Chald. & Septuag. Par

ET HABVIT PVERVM SACERDOTEM.] scilicet

NVNC SCIO, DICENS, QVOD BENEFACIET

Hinc tamen discite, quanta olim fuerit opinio,

Verè Tertul. lib. de Praescript. c. 41. Ordinationes,

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

DAnita idola Michae surripiunt, & Ionathan sacerdotem abducunt: inde ex inopinatio

1. IN diebus illis non erat rex in Israël, & tribus Dan quærebat possessionem sibi,

num haberent quidquam societatis ac negotij. Erat autem ciuitas sita in regione Rohob: quam rursum exstruētes habitauerunt in ea, 29. vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui, quem genuerat Israēl, quæ prius Lais dicebatur. 30. Posueruntque sibi sculptile, & Ionathan filium Gersam filij Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diē captiuitatis suæ. 31. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israēl.

VERS. 1. TRIBVS DAN QUÆREBAT POSSESSIONEM SIBI. Tribus Dan, æquæ ac ceteræ possessionem suam forte acceperat à Iosue c. 19. v. 40. versus mare & Philistinios; sed his acriter resistentibus, & Amorthæis alia ex parte eos coarctantibus, vt dictum est c. 13. v. 34. non potuerunt Danita totam sortem sibi à Iosue attributam occupare: quare videntes se in ea nimis angustiè habitare, nouas sedes quaesierunt, ac coloniam duxerunt in Lais. Hoc est quod hic dicitur: *Sortem non acceperat*, id est armis capere & occupare non potuerat.

VERS. 6. DOMINVS RESPICIT VIAM VESTRAM. Dominum vocat suum idolum, siue theraphim: huius enim erat sacerdos: vnde illud consulens hoc ab eo responsum accepit, vel certe accepisse se finxit.

VERS. 7. VENERVNT LAIS,] quæ Iosue 19. 49. (vbi per Prolepsin siue Anticipationem hæc historia narratur, cum posterius contigerit) vocatur *Lefem*, alibi *Laysa*: postea à Danitis vocata est *Dan*, factaque caput tribus Dan, & iuncto vtroque nomine *Lefem-Dan*; deinde *Paneas* est dicta à Paneade fonte; qui eam alluit. Denique à Philippo Terrarcha in honorem Tiberij Cæsaris instaurata & ornata, appellata est *Cæsarea Philippi*, vbi Christus Petro se filium Dei confitenti dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*. Matth. 16. Erat vrbis hæc loco amœnissimo sita, inter duos riuos Ior & Dan, ad radices ferè montis Libani: Vnde Ieroboam in ea, æquæ ac in Bethel posuit suos vitulos aureos. Erat enim ipsa terminus terræ Israēl versus Septentrionem, sicut Bersabée versus Austrum; vnde dicitur à *Dan vsque Bersabée*, id est per totum Israēl. Hic oritur *Jordanis* fluminis, ita dictus, quod confluit ex confluxu duorum riuorum, scilicet Ior & Dan, aut quasi *יורד מן מידן* *iorer middan*, id est descendens ex Dan. Ex hac vrbe oriunda fuit mulier illa sanguinis fluxum patiens, quam Christus tactu fimbriæ sanauit. Math. 9. 20: quæ ibidem proinde statuam Christo erexit, ad cuius basin herba quedam nascebat, quæ sensim crescens vbi Christi fimbriam attigisset, quoslibet morbos curabat, teste Eusebio lib. 7. Histor. c. 14. ita Christus urbem Dan, quæ tantorum monstrorum & multiplicis idololatriæ fuerat sedes, fideri quasi cathedrâ thronumque suum effecit.

Vrsi Dan est Cæsarea Philippi.

VIDERVNTQUE POPVLVM HABITANTEM IN EA ABSQVE VILLO TIMORE. Tres hic dantur illecebræ & causæ, cur Danitæ Lais inuasissent. Primo, quod ciues in ea habitarent securi; ideoque incermes; secundo, quod essent opulenti; tertio, quod separati à cunctis hominibus, qui eis auxiliari possent. Et. PROCVL A SIDONE,] itinere scilicet vnius diei, ait Iosephus. Tropol. disce hæc quam periculosa sit nimia securitas: hæc enim allexit Hebræos vt perderent Lais. Rursum noctu maximè esse excubandum

A contra hostes. Hinc Græci noctu ceperunt Troiam. Audi Virgilium 2. Æneid.

Inuadunt urbem somno vinoque sepulam. Sic Cyrus Babylonios, eorumque regem Baltasarem noctu inuasit & occidit. Daniel. 5. 30. sic Abraham super hostes irruit nocte, eosque percussit. Genes. 14. 15. sic Nisus noctu cum Eurialo inuadens castra hostium, ait apud Virgil. Æneid. 9.

Euriale audendum dextra nunc ipsa vocat res. Ita quondam & Romani apud Athenæum lib. 5. noctem illum obseruantes, ebrios Athenienses consopitosque inuadunt & obruncant. Ita denique & Græchus apud Liuium lib. 23. silenti profectus agmine, castra campana vt in pernigilio neglecta, simul omnibus portis inuadit, diripit & euertit.

MANSERVNT IN (id est iuxta, vt patet ex sequentibus) CARIATHIARIM (id est vrbe sylvarum; erat enim locus syluofus) IVD. 8. Erat ergo hæc vrbis in tribu Iuda, sed in confinio tribus Dan & Benjamin. Minus rectè ergo Adrichom. eam collocat in tribu Dan.

Theraphim, et (id est) sculptile atque conflatile. Theraphim enim erant idola sculpta, vel conflatata ex auro, argento, vel ære. Adde Theraphim, id est idola non solum fuisse sculpta vel conflatata, sed picta quoque, malleo deducta, ex argilla à figulo efficta, aliæque arte & modo effigata & efformata, q. d. erant in domo Michæ theraphim, id est idola varia variè efficta, sed præfertim arte fuforia conflatata, & sculptoria exsculpta; hoc enim videtur exigere v. 18. vbi dicitur: *Tulerunt sculptile, Ephod, & idola atque conflatile*. Et v. 20. *idola ac sculptile*. Denique theraphim propriè erant idola, à quibus diuinatio petebatur, vt dixi superius.

VIDETE QVID VOBIS PLACEAT,] super hac re scilicet, an idola hæc Michæ accipere, an ei salua relinquere velitis.

PONE DIGITVM SVPER OS TVVM,] q. d. digito compescite labellum; sile: symbolum enim silentij est digitus ori superpositus. Vnde Harpocrates Deus silentij pingebatur quasi puer nudus, imberbis, indicem digitum dextræ manus ori imponens, sinistra verò cornu copie gestans, mythra reclinatus. Vide Pierium.

POSERVNTQUE SIBI SVCLPTILE, ET IONATHAN FILIVM GERSAM FILII MOYSI, AC FILIOS EIVS SACERDOTES IN TRIBV DAN,] Filij Moysi. Ita constanter legunt Latina Romana, & cetera. Sed Septuag. Chald. & Hebræa moderna legunt: *filij Manasse*.

Verùm germanà lectio est: *filij Moysi*, itaque habent vetera Hebræa, vt notarunt Rabbini, Caiet. & Vatab. Gersam enim fuit filius Moysi, vt patet Exodi 2. v. 22. Ceterum Hebræi olim vt consulerent honori Moysi, siue infamia tam grauis à nepo-

te Ionathan, vt pote sacerdote idolorum, illi quasi auo inureretur, ad marginem Moysi posuerunt Manasse, littera in viciniam conuerſa, & mutatis punctis, itaque legere ceperunt: *filij Manasse*, quasi significantes quod Ionathan, qui natura erat filius, id est nepos Moysi, tanto & tam sancto patre, hoc est auo indignus, potius dicendus esset filius Manasse regis idololatriæ: filius inquam non natura, sed imitatione, aut potius impietatis similitudine. Nam alioqui Ionathan hic aliquot sæculis præcessit Manassen: quæ lectio marginalis tandem in textum Hebræum irreplit, sed ita vt notetur circulo, & littera elenata & suspensâ; nimirum vt alia vetus lectio, quæ habet Moysi, vera & germana esse indicetur. Hinc patet hæc non diu post mortem Iosue contigisse: nam idoli huius sacerdos erat Ionathan nepos Moysi, qui cum erat adolescens. Ita Ioseph. & alij citati c. 17. v. 1.

Vide hic quam Heroum filij noxæ, quamque à parentum virtute degenerent, fiantque perditissimi, vt merito parentibus optandum sit mori illiberales, quam tam infames post se liberos relinquere. En tibi Moses legislator, dux, & propheta populi, fundator synagogæ & auctor fidei, post se reliquit nepotem Ionathan, qui factus est idolorum sacerdos primus, & princeps ceterorum, qui cum in Israële deinde plurimi secuti sunt. En tibi tam sancti aui tam sacrilegus nepos. Sic Adam pius post se genuit parricidam Cain, Ezechias Manassen, Iosias Ioachim, Salomon Roboam, Abraham Ismaëlem, Heli Ophni & Phinees, Samuel degeneres filios, ob quos populus petiit regem, quem Deus per Samuelem dedit Saulem.

VSQVE AD DIEM CAPTIVITATIS SVÆ.] Hebr. vsque ad diem migrationis terra. Sic & Septuag. Quæres, quonam fuit hæc Danitarum captiuitas, in qua finita fuit eorum idololatria? Sunt tres sententiæ. Prima accipit captiuitatem Assyriacam, qua decem tribus, inter quas vna erat Dan, à Salmanasar abductæ sunt in Assyriam anno sexto Ezechia regis. 4. Reg. 17. 2. Ita Seder Olam & Raschi.

Secunda censet peculiarem hæc fuisse tribus Dan captiuitatem, quam alibi Script. non narrat. ita Caiet.

Tertia asserit fuisse eo tempore, quo arca Dei sub Heli Pontifice capta est, & Hebræi ingenti strage cæsi, & magna clade affecti fuere à Philisthæis; tunc enim multi ab eis bello capti in captiuitatem fuere abducti, tam ex tribu Dan, quam ex ceteris tribubus. Ita Lyran. Abul. Vatab. Arias, Serarius, Geneb. in Chronol. Ribera in Ofec c. 10. Probatur primò, quia id significant verba sequentia, quibus ait: *Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo*. Atqui hæc fuit in Silo vsque ad Heli & Samuelem. Vbi nota Iosue arcam cum Tabernaculo collocasse in Silo, quia

A Silo erat in tribu Ephraim, ex qua erat & Iosue, vt sic facilius in sua præfens tribu Iosue seruarietur Dei cultum. Addit Iosephus lib. 5. Antiq. c. 10. id factum ob loci pulchritudinem. Mansit in Silo arca à sexto anno Iosue vsque ad vltimum Heli per annos 350.

Secundò, quia idolum hoc non fuit in tribu Dan, vsque ad Salmanasar. Quomodo enim publicam hanc idololatriam in regno suo permisisset David rex pius & potentissimus? quomodo Samuele quomodo Iosaphat, Asa, Ezechias?

Tertio, si in Dan fuisset idolum Michæ, Ieroboam ibidem non collocasset suos vitulos aureos quasi idola; suffecisset enim ipsi idolum Michæ ad populum à Ierusalèm in Dan abstrahendum. Porro vituli aurei ipsius substituti fuere huic idolo Michæ, vt facilius à populo reciperentur, vt pote qui iam pridem ibidem idolum Michæ, auctoritate Ionathan sacerdotis, qui erat nepos Moysi & posterorum eius roboratum coluisset.

Minus rectè ergo Caiet. putat hic duo tempora vocari. Vnum, quo Ionathæ sacerdotis durat posteritas; & hoc esse vsque ad Daniticam captiuitatem, de qua dictum. Alterum, quo steterit Michæ idolum; & hoc fuisse ad Philisthæam arca captiuitatem, Heli que mortem, vti iam dixi. Nam vnum idemque tempus notari hic satis indicant ipsa verba textus, præsertim Hebræici, qui sic habet: *Et constituerunt sibi filij Dan sculptile, & Ionathanque filium Gersam, filij Moysi. Ipse (Iehonathan) & filij eius fuerunt sacerdotes tribus Dan vsque ad diem migrationis terra.*

Idem ergo fuit terminus & finis Danitarum, ac sacerdotis & sacerdotij idololatriæ, ac consequenter idololatriæ apud eosdem Danitas; nimirum clades Israëlis, & captiuitas arca sub Heli; tunc enim plurimi ex Danitis & ceteris tribubus à Philisthæis fuere in captiuitatē abducti, ac inter alios idola hæc Michæ, cum suo sacerdote, vt satis colligitur ex 1. Regum 4. 10. & Psal. 77. v. 61. vbi de hac strage agens ait: *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem (arcam) eorum in manus inimici.*

IN DIEBUS ILLIS NON ERAT REX IN ISRAEL,] qui suo imperio & potentia idololatriam hanc punire & euertere posset. Impunè ergo illa grassata est, & durauit per tempora Iudicum vsque ad Heli, quia Iudices non habebant tantam auctoritatem & imperium, quanta ad hoc malum tollendum requirebatur. Hinc videtur quod Samuel sanctissimus & zelosissimus propheta, creato rege Saule, omnibus modis apud eum egerit, vt ipse reliquias idololatriæ à domo Michæ ac toto Israële cum suis sacerdotibus tolleret; quod ipsum fecisse non est dubium, & satis significat Script. 1. Reg. 28. v. 9.

Captiuitas Danitarum quando.

VERS. 8.

VERS. 14.

VERS. 20.

VERS. 21.

VERS. 30.

VERS. 31.

Cornel. in Iudicum.

Q3

CA-





puerum & bono consulat, potius quam hospitis externi, etiam si maior iniuria ei inferenda sit; & contra iustitiam, si ea iniuria & repugnante (vt fieri solet) violandam obtulit: & contra charitatem, si in filia erat periculum consensus in delectationem veneream. Ita Lyran. Abul. Dion. & Pererius in cap. 19. Genes. v. 5. vbi simile dixi de Lot offerente filias Sodomitis ad liberandos hospites. Quod si periculum consensus non erat in filia, ipsaque sponte patri sese submiserat, aut ad tantum nefas euitandum etiam obtulerat, & hoc probum sustinendum, nullum omnino fuit peccatum.

Denique animi perturbatio, incogitantia, & inopia consilij culpam viri huius valde imminuerunt.

Magis excusandus est Leuita, qui vt propriam iniuriam infandam euaderet, obtulit vxorem ad stuprum; si ipsa ad hanc sui oblationem (ad quam non obligabatur) consensit. Quisque enim potius a se prohibere debet iniuriam, praesertim tam nefariam, quam ab alio, pura ab vxore. Charitas enim incipit a seipso.

VERS. 25. QVOD CERNENS EDVXIT, ] vt obiecti praesentia & femine pulchritudine illecti abstinerent a vi-

ro, nec ulterius quid peterent, vt re ipsa factum est. Ita Abul. & forte incolae Gabaa petebant virum simulatè, vt femina, quam appetebant, & cuius per forum transeuntis miram pulchritudinem viderant, eis offerretur, vt asserit Iosephus.

Fuit hoc ingens scelus, quod proinde totius penè tribus excidio Deus vindicauit. Vnde de eo dicitur. Osee 9. 9. Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. Recordabitur (Dominus) iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum.

IN DVODECIM PARTES AC FRVSTA CONCIDENS, MISIT IN OMNES TERMINOS ISRAEL, ] putà ad duodecim tribus, cuique tribu vnam partem. Non peccauit hic maritus, quia non concidit vxorem ad deonestationem corporis ipsius, sed potius ad honorem illi restituendum per vindictam tanti flagitij, quae paulò post re ipsa secuta est, nam hac concisione omnes excitauit ad ultionem. Ita Abul.

Hoc Leuitae factum exemplumque citat S. Athanasius, episcopus ad Orthodoxos, similique modo Arrianorum nefanda scelera contra Catholicos commissa recensens, eosdem excitat, vt Arrianos detestentur.

## CAPVT VIGESIMVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Vndecim tribus bellum inferentes Beniaminitis ad vindicandam nefandam eorum libidinem, secundo ab eis caduntur, tertio tandem aggressu eosdem cadunt usque ad interuentionem, sexcentis dumtaxat fuga in solitudinem elapsis.

1. EGressi itaque sunt omnes filij Israël, & pariter congregati, quasi vir vnus, de Dan vsque Bersabée, & Terra Galaad, ad Dominum in Maspha: 2. Omnesque anguli populorum, & vnctae tribus Israël in Ecclesiam populi Dei conuenerunt, quadraginta millia peditum, pugnatorum. (3. Nec latuit filios Beniamin, quod ascendissent filij Israël in Maspha.) Interrogatusque Leuita, maritus mulieris interfectae, quomodo tantum scelus perpetratum esset, 4. respondit: Veni in Gabaa Benjamin cum vxore mea, illucque diueri: 5. & ecce homines ciuitatis illius circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua est. 6. Quam arreptam, in frustra concidi, misique partes in omnes terminos possessionis vestrae: quia numquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est in Israël. 7. Adestis omnes filij Israël, decernite quid facere debeatis. 8. Stansque omnis populus, quasi vnus hominis sermone respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum: 9. sed hoc contra Gabaa in commune faciamus: 10. Decem viri eligantur à centum ex omnibus tribubus Israël, & centum de mille, & mille de decem millibus, vt comportent exercitui cibaria, & possimus pugnare contra Gabaa Benjamin, & reddere ei pro scelere, quod meretur. 11. Conuenitque vniversus Israël ad ciuitatem, quasi homo vnus, eadem mente, vnoque consilio. 12. Et miserunt nuntios ad omnem tribum Benjamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum est? 13. Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israël. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israël audire mandatum: 14. sed ex cunctis vrbibus, quae sortis suae erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniversum populum Israël dimicarent. 15. Inuentique sunt viginti quinque millia de Benjamin educentium gladium, praeter habitatores Gabaa, 16. qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra, vt dextra praeriantes: & sic fundis lapides ad certum iacentes, vt capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. 17. Virorum quoque Israël, absque filiis Beniamin, inuenta sunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. 18. Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo: consulueruntque Deum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis

CONTRA

contra filios Benjamin? Quibus respondit Dominus: Iudas sit dux vester. 19. Statimque filij Israël surgentes mane, castrametati sunt iuxta Gabaa: 20. & inde procedentes ad pugnam contra Benjamin, vrbem oppugnare coeperunt. 21. Egressique filij Benjamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israël die illo viginti duo millia virorum. 22. Rursum filij Israël & fortitudine & numero confidentes, in eodem loco, in quo prius certauerant, aciem direxerunt: 23. ita tamen vt prius ascenderent & flecterent coram Domino vsque ad noctem: consulerentque eum, & dicerent: Debeo vltra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen. 24. Cumque filij Israël altera die contra filios Benjamin ad praelium processissent, 25. eruperunt filij Benjamin de portis Gabaa: & occurrentes eis, tanta in illos caede bacchati sunt, vt decem & octo millia virorum educentium gladium prosternerent. 26. Quamobrem omnes filij Israël venerunt in domum Dei, & sedentes stebant coram Domino: ieiunaueruntque die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas, 27. & super statum suo interrogauerunt. Eo tempore ibi erat arca foederis Dei, 28. & Phinees filius Eleazari filij Aaron praepositus domus. Consuluerunt igitur Dominum atque dixerunt: Exire vltra debemus ad pugnam contra filios Benjamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras. 29. Posueruntque filij Israël insidias per circuitum vrbis Gabaa: 30. & tertia vice, sicut semel & bis, contra Benjamin exercitum produxerunt, 31. Sed & filij Benjamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduersarios longius persecuti sunt, ita vt vulnerarent ex eis sicut primodie & secundo, & caderent per duas semitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros: 32. putauerunt enim solito eos more cadere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent. 33. Omnes itaque filij Israël surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco, qui vocatur Baalthamat. Insidiae quoque, quae circa vrbem erant, paulatim se aperire coeperunt, 34. & ab Occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia decem millia virorum de vniverso Israël, habitatores vrbis ad certamina prouocabant. Ingrauatumque est bellum contra filios Benjamin: & non intellexerunt quod ex omni parte illis instaret interitus. 35. Percussitque eos Dominus in conspectu filiorum Israël, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium. 36. Filij autem Benjamin, cum se inferiores esse vidissent, coeperunt fugere. Quod cernentes filij Israël, dederunt eis ad fugiendum locum, vt ad preparatas insidias deuenirent, quas iuxta vrbem posuerant. 37. Qui cum repente de latibus surrexissent, & Benjamin terga cadentibus daret, ingressi sunt ciuitatem, & percusserunt eam in ore gladij. 38. Signum autem dederant filij Israël his quos in insidiis collocauerant, vt postquam vrbem cepissent, ignem accenderent: vt ascendente in altum fumo, captam vrbem demonstrarent. 39. Quod cum cernerent filij Israël in ipso certamine positi (putauerunt enim filij Benjamin eos fugere, & instantius persequerentur, casis de exercitu eorum triginta viros) 40. & viderent quasi columnam fumi de ciuitate ascendere; Benjamin quoque aspiciens retrò, cum captam cerneret ciuitatem, & flammam in sublimi ferri: 41. qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebat. Quod cum vidissent filij Benjamin, in fugam versi sunt, 42. & ad viam deserti ire coeperunt, illuc quoque eos aduersariis persequentibus, sed & hi qui vrbem succenderant, occurrerunt eis. 43. Atque ita factum est, vt ex vtraque parte ab hostibus caederentur, nec erat vlla requies morientium. Ceciderunt atque prostrati sunt ad Orientalem plagam vrbis Gabaa. 44. Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores. 45. Quod cum vidissent qui remanserant de Benjamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad Petram, cuius vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderunt quinque millia virorum. Et cum vltra tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia. 46. Et sic factum est, vt omnes qui ceciderant de Benjamin in diuersis locis, essent viginti quinque millia, pugnatores ad bella promptissimi. 47. Remanserunt itaque de omni numero Benjamin, qui euadere, & fugere in solitudinem potuerunt, sexcenti viri: sederuntque in Petra Remmon mensibus quatuor. 48. Regressi autem filij Israël, omnes reliquias ciuitatis à viris vsque ad iumenta, gladio percusserunt, cunctasque vrbes & viculos Benjamin vorax flamma consumpsit.

EGRESSI

VERS.1. **F**GRESSI ITAQUE SVNT OMNES (id est plu-  
rima, omnes qui commodè domo abesse egre-  
di que poterant) AD DOMINVM IN MASPHA.]  
Quatuor erant vrbes in Iudea dictæ Maspha, id est  
specula, ait Abul. qui Galaaditicam hic intelligit.  
Melius alij accipiunt illam, quæ erat in confinio tri-  
bus Iuda & Benjamin; hæc enim erat vicina Ga-  
baæ, quam punire volebant, æquè ac vrbi Silo, vbi  
erat Tabernaculum fœderis cum arca, quod ex  
Maspha videri poterat. Erat enim Maspha in loco  
alto quasi specula, vnde ibidem dicuntur congrega-  
ti ad Dominum, eminus in Tabernaculo supra ar-  
cam residentem. Adde in tota Synagoga simul  
collecta ad causam piam, vti hic erat, Deus aderat,  
illi que præerat, vnde ad eam contentientes dice-  
bantur congregari ad Dominum. Hinc & aliàs sapius  
Hebræi comitia celebrantur in Maspha, vt patet  
1. Reg. 7. 10. Jerem. 40. 1. Machab. 3. 47. vbi & causa  
additur cum dicitur: locus orationis erat in Maspha  
ante in Israël. q. d. Esto in Silo esset Tabernaculum  
cum arca, tamen in Maspha erat Synagoga, si-  
ue locus orationis, ideo que eò quasi ad Synago-  
gam siue profueham conuenerunt Israelitæ. Vnde  
Rabbini Synagogarum originem referunt ad  
Synagoga celebrem & principem, quæ erat in  
Maspha.

VERS.2. **OMNESQUE ANGLI POPULORVM,** hoc est  
omnes populi habitates in suis locis, quasi angulis.  
Sic hodie vocantur *Cantones*, id est Anguli Helue-  
tiorum. Rursùm & potius omnes anguli, id est om-  
nes primores, Præfecti & Duces populorum, om-  
nes Principes tribuum, ait Noster Salazar in Prop-  
uerb. c. 1. v. 21. n. 29. hi enim populum in vnione &  
officio continent, sicut anguli stringunt continent-  
que totam domum. Hinc Angulus pro Principe  
sumitur, vt cum Christus dicitur factus in caput an-  
guli, & esse lapis angularis, id est columna, basis &  
princeps Ecclesiæ. Psal. 117. 22. Et Matth. 21. 42. &  
cum Isaias ait c. 19. v. 13. Deceperunt Aegyptum angu-  
lum (id est Principem) populorum. Et Zachar. c. 10.  
v. 4. Ex ipso angulus, hoc est ex Iuda prodibit princeps,  
puta Iudas Machabæus. Similia sunt Sophon. 3. 6. &  
1. Reg. 14. 38.

VERS.12. **ET MISERVNT NVNTIOS AD OMNEM TRI-  
BYM BENIAMIN,** per vniuersas vrbes & cogna-  
tiones Beniaminitarum.

VERS.15. **INVENTIQUE SVNT VIGINTI QVINQUE MIL-  
LIA DE BENIAMIN,** Hebr. & Chald. habent 26.  
millia, quibus consentit Lyran. & Abul. Sed Se-  
ptuag. æquè ac Latina Romana constanter legunt  
25. millia: atque his planè consentit numerus ca-  
sorum & superstitum v. 35. & 47. Denique facile  
חמשה עשר chamissa, id est quinque, deprauari potuit in  
ששה עשר veshissu, id est sex.

VERS.16. **QVI** (incola Gabaa) SEPTINGENTI ERANT  
VIRI FORTISSIMI, ITA SINISTRÀ VT DE-  
XTRA PRÆLIANTES, ET SIC FVNDIS LAPIDES  
AD CERTVM IACIENTES, VT CAPILLVM QVO-  
QUE POSSENT PERCVTERE.] Est hyperbole. q. d.  
peritissimi erant fundæ, vt ea iacientes lapidem, certò  
scopum configerent. Ita Lyran. Abul. Caiet. Tales  
quoque erant incola Balearium insularum, qui à  
tenuis exercebantur in iactu fundæ, adeò vt pueri  
tentare non possent, nisi ientaculum eminus pos-  
tum funda deiecissent, teste Strabone. Audi quid  
de Commodo Imper. scribat Herodianus: *Cervos  
& damas, item cornigera alia præter tauros, currens pari-  
ter ipse æque insequens imperabat, ac præuenta fuga cer-*

*uissimis iebibus prosternebat. Leones verò & Patheras, ali-  
que id genus nobilissimâ animalia, currens in orbem super-  
nè iaculis confodiebatur, sic vt nec telum quisquam secu-  
dum, nec vulnus viderit nisi lethiferum. Nam vt primùm  
se fera concitauerat, statim illam vel in fronte vel in corde  
fauciabat, nullo præterea vsu scopo, neque ad aliam cor-  
poris partem telo destinato, sic vt pariter cum vulnere ipso  
conficeretur.* Plura tam peritorum sagittariorum  
exempla recensit Thren. 3. v. 12.

**IVDAS SIT DVX VESTER.]** Iudas, id est tribus  
Iuda, cuius Princeps.

**FRATRES MEOS.]** Hostes vocant fratres, vt  
ostendant quòd licet vitia sint puniendâ, natura ta-  
men est diligendâ, ait Lyran. hinc hostis olim erat  
hospes, vnde Italicum hospes.

**QVIBVS ILLE RESPONDIT, ASCENDITE AD  
EOS ET INITE CERTAMEN.]** Mita Dei ordina-  
tio: Iubet enim vndecim tribus semel casus à Ben-  
iaminitis ad 22. millia v. 21. iterum eos aggredi, &  
ab eis rursùm cædi ad 18. millia v. 25. & tamen illa  
bellum iustum piumque agebant.

Cur hoc? Prima causa fuit, vt præterita eorum  
peccata castigaret, ac nominatim quòd permisit-  
sent idololatriam Micha: item cultum Baalim & Alta-  
roth. c. 2. & 3. ita Hebræi, Lyran. & Abul.

Secunda inuinit v. 22. quòd scilicet nimis in sua  
fortitudine & numero confiderent: vt discerent  
Dei esse victoriam, eamque ab eo dari sæpè paucis  
& debilibus contra plures & potentes.

Tertiam, vt castra vndecim tribuum, in quibus  
multi erant scelerati, à face expurgaret; itaque di-  
gna redderet, quibus victoriam largiretur: vt que  
probarer & excitaret eorum fidem & obedientiam,  
quæ sanè hic magna fuit; itam licet secundo cæsi,  
tertiò tamen bellum Dei iussu instaurarunt, ideo-  
que victores euaserunt. Audi S. Gregor. 14. Moral.  
c. 13. *Quid est quod in vitionem sceleris inflammatur Is-  
rael; & tamen prius ipse prosternitur: nisi quòd prius ipsi  
purgandi sunt, per quos aliorum culpe seruiuntur: vt ipsi  
iam mundi per vitionem veniant, qui aliorum vitia corri-  
gere festinant.* Confirmat exemplo adulteræ, cuius  
accusatoribus ait Christus Dominus: *Qui sine pec-  
cato est vestrum, primus in illam lapidem mitat.* Ioan. 8.  
7. De quibus S. Greg. *Ad aliena, inquit, puniendâ pec-  
cata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque inuis ad  
conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena re-  
prehendant.*

Denique vt ostenderet se supremum esse necis  
& vitæ omnium Dominum, itaque omnes sacro  
sui metu & reuerentia percelleret, vti & factum est.  
Vide Origin. hom. 14. in Numer. S. August. lib. 3. de  
Ciuit. c. 21. & 22. Saluian. lib. de Prouidentia. S. Gre-  
gor. 21. Mor. c. 3. S. Ephrem tom. 1. serm. de pa-  
tientia.

Similibus de causis Deus permisit in bello con-  
tra Pharaonem infidelem inito, occidi Iosiam piis-  
simum regem Iuda; & Ladislaum regem Hunga-  
rorum ab Amurathe Imper. Turcarum in clade  
Varnensi; ac S. Ladouicum Regem Franciæ vol-  
entem recuperare terram sanctam à Soldano  
Aegypti capi, & in secunda expeditione peste mo-  
ri, vt miram eius patientiam acueret, eamque toti  
mundo ostenderet, & in caelis coronaret  
quam sanè præ aliis heroicis eius virtutibus ego  
admiror & veneror. sic S. Bernard. ante S. Ludo-  
uicum, iussu Dei incitauit Christianos ad cape-  
sendam eandem in terram sanctam expeditionem,  
quæ tamen malè cessit casis Christianis. Vnde S.  
Bernard.

Bernard. à multis impostor audiuit: sed ipse se ru-  
taturus est, ostenditque per miracula hanc fuisse Dei  
voluntatem, vti ipse citans hanc Israelitarum ge-  
minam cladem narrat lib. 2. de Confid. ad Euge-  
nium sub initium.

VERS.26. **IBI NAVERVNTQUE DIE ILLO VSQUE AD  
VESPERAM.]** Ex hoc loco, & ex 2. Regum c. 1. & 9.  
liquet Hebræos in ieiunio solitos ieiunare vsque  
ad vesperam. Ex qua consuetudine fluxit superbi-  
tiosa obseruatio Saracenorum, Turcarum & Iu-  
deorum posteriorum, qui cum ieiunant, non ante  
cibum sumere solent, quam stellam Veneris siue  
Hesperum (hanc enim colunt Saraceni) conspe-  
xerint; vt de Iudæis refert S. Hier. l. 2. contra Iouin.  
& Tertul. lib. contra Psychicos sub fine. De Sara-  
cenis idem liquet ex c. 2. Alcorani.

Ad vesperam quoque olim ieiunabant Chri-  
stiani: vnde in huius rei memoriam etiamnum ves-  
peræ in ieiunio quadragesimæ ante prandium re-  
citantur, quasi prandium, quod deinde sequitur,  
non tam prandium quam cœna sit.

VERS.37. **QVI CVM REPERTI B.]** Intricatus est hic ordo &  
series historiarum, sed eum sic extrices & digeris cum  
Lyran. & Abul. Israelitæ se diuiserunt in tres tur-  
mas siue partes, inæquales tamen: vna fuit infi-  
diarum, quæ posita erant à tergo vrbs Gabaa, vt

A Beniaminitis ad Israelitas insequendum egressis,  
vrbem ipsam ingrederetur & succenderet. Altera  
turma erat decem millium, quæ Beniaminitas vr-  
be elicit, vt prior turma insidiarum iam dicta vr-  
bem interciperet posset, quæque eos ad tertiam tur-  
mam, siue aciem numerosissimam totius reliqui  
exercitus ad duas semitas consistentem, simulatè  
fugiendò deduxit, dum vrbs captæ signum à pri-  
ma turma per fumum daretur: quò facto conuer-  
terunt se, & omnes turmæ siue acies Beniamini-  
tas aggressæ sunt, ex eisque interemerunt 25. mil-  
lia, & insuper centum viros.

A VIRIS VSQUE AD IUMENTA.] Hinc patet  
paruos omnes feminasque fuisse occisos, tam in  
Gabaæ, quam in omnibus aliis vrribus & viculis  
Beniamin, idque clarius liquet in Hebræo. Fece-  
runt ergo tribum Beniamin anathemæ, quale præ-  
cipitur faciendum in crimine publicæ idololatriæ  
Deuter. 13. 15. Et quanquam hic legis illius & vin-  
dictæ metas modumque vndecim tribus excessere-  
rint, occidendo mulieres & paruulos innocentes,  
diuina tamen prouidentia id permittum est, ad pu-  
niendam Sodomiticam, & effrenam Gabaanor-  
um libidinem, simul & rebellionem audacem &  
temerariam vnus tribus Beniamin contra ceteras  
vndecim.

### CAPVT VIGESIMV PRIMVM.

#### SYNOPSIS CAPITIS.

*Iurant vndecim tribus se non daturas Beniaminitis filias suas in vxores: Vnde mox dolentes  
de tribus illius interitu, sexcentis viris ex illa reliquis vxores dant 400. virgines ex clade  
Iabes Galaad reseruatæ, & ducentas Siluntinas ex rapto.*

1. **I**vraverunt quoque filij Israël in Maspha & dixerunt: Nullus nostrum dabit  
filiis Benjamin de filiabus suis vxorem. 2. Veneruntque omnes ad domum  
Dei in Silo, & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam, leuauerunt vocem,  
& magno ululatu coeperunt flere, dicentes: 3. Quare Domine Deus Israël fa-  
ctum est hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? 4. Al-  
tera autem die diluculo confurgentes, extruxerunt altare: obtuleruntque ibi ho-  
locaufta, & pacificas victimas, & dixerunt: 5. Quis non ascendit in exercitu Do-  
mini de vniuersis tribubus Israël? Grandi enim iuramento se constrinxerant, cum  
essent in Maspha, interfici eos qui defuissent. 6. Ductique poenitentia filij Israël  
super fratre suo Benjamin, coeperunt dicere: Ablata est tribus vna de Israël,  
7. vnde vxores accipient? omnes enim in commune iurauimus, non duros nos  
his filias nostras. 8. Idcirco dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israël,  
qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes  
Galaad in illo exercitu non fuisse. (9. Eo quoque tempore cum essent in Silo,  
nullus ex eis ibi repertus est.) 10. Miserunt itaque decem millia viros robustissi-  
mos, & præceperunt eis: Ite, & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij,  
tam vxores quam paruulos eorum. 11. Et hoc erit quod obseruare debebitis:  
autem reseruate, 12. Inuentæque sunt de Iabes Galaad quadringentæ virgines,  
quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in Terram Cha-  
naan. 13. Miseruntque nuntios ad filios Benjamin, qui erant in Petra Remmon,  
& præceperunt eis, vt eos susciperent in pace. 14. Veneruntque filij Benjamin  
in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad: alias autem non  
repererunt, quas simili modo traderent. 15. Vniuersusque Israël valdè doluit,  
& egit poenitentiam super interfectione vnus tribus ex Israël. 16. Dixeruntque  
maiores natu: Quid faciemus reliquis qui non acceperunt vxores? omnes in Benja-  
min feminæ conciderunt, 17. & magna nobis cura, ingenti que studio prouiden-  
dum



dum est, ne vna tribus deleatur ex Israël. 18. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento & maledictione, qua diximus: Maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem Benjamin. 19. Ceperuntque consilium, atque dixerunt: Ecce solemnitas Domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad Septentrionem vrbis Bethel & ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona. 20. Præceperuntque filiis Benjamin, atque dixerunt: Ite, & latitate in vineis. 21. Cumque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in Terram Benjamin. 22. Cumque venerint patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis: Miseremini eorum: non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus vt acciperent, non dedistis, & à vestra parte peccatum est. 23. Feceruntque filij Benjamin, vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suum, rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas: abieruntque in possessionem suam, ædificantes vrbes, & habitantes in eis. 24. Filij quoque Israël reuersi sunt per tribus & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israël: sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

**VERS. 4.** ALTARE.] Non peccarunt quia in sanctuario altare hoc erexerunt. Iam autem Deuter. 16. tantum vetatur ne extra sanctuarium hostias in altari immolent. Adde, illud præceptum latum esse à Deo ob periculum idololatriæ; hæc autem nullum eius erat periculum. Vnde videtur hic in illa lege fuisse dispensatum. Ita Abul. Tertio, Caiet. censet eos non aliud nouum altare fabricasse, sed istud, quod erat in tabernaculo, restaurasse. Quarto & optimè dicas, hoc nouum altare erectum ob necessitatem. Cum enim omnes tribus congregatæ essent, ac singula plures vellet Deo offerre hostias, vnum altare Tabernaculi ad eas captendas non sufficiebat. Quare necessum fuit aliud altare erigi, vt omnibus satisfieri posset. Hic autem casus necessitatis censebatur exceptus à lege illa communi vnius altaris. Vnde Salomon in simili necessitate aliud altare erexit 3. Reg. 8. 64. Alias verò ad hoc opus fuit peculiari Dei instinctu & dispensatione, per quam Samueli in Rama, Galgala & Bethlehem sacrificare licuit 2. Reg. 7. 11. & 16. Dauidi in Arca Ornan. 2. Reg. 24. Eliæ in monte Carmelo. 3. Reg. 18.

**VERS. 6.** DVCTIQVE POENITENTIA.] non propriè dicta: nec enim peccarant occidendo Beniaminitas, sed poenitentia, id est dolore. q. d. dolentes vnam tribum Beniamin penè extinctam in Israël: Deus enim volebat omnes duodecim tribus conseruari, tum ad honorem Abraham, Isaac & Iacob Patriarcharum, tum ad robur & plenitudinem Synagoga, æquè ac Reipubl. Israël: tum ob mysteria numeri duodecimarum, præsertim quia duodecim tribus, & Patriarchæ earum capita & principes fuere typus duodecim Apostolorum; tum denique quia ex Beniamin nasciturus erat Saül, quem Deus destinauerat primum regem Israël, & S. Paulus Doctor Gentium, ac duodecim millia signati, qui tempore Antichristi conuertentur, eique resistent Apocal. 7. 8. In *Gabas*, inquit S. Hieron. in Epitaph. Paulæ, vrbe ad solum diruta paululum subsistit Paulæ recordata peccati eius, & concubine in frustra diuise, & tribus Benjamin sexcentos viros propter Paulum Apostolum reseruatos, de quo prædixerat Iacob. Genes. 49. 27. Benjamin lupus rapax, manè comedit prædam, & vespere diuidet spolia. De Paulo ergo rectè hic dicas, id quod de Fabio Maximo cecinit Quid. lib. 1. de Ponto Eleg. 1.

**VERS. 19.** QUI NASCI VT POTES, QUAMVIS RECIDERE TRECENTI (Fabij casu ab Hannibale) Non omnes Fabios abstulit vna dies. MISERVNT ITAQVE DECEM MILLIA.] Hebr. Chald. & Septuag. constantè habent: *duodecim millia*. Sic & Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 2. vnde nonnulli suspicantur hic esse mendum. ET PER CVTITE HABITATORES IABES GALAAD.] iuste, quia à communi vndecim tribuum prælio & sceleris vindicta soli se subduxerunt: vidè ab vndecim tribubus, hoc est à toto populo iustam mortis sententiam acceperunt. Debebant enim ipsi in publica Reipubl. causa, conuentu & prælio comparere vt ceteri, ac Reipubl. adiuuare, & propugnare vt ceteri. Hoc enim iustitia legalis & aurea exigit. VIRGINES AVTEM RESERVATE.] Virgines enim magis amant primos sponfos, quam corruptæ. Virgines autem dignoscebant, non per explorationem matronarum, vt vult Abul. sed ex communi fama, quod numquam fuissent nuptæ. Vide dicta Numer. 13. Porro videntur hic vndecim tribus ex zelo nimio modum iustæ vindictæ excessisse, eò quod paruulos quoque & mulieres innocentes occidi iusserunt.

FILIAS ENIM NOSTRAS EIS DARE NON POS- SVMS CONSTRACTI IVRAMENTO.] Iuramentum hoc obligabat eo casu, quo Beniaminitis reliquis, de vxoribus, quæ esset Israelitides, alia ratione prouideri potuisset, vt ipsi non cogentur ducere gentiles & alienigenas, vel cogentur manere calibes cum interitu totius tribus. Tunc enim non obligabat hoc eorum iuramentum, eo casu scilicet, quo vna tribus perire debuisset, vel mulieres alienigenæ ex vicinis assumendæ fuissent, quod periculosum, & lege veritum erat; tum quia sicut votum, ita & iuramentum factum de minori bono, quod maius bonum impediatur, non obligat quatenus illud impedit; & iurans censetur tacitè inaius bonum excipere voluisse cum iuraret; nam alioqui illicitum fuisset iuramentum; quia promissio, licet iuramento firmata, non censetur infringi, quando in melius commutatur; hæc autem melius erat non perire vnam tribum, quam non dare illi filias suas vxores. Vide Siluest. verbo iuramentum. Quocirca peccassent Israelitæ, si iurassent se in tali necessitate & periculo non duros vxores Beniaminitis,

minitis, ait Abul. Putarunt tamen ipsi; cum essent simplices & rudes, & hoc iuramento teneri, vnde rationes quaerunt, quibus & iuramento & conseruationi tribus caueatur: & quamuis Abul. fucatas eas fuisse putet, & in fraudem iuramenti melius tamen Lyran. Hugo, Caiet. Arias censent legitimas fuisse, & quoad Galaadites mulieres eis datas patet, quia Galaadites bello non interfuerant (vnde & meritò excisi sunt; debuerant enim, vt rectè Abul. vocari ad communem vindictam tanti sceleris venire) iuramentum autem præsentis tantum, qui scilicet iurarent, concernebat, non absentes.

**VERS. 19.** ECCE SOLEMNITAS.] non nundinarum, vt vult Abul. sed festi alicuius. Videtur autem hoc festum fuisse Tabernaculorum, quod celebratur in Septembri: tunc enim collectis vitis, vites abundant folijs & putipinis, sub quibus hi virginum raptos latitare poterunt, vt dicitur v. 20. Ita Arias, Serarius & alij.

**VERS. 21.** RAPITE EX EIS SINGVLV VXORES.] Quæres: An licitè raptum hunc consulere poterunt, & an Beniaminitæ, consilium hoc exequendo, virgines Siluntinas rapere: Resp. affirmatiuè; vnde dico nec maiores natu raptum hunc consulentes fuisse perituros; quia singuli tantum particulatim iurant se eis proprias filias non duros, non autem non duros aliorum filias communi decreto. Similiter nec parentes filiarum fuisse perituros, quia ipsi consilij raptus non erant conscij, nec dederunt filias suas, sed hæc illis abreptæ sunt; immò, vt textus innuit, parentes prius Beniaminitis petentibus illas negarant. Vnde peccatum, siue inæqualitas ab eorum parte fuisse dicitur; quia scilicet eas petentibus iure suo Beniaminitis, in tali necessitate negarant ob iustificandi religionem.

Denique non fuit hic peccatum raptus, vt rectè Lyran. Caiet. Dion. Arias, quia is tantum misericordialis fuit non valde iniustus filiabus, nec etiam parentibus, nisi ob perituri periculum, quod hic nullum erat, & quia raptus hic factus est manda-

to illorum, ad quos spectabat cura totius populi, & communis boni, quorum erat in tali necessitate & providere iuramento, & determinare vxores, modumque eas accipiendi saluo iuramento; quas quiuis eorum alioqui Beniaminitis dare debuisset, ne tribus illa interiret, vel tardè nimis succresceret.

Simili modo Romulus & Romani instituerunt ludos, & aduentantes ad eas rapuerunt virgines Sabinas, vt eas haberent vxores. Id factum est post annos 700. tot enim Phinees, æquè ac Othoniel, antecessit Romam & Romulum. Romanorum raptus contigit 14. Kal. Septembris, ait Plutarch. Beniaminitarum verò eodem mense Septembris. Romani rapuerunt virgines 527. vel vt Halicarnassæus 689. Beniaminitæ verò 200. Beniaminitas ad raptum cœgit necessitas; Romanos libertas, vt docet S. August. lib. 2. de Cinitate, cap. 17. & lib. 3. cap. 13. Vnde Romanorum raptus concituit bella & strages, Beniaminitarum verò pacem & lætitiã.

Hic finitur Historia duodecim Iudicum Israël, qui fuere typus 12. Apostolorum, ac præfucere populo à Iosue vsque ad Heli, per annos 299. nimirum Othoniel annis 40. Adad 80. Baac 40. Gedeon 40. Ahimelech tres, Thola 23. Iair 22. Iephte sex, Abesan septem, Abialon decem, Abdon octo, Samson viginti. De quibus ita scribit Rupertus lib. 4. de Victoria verbi Dei c. 6. Erant vniuersi & veri Saluatoris (Iesu Christi) vicarij. Saluatio per illos duplici modo, videlicet iudicando, & præliando administrabatur; iudicando quippe populum ab idolorum seruitute prohibebant; præliando ipsi in fronte gradientes, de hostibus, quibus seruirent, fortiter vindicabant. Erant ergo in disciplina Iudices, in prælio Duces, in vtroque Saluatores, Sacramenta victoriasq; Saluatoris æterni, gestis præclaris & victoriis mysticis præfigurantes. Sicut enim speculum oppositum soli, similem reddit imaginem; ita & Saluatorum & Iudicum illorum lucida fides, Saluatori & Iudici æterno, cuius erant Vicarij, similem prætulit in gestis suis pulchritudinem.



COMMENTARIA  
IN LIBRUM  
RUTH.  
ARGUMENTVM.

**D**ERTEXITVR hic Genealogia Iudæ Patriarchæ à Phares filio eius usque ad Dauidem, ex quo prognatus est Christus, hoc sine vt Christus (quem quasi scopum & finem tota S. Script. respicit) ostendatur natus ex Iudæ, uti promiserat & prædixerat Iacob Iudæ filio suo benedicens, Genes. 49. 10. Inducitur autem hic in hanc genealogiam Ruth Moabitidis & Gentilis, sed mox facta fidelis & profelita, quia miro casu vel potius Dei prouidentia in eam subintroiuit, æquæ ac Rahab Chananæ: vt ostenderet, ait S. Hieron. non dedignatum ex peccatoribus nasci, qui venerat vt omnium peccata deleteret, vtque gentium vocatio & electio Iudæis exclusis à Christo facienda, in Ruth gentili & auia Christi præsignificaretur. Tropol. vt in Ruth idæa & exemplar pie, modestæ & sanctæ vxoris daretur. Symbol. vt indicaretur nobilitatem generis dari à Deo, utpote qui Ruth gentilem, vilem & pauperem ac iuit in familiam Abraham & Iudæ, eamque fecit genitricem Dauidis & posterorum, quin & ipsius Christi. Vnde Ruth à Rabbini & à S. Chrysof. & B. Petro Damiani vocatur mater regni & regum. Omnes enim reges Iudæ ab ea descendunt.

## CAPVT PRIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**E**limelech Bethlehemites urgente fame, cum vxore Noëmi & duobus filiis peregrinatur in Moab: ibi omnibus defunctis, sola Noëmi vidua cum Ruth nuru sua in Bethlehem reuertitur.

**I**N diebus vnus iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in Terra. Abiitque homo de Bethlehem Iudæ, vt peregrinaretur in regione Moabide cum vxore sua ac duobus liberis. 2. ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noëmi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephratæi de Bethlehem Iudæ. Ingressique regionem Moabidem, morabantur ibi. 3. Et mortuus est Elimelech maritus Noëmi: remansitque ipsa cum filiis. 4. Qui acceperunt vxores Moabidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera verò Ruth. Manseruntque ibi decem annis, 5. & ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito. 6. Et surrexit vt in patriam pergeret, cum vtraque nuru sua de regione Moabide: audierat enim quoddam respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas. 7. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ, cum vtraque nuru: & iam in via reuertendi posita in Terram Iudæ, 8. dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ, faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum. 9. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos fortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ eleuata voce flere cœperunt, 10. & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. 11. Quibus illa respondit: Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? 12. Reuertimini filiæ meæ,

**A** Est hic liber appendix libri Iudicum; vnde & ab Hebræis illi annectitur: eius enim historia contigit sub Iudicibus, vt pater c. i. v. i. Estque præludium & quasi manu ductio ad librum Regum: in eo enim gesta Dauidis & ceterorum regum ex Ruth prognatorum describuntur. Quocirca recto ordine interitur hic liber inter lib. Iudicum & Regum. Porro hic liber ab omnibus tam Catholicis quam hæreticis (excipio Manichæos, qui totum verum Testamentum, ac consequenter & librum Ruth, velut à Deo malo profectum reiciebant & blasphemabant, teste S. August. in libris contra Faustum) habitus fuit Canonicus S. Script. esto in nonnullis Arabicis, utpote manuscriptis dumtaxat, non extet.

**B** Auctor libri est incertus, à nonnullis enim censetur fuisse Ezechias rex, ab alijs Esdras, à pluribus verò Samuel, idque verisimilius videtur; tum quia Samuel sub hoc tempus vixit, tum quia ipse lib. primum Regum conscripsit, ad quem hic liber dirigitur.

Scripterunt in Ruth, Ruper. Abul. Lyrani. Hugo. Dion. Caiet. Serarius, ac Feuardentius, qui pulchra & plurima morum documenta ex hoc libro elicit.

meæ, & abite: iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo conjugali. etiam si possem hac nocte concipere, & parere filios, 13. si eos expectare velitis, donec crescant, & annos pubertatis impleant, aut eritis vetulæ quam nubatis. Nolite, quæso, filiæ meæ: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me. 14. Eleuata igitur voce, rursum flere cœperunt: Orpha osculata est focrum, ac reuersa est: Ruth adhæsit focru suæ. 15. Qui dixit Noëmi: En reuersa est cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, vade cum ea. 16. Quæ respondit: Ne aduerseris mihi vt relinquam te & abeam: quocumque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, & Deus tuus Deus meus. 17. Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, & addat, si non sola mors me & te separauerit. 18. Videns ergo Noëmi, quod obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltra reditum persuadere: 19. profectaque sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cunctos fama percurrebuit: dicebantque mulieres: Hæc est illa Noëmi. 20. Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id est, pulchram) sed vocate me Mara (id est, amarā) quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. 21. Egressa sum plena, & vacuum reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliavit, & afflixit Omnipotens? 22. Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Bethlehem, quando primum hordeā metebantur.



VERS. 1.  
Quæres, quis fuit hic Iudex, sub quo hæc fames, & coniugium Ruth cum Boos contigit: Primum, Iosephus, Zonaras, & Magister Hutor, Scholasticæ censent fuisse Heli Pontificem. Verum id vbi nequit, nam Heli iudicauit 40. annis, deinde Samuel & Saul annis totidem; his successit Itarim Dauid a. n. ætatis trigésimo. Iam Dauid genitus fuit à Iesse, hic ab Obed, hic à Boos, quæ omnes generationes tam paucis annis, scilicet octoginta, quibus præfuerunt Heli, Saul & Samuel, fieri non potuerunt.

**I**N DIEBUS VNVS IUDICIS.] Alii fuit sub Iosue, præiussit hanc famem, eiusque causam extirpsit, atque hanc stationem Elimelech utpote virum sanctum precibus à Deo impetrasset, ideoque ipsum esse, de quo dicitur 1. Paral. 4. 22. Qui stare fecit Iosue. Vbi fusc hæc de re agam.

**IPSE VOCABATUR ELIMELECH.]** Perperam Iosephus, Zonaras & Theodor. eum vocant Abimelech. Elimelech Hebr. idem est quod Deus meus rex, vel Dei mei rex, aut fortis mei rex. Fuit hic vir primarius & diues, utpote ex familia Salmon Principis tribus Iudæ, eiusque filio Boos propinquus.

**EPHRATÆI.]** id est oriundi ex Bethleem, quæ alio nomine dicebatur Ephrata. Sic & Dauid dicitur filius viri Ephratæi, id est Bethlehemitæ. 1. Reg. 12. 12.

**ALIIBI VERÒ EPHRATÆUS VOCATUR IS,** qui erat ex tribu Ephraim, vt Iudic. 12. 5. & 1. Regum 1. vers. 2. & 3.

**ET VXOR EIVS NOËMI.]** Noëmi Hebr. idem est quod pulchra, suavis, amana, qualis hæc fuit tam dictis quam factis. R. Simeon ait eam dictam Noëmi, propter illud Psal. 89. 17. Sit splendor Domini Dei nostri super nos; nam ibi pro splendor, Hebr. est noam.

**RABBINI** tradunt hanc fuisse filiam fratris Salmonis, ideoque neptem Nahassonis, qui fuit princeps tribus Iudæ. Nahasson enim genuit Salmon eiusque fratrem, qui fuit pater Noëmi. Porro heroicas Noëmi virtutes has ex hoc libro colligit Serarius. Primum enim elucet hic eius in verò Deicultu, etiam cum in idololatrarum regionem extrusa esset, constantia. Secundò, zelus, dum ad eundem cultum nurum suam Ruth adduxit. Tertio, prudentia, dum tam peritè huius explorauit animium & confirmauit. Quarto, in aduersis asperisque rebus tolerantia, maxime in fame, inopia, & quodam veluti exilio. Quintò, patriæ amor: dum ad illam vetula iam & decrepita redire voluit. Sextò, sapientia in Ruth conseruanda, dirigenda, & ad felicissimum tandem connubium prouehenda, è quo salus mundi, terræ gaudiu, cælorum læticia Christi-  
sus Iesus prognatus est.

**SECUNDO, RABBINI & LYRANI.** censent Iudicem hunc fuisse Abesân, de quo Iudic. 12. adeoque Abesân esse Boos. Littæ enim vtriusque nominis ferè sunt eadem. Verum obstat ratio temporis; nam Abesân factus est Iudex anno 272. à capta Ierichute per Iosue c. 6. quando Salmon duxit Rahab, quæ exploratore Iosue exceperat, ex eaque genuit Boos, qui fuit maritus Ruth: quare Boos, si est idem cum Abesân, fuit circiter 272. annorum, quod illi ætati erat insuetum & impossibile; tunc enim nemo tam diu vixit.

**TERTIÒ, Seder Olam** censet fuisse Aod secundum Iudicem.

**QUARTÒ, Abul. in c. 4. Ruth, q. 90.** censet fuisse Barac, sub cuius vltimis annis contigerit hæc fames. Accedit Torneilius, nisi quod hic sub annum vigesimum Barac eam accidisse arbitretur.

**QUINTÒ** valde appositè Noster Sallianus censet famem hanc contigisse sub Abimelech filio Geleonis, coniugium verò Boos cum Ruth sub eius successore Thola, de quo plura c. 4. 21.

**FACTA EST FAMES IN TERRA.]** non vniuersa, sed Israël, vt habet Chald. ad illam enim euitandam Elimelech concessit in Moab, eò quod ibi non esset fames. Verisimile est famem hæc ob peccata populi à Deo fuisse immissam; Deus enim solet publica scelera publica fame vel peste castigare. Talia autem fuere parricidia & idololatria ab Abimelech & Sichinitis commissa.

**FABULANTUR RABBINI** stationem aliam solis, quæ  
Cornel. in Ruth.

ET DVO FILII, ALTER MAHALON, ET AL- TER CHELION.] Mahalon Hebr. idem est quod in- firmitas vel chorui: Chelion verò defectus, vel deficien- tia. Appositè, quia uterque præmaturè in Moab diem obiit. Rabbini tradunt hos duos esse eos, qui 1. Paral. 4. in Hebræo vocantur Iosai & Saraphi, quod noster vertit securus & incendens, quia desperantes de Israël à fame liberatione, securè nimis & remissè in Moab, id est, terra idololatrarum de- gebant, ibique duxerunt vxores Moabitides; ideo- que aiunt eos à Deo addictos exirio & incendio. Sed hæc eorum de more sunt commenta, aut potius figmenta.

VER. 4. QUI ACCEPERVNT VXORES MOABITIDAS.] Rabbini, vt dixi, aiunt eos grauitè hac in re pec- casse. Nec est quod cogat eos à peccato excusare, ait Abul. Excusari tamen possunt partim necessita- te, quòd in Moab non inuenirent feminas Israe- litides, quas ducerent; ac ipsi, vt pote iuuenibus, in feruore ætatis difficilis & periculosus esset cæ- libatus. Rursùm quòd Noemi eorum mater pia femina videtur eos ad hoc coniugium direxisse ex Dei instinctu, qui per Ruth, destinabat nasci Da- nuidem, & ex eo Christum. Addunt aliqui Orpham & Ruth fuisse ab idolis conuersas ad Deum ve- rum, quare licetè potuisse duci à Mahalon & Che- lion Hebræis, vt Salmon duxit Rahab Chana- næam ad Iudaismum conuersam Iosue c. 2. licitum enim Hebræis erat Chananæas ducere, si illæ ad Iudaismum conuerterentur.

Verùm hæc responsio hæc non habet locum; nam Orpha ad idola sua rediit, & Ruth tunc de- mum conuersa est cum secuta Noemi; cum ea ex Moab migravit in Bethlehem, vt patet ex se- quen.

QUARVM VNA VOCABATUR ORPHA.] Hanc Goliath Gigantis, quem Dauid prostrauit, fuisse matrem asserunt Thalmudici, & Philo, seu po- tius Pseudophilo in Antiquit. Biblicis ac Pruden- tius in Hamartigenia, dum ait; eam præ Noemi se- quela maluisse semiseri stirpem nutrire Golia. Ratio eorum est, quòd mater Goliath vocetur Rapha vel Harapha, 1. Reg. 21. v. 19. & 22. ac 1. Paral. 20. v. 6. & 7. Harapha autem idem videtur quod Orpha. Verùm errant; nam primò, Harapha erat Phalithæa, Orpha verò Moabitis. Secundò, Harapha erat ex Geth vr- be Palæstina; Orpha verò ex vrbe Petra. Tertiò, Harapha fuit tempore Saulis & Dauidis; Orpha verò longè anteriùs; scilicet tēpore Ruth & Boos, qui fuit proauus Dauidis. Quartò, Orpha Hebr. per *א* Am, Harapha verò per *ה* He scribitur. Porro Orpha Hebr. idem est quod ceruicosa, vel ore nuda- ta. Vnde R. Samuel in Sutha c. 8. ait matrem Goliath fuisse meretricem; ideoque dictam *Harapham*, quia eam omnes decerucabant, deprimebant, de- decore veluti scortum afficiebant. *Harapham* verò; quia eam omnes granorum ac triticorum, quæ 2. Reg. 29. & Prouerb. 27. & 21. *harphoth* vocantur, in- star contundebant.

Verùm alia est Orpha hæc ab Harapha matre Goliath, vt iam ostendi: imò non mater, sed pater Goliath, 1. Paral. 20. v. 6. & 7. vocatur *Rapha* vel *Harapha*; ab eo enim posteri Gigantes dicti sunt *Raphaim*, vt ibi dicitur v. 4. de quo plura 1. Reg. 21. v. 19. & 22.

ALTERA VERÒ RVTH.] Thalmudici tradunt Ruth fuisse filiam Egion regis Moab, quem occi- dit Aod, Iudic. 3. vt sic Dauidi suo prospiciam re-

An Orpha mater Goliath

giam ex Moab conciliant: sed nugantur. Quomo- do enim rex Moab filiam suam dedisset exteris pauperibus, & penè fame pereuntibus?

Porro Ruth erat ex Moab, quæ pars Arabiæ Petree, cuius metropolis erat vrbs dicta *Petra*, eò quòd in rupe esset sita (quam Bellonius lib. 2. c. 53. opinatur esse *Mecham*, vbi extat sepulchrum Ma- hometis: sed errat) Id patet ex illo Isaiæ 16. *Emitte agnum Domine Dominatorem terra, de petra deserti ad montem filia Sion. Et intelligebatur de Messia qui futurus erat de filiis David: & ipse Dauid futurus erat de stirpe Ruth, qui venturus erat de vrbe Moab, quæ vocatur petra deserti*, ait Abul. hæc quæst. 16. Vide dicta Isaiæ 16. v. 1.

Porro Ruth Hebr. idem est quod *irrigua* vel *ebria*; à rad. *רָוַח* *rauach*, id est *irrigare*. Aut potius *visio* vel *prophetia*, à rad. *רָאָה* *raah*, id est *vidit*; quasi Ruth idem sit quod *Rauth*. Aut *inspiratio* ait Auctor Imperfect. in Math. c. 1. à rad. *רָוַח* *rauach*, id est *spirauit*, inspirauit; quasi Ruth sit idem quod *Rachus*, quia sine Dei inspiratione nec dixisset, nec fecisset ea quæ dixit & fecit. Vnde in ea, ait idem Auctor, laudatur dilectio generis Israël, simplicitas, obe- dientia, fides. Cabalists autem *Ruth* per Anaströ- phen esse *Tur*, id est, *turtur*, quia ipsa vt turtur ge- mendo maritum suum defunctum luxit. Thalmu- dici dicunt eam vocatam *Ruth*, eò quòd ex ea pro- gnatus sit Dauid, quem Deus præuiderat for- *רָוַח* *rauach*, id est in canticis, psalmis & lau- dationibus.

Denique non videtur Ruth fuisse soror Orphæ; nec consanguinea in gradu propinquo, sed per affi- nitatem cognata, vt dicam v. 15.

ITE IN DOMVM MATRIS VESTRÆ.] Hebr. *וְרָוַח* *rauach*, & Septuag. *ite, redite, vnaqueque in domum matris sue*. Hiic liquet eas non fuisse sorores, nec eandem habuisse matrem, sed diuersam. Suadet Noemi nuri- bus suis Orphæ & Ruth reditum ad suos Moabi- tas, vt commodius apud suos viuant, vtque ipsa earum curâ exoneretur; ac vt ipsas adhuc infideles non deducat ad populû fidelem in Israël: hoc enim fuisset scandalum. Quare tacitè (quod alius sæpè aperte fecerat) eos adhortatur, vt conuertant se ad fidem & religionem Israelitarum. q. d. Si vultis mecum pergere in Israël, Israeliticè in fide & cultu vnus veri Dei vobis viuendum est. Si id facere non vultis, redite ad vestros Moabitas infideles.

FIAT VOBIS CVM DOMINVS MISERICOR- DIAM, SICVT FECISTIS CVM MORTVIS, ET MECVM.] mortuos enim maritos vestros (qui mei erant filij) dum viuerent, coluistis ea obseruantia & amore, qua par est; mortuos verò decenter se- pelistis, luxistis, memoria conseruastis, celebrastis, & in eorum gratiam viduè huc vsque mecum per- mansistis, me alendo, fouendo, iuuando. Vnde Chald. vertit: *Faciet Dominus bonum vobiscum sicut id quod fecistis cum maritis vestris dormientibus: quòd remi- sistis viros accipere post mortem eorum; & mecum, quòd aluistis & sustentastis me*.

Multò magis fideles amicis defunctis exhibent misericordiam, cum pro animabus eorum orant & sacrificant, vt fecit S. Ambros. Theodosio Im- per. Sicut ipse narrat Orat. de obitu eius: *Dilexi, in- quit, & prosequor eum vsque ad regionem viuorum, do- nec fletu & precibus inducam virum, quòd sua merita vo- cant, in montem Domini sanctum, vbi perennis vita, vbi corruptele nulla contagio, nullus genitus, nullus dolor, nulla consortia mortuorum, vera regio viuentium, vbi mortale*

mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem. Magna requies, quæ votum impleat diligentis, magna promissio.

VERS. II. NVM VLTRA HABEO FILIOS IN VTERO MEO, VT MARITOS EX ME SPERARE POSSI- TIS.] Hinc colligitur præter legem Deuter. 20. quæ iubet Iudæis suscipiari semen (id est prolem) fratris sine liberis defuncto, idipsum in vsu fuisse apud Gentiles. Vnde Thamar Chananæa ante legem & Moisen, suscipiari semen filij Iudæ ipsique Iudæ. Genes. 38. Cum enim femina in aliqua familia nu- pisset, marito mortuo eidem familiæ adharebat, ex eaque alium maritum expectabat, nec transibat ad aliam; idque honestatis & affinitatis iam cum ea contractæ causâ.

Porro Caiet. & Serarius hinc colligunt suscita- tionem hanc feminis fratri defuncto, vltimam in fratribus quoque vterinis duxitaxat. Nam si Noë- mi vidua rursùm nupisset, indeque natos fi- lios dedisset maritos Orphæ & Ruth, illi mariti vtique fratres tantùm vterini fuisset Mahalon & Chelion, qui eorum priores fuerant mariti; quod intellige si fratres illi vterini patres habuissent qui- dem diuersos, sed ex eadem tamen tribu & familia, tunc enim vxor, marito suo sine prole defuncto, suscipiabat semen ex eius fratre vel consanguineo eiusdem familiæ; ad quod faciendum non vide- tur fuisse obligata, si posterior frater vterinus ex patre alterius tribus vel familiæ fuisset pro- genitus.

VERS. 13. ANTE ERITIS VETVLÆ QVAM NVBATIS.] Hebr. est *אֵתְּנָה* *ætgena*, quod alij *אֵתְּנָה* *ætg*, id est *vti, vtilari* deriuantes vertunt: Num adiremini absque marito? quasi Apostolus huc alludat, dum ait: *Me- lius est nubere quam vti*. 1. Corint. 7. Germanius, Se- ptuag. Chal. Vatab. Pagnin. Marinus & passim re- centiores vertunt: Num detinebimini vel retardabimi- ni, vt maneatis vidue donec ego nouos vobis signam? q. d. Nû vos obligabit (hoc enim significat *אֵתְּנָה* *ætg*), vt vertunt Septuag. ad mandandum in viduitate, donec ego nouos filios procreem, qui vestri fiant mariti? Hebræa hic sunt obscura, sed ea planè & clarè sic veritas: *Si dixerim: est mihi spes. Etiam sicut hac nocte cum viro: & genui etiam filios: An propterea ex- spectaretis quousque magni fierent: an propterea differretis, vt non essetis cum viro: iuxta hunc sensum explicandi sunt Septuag. pariter obscuri.*

VERS. 15. EN REVERSA EST,] quia Orpha mihiùs amabat Noëmi quàm Ruth; hiic Ruth adhæsit Noëmi, Orpha verò ab ea ad suos recessit.

COGNATA TVA.] Orpha fratria tua; quæ scili- cet maritum habuit fratrem mariti tui: vos enim duæ nupistis duobus fratribus, ac proinde per nu- ptias cum iis factas, estis cognatæ, hoc est affines. Hoc enim significat Hebr. *אֵתְּנָה* *ætg*.

AD POPVLVM SVVM ET AD DEOS SVOS.] Non quasi Noëmi hortetur nurum suam Ruth, vt instar Orphæ redeat ad Deos Gentium, quos ha- ctenus in terra Moab coluerat: illud enim suade- re fuisset peccatum; sed volens eam consolari, hoi- tatur vt redeat ad populum suum, ibique rursùm nubar: permittit verò, vt pergat Deos suos colere (quod connexum erat, quòdque ipsam facturam sciebat si ad suos, qui erant idololatræ, rediret) id- que facit vt sincerum & constantem Ruth nurus suæ animum exploret, qui necessarius erat ad re- ligionem cum patria mutandam, constantèrque re- tinendam; ne ipsa postea quereretur se Noemi so- *Cornel. in Ruth.*

A crus suæ artibus vel fraudibus impulsam, transi- se in alienam ac minus sibi gratam religionem. Ita Abul.

ET AD DEOS SVOS.] Hinc patet Orpham non fuisse ad Deum conuersam, sed patriæ religio- ni & idolis eiusdem semper adhæsisse; Ruth verò quia patriam cum Noëmi mutauit, mutauit & re- ligionem, ac in Israelitarum colomam & synago- gam transtulit. Dicitur hic quàm noxium sit, inter in- fideles hæreticos & impios degerè; quàm bonum verò, inter fideles & pios; illi enim manent vel sunt infideles, hæretici, impij; hi verò fideles, or- thodoxi & pij, iuxta illud Psal. 17. *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverseris*. Sic Orpha rediens ad suos infideles, mansit infidelis; Ruth verò transiens ad fideles, facta est fidelis.

NE ADVERSERIS MIHI VT RELINQVAM TE.] VER. 16. Chald. *Ne me irrites, ne me cogas*. Hinc patet Ruth initiatam fuisse sacris Iudæis per baptismum, non qui esset Sacramentum, sed qui esset ablutio corporis, sicut masculi initiabantur per circum- cisionem. Audi Thalmudicos ritum huius initia- tionis describentes: Qui profelytus esse vult, tria ei siquidem mas sit, necessaria, vt nimirum cir- cumcidatur, baptizetur, & in holocaustum offer- rat vel pecudem, vel par turturum aut columba- rum; si femina verò fuerit, duo tantùm posteriora faciat, baptizetur nimirum, & holocausti offerat victimam.

POPVLS TVVS, POPVLVS MEVS: DEVS TVVS, DEVS MEVS.] Magnus fuit hic Ruth amor, obser- uantia & fidelitas erga Noëmi socrum suam, quæ patriam cum externa regione, & domesticam fi- dem cum peregrinâ Iudæorum religione com- munitate constanter, decreuit: quia videbat eam tam sapientem & probam, totque virtutibus & gratis præditam vt certò sibi persuaderet illam veram habere fidem & religionem, ac Deum eius esse Deum verû. Vnde hoc exemplû nuribus imi- tandum proponit Origen. lib. 1. in Iob; dicens: *Bea- ta Ruth tantum detulit socri sue veterana, vt vsque ad mortem non sit passa eam relinquere. Idcirco sanè in Scri- ptura perpetuò magnificatur: apud Deum verò in infini- ta secula beatificatur. Iudicabit nihilominus atque con- demnabit in resurrectione omnes malignas & impias nu- rus, quæ socris vel scribis suis contumeliam vel iniuriam ingesserint: Non reuincunt, quòd ipsi eis viros genu- erint atque nutrierint: & pro substantia & pro victu illis laborem acqviserint. Ex quibus hanc conclusionem elicit: Si igitur diligis virum tuum, & mulier, dilige & eos qui genuerunt eum, & nutrierunt sibi filium, tibi ve- rò maritum. Noli separare filium à patre vel matre. Noli compellere filium patrem, aut matrem in honorare, ne in condemnationem incidat apud Dominum Deum in die terribilis inquisitionis atque iudicij. Sufficiat tibi & mu- lier, quia possides virum, quem non nutristi, & substan- tiam tuam quam non acquisisti, quia venis in domum, quam non adificasti, & eris Domina atque potestatem ha- bens laborum alienorum, pro quibus tu nullatenus labo- rasti. Noli ergo retribuere mala his, qui tibi præparau- erunt, atque suo labore acqviserunt omnia, sive virum, si- ue substantiam. O mulier ne ascendat super te maledictio à Domino Deo.*

Rursùm S. Hieron. (vel quisquis est auctor, sty- lus enim dissonat, esto sit grandiloquus) tomo 9. tract. de vera Circumcisione, asserit Ruth hoc tam animosè pioque responso meruisse, vt fieret mater, id est auia Christi; vnde exclamat: *O virtutem viris*



etiam preferendam, Abrahæ fidem circumcisæ gentis mulier imitatur, quam virilis circumcisio dereliquit, & per aliena vestigia meritum iustificationis ingreditur, à quibus maiorum caca hereditas deuiauit. Deos suos Moabita contemnit, cum tu Israël desideres alienos: illa in vnum Deum suorum iam oblita coniurat, & tu post multitudinem fornicaris idolorum: hinc eligitur à Domino, hinc sit Israëlita mente, non genere, fide, non sanguine; virtute, non tribu: hinc vsque ad eum benedicitur, vt prophetarum tuorum mater vocetur & regum.

HÆC MIHI FACIAT DOMINVS ET HÆC AD- DAT,] scilicet immitat mihi morbum, paupertatem, persecutiones, & his peiora addat. Hæc enim in iuramento hoc Hebræorum subintelliguntur; ipsi enim per Euphemismum illa subtrahunt boni ominis causâ; ne scilicet illa quæ sibi imprecantur, reuerâ eueniant. Tale erat iuramentum Romanorum in fœdere, quod recenſet Festus lib. 14. Io- uem, inquit, lapidem iuraturi, silicem tenentis, his ver- bis vtuntur: Si fœdus fallo, tum me Diespiter [alua vrbe arce] bonis euiciat, vt ego hunc lapidem. Et lapidem tunc manu excutiebat.

Alleg. Ruth hic typum gessit Ecclesiæ de Gentibus ad Christum transeuntis. Audi S. Chrysoſt. hom. 3. in Matth. Considera ea quæ in Ruth facta sunt, nostris quadrare. Hæc enim erat & alienigena, & in extre- mam delapsa pauperem: sed videns eam Boos, nec ipſus paupertatem despexit, nec generis ignobilitatem abominatus est: Sicut & Christus Ecclesiam suscipiens & alienigenam, & magnorum laborantem penuria bono- rum, accepit eam consortem. Subdit deinde modum. Sed quemadmodum Ruth illa nisi prius reliquisset paren- tes, nisi domum contempſisset, & gentem, & patriam atque cognatos, nunquam tali fuisset iuncta coniugio, ita Ecclesia etiam non ante amabilis efficitur sponſa, quam patrios mores ritusque reliquerit. Quod propheta quoque ad ipsam loquens ait Psal. 44. Obluiscere populum tuum & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Hoc Ruth etiam fecit, & idcirco æquæ ac Ecclesia mater regum effecta est. Ipſus enim ex stirpe est Dauid.

Audi & S. Ambros. lib. 3. in Lucam post medium: Quomodo intravit (Ruth) in Ecclesiam, nisi quia sancta & immaculata moribus supra legem facta est: si enim lex impiis & peccatoribus posita est; vtique Ruth, qua desti- nationem legis excessit, & intravit in Ecclesiam, & facta est Israëlitis; & meruit inter maiores dominici gregis com- putari, propter cognationem mentis electa, non corporis, magnum nobis exemplum est; quia in illa nostram om- nium, qui collecti ex gentibus sumus, ingrediendi in Eccle- siam Domini figura præcæsit. Hanc igitur emulemur, vt quia hæc moribus hanc prærogatiuam meruit adſciſcenda societatis sue, sicut historia docet; nos quoque propter mo- rum electionem in Ecclesiam Domini, meritis suffragan- tibus adlegamur.

VERS. 20. NE ME VOCETIS NOEMI (ID EST PVLCHRAM, item decoram, iucundam, suauem, hilarem) SED VOCATE ME MARA (ID EST AMARAM) QVIA

A AMARITVDINE VALDE REPLEUIT ME OMNIPOTENS.] Priuauit enim me marito & vtroque filio, fecitque viduam & orbam. Idem dicere poterat B. Virgo, videns filium suum crucifixum & mor- tuum.

Tropol. cum ob dotes aliquas laudamur, defe- ctus nostros inspiciamus, itaque laudes in lamenta vertamus, vt Noëmi exemplo fecit S. Greg. lib. 2. epist. 64. cum à Narſe laudatus fuisset: Multa mihi, inquit, dulcissima charitas vestra per epistolas suas in bo- ne operationis laudibus est locuta, ad qua omnia breuiter ego respondeo. Nolite me vocare Noëmi, id est pulchrum, sed vocate me mara, id est amarum, quia amaritudine plenus sum. Et lib. 1. epist. 6. ad eundem, dolens se è quiete monasterij euectum ad curam Pontifica- lem: Simiam, inquit, Leonem vocas. Quod eo modo vos agere conspiciamus, quo nos scabiosos sepe catulos, pardos vel tygres vocamus. Ego enim, bone vir, quasi filios perdidit: quia per terrenas curas recta opera amisi. Nolite ergo me vocare Noëmi, id est pulchrum, sed vocate me Mara, quia amaritudine plenus sum.

Idem respondit S. Leandro lib. 7. epist. 125. Idem fecit S. Digna virgo & martyr in Hispania anno Domini 853. sub Mahomæ Saraceno, de qua ita scribit S. Eulogius illi coæuus, & in eadem perſe- cutione martyr in Memor. Sanct. lib. 3. c. 7. Hæc puel- la cum pro summa humilitate atque obedientia inter con- uirginales vltimam se iudicaret, essetq; incomparabili ap- paratu obſcundatix, nunquam tamen appellari se di- gnam patiebatur, dicebatque cum lacrymis: Nolite me dignam vocare, sed magis indignam, quia cuius meritis sum, etiam nomine deo inſigniri.

Pro, omnipotens Hebr. est Saddai, quod & cornu- copiam, siue Deum omnibus bonis abundantem, mammosum, æquæ ac castigantem & vastantem significat: vtrumque huic loco competit. q. d. Deus qui quasi Saddai, id est Mammosus, olim me coniugio honorato & prolibus opibusque cumu- larat, nunc quasi Saddai, id est vastans, iisdem me spoliavit & vastauit. Idem tamen, vt spero, miser- tus mei, rursus vt prior Saddai benignè solabitur, ditabit & beabit. Ipſe enim suos mortificat & viui- ficat, deducit ad inferos & reducit. Vide quæ de Saddai dixi Genes. 17. 1.

REVERSA EST IN BETHLEHEM, QUANDO PRI- MVM HORDEA METEBANT VR.] scilicet in Pascha- te. Die enim secunda Paschatis Hebræi offerrebant Deo primitias spicarum, ac deinde die tertia eas demetebant. Vnde Chald. vertit: Illa (Noëmi & Ruth) ascenderunt in Bethlehem in ipſis Pascha ascen- sionibus, seu cum adesset Paschalis dies, & in illo die ceperunt filij Israël metere gomer seu manipulum, qui eleuari, seu coram Domino offerri solebat, & erat ex hordeis.

Simili modo Iosue reducens Hebræos ex Ægyptia seruitute, ingressus est in terram promissam in Paschate. Iosue c. 3.

CA

## CAPVT SECVNDVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Ruth in agro Booz spicas colligit, ac benignè à Booz excipitur & pacitur. domum reuerſa Noëmi focru suæ reliquias affert, ab eaq; audit Booz sibi esse affinem.

1. ERAT autem viro Elimelech consanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz. 2. Dixitque Ruth Moabitis ad focrum suam: Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas, quæ fugerint manus metentium, vbi- cumque clementis in me patris familias reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mea. 3. Abiit itaque & colligebat spicas post terga metentium. Accidit au- tem vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elime- lech. 4. Et ecce, ipſe veniebat de Bethlehem, dixitque messoribus: Dominus vo- biscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus. 5. Dixitque Booz iuue- ni, qui messoribus præerat: Cuius est hæc puella? 6. Cui respondit: Hæc est Moa- bitis, quæ venit cum Noëmi, de regione Moabitude, 7. & rogauit vt spicas col- ligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de manè vsque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iun- gere puellis meis: 9. & vbi messuerint, sequere. Mandauit enim pueris meis, vt nemo mollestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vadè ad sarcinulas, & bibe aquas, de qui- bus & pueri bibunt. 10. Quæ cadens in faciem suam & adorans super terram, dixit ad eum: Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? 11. Cui ille respondit: Nuntiata sunt mihi omnia, quæ feceris focru tuæ post mortem viri tui: & quod reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum, quem anteâ nesciebas. 12. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israël, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas. 13. Quæ ait: Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnus puellarum tuarum. 14. Dixitque ad eam Booz: Quando hora vespenci fuerit, veni huic, & comede panem, & intinge buccel- lam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, & congeffit polentam sibi, com- editque & saturata est, & tulit reliquias. 15. Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiam si vobiscum mete- re voluerit, ne prohibeatis eam: 16. & de vestris quoque manipulis proiicite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. 17. Collegit ergo in agro vsque ad vesperam: & quæ collegerat virga cædens & excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensuram, id est, tres modios. 18. Quos portans reuerſa est in ciuitatem, & ostendit focru suæ: insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. 19. Dixitque ei focrus sua: Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indi- cavitque ei apud quem fuisset operata: & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur. 20. Cui respondit Noëmi: Benedictus sit à Domino: quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursusque ait: Propinquus noster est homo. 21. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. 22. Cui dixit focrus: Melius est, filia mea, vt cum puellis eius ex eas ad metendum, ne in alieno agro quispiam re- sistat tibi. 23. Iuncta est itaque puellis Booz: & tamdiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in hordeis conderentur.

VERS. 1. HOMO POTENS ET MAGNARVM OPVM.] A legum: quod legè veteri non tantum licitum erat, sed & commendatum à Deo, imò messoribus ius- sum, vt de industria spicas aliquas pauperibus col- ligendas relinquerent. Leuit. cap. 19. 9. & cap. 23. 22. Sic Antigonus succedens Alexandro Magno aiebat: Alexander messuit, ego spicas lego. Sic & nos post messem tot Patrum & Doctorem, facimus Sapien- tiæ spicilegium.

VERS. 3. COLLIGEBAT SPICAS POST TERGA ME- TENTIVM.] vt faciunt pauperes & famelici, qui post segetem demessam & in acervos collectam, deciquas & reliquas spicas legendo faciunt spici-

NOMINE BOOZ.] Hebr. בּוּז Booz, ait Pagnin. in

Nom. Hebr. idem est quod in fortitudine, vel in eo fortitudo, hoc est fortis. Talis hic fuit, vt patet v. 1.

Hinc Auctor Imperfecti hom. 1. in Matth. Booz in- terpre-

terpretatur, praedens. Hinc & duae columnae in templo Salomonis vocabantur Iachim & Booz. Reg. 7. 21. id est directio & fortitudo, ut exponunt Septuag. 2. Paral. 3. 17.

VERS. 4.

DIXITQUE (BOOZ) MESSORIBUS: DOMINVS VOBIS CVM.] q. d. Dominus vobis adsit, cooperetur, benedicat, vosque roborat & prosperet. A Deo enim bonitas messis & cuiuslibet rei expectanda & postulanda est. Hinc Varro lib. 1. de re rustica: Quia Dij, ait, facientes adiuvant, prius invocari vult XII. Deos Consentes, non urbanos, sed agricolas, qui agricolam Duces sunt, Iovem, Tellurem, Solem, Lunam, Cererem, Liberum, Rodigum, Floram, Mineruam, Venerem, Lympham ac bonum Euentum.

Dominus vobiscum quid?

Hic primum illa salutandi formula: Dominus vobiscum, invenitur, quam post Booz alij usurpant, ut propheta missus à Deo ad Asa regem Iuda, dum victor eum exercitu reuerteretur; Dominus vobiscum, inquit, quia suis cum Domino. 2. Paralip. 15. & postea Gabriel salutans B. Virginem dicens: Dominus tecum; ac tandem Ecclesia eandem induxit in Missae sacrificium & officium Ecclesiasticum: De quo vide Bellarm. lib. 2. de Missa c. 16. & Ioannem Durantum de ritibus Ecclesiae lib. 2. c. 15. & B. Petrum Damiani Opusc. 11. Vnde lib. 4. Ration. cap. de salute ad populum, Guillelmus Minatensis Episcopus: Huiusmodi, ait, mutuae salutationes notant, quod sacerdotis & populi vnus debet esse affectus. Et est sensus: Tu pro nobis facturus es preces ad Dominum; & quia Dominus Deus illas tantum preces approbat & exaudit, quae ex bono corde procedunt, oramus & nos similiter pro te, ut ille sine quo nullum est bonum, sit cum spiritu tuo, ut qui tecum est in ore, sit & in corde & maneat. Et pergit: Postest etiam dici, quod in hac responsione populus se referat solum ad actionem immolationis, ad quam sacerdos procedit, in qua per spiritum totaliter eleuatus, & ab omni terrenalitate prorsus abstractus esse debet.

Et Ildor. Pelus. lib. 1. Epist. 22. Illud autem quod à plebe respondetur: Et cum spiritu tuo, hanc habet sententiam; Pacem quidem nobis tribuisti Domine, hoc est mutuanam inter nos concordiam. Pacem autem nobis da, hoc est eiusmodi tecum coniunctionem, qua nullo modo diuelli possit; ut cum spiritu tuo pacati, quem nobis in creationis initio indidisti, à tua charitate nequeamus diuelli.

Denique in Con. Braccaren. can. vigesimo primo. Placuit, inquit, ut non aliter Episcopi & aliter presbyteri populum, sed vno modo salutem dicentes: Dominus sit vobiscum, sicut in libro Ruth legitur.

Herus visitat operas.

Oeconomicè Booz vilicans agrum & messorum docet heros, ut sua sepe praedia & operarios visitent. Sub hoc enim metu, cum familia villicus erit in officio, ait Cato de re rustica cap. 2. Vnde Plinius lib. 8. cap. 6. Maiores, ait, fertilissimum in agro oculum Domini esse dixerunt. Et Aristot. lib. 1. Oeconom. Optimum agrorum sterus, inquit, sunt Domini vestigia.

QUI RESPONDERUNT EI: BENEDICAT TIBI DOMINVS.] Dicit hic praeferam quam salutandi & resalutandi formulam. Herus enim prior comiter salutans operarios ait: Dominus vobiscum; illi alii verbis, sed idem significantibus officiosè eum resalutant: Benedicat tibi Dominus, hoc est Dominus pariter tecum sit, tibi que beneficiat, bonisque suis te cumulet & fortunet.

VERS. 7.

ET ROGAVIT (Ruth praefectum messorum) UT SPICAS COLLIGERET.] Ex lege spicae haec erant pauperum; quare Ruth eas legere poterat sine rogatu: maluit tamen rogare, ut messorum sibi magis

deuinceret, & liberaliores faceret ad plures sibi spicas relinquendum.

ET ADORANS,] id est reuerentiam ei exhibens corporis demissione, vel capitis curuatione.

AD QVEM VENISTI ET SVB CVIVS CONFRIGISTI ALAS.] Alas, id est, curam, protectionem, prouidentiam; sic enim pulli confugiunt sub alas gallinae, ut ab ea iniuriis aeris, & quae ac à miluis rapacibus protegantur. Simili enim modo ad alas, id est ad protectionem Dei confugere debemus, ut ab eo à malis omnibus corporis & animae à demeritis defendamur, iuxta illud Davidis: Sub umbra alarum tuarum protege me. Psalm. 16. 8. Et: Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Psalm. 90. 4. Hinc & Christus ait Ierofolymae: Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Matth. 23. 37. Vide ibi dicta, Hinc Chald. hoc loco vertit: Quia venisti ut profelyta fieres, & respicam abscondere (vel separares) sub umbra maiestatis gloriae gratias

INVENI GRATIAM APVD OCYLOS TVOS, DOMINE MI:] quod tam benignè me exceperis pauertique. Hebr. & Septuag. habent in Optaturo: Inueniam gratiam, idque appositum est: Optat enim petitque, ut Booz gratiam sibi exhibitam continuare & prorogare petgat.

QUI (Hebr. & Septuag. qui) CONSOLATUS ES ME, ET LOCUTVS ES AD COR ANCILLAE TVAE.] Idem, vel quasi idem sunt consolari, & loqui ad cor, scilicet loqui placentia, grata, iucunda, solati, blanditi.

QVAE NON SVM SIMILIS VNIVS PVLLAE RVM. (Hebr. שבחתי sephachoti, id est ancillarum) TVARVM.] Ecce mira humilitas Ruth, quae se facit ancillis omnibus Booz inferiores, & ancillarum ancillam, ideoque meruit fieri eius vxor. Sic B. Virgo dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, meruit fieri mater Dei. Hinc Ordo Virginum, quae vulgo Annuntiata vocantur, quem instituit B. Iohanna, filia Ludouici XI. & vxor Ludouici XII. Regum Francia, illam quae praestitit ceteris monialibus nuncupat Matrem Ancillam, aequè ac S. Franciscus sui Ordinis superiores appellati voluit Ministros, ut impleant illud Christi: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Matth. 23. 11.

INTINGE BVCELLAM TVAM IN ACETO.] Nota hic frugalitatem illius aui, qua operarij non aliud habebant embamina vel obsonium quam acetum, quo intingentes panem faciebant offam. Acetum enim in aestu laborantes refrigerat, neruos astringit, vires corroborat, putredinem tollit. Vnde etiam in Italia rustici panem aceto aqua diluto intinctum, quasi offam manducant. Vini, ait Plinius lib. 23. cap. 1. etiam vitium transiit in remedium. Aceto summa vis est in refrigerando: non tamen minor in discutiendo. Et postea: Per se haustum fastidia discutit, singulus cohibet, sternutamenta olfactu. Et Raschi: Aterum, ait, iucundum in estu.

ET CONGESSIT,] ipsa Ruth, dante & in sinum eius congerente ipso Booz, ut habent Septuag. & Hebr. Quod enim ipse vel eius Vicarius dabat assatum, hoc ipsa congererat.

POLENTAM SIBI.] Polenta. Hebr. כבלי, אכפית, est tostum far sine hordeum. Fiebat autem sic, ait Cato lib. de re rustica cap. 108. Perfrusum aqua hordeum siccabant nocte vna, postero die frangebant, deinde molis frangebant, seruabantque in multis dies. A u. di Senecam epist. 111. Disce paruo esse contentus, & il-

lam

Iam vocem magnus atque animosus exclama: Habemus aquam, habemus potentiam. Ioui ipsi de felicitate contropesiam facimus. Idem epist. 18. Non iniucunda, ait, res est aqua & potentia, aut frustum hordeacei panis, sed summa voluptas est, posse capere etiam ex his voluptatem.

ET TVLIT RELIQUIAS] cibi & potentiae domui ad Noemi socrum suam, ut eam pasceret v. 18. Vide quam officiosa sit Ruth, ideoque à Booz amata, euecta, & in coniugem ascita. Ita videmus eos qui officiosi sunt amari, euehi que ad magna.

VERS. 20.

QVONIAM EANDEM GRATIAM, QVAM PRAEBERAT VIVIS, SERVAUIT ET MORTVIVS.] q. d. Booz sicut benefecit Elimlech marito meo, eiusque filiis Mahalon & Chelion, quasi sibi sanguineis, dum viuere, ita nunc pergit benefacere iis mortuis, dum eorum vxoribus, quae superstites sunt, scilicet mihi Noemi, & tibi Ruth beneficus est, nosque alit & pascit.

PROPINQVVS NOSTER EST HOMO.] Additur in Hebræo: redemptoribus nostris ipse est, seu è vindicibus, id est exis ad quos pertinet ius liberandi nos ab orbitate, redimendi facultates nostras, vindicandi nomen filiorum meorum maritumque tui ab interitu & oblivione, semen ius ac posteritatem erigendo, ut habetur Leuit. 25. 25.

Vbi nota: propinquus vocatur Hebr. גויא goel,

id est redemptor, tripliciter; scilicet agri, vxoris & hereditatis, famae & iniuriae. Agri, quia si à quopiam ager esset veditus alicui externo, propinquus venditoris habebat ius redimendi agrum, reddendo pretium eius emptori, qui agrum emerat. Vxoris, quia si quis sine liberis esset defunctus, propinquus eius habebat ius, imò debitum ducendi eius vxorem, ut ei liberos suscitarat, sicque eam cum sua hereditate quasi redimebat, sibi que vendicabat. Famae & iniuriae, quia si quis ab alio fuisset occisus, ad propinquum occisi spectabat eadem eius vindicare, & occisorem ad necem deposcere, eumque apud Iudices reum mortis peragere, ut hac ratione occiso quasi suum ius, id est suam famam & innocentiam restitueret.

MELIVS EST, & C. Vt cum puellis eius exas ad metendum,] non ut tu metas, sed ut iungas te metentibus, ut spicas deciduas colligas, ut dictum est v. 15. & seq. Vnde in Hebræo non est sed ad merendum. Caret ergo fundamento expositio Abulen. qui sic explicat, q. d. Noemi: suadeo tibi à Ruth mea nurus disceda, ut operam tuam impendas Booz, demetendo eius segetes, idque gratias & sine pretio; ut hoc officio facilius eum tibi concilies, & viam ad matrimonium cum eo incedendum sternas.

VERS. 22.

CAPVT TERTIVM SYNOPSIS CAPITIS.

Ruth iussu Noemi matrimonium Booz iure affinitatis postulat; ille se eam ducturum promittit, ideoque hordeo onustam ad Noemi remittit.

1. Postquam autem reuersa est ad focrum sitam, audiuit ab ea: Filia mea, quaram tibi requiem, & prouidebo ut bene sit tibi. 2. Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat. 3. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. Non te videat homo, donec esum potumque finierit. 4. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat: veniesque & discooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & proicies te, & ibi iacebis: ipse autem dicet tibi quid agere debeas. 5. Quae respondit: Quidquid praecerperis faciam. 6. Descenditque in aream: & fecit omnia quae sibi imperauerat focrus. 7. Cumque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, issetque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit absconditè, & discooperto pallio à pedibus eius se proiecit. 8. Et ecce, nocte iam media expauit homo, & conturbatus est: viditque mulierem iacentem ad pedes suos. 9. & ait illi: Quae es? illaque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. 10. Et ille, benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorum misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes, pauperes siue diuites. 11. Noli ergo metuere, sed quidquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meae, mulierem te esse virtutis. 12. Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. 13. Quiesce hac nocte: & facta mane, si te voluit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus. Dormi vsque mane. 14. Dormiuit itaque ad pedes eius vsque ad noctis abscessum. Surrexit itaque antequam homines se cognoscerent mutuo, & dixit Booz: Caue ne quis nouerit quod huc veneris. 15. Et rursum, expande, inquit, pallium tuum quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente, & tenente mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quae portans ingressa est ciuitatem. 16. & venit ad focrum suam. Quae dixit ei: Quid egisti filia? Narrauitque ei omnia,





CAPVT QVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Booz coram Iudicibus propinquiore, iure suo cedente, adit possessionem Elimelech defuncti, eiusque nurum Ruth accipit uxorem, ex qua gignit Obed patrem Iesse, cuius filius fuit David rex.

1 Ascendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cumque vidisset propinquum praeterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper, & sede hic: vocans eum nomine suo. Qui diuertit, & sedit. 2. Tollens autem Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hic. 3. Quibus sedentibus, locutus est ad propinquum: Partem agri fratris nostri Elimelech vendet Noemi, quae reuerfa est de regione Moabitude: 4. quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis, eme, & posside: si autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, vt sciam quid facere debeam. Nullus enim est propinquus, excepto te, qui priores; & me, qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emam. 5. Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabidem, quae vxor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites nomen propinqui tui in hereditate sua. 6. Qui respondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatem familiae meae delere debeo, tu vero vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. 7. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt si quando alter alteri suo iuri cedebat, vt esset firma concessio, solvebat homo calcamentum suum, & dabat proximo suo. Hoc erat testimonium cessionis in Israel. 8. Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calcamentum tuum. Quod statim soluit de pede suo. 9. At ille maioribus natu, & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia quae fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi: 10. & Ruth Moabidem, uxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitarem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum eius de familia sua ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis. 11. Respondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu: Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierem, quae ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, quae edificauerunt domum Israel: vt sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem: 12. fiatque domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudae, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. 13. Tulit itaque Booz Ruth, & accepit uxorem: ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium. 14. Dixeruntque mulieres ad Noemi: Benedictus Dominus, qui non est passus vt deficeret successor familiae tuae; & vocaretur nomen eius in Israel. 15. Et habcas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. De nuru enim tua natus est, quae te diligit: & multo tibi melior est, quam si septem haberes filios. 16. Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulae fungebatur officio. 17. Vicinae autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus est filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed: hic est pater Isai, patris David. 18. Haec sunt generationes Phares: Phares genuit Efron, 19. Efron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, 20. Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, 21. Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, 22. Obed genuit Isai, Isai genuit David.

VERS. I. ASCENDIT ERGO BOOZ AD PORTAM.] In porta enim sedebant iudices, coram quibus haec causa cessionis iuris propinquitatis legitime agenda erat. VOCANS EUM NOMINE SVO.] Hebr. vocans אלמון Peloni almoni, quod Caietan. vertit: sede hic talis, viduae scilicet Ruth propinquus. Septuag. Declina huc abscondite. Chald. vir qui absconditor est via sua, id est, qui videri non vult. Verius est no peloni almoni, ad verbum significare talis singularis, vel certus quidam, q. d. tu talis &

A talis veni huc, & audi me; habeo enim negotium quod tecum tractem. Sic enim solemus aduocare externos, quorum nomina non scimus, vel si scimus ea nominare nolumus. Vnde a no peloni videtur derivatum Hispanicu Fulano. Graeci vocant δεινα, Itali vn tale, Galli vn quidam. Porro videtur Booz eum nomine suo compellasse, sed noluit Script. eius nomen exprimere, eo quod indignus esset nominari; utpote qui nollet semen & nomen fratris sui defuncti suscitare. Ita Abul. iust est enim nomen eius aeterna obliuione sepelitur,

pelitur, qui nomen fratris & propinqui sui eadem A sepeliri permittit.

Denique אלמון almoni derivatur a אלמון ne-lam, id est obmutuit, quia cuius nomen reticetur, illud quasi mutum non auditur, & vt sic dicam, obmutescit; talis ergo dicitur almoni: idem dicitur אלמון peloni a אלמון pele, id est occultum & mirabile, quia ea quae occultata miramur. Ita Serarius.

VERS. 3. PARTEM AGRIS FRATRIS NOSTRI ELIMELECH VENDET NOEMI.] Ius viui vxor, nunc vidua defuncti, vendit, inquam, tam pro se, quam pro nuru sua Ruth alenda: ambae enim erant pauperes: Licet enim vxores non succederent apud Iudaeos in hereditatem maritorum, aut aliorum propinquo- rum vel affinium defunctorum; tamen ex hoc loco colligitur illas hereditatis maritorum vsum fructum habuisse ad vitam, adeoque eandem vendere potuisse, sed ita vt ius emendi proxime spectaret ad propinquos mariti defuncti, ad quos post mortem vxoris viduae deuoluenda erat hereditas. Vnde & qui e propinquis hereditatem hanc, v. g. agrum emere volebat, debebat defuncti viduam relictam, uxorem ducere, vt illi, cuius hereditatem nactus erat, semen suscitaret. Porro verisimile est agrum hunc Elimelech, eo tempore quo ipse peregrinabatur in Moab, alicui elocatum fuisse, qui quotannis ex eius fructibus annuum censum persolueret. Ita Abul. Lyranus, Feuardenius & alij.

VERS. 6. CEDO IURI PROPINQUITATIS: NEQUE ENIM POSTERITATEM FAMILIAE MEAE DELERE (Hebr. corrumpere. Sic & Septuag.) DEBEO.] q. d. Est mihi vxor, sunt filij & filiae: illos alere debeo, vt meam familiam & nomen propagem: quare nolo secundam uxorem Ruth mihi accersere, ne & illam cum filiis alere, itaque meis, quos iam genui, alimoniam detrahere vel minuere debeam, atque filios, saltem primogenitum, ex Ruth procreandos non mihi, sed alteri gignam, vt scilicet eius marito, qui propinquus meus fuit, semen & nomen suscitarem. Vnde Chald. vertit: Non possum mihi vindicare ob causam seu colorem hunc: quia vxor mihi est, ad quam assumere aliam mihi non facultas: ne forte oriatur in domo mea virginum, & corrumpam hereditatem meam. Vindica tu tibi possessionem meam, quia tibi vxor nulla, & ego non potero mihi vindicare.

VERS. 7. SOLVEBAT HOMO CALCEAMENTVM SVVM.] Erat haec excalceatio, ceremonia politica; scilicet erat signum quod excalceans cederet iure suo, ac sicut calcem, sic & ius suum tradebat alteri propinquo ad emendum agrum sui propinqui defuncti, & ad eius viduam ducendam in uxorem. Porro excalceatio haec erat duplex; vna in poenam: si enim frater germanus nollet fratris sui sine liberis uxorem ducere, itaque ei suscitare semen, lex iubebat Deuter. 25. 9. eum etiam inuitum excalceari, & in faciem eius conspui, quae ingens erat poena, contumelia & ignominia. Altera in signum cessionis iuris: Si enim quis non esset frater germanus defuncti, sed cognatus in secundo, tertio, vel quarto gradu, non tenebatur quidem ex lege Deuter. 25. (haec enim solos fratres germanos tangit) vxorem defuncti ducere ad suscitandum illi semen; tenebatur tamen ad id ipsum ex quadam honestate & consuetudine; si tamen id facere nollet, vel non posset, coram iudicibus excalceabat se, calcemque suam alteri propinquo tradebat; vt hoc signo significaret se ius suum illi resignare, Cornel. in lib. Ruth.

tam ad agrum defuncti emendum, quam ad viduam eius accipiendam in uxorem.

Allegor. S. Ambros. lib. 3. de fide c. 5. Designabatur, inquit, futurus ex Iudaeis, ex quibus Christus secundum carnem, qui proximi sui, hoc est populi mortui semen doctrina caelestis semine suscitaret, cui calcamentum nuptiale Ecclesiae copulanda praescripta legis spiritalia deserebant. Non Moyses sponsus: illi enim dicitur Exod. 3. Solue calcamentum pedum tuorum vt Domino tuo cedat. Non Iesus Naue filius sponsus. Nam & ipsi dicitur Ios. 5. Solue calcamentum pedum tuorum, ne ex similitudine nominis sponsus crederetur. Non alius sponsus, sed solus Christus est sponsus, de quo dixit Ioannes: Qui habet sponsam sponsus est. Illa igitur calcamentum soluitur, huic solui non potest, sicut dixit Ioannes: non sum dignus soluere corrigiam calcamenti eius. Solus ergo Christus est sponsus, cui illa veniens ex gentibus sponsa, ante inops atque ieiuna, sed iam Christi messe diues innubat; quae manipulos secundae segetis, verbiique reliquias gremio legis nientis interno, vt exhaustam illam viduam morte filij, atque inopem defuncti populi matrem noui pascat alimentis; non relinquens destitutam viduam, & nouos querens. Solus ergo Christus sponsus est, qui nec Synagoga ipsi manipulos suae messis innudebat.

Porro pro calcamentum suum Chald. vertit: נרתקה narteke, id est vaginam, vel potius chirothecam suam. Fortè vtrumque fiebat; vt scilicet cedens suo iure & possessione exueret calcem, & simul chirothecam, eamque alteri traderet, significans hoc signo se ius suum illi resignare. Sic enim & nunc nonnullis in locis per chirothecam ius resignatur. Hoc enim signum resignationis appositum & quasi connaturale. Aut olim haec resignatio fiebat per calcem, postea vero per chirothecam. Vnde Iudaei nunc suos contractus & resignationes faciunt per resignationem lintei, quam ipsi vocant emptionem sudar, id est sudarij, teste R. Elia. Fusè de his agit Abul. & Serarius. Christiani vero hereditatem domus adeunt per clauium acceptionem; agri vero per pedum positionem.

VERS. 11. QUAE AEDIFICAVERTINT DOMVM ISRAEL.] VERS. 12. putaverunt filios posteros & nepotes Iacobi Patriarchae, qui alio nomine a Deo vocatus est Israel, id est dominans Deo, eo quod luctans cum Angelo Dei illi praeualisset. Genes. 28. Rachel enim & Lia uxores Iacobo genuerunt 12. filios; a quibus tota domus, id est stirps & familia Israelis propagata & mirè multiplicata fuit. Vnde Chald. addit: in duodecim tribubus, quia hi duodecim Iacobi filij fuere duodecim tribuum parentes, ideoque patriarchae.

VERS. 13. TVLIT ITAQUE BOOZ RUTH ET ACCIPIT VXOREM.] Licet id fecit, quia ipsa iam erat profelyta & conuersa ad Iudaismum. Nam lex illa Deuter. 23. iubens ne Moabites ingrediatur in Ecclesiam Dei, viros tantum concernit, non feminas, vt docet Abulensis. Aliter respondet S. August. in Deuter. 9. 55: Quastio est, inquit, quomodo intrauerit Ecclesiam Domini Ruth, qua Moabitis fuerit, de qua etiam caro Domini originem ducit. Nisi forte istam mystice prophetauerit intraturam, quod ait vsque ad decimam generationem. Computantur enim decem generationes ex Abraham quando fuit & Lot, qui genuit Moabitas & Ammonitas Genes. 19. & 37. Sunt autem istae generationes: Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Efron, Aram, Aminadab, Naason, Salmon, cuius filius Booz.

Haec responsio est ingeniosa, sed non genuina: Nam in Deuter. additur: in aeternum. Moraliter autè Auctorem Imperfecti hom. 1. in Matth. Ruth, ait, pro

pro merito fidei sue nupit Booz, quia propriam gentem...

VERS. 16. SYSCIPTVMQVE NOEMI PVERVM DOSVIT...

VERS. 17. VOCÁVERVNT NOMEN EIUS OBED. Obed Hebr. idem est quod serviens...

Dices; filius hic potius vocandus erat Mahalon, quia ei suscitabatur semen...

fiam è gentibus conuocatam. Lege Auctorem im-

SALMON GENVIT BOOZ, BOOZ AVTEM GENVIT OBED. Arias in Apparatu Bibl. Reg. tracl. de nominibus Hebraicis...

OBED GENVIT ISAI (qui est Iesse) ISAI GENVIT DAVID. Iesse Hebraidem est quod munus, vel existens aut debitor.

Nota; Salmon fuit maritus Rahab, quæ Ierichumtem perdidit Hebraeis. Ioseph. 2. A Rahab autem & Salmon, id est ab ingressu Hebraeorum in Chanaan...

Ex his autem probabiliter collectum vides primum Booz natum decimo Othonielis anno...

Si quis tamen malit dicere Salmon, Booz, Obed & Iesse genuisse anno centesimo, potius quam duos Booz vni Sacre Script. adiungere audeat...

qui vixit 300. annos. Maffeiis lib. II. histor. Indica trecentos pariter annos cuiusdam Indo assignat.

Exemplum vnum è multis clarum accipe. 1. Paralip. 6. v. 33. ab Heman qui fuit Cantor tempore Davidis...


Quare verisimile est hic pariter aliquas præteriri, & nonnullos filios intermedios quasi obse-

riores omitti; nominari verò tantum illustiores, uti Naasson, quia ipse fuit princeps tribus Iuda in ingressu terræ sanctæ...

Denique Rabbinii in Iuchasin p. 10. tradunt Ruth cum nupit Booz fuisse annorum 40. ac deinde diu admodum vixisse.

Tropol. S. Chrysof. hom. I. in Matth. Talis, inquit, Booz ex tali coniuge Ruth, qualem filium genuit Obed, qui interpretatur subditus.

Addit Chrysof. fortè Obed sic appellatum quòd eo nascente Hebræi Philisthæis essent subditi, à quibus liberati fuere per Samuelem...



COMMENTARIUS  
 IN LIBRUM PRIMVM  
 SAMVELIS,  
 SIVE  
 REGVM.  
 ARGVMENTVM.



Ordo.

**L**IBRI Regum recto temporum ordine proximè sequuntur librum Iudicum, cuius appendix est liber Ruth. Post Iudices enim in Israël regnarunt Reges, quorum gesta hîc describuntur, ideoque libri Regum nuncupantur. Itaque liber Iudicum desinit in Samfone, qui ante Heli vltimus fuit Iudex, indicavitque annis 20. Iudic. 16. vlt. Samfoni proximè successit Heli Pontifex, qui quasi Iudex præfuit Israël 40. annis. Heli successit Samuel & Saül totidem annis. Samuel ergo absolute vltimus fuit Iudex: nam sub eo populus petiit Regem, quem Samuel iussu Dei eidem primum dedit Saulem. Hic igitur mutavit statum Reip. ac Aristocratiam Iudicum conuertit in Monarchiam Regum. Heli autem licet Iudicis gesta non in libro Iudicum, sed in hoc libro Regum præmittuntur, quia sub ipso floruit Samuel Propheta, qui principatum mutavit in regnum, de quo mox.

Materia.

Hîc igitur quatuor Regum libris Spiritus Sanctus profecquitur historiam gentis Iudaicæ, & Ecclesiæ siue Synagogæ veteris proximè à Iudicum exitu, quorum vltimus fuit Samuel, cuius hîc gesta præmittuntur, quia ab eo facta est mutatio regiminis aristocratici in monarchicum & regale. Vnde Regum nomine hi libri inscribuntur. Nam in primo libro agitur de ortu, educatione & Principatu Samuelis, ac de regno, actis & morte Saülis; in secundo agitur de regno Dauidis, qui Saüli à Deo ob inobedientiam reiecto à Samuele iussu Dei surrogatus est: quocirca hi duo primi Hebr. vocantur libri Samuelis, siue quia à Samuelis gestis incipiunt, siue quod gesta Saülis & Dauidis gesta Samuelis censentur, eò quod Samuel eos reges constituit.

Stilis.

Porrò hi duo primi libri complectuntur tempus quo Heli, Samuel, Saül & Dauid præfuerunt Israël, quod fuit 120. annorum. Nam vt dixi, Heli præfuit annis 40. totidem Samuel & totidem denique Dauid.

Duo verò posteriores libri, scilicet tertius & quartus Regum enarrant acta Salomonis, qui Dauidi patri successit, eiusque filiorum & nepotum, qui in Iuda à Salomone vsque ad vltimum Sedeciam regnarunt; item gesta Ieroboam & posterorum eius, qui schisma facientes à Roboam & Iuda, in Israël, id est in decem tribubus regnarunt

Cornel. in lib. Regum.

vsque ad vltimum regem Osée, qui à Salmianafar captiuus abductus est in Assyriam anno sexto Ezechia regis Iuda. Igitur hi duo libri historiam omnem Regum tam Iuda quam Israël à primo ad vltimum per annos 430. pertexunt. In qua ad litteram multa virtutum, multa etiam diuinæ providentiæ, Deique iustè infidelis & impios punientis, & fideles pioque præmiantis exempla passim describuntur, multa quoque propheticè dicta intextuntur, quæ ad institutionem fidelium & mores dirigendos multum conferunt. Audi S. Gregor. hîc in Proemio: *Historia Regum, quia eo Spiritu condita, quo & cetera Scriptura sancta volumina cognoscuntur, non debet credi eis esse minor sacramentis, quibus non est inferior titulo auctoritatis. Nam omnes scriptores eius fuisse propheta referuntur, qui cum historica narrent, spiritalia signant, exteriora loquuntur, & intima innuunt, terrena proponunt, vt celestia exequantur, &c.* Et post nonnulla: *Suaus est historia Regum in superflua littera, aliter in typis Allegoria, moribus instruendis utilis, lucida in exemplis exhibendis.* Et D. August. lib. 17. Ciuit. cap. 1. *Ipsa Scriptura que per ordinem Reges eorumq; facta & euenta dirigit, videtur eamquam historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis, si adiuuante Spiritu Dei considerata tractetur, vel magis, vel certe non minus prænantandis futuris, quam præteritis enuntiandis inuenietur intenta.*

Porrò duo primi libri ab Hebræis vocantur libri Samuelis, imò ab eis æquè ac Syris vocantur *Prophetia Samuelis*; duo verò posteriores soli ab eis vocantur libri *regum* vel *regnorum*, quòd in eis plurius regum tam Iuda quam Israël regna, id est regnationes modique regnandi recensentur.

Vbi nota quantum differat historia sacra à *utilitas* prophana: illa enim cum spiritu diuino conscripta sit, narrat res humanas vt à diuina providentia gubernantur; hæc verò spiritu humano composita refert eas, vt hominum prudentia & industria proueniunt; itaque illa docet prudentiam diuinam, qua mens pio cultu Deo adhæreat, eiusque ope & religione potissimum nitatur; hæc verò prudentiam humanam & minutas quasdam cautunculas hominum industria inuentas, quæ plerumque parum habent virium, & sæpè afferunt periculum. Quare nihil congruentius principum instructioni quam sacra historia, præsertim lib. Regum explicatio. Inde enim clarè intelligent fundamentum regni & politiæ, totiusque prosperitatis in vera religione & iustitia collocandum:



Extra hoc nihil Christianis principi fore firmum aut tranquillum. Profuit id plurimum Carolo V. Imper. cui adolescenti Adrianus (postea sextus eius nominis pontifex) institutor suavit lectitare libros Regum. Vnde ille ea hausit gubernandi documenta & principia, quae illum non solum Catholicum effecerunt, sed etiam in maximum & potentissimum principem successibus felicem eueherunt.

Pari modo refert Cicero ad Quintum fratrem, Scipionem Africanum assidue lectitasse praetiam Cyri, indeque tantum in bello aequae ac pace Ducem & Principem euasisse. Lamprid. in Alex. Sequero refert eum solitum legere Rempub. Platonis. Plutar. in Alex. Magno scribit cum saepe ad manum habuisse Homerum, ex cuius lectione sentiebat sibi addi animos ad heroica facinora, quando in eo tantum Achillem patrasse cecebat. Porro Religionem orthodoxam esse fundamentum imperij scribit, & inculcat Theodosio Imper. S. Cyril. lib. de recta fide sub initium. Denique S. Clemens lib. primo Apost. Const. cap. 6. docet Christiano lectitandos esse libros Regum: inde enim veras praeterea historias petendas esse, non a libris Gentilium.

*Alegoria.* Allegor. & Tropol. S. Hieron. epist. 103. ad Paulinum: Samuel, inquit, in Heli mortuo & in occiso Saule, veterem legem abolitam monstrat. Porro in Sadoch atque Dauid, noui Sacerdotij nouique imperij sacramenta testatur. Melachim, id est Regum tertius & quartus liber a Salomone vsque ad Iechoniam; & ab Hierobom filio Nabat vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt. Si in literis sensum latentem inspexeris, Ecclesiae paucitas, & hereticorum contra Ecclesiam bella narrantur.

Omnes enim reges Iuda fuisse typi Christi ex eis nascitur, qui est rex regum & Dominus dominantium, ut ait hic S. Gregor. Vnde S. August. lib. 22. contra Faustum cap. 24. Dico, inquit, illorum hominum non tantum linguam, sed etiam vitam fuisse prophetiam, totumque illud regnum gentis Hebraeorum magnum quendam, quia & magni cuiusdam, fuisse Prophetam.

*Auctor.* Primum Regum librum scripsit Samuel Propheta (vnde duo primi libri ab Hebraeis Samuelis vocantur) vsque ad mortem suam, quae recensetur lib. 1. c. 25. Ita censet S. Gregor. Theod. Procopius, Eucher. Hugo, Lyran. Abul. Caiet. Vatab. Serarius, & alij passim; mortem vero Samuelis & gesta post eam vsque ad finem libri secundi scripsit Dauid, ait S. Isidorus lib. 6. orig. cap. 2. aut potius Nathan & Gad prophetae, qui Dauidi erant a secretis & commentariis, vt scilicet eius acta per singulos dies, quasi Diaria & Chronica sine Ephemerides conscriberent, vt disertè dicitur 1. Paralip. 29. in fine. Ita censet Bellar. & Sixtus Senensis lib. 1. licet Abulen. hic & quaest. 4. in cap. 17. libri Iudicum, eos ab Isaiia vel Ieremia conscriptos putet, eò quòd c. 27. v. 6. Siceleg. dicatur facta Regum Iuda vsque ad diem hanc: hoc enim non videtur dixisse Dauid, sed aliquis eo posterior, vt Isaias vel Ieremias. Verum haec particula libro iam composito addi potuit ab Isaiia vel Ieremia, vti similia addita sunt in Pentateucho Moysi, Iosue, Iudicum, & alijs libris.

Duos posteriores Regum libros vsque ad Ierosolymam excidium, ex praeterea singulorum Re-

gum Annalibus à Ieremia scriptos esse censet Procopius, Isidorus, R. Moses Kimchi, quos citat Sixtus Senensis lib. 1. Item Abulen. Dion. & alij, quae confirmatur ex eo, quòd caput vltimum Ieremiae idem sit cum capite vltimo libri quarti Regum. Isaias enim diu ante posteriorum regum tempora & captiuitatem Babylonicam, quae hic enarrantur, mortuus fuit, ea vero vidit Ieremias. Vbi nota singuli reges suos habebant à commentariis, qui acta eorum sine Diaria quotidie conscriberent: Sic enim gesta Salomonis scripsit Ahias Silonites & Addo Propheta, vt dicitur 2. Paralip. 9. quae 3. Reg. 11. vocantur libri verborum, id est factorum dierum Salomonis, ait Theod. & Abulen. sic acta Roboam filij Salomonis, aequè ac Abia regis filij Roboam, scripsit idem Addo & Semeias propheta, vt dicitur 2. Paralip. 12. 15. & c. 13. 22. sic Ozia regis gesta scripsit Isaias, vt ibidem dicitur c. 26. 22. aequè ac Ezechias, vt ibidem dicitur c. 32. v. 32. vnde putant nonnulli Isaiam gesta regum scripsisse, vel ex Diariis collegisse à Salomone vsque ad Manassem, à quo Isaias interfectus est; reliqui deinde vsque ad captiuitatem Babylonicam post Isaiam petruerunt Ieremiam. Ita Sanchez. Fauet quòd quatuor capita Isaias, scilicet 36. 37. 38. 39. prorsus eadem sint cum 4. Regum cap. 18. 19. & 20. Addit Sanchez viros Ezechiae qui collegerunt Proverbia Salomonis Prover. 25. forte Diaria quoque collegisse. Vide Sixtum Senen. verbo Ezechias. Sic pariter Iehu filius Hanani scripsit verba dierum, id est Diaria, siue Commentarios & Annales totius regis, vt patet 2. Paralip. c. 20. v. 34. Hinc etiam à Sept. vocatur liber Paralipomenon, qui Hebr. inscribitur *dibre haaniam*, id est verba, hoc est gesta dierum, quasi dicat, hic liber continet ea quae in libris Regum relicta & omissa sunt ex iis, quae in praeterea regum Diariis conscripta erant. Ergo hi Regum libri ex antiquis eorum Diariis collecti sunt, partim ab Isaiis, ceterisque viris ab Ezechia ad hoc deputatis, partim à Ieremia, partim ab Esdra, vti sunt ea quae post Ieremiam sub Cyro contigerunt.

Libris Regum atque vniuersis duo libri Paralipomenon, id est reliquorum, siue residuorum, & vt S. Hieron. epist. ad Dominionem ait, praetitorum, quia hi suppleunt ea quae in libris Regum de Regibus Iuda (nam gesta Regum Israel vix tanguntur in lib. Paralipomenon) praetermissa sunt, vnde eos hic intexam, vbi eadem narrant; peculiaria vero quae addunt, in illis ipsis explicabo. Paralipomenon auctor non fuit Ieremias, quia capite vltimo narratur solutio captiuitatis Babylonicae, ante quam mortuus est Ieremias (nisi quis dicat hanc illis postea additam, vt mors Moysi addita fuit Deuteronomio) vnde Hebraei, Lyran. Abulen. & Ioan. Driedo lib. 1. de Script. Eccles. & Sixtus Senen. lib. 1. Biblioth. probabilius opinantur eos conscriptos ab Esdra, quia idem est finis Paralipomenon, & initium Esdrae, vt patet inuenti; & quia cum eadem historia narratur in lib. Regum, Paralipomenon & Esdra, narratio Paralipomenon consentit cum Esdra, nõ cum lib. Regum. Rursum in fine Paralipomenon narrantur gesta Cyri, quae narrare non potuit Ieremias, qui ante Cyrum, sed Esdras qui post Cyrum vixit.

Dices, 2. Paralip. 5. 9. dicitur: *Fuit arca ibi* (in templo) *vsque in praesentem diem*. Hoc autem de tempore Esdrae dici nequit: Nam ante captiuitatem Ieremias

mas arcam extulerat & absconderat, vt patet 2. Machab. 2. vers. 5. Resp. Abulen. nõ vsque in praesentem diem intelligi de diebus Nathan, Addo & Abia, qui primi Chronica & Diaria Paralip. conscripserunt, ex quibus Esdras ea descripsit & in ordinem redegit. Nam alioqui falsum esset quod in fine Paralip. de Cyro narratur. Constat enim diu ante Cyrum arcam ab Ieremia fuisse absconditam.

Porro Paralipomenon liber, ait S. Hier. epist. 103. ad Paulinum, id est instrumenti veteris epitome, tantus ac talis est, vt absque illo si quis scientiam scripsit, sibi voluerit arrogare, se ipsum irideat. Et Callio dor. lib. de diuin. lect. cap. 2. In Paralip. ait, libri duobus, à patribus magna praedatur utilitas, qui veram gestorum notitiam breuiter quidem, sed plenissime continere noscuntur.

INTERPRETES.

**A**d litteram scripsit quaestiones in libros Regum & Paralip. S. Hieron. sed de iis merito dubitat Bellarm. & alij an sint S. Hier. quia S. Hieron. lib. de Scrip. Eccles. testatur se scripsisse traditiones siue quaestiones Hebraicas in Genesim, loca Hebraica & nomina Hebraica, sed de traditionibus siue quaestionibus Hebraicis in libros Regum & in libros Paralip. nihil dicit: praeterea in quaestionibus Hebraicis in Genesim adscribit idem Hieron. passim verba Hebraica, si in quaestionibus autem in libros Regum & Paralip. non nisi semel aut iterum id facit. Denique grauior videtur scriptio illa in Genesim, quam ista in libros Regum & Paralipomenon; sed euasilemque sit hoc opus, non magis refert. Quare quaestiones has esse S. Hier. pernegat Serarius, sunt tamen antiqui auctoris; nam saepe citantur ab Angelomo.

S. Augustinus scripsit librum ad Simplicitianum, in quo quinque quaestiones ex libris Regum resoluunt. Item in Canticum Antae lib. 17. de Ciuit. cap. 4. Adhaec in varios Regum locos sermones decem, nimirum 196. 200. 201. 204. 206. 207. 210. 211. de tempore, & primum inter Homilias 50.

S. Eucherius ex monacho Lugdunensis Episcopus, anno Domini 441. tempore Leonis primi Pont. & Theodosij iunioris Imperatoris, scripsit in libros Regum, quem hinc elogis ornat Claudianus Mamertus Episcopus Viennensis illi coaetanus lib. de statu animarum: *Eucherius viridis aui, maturi animi, terra dispuens, cali appetens, humilis spiritu, arduus merito, ingenio subtilissimus, scientia plenus, eloquio profusus, magnorum sui seculi Pontificum longe maximus, &c.*

Verum, vt rectè aduertit Bellarm. de scrip. Eccles. in Eucherio, *Hi commentarij nequeunt esse Eucherij, eò quòd auctor saepe S. Gregorium citet, & ad finem expositionis libri primi Regum, lectorem inuitet ad moralia Sancti Gregorij perlegendam, Sanctus autem Gregorius plus centum annis fuit Eucherio posterior. Fortasse qui hos libros Eucherio tribuerunt, ex eo permoti sunt, quòd Gennadius testatur scripsisse Eucherium ad Salonium & Vranium de obscuris Sanctorum Scripturarum capitulis.*

Porro auctor horum commentariorum videtur fuisse Anglus, & vixisse paulò post tempora S. Gregorij. Nam in tertio libro Commentariorum in libros Regum cap. 22. sic loquitur: *Nostri, inquit, nuper temporibus Sanctus Gregor. Papa Evangelicis roboratus eloquijs, Romanam rexit Ecclesiam, & reuerendissimi Patris Augustinus, Paulus, & alij socij eorum iubente illo ve-*

*herant in Britanniam, &c. Atque ab hoc auctore multa isdem penè verbis descripsit Beda in suis quaestionibus super libros Regum, ait Bellarm. loco citato. Vnde Doctores Louanienfes, & Sixtus Senensis suspicantur hos commentarios non esse Eucherij, sed Bedae.*

Venerabilis Beda, qui floruit anno Domini 730. scripsit quaestiones in librum Regum, quae incipiunt: *Post librum Iudicum.*

Angelomus Gallus Monachus Ordli D. Benedicti Congregationis Lexoniensis, vir in diuinis scripturis nobile sortitus ingenium, iussu Drogonis Episcopi Metensis, filij Caroli Magni Imper. collegit è Commentariis veterum Patrum opus in 4. libris Regum. Claruit anno Domini 830. Porro Angelomus primò sensum litteralem, deinde allegoricum profecquitur, idque ferè ex quaestione S. Hieron. in lib. Regum.

Posterioribus saeculis scripsere in hos libros Lyran. Hugo, Dion. Abulen. fuscè & exactè. Nuper Caiet. & Vatab. Nouissime nostri Franciscus Mendozza, Gaspar Sanchez, & Nicolaus Serarius.

Mysticum sensum horum librorum tradit Commeharius Eucherij iam citatus. S. August. nonnulla varijs in locis tetigit, quae collegit Germanus quidam in opere lucubrationu S. August. in Biblia, collegit etiam Godefridus Tilmannus Carthusianus Particentis in hos libros, aequè ac in ceteros biblicos sensus mysticos ex varijs auctoribus, sed ferè ignotis. S. Gregor. Tropol. scripsit in sedecim capita lib. 1. Regum. Origenes homiliam vnam in prima capita. Extat V. Bedae, expositio allegorica in Samuelem Prophetam, in quatuor libros distincta ad Accam. Nonnulla quoque ex his libris Alleg. explicat S. Prosper lib. de promiss. & praedict. Denique in libros Regum & Paralipomenon scripsit Procopius Gazaeus, sed eius comment. necdum vidi, & an impressi sint dubitat Bellarm. Noster Serarius hinc testatur se eo manuscripto ex Bibliotheca Marci Velleij vsum fuisse.

CHRONOLOGIA REGVM SACRA ET PROFANA.

**P**ost Moysen Iosue praefuit Israeli 7. annis, deinde Iudices vsque ad Samsonem inclusiuè per annos 299. vti ostendi in Iosue & Iudicum. Iudicibus, puta vltimo Samsoni immediatè successit Heli per annos 40. mox Samuel & Saul per totidem annos, inde Dauid per totidem annos, Dauidi Salomon tot pariter annis. Quocirca à morte Moysi & ingressu Hebraeorum in Chanaan vsque ad Heli, à quo incipiunt libri Regum, fluxere anni 316. Quare cum Moyses mortuus sit anno mundi 2495. eodemque anno Hebraei duce Iosue ingressi sint terram promissam, sequitur Heli Israeli praefesse capisse anno mundi 2811. Illo enim mortuus est Samson, eique successit Heli, qui fuit annus ante Christi natiuitatem 1357. Post captam Troiam (à qua Gentiles omnes suas computant historias) 29. Haec omnia iuxta tabulam Chronologicam quam praefixi Pentateucho digessi. Porro S. Cyrillus Alexand. Graecorum doctissimus, lib. 1. contra Iulianum hunc assignat synchronismum, siue combinationem historiae sacrae cum prophana: Troia, ait, expugnata est post Moysen anno 410. regnante apud Hebraeos iudice Efebon, apud Aegyptios Vaphre, apud Assyrios Teutamo, apud Graecos Agamemnonem.

*Synchronism.*

Quinto anno post captam Troiam apud Latinos regnavit Æneas, apud Hebræos Iudex Samson.

Anno 65. post captam Troiam mortuus est Heli Pontifex, prophetat Samuel, regnat Saul.

Anno 165. post captam Troiam floruit Homerus & Hesiodus, apud Latinos Alba Syluius.

Anno 168. post captam Troiam vixit Elias & Elifæus, regnante apud Hebræos Ioram.

Anno 265. post captam Troiam Lycurgus leges dedit Spartanis, Latinis rex Procas Syluius.

Anno 280. post captam Troiam prophetatur Osee, Amos, Maïas.

A capta ergo Troia vsque ad primam Olympiadem anni 815.

Prima Olympiade nascitur Romulus & Remus, regnante apud Hebræos Iothan, in Israel Phacee.

Olymp. 35. fuit Thales Milesius, vixitque vsque ad Olympiadem 58.

Olymp. 36. prophetant Jeremiás & Sophonias.

Olymp. 46. Solon leges dedit Atheniensibus, abrogatis Draconis legibus.

Olymp. 49. cum Iudæi essent in Babylone, prophetant Daniel & Ezechiel.

Olymp. 70. floruerunt septem Sapientes, & Anaximander.

Olymp. 56. regnat Cyrus, prophetant Aggæus,

A Zacharias. Hæc omnia S. Cyril. & plura.

Aduerte in hoc S. Cyrilli computo Iudicem Efebon esse Abefan. Hunc enim Sept. vocant Efebon, pro quo Cyrilli codex corrupte habet Efebon: sub quo captam Troiam censet Cyrillus, licet Eusebius, Salianus & alij putent præcisè captam Troiam anno ultimo Ahialon Iudicis, qui proxime successit Abefan: sed hoc in tanto numero & computu præcorum annorum exigua est differentia, ac concordari potest dicendo, Troiam à Græcis obsessam fuisse per decem annos: Quare sub Abefan cæpisse obsideri, & hoc velle Cyrillum; sub Ahialon verò fuisse expugnatam, & hoc velle Eusebium, Salianum & alios. Rursum Cyrillus à capta Troia vsque ad Samsonem numerat annos quinque: quare pro Efebon in Cyrillo legendum videtur Abdon. Hic enim successit Iudici Ahialon, præfuitque per octo annos Iudic. 12. 3. & sequen. Abdon autem successit Samson. Hic enim fuit ordo: Abefan præfuit Israël septem annis, post hunc Ahialon, annis decem: post hunc Abdon annis octo, post hunc Samson annos 20. Cyrillus suo Efebon sive Abdon tantum tribuit annos quinque. Hinc rursum asserit anno 65. post captam Troiam mortuum esse Heli, eique successisse Samuelem, cum præcisè id contigerit anno 69. post captam Troiam, vt patet ex dictis.

## CAPVT PRIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.



**A**nna sterili ex voto nascitur filius, vocaturq; Samuel, qui ablactatus ab ea offertur & dedicatur Deo per manus Heli Pontificis.

Samuel enim hoc libro est quasi choragus, & Regni Regumq; institutor, unde ipse expressus fuit typus Christi. Nam primò, sicut Samuel natus est ex Anna sterili, sic Christus ex B. Maria Virgine. Secundo, Anna nato Samuele cecinit Canticum Eucharisticum Deo: sic B. Virgo concepto Christo cecinit Magnificat. Tertio, Anna ex voto Samuelem obtulit Deo: sic B. Virgo eidem obtulit suum Iesum. Quarto, Anna filius dictus est Samuel, id est, nomen eius Deus: B. Maria Virginis vocatus est Emmanuel, id est, nobiscum Deus, Matth. 1. Quinto, Samuel fuit propheta magnus & sanctus; Christus fuit Prophetarum sanctissimus & maximus. Sexto, Samuel fuit Iudex & vindex Israël contra Philistæos; Christus fuit Iudex & vindex omnium fidelium & Sanctorum, profligans demones, mortem & gehennam ceterosq; eorum hostes. Septimò, Samuel instituit regnum ac primum regem Saulem, deinde Dauidem auctorauit & creauit: Christus instituit regnum sacerdotale & sacerdotium regale, omnesq; Christianos creauit reges, vt scilicet dominentur suis cupiditatibus, itaq; sicut cines, imò reges cali, iuxta illud 1. Petr. 2. 9. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c. Denique Samuel omnibus suis diebus & factis prælusit iis, quæ dicenda & facienda erant à Christo, æquè ac ceteri Iudices & Reges. Vnde S. Hieron. epist. 103. ad Paulinum: In Iudicum libro, inquit, quot principes populi, tot figuræ sunt Iesu Christi. Quocirca Clemens Alex. lib. 1. Strom. Iudices & Reges qui post Moysen Israël præfuerunt, prophetas nuncupat, non quòd omnes ore prophetarint, sed quòd factis & regia dignitate Christum in æternum regnaturum præfigurarent. Idem asserit S. Gregor. & S. Augustinus, quorum verba in Proæmio recitauit. Finis enim & scopus legis, vt ait S. Paulus, & Prophetarum totiusq; sacra Scriptæ est Christus. Ipse enim est rex, Saluator, redemptor mundi: ipse est honor, timor & amor noster, ipse salus nostra, ipse centrum cordis nostri, ipse portus, quies & saties nostrorum desideriorum; ipse vita, gloria, felicitas omnèque bonum nostrum, ad quem proinde vt solem iustitiæ omnes reges, omnes Patriarchæ, omnes Prophetae, omnes fideles & Sancti, ceu stellula ab eo lumen gratiæ & gloria emendicantes respiciunt, ipsiq; demissis ad pedes eius coronis suis prostrati in terram reuerenter adorant, Apoc. 4. & 5.



**V**IT vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Tholu, filij Suph: Ephraim: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij: Anna autem non erant liberi.

3. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini.

4. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes: 5. Anna autem dedit partem vnã tristis, quia Annam diligebat, Dominus autem concluderat vuluam eius.

6. Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret quòd Dominus concludisset vuluam eius: 7. sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent ad templum Domini: & sic prouocabat eam. Porro illa flebat, & non capiebat cibum.

8. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij? 9. Surrexit autem Anna postquam comederat & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini, 10. cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter, 11. & votum vouit, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque feruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. 12. Factum est autem, cum illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obseruaret os eius. 13. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Æstimauit ergo eam Heli remulentam, 14. dixitque ei: Viquequòd ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades. 15. Respondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. 16. Ne reputes ancillam tuam quasi vnã de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & mæroris mei, locuta sum vsque in præsens. 17. Tunc Heli ait ei, Vade in pace: & Deus Israël det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. 18. Et illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, & comedit, vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. 19. Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino: reuerstique sunt, & venerunt in domum suam Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem suam, & recordatus est eius Dominus. 20. Et factum est post citæulũ dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel: eò quòd à Domino postulasset eum. 21. Ascendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiam solemnem, & votum suum, 22. & Anna non ascendit: dixit enim viro suo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. 23. Et ait ei Elcana vir suus: Fac quòd bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorque vt impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. 24. Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modis farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus. 25. & immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. 26. Et ait Anna: Obsecro mi Domine, viuat anima tua Domine. Ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum. 27. Pro puero isto orauit, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulauit eum. 28. Idcirco & ego commodauit eum Domino, cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait.

VERS. I.



**V**IT VIR VNVS (singularis, egregius, A eximius, quasi vnus è multis) DE RAMATHAIM SOPHIM. Patria hæc addita littera A dicta est Atimathia, è qua oriundus fuit Ioseph nobilis Decurio, qui sepeliuit Christum, Matth. 27. vt asserunt S. Hieron. in locis Hebr. Beda, Angelomus, Rabanus, Hugo, Dion. & alij.

Porro Ramatha siue Ramathaim cognominata est Sophim, id est speculantium, quòd in ea, vt pote in alto monte sitæ essent vrbes & regionis totius speculares turres, & in iis excubiæ speculatorum. Ita

Ita Vata. Caiet. Sanchez, & alij. S. Hieron. (vel quif- quis est auctor) in quaest. Lyran. & R. Salomon- centent Rama fuisse oppidum speculatorum, id est contemplatiuorum, quod in ea quasi Academia residerent Prophetarum, virique docti SS. Litterarum studio dediti. Vnde Chald. vertit: Fuit vir vnus Rama- thaus ex prophetarum discipulis: Elias enim, Eli- faus, eorumque discipuli debebant in Carmelo aliisque montibus, tum vt turbas fingerent, tum vt in solitudine Deo soli vacarent, tum vt in monti- bus melius caelum suspicerent, ad illudque anhe- larent.

DE MONTE EPHRAIM. ] Tribus enim Ephraim habitabat in loco alto & montoso. Addit hoc, quia alia erat Rama in tribu Benjamin, alia in tri- bu Aser, alia in tribu Nephtholim; haec vero sita erat in tribu Ephraim: imò Saligniacus, Adrichom. & alij numerant quinque vrbes vel villas, quarum nomen erat Rama. Prima enim erat iuxta The- bacum, in via Hebron. Secunda, in Nephtholim, proxima castris Saphet. Tertia, iuxta Sephorim. Quarta, in Silo. Quinta, iuxta Gabaa, quae omnes vocantur Rama, id est excelsa, quia in monti- bus sita.

Hinc S. Gregor. putat Samuelem in Rama na- tum, fuisse prognatum è tribu Ephraim; sed cer- tum est eum fuisse oriundum è tribu Leui, adeo- que à Leui per Caath & Isaar, non vero per Amram & Aaron, fuisse progenitum, ideoque fuisse Leui- tam, non Sacerdotem, vt patet 1. Paralip. 6. 33.

Diges; si Samuel erat ex tribu Leui, quomodo natus est in Rama, quae erat tribu Ephraim? Resp. Causa est, quod tribus Leui in diuisione Chana- nae non acceperat sortem propriam, vti ceterae tribus, sed per eas sparsa erat, adeoque in iis sua habebat oppida, inter quae erat Rama. Cuius di- spersionis causas quatuor dat Lyran. in c. 21. Iosue. Primam; ne cultus Dei ad vnam tantum tribum pertine- re videretur. Secundam, ne vna tribus vel duae sustentatione Leuitarum nimis grauarentur. Tertiam, quia apud omnes gentes illi qui intendunt cultui diuino à toto populo sustentantur. Quartam, quia Leuitae tenebantur docere populum de his quae ad cultum diuinum pertinebant; faci- lius autem docerent per omnes tribus dispersi, quam in vnam congregati.

Has Lyran rationes ibidem oppugnat Abul. quaest. 8. sed frustra. Hinc patet Samuelem aequè ac Elcana, fuisse Leuitam, non Sacerdotem, quia ex Caath per Core, non per Aaron sacerdotem descendit; vnde dicitur Psal. 98. 6. Moses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant no- men eius. Samuel tamen ex Dei dispensatione Sacer- dotis officio functus est, & vt Sacerdos sacrificium Deo obtulit, vt audiemus in seq. ita Abul. & alij. Hinc & Heman & Asaph cantores fuere filij Ioa, filij Samuel, filij Elcana, vt dicitur 1. Paralip. 6. 33. Cantores autem erant Leuitae, non sacerdotes. Ex citato Paralip. loco pariter patet, pium Samue- lem ex impio Core, quem Moli rebellantem terra dehiscens vitium absorpsit Numer. 16. fuisse pro- genitum. Ita Deus ex spina rosam produxit.

ET NOMEN EIVS ELCANA. ] Elcana Hebr. idem est quod Dei sortis possessio. Talis est vir fidelis & in- stus, qui per fidem, spem & charitatem in vno Deo recumbens sit Elcana, id est Dei possessio, vt nec homines, nec daemones, nec minas, nec tor- menta, nec mortem quamlibet timere debeat.

FILIUS IEROHAM. ] italegendum cum Roman.

Rama quinquplex.

Samuel ori- gine fuit Leuita.

Ex Dei dis- pensatione sacerdos.

Heb. Chal. Septuag. Perperam ergo in Bibliis Re- giis pro Ieroham legitur Ieroboam.

EPHRAIM. ] Cur Elcana vocatur Ephra- thaus? Resp. Primò Caiet. quia Ephrathaus Hebr. Ephratham idem est quod augustus, opulentus, magnificus: talis au- tem erat Elcana. Verum haec ratio est symbolica, non litteralis: nam ad litteram Ephrathi, id est Ephrathaus, est nomen Patronymicum, notans patrem vel patriam Elcana.

Secundò, S. Hier. in quaest. Hebr. Angelomus, Ruper. Hugo, Glossa, Dion. dicunt Elcana dici Ephratham, eò quod ab Ephrata vxore Caleb. i. Paralip. 2. 19. prognatus sit, ita vt Elcana & Sa- muel per patrem descendant ex Leui, per matrem vero ex Caleb. & Iuda, sicut versa vice Christus eorum antitypus, ac B. Virgo eius mater per pa- trem descendunt à Iuda, per matrem à Leui, vt tam regalem quam sacerdotalem habeant prosa- pie suae dignitatem.

Verum obstat, quòd Scrip. non à matre, sed à patre soleat viris suum genus & nomen indere, in- deque cognominare.

Tertiò ergo, genuinè S. Gregor. Beda, Lyran. Abul. Varabi. & alij censent Elcanam dici Ephra- thaus, quia ex Rama quae erat tribus Ephraim erat oriundus, non quòd ex tribu Ephraim esset prognatus (fuit enim ipse ex tribu Leui, vt dixi) sed quòd in ea habitaret. Ephrathaus ergo idem est quod Ephraimita, vt patet Iudic. 12. 5. hic Iudaei Actor. 2. vocantur Medi, Persae, Arabes, &c. quòd ex parentibus non Medis, Persis, Arabibus, sed Iu- daeis in Media, Persia, Arabia essent nati.

Symbol. Ephrathaus Hebr. idem est quod frugifer. Talis fuit Elcana, quia fructum nobilissimum, pu- rà Samuelem prophetam celeberrimum produxit.

ET HABUIT DVAS VXORES, NOMEN VNI AN- NA, ET NOMEN SECUNDAE PHENENNA. ] Id fuit more illius aui, quo polygama Dei permisione erat licita & vsitata, ad citius magisque multipli- candum semen Isael populi fidelis. Porro prima- ria vxor Elcana erat Anna, secundaria Phenenna: vnde haec ab eo ducta videtur non ex concupis- centia, sed eò quòd Anna esset sterilis & illiberis, vt ex ea proles ficeretur: Sicut Abraham duxit Agar ancillam Sarre primariae vxoris, ipsa asen- tiente, imò rogante, vt cum ipsa esset sterilis, sal- tem ex Agar ancilla filios marito daret. Phenenna Hebr. idem est quod Margarita, Anna idem quod gratia. Aptè; Phenenna enim margaritis & liberis, Anna vero gratia Dei ornabatur. Sic & hodie nonnullae feminae vocantur Gratia: Ita nuper Iap- onia illa virago, quae cum omnibus filiis pro fide Christi constanter mortem oppetiit, vocabatur gratia.

Allegor. Phenenna fecunda significat synago- gam Iudaeorum, quae olim fidelibus filiis abun- dabat. Anna sterilis significat Ecclesiam gentium, quae olim sterilis erat, sed per Christum omnes gentes Deo peperit. Ita S. Greg. Ruper. Hugo, Be- da, Lyran. & Diony.

Symbol. Anna significat vitam contempla- tiuam Deo gratam: Phenenna vitam actiuam proxi- mis vilem. Ita S. Gregor. Hugo, & Dion. vtram- que enim complecti debet Elcana, id est vir exi- mius possidens Deum.

ET ASCENDEBAT. VIR ILLE DE CIVITATE SVR, Ramatha, STATVTIS DIEBUS, Pascha, Pen- tecostis & Tabernaculorum. Exodi. 23. Deut. 16. v. 16.

Ephratham quid

Phenenna & Anna etymon.

VERS. 7. Heb. Ap- paim quid?

VT ADORARET IN SILO, ] vbi erat arca, al- tare & Tabernaculum. Iosue enim haec collocauit in Silo, quia Silo erat tribus Ephraim, ex qua erat Iosue: vnde mansit arca in Silo toto tempore Iosue & Iudic. per annos trecentos & amplius, donec capta fuit à Philisthaeis. 1. Regum. 5. Porro di- citur Elcana ascendisse in Silo, quia licet Rama- tha in qua habitabat sita esset in monte, tamen Si- lo eo erat altior, imò altissimus totius Iudaeae, ait Adrichom.

Adde in Scrip. ascendere vel descendere idem est quòd venire.

ERANT AVTEM IBI DVO FILII HELI OPHNI ET PHINEES. ] Heli primus fuit Pontifex ex stirpe Ithamar. Aaon enim duos habuit filios, senioreme Eleazaram, iuniorem Ithamar: quare Eleazar Aa- roni vt senior in Pontificatu successit: Eleazaro successit filius Phinees, & ita consequenter vsque ad Heli. Tunc enim posteri Phinees legniter ad- ministrabant Pontificatum, ideoque ille ex fami- lia Eleazari translatus fuit ad familiam Ithamar, puta ad Heli, in eaque mansit per 120. annos, sci- licet toto tempore Heli, Samuelis, Saülis & Dau- dis ad Salomonem, qui Abiatharo ahnepoti Heli, eò quòd conspirasset cum Adonia regni sui amu- lo, Pontificatum ademitt, illumque transtulit in Sadoc, qui erat ex familia Eleazari. Rustum Heli successit Samoni, ac post eum fuit Iudex Israhel: quare vtrumque gessit magistratum suae principa- tum, scilicet Ecclesiasticum & saeculare. Gesta eius fuere communia, & nil singulare continen- tia, vnde à Scrip. aequè ac gesta Abesani, Ahalon & Abdon Iudicum c. 12. omittuntur.

Porro Heli Hebr. idem est quod super me, vel ascensio mea, vel solium meum. Aptè, quia ipse nimis lenis & lentus permisit filios sibi dominari, & im- punè impieque viuere, ideoque ipse cum filia ceu folium vento raptum, citò Pontificatu & vita priuatus est. Vnde Ophni Hebr. idem est, quòd vo- latus, vel auolans, aut tenebra mea: Phinees idem est quod os parcentis vel confidentis.

DEDITQUE PHENENNAE VXORI SVÆ ET CVN- CTIS FILIIS EIVS ET FILIAVVS PARTES; ] Intelli- go non vestium, vt volunt Hebraei teste Angelo- mo, sed carnum Deo sacrificatarum. Ita Orig. Angel. Lyran. Abul. Vatab. & alij: licet enim in ho- locausto tota victimae caro cremaretur Deo, tamè in victima pacifica solus adeps cum renibus Deo adolebatur per ignem, reliqua caro cedebat offe- renti, qui ex ea ante tabernaculum cum suis epu- labatur, & ex ea quasi sacro epulo cuique suam dabat partem, vt patet Leuit. 3. Deut. 12. 27.

Nota hic & imitare religionem & pietatem El- canae, qui ter in anno cum vxoribus & filiis om- nibus ex Ramatha pergebat in Silo ( à quo dista- bat septem miliaribus) ibique hostias Deo immo- labat, indeque religiose cum suis vescebatur. Ad- dit Abul. q. 10. eum sapiens ventitasse, sed sine vxo- ribus, & alia de causa, scilicet vt quasi Leuita per vices suas Leuitarum ministerium obiret in taber- naculo.

ANNÆ AVTEM DEDIT VNAM PARTEM TRI- STIS. ] Heli primus fuit Pontifex ex stirpe Ithamar. Aaon enim duos habuit filios, senioreme Eleazaram, iuniorem Ithamar: quare Eleazar Aa- roni vt senior in Pontificatu successit: Eleazaro successit filius Phinees, & ita consequenter vsque ad Heli. Tunc enim posteri Phinees legniter ad- ministrabant Pontificatum, ideoque ille ex fami- lia Eleazari translatus fuit ad familiam Ithamar, puta ad Heli, in eaque mansit per 120. annos, sci- licet toto tempore Heli, Samuelis, Saülis & Dau- dis ad Salomonem, qui Abiatharo ahnepoti Heli, eò quòd conspirasset cum Adonia regni sui amu- lo, Pontificatum ademitt, illumque transtulit in Sadoc, qui erat ex familia Eleazari. Rustum Heli successit Samoni, ac post eum fuit Iudex Israhel: quare vtrumque gessit magistratum suae principa- tum, scilicet Ecclesiasticum & saeculare. Gesta eius fuere communia, & nil singulare continen- tia, vnde à Scrip. aequè ac gesta Abesani, Ahalon & Abdon Iudicum c. 12. omittuntur.

Etymon Heli.

VERS. 4.

VERS. 5.

Hebr. Ap- paim quid?

eum Annam diligeret, indignaretur plures ei par- tes se dare non posse: quòd secutus Noster vertit tristis. Hebr. enim appaim & faciem, & itam tristi- tianque significat: vti quae enim passio maxime in facie ostenditur, & elucet, atque vna alteri coniuncta & affinis est: tristis enim irascitur in malo quod ipsum contristat: ac vicissim iratus tristatur de malo cui irascitur. Sic 4. Reg. 6. 8. pro eo quod Noster vertit contristatus est Dauid, Hebr. est iratus est Dauid. Et hic v. 18. facies sumitur pro tristitia in Hebr.

Addit Pagnin. Dabat Elcana partem super fa- ciem prostratus, precans pro sua vxore sterili, vt Deus eam fecundaret & prole donaret; vt fecit Ilaac pro Rebecca. Genes. 25. 21.

PORRO ILLA FLEBAT ET NON CAPIEBAT CI- BVIV. ] Dicitur Anna comedisse sed adeo parum, vt non comedisse videretur, ait Lyran. aut potius initio ex merore nil comedebat, postea tamen mariti hortatu aliquid gustauit. Ita S. Gregor. lib. 11. c. 2. Quae afflicta, inquit, comedere noluit, à viro cohò- rata manducauit. Addit Philib. de ebrietate, An- nam per omnem vitam vino & sicera abstinuisse, quasi Nazaretham. Hac continentia & patientia meruit fieri mater Samuelis, Prophetae eximij. Na- Phenennae amulae suae se calumniant & iridentij nil respondit, sed flebat. Vnde S. Chryl. hom. 62. ad populum: Tribulatio, ait, mater est PhiloSophiae ( mo- ralis, puta virtutis & patientiae) Anna suam habebis amulam, contumelia eam persecuta non est. Praclarè S. Ambrosi in Psal. 33. 15. citans illud Thren. 3. 29. de Christo patiente: Poner in puluere os suum si forte sit spes, pro eoque legens: Dabit in sepulcrum os suum: Offendit, inquit, quamdam supra modum patientiae ta- citurnitatem, vt tamquam sepeliat os proprium, ne loqua- tur: & velut quodam aggeri virtutum obstruat, ne vocem doloris emittat: tantum pondus asserens patientiae, quam spes foueat: vt vocem ipsam velut busto quodam & tumu- lo sepeliat, ac includat, quam nulla extorquere, nulla excitare possit iniuria.

Idem Ambr. lib. 2. de Offic. c. 7. Quantas, inquit, à populo illatas Moses absorbebat contumelias? quam- niti sermone post iniurias appellabat? quomodo consolabatur in laboribus, delinibat oraculo, fouebat operibus: merito estimatus est super homines, & vt vultus eius non possent intendere.

Appositam huic rei & loco similitudinem dat S. Chryl. hom. 11. in 1. ad Thessal. Non vides, inquit, in adibus quando ex aduerso & directe steterit due ia- nua, sitq; ventus vehemens, si alteram cluseris, nihil po- test ventus, sed magna pars eius virium praeciditur. Ita nunc quoque due sunt ianuae, os tuum, & eius qui te contumelias afficit & conuitiis. Si tuam cluseris, extin- guis totum spiritum; sin autem aperueris, non potest co- hiberi.

Aliam appositam dat Tertul. lib. de patientia c. 8. Omnis, inquit, iniuria seu lingua, seu manu incussa cum patientiam offenderit, eodem exitu disjungetur, quò telum aliquid in petra constantissima duritie libratum & obrusum. Concidet enim ibidem irrita opera & infru- ctuosa, & nonnumquam repercussum in eum qui misit reciproco impetu sauet, nempe idcirco quis te laedit, vt do- leas: quia fructus ledentis in dolore laedi est, ergo cum fru- ctum eius euereris non dolendo, ipse doleat necesse est amif- sione fructus sui.

NVMQVID NON EGO MELIOR TIBI SVM VERS. 8. QVAM DECEM (id est multi) FILII? ] Ego enim sum vir nobilis, opulentus, pacificus, tui amans,

VERS. 7.

Ador. de pa- tientia.

VERS. 8.

vt



vt in me omnem consolationem omneque bonū habeas, quod ex multis filiis sperare potes. Tradunt Hebr. Phenennam genuisse decem filios, qui Elcanæ mensam circumdabant & ornabant, iuxta illud: Filij tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mensæ tue. Psal. 127. 3. Atque ad eos alludere hic Elcanam, vt soletur Annam sterilem ex aspectu tot filiorum Phenennæ gementem, suamque sterilitatem lugentem. Sed hoc incertum est: decem enim hîc sumitur pro multis.

VERS. 9. SVREXIT AVTEM ANNA POSTQVAM COMEDERAT, &c.

VERS. 10. CVM ESSET ANNA AMARO ANIMO, ORAVIT AD DOMINVM FIENS LARGITER, ET VOTVM VOYIT. Tempus meridianum erat, ait S. Chrysof. hom. de Anna, post prandium scilicet, quod omnes faciunt tempus recreationis, ipsa verò fecit orationis: quod imitantur Franciscani, alijque Religiosi, qui mox à prandio orant & psallunt. Hinc & S. Hieron. epist. 7. ad Latam: Sic, ait, comedat, vt statim à cibo possit legere, orare, psallere. Et S. Chrysof. hom. 24. in epist. ad Ephes. Vis, ait, discere vigiliam animæ, vade ad Annam. Et hom. 79. ad populum: Anna, ait, orare non potuisset, nisi circa mensam ieiunantibus fuisset similis. &c. Opus est itaque nos & mensam petentes & desistentes, Deo gratias agere. Ad hoc enim paratus numquam in ebrietatem deciderit aut insolentiam, numquam crapula distumpitur, sed orationis expectationem pro frano sensibus habens impositam, cum debita modestia ex omnibus appostis sumet, & multa quidem animam, multa verò benedictione corpus implebit. Mensa namque ab oratione sumens initium, & in orationem desinens, nunquam deficiet, sed fonte largius omnia nobis asseret bona.

Rursum Anna flens orabat, intimi cordis compunctione & profusus lacrymas preces armabat, vt obseruat S. Gregor. & Orig.

Tertio, votum vouit: talis sit nostra oratio, sic Deum expugnabit, & ab eo obtinebit quæcūque petit, vt obtinuit Anna. Porro votum hoc Annæ erat se filium, si ei daretur, facturum Nazareum, id est Religiosum illius aui, qui scilicet comam non tonderet, & vinum siceramque non biberet, idque per omnem vitam, vt de Samfone dictum est Iudic. c. 13. 5. qui que omnibus diebus vitæ Deo in tabernaculo ministraret, cum ceteri Leuitæ per vices tantum, quæ tardè ob eorum multitudinem in orbem ibant & redibant, ministrarent. Erant enim Leuitæ ac Sacerdotes in suas ephraim, id est classes distributi.

Porro Anna vouendo Samuëlem facere Nazareum, vouit eum non iturum ad funera patris & matris, & reliquas ceremonias Nazareorum obseruaturum, ait Abul. licet id neget Caiet. qui putat eam vouisse Nazareum Samuelis, quoad intonsum capillum & abstinentiam à vino & sicerâ dumtaxat Idem dixi de Samfone Iudic. 13. 5.

VERS. 13. PORRO ANNA LOQUEBATVR IN CORDE SVO, TANTVMQVE LABIA ILLIVS MOVEBATVR, ET VOX PENITVS NON AUDIEBATVR. Nimirum orabat corde furido, ita vt verba ex corde in os resulerent, sed adeo silenter & demissè, vt vox non audiretur. Vnde S. Chryf. hom. 79. orationis Annæ feruorem exaggerat, quod non fuerit resonans foris, sed attenda, quod ex mente temperanti & penè ieiuna profecta, quod ante fores templi, quod contumeliam patienter tulerit, &c. Audi Cassian. collat. 9. c. 26. Nonnunquam verò tanto silentio mens intra secretum profunda taciturnitatis

abconditur, vt omnem penitus sonum vocis stupor subita illuminationis includat, omnesque sensus attonitus spiritus vel contineat intrinsecus, vel emittat, ac desideria sua gemitibus inenarrabilibus effundat ad Deum. Interdum vero tanta compunctionis abundantia ac dolore suppletur, vt alias eam digerere nisi lacrymarum evaporatione non possit. Hinc S. Hier. ad S. Eustochium: Esto, inquit, cicada nocturnum: cicada enim noctu non ore quo carent, sed corde & pectore canunt, eodemque cibum capiunt: Nam vt ait Plinius lib. 11. c. 26. Vnum hoc ex his que viuunt, sine ore est. Pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum, hoc canunt.

Audi rursum Chrysomil. 2. de Anna: Illa, inquit, potissima est deprecatio, cum ab intimis voces sursum feruntur, hoc præcipue mentis est exercitate, non intentione vocis, sed animi feruore preceationem absoluerit. Sic orauit & Moyses cui, cum nihil voce resonaret, Deus tamen, quid, inquit, clamas ad me? Homines quidem exter-nam hanc vocem tantum audiunt; at Deus & ante hanc intrus inclamantes audit. Itaque fieri potest, vt etiam qui non clamant audiantur, vt per forum ambulans oret accuratissime, vt in confessu amicorum aliorum quidvis aliud agens vehementi clamore inuocet Deum.

Audi denique S. Cyprian. lib. de Oratione Dominica; Anna Ecclesie typum portans Dominum non clamosa petitione, sed tacite & modeste intra ipsas pectoris latebras precabatur. Loquebatur nõ voce sed corde: quia sic Deum sciebat audire, &c.

ESTIMAVIT ERGO HELI EAM TEMPLENTAM, puta ebriam. Ita Scripti, quia Anna ex ingenti mœre afflictionis, æquè ac feruore orationis labia ita motabat, vt instar ebræ os distorqueret, nimirumque deprauare videretur, ait S. Chryf. hom. 79. ad populum. Animus enim mœre & afflictione astuans in gestus inconditis & indecoros, quales sunt ebriorum, erumpit. Heli verò nesciebat Annæ afflictionem, sed post prandium videns eam tales gestus edere, suspicatus est eam in prandio largius bibisse. Ad hæc Anna fiebat: multi autem dum ebrij sunt flere solent, vel ex gaudio, vel ex recordatione suarum ætumnarum: vinum enim facile lacrymas ciet, ipsumque in vapores & lacrymas resoluunt.

DIXITQUE EI: VSQVEQVO EBRIA ERIS? Grauis fuit hæc obiurgatio, præsertim quia à Pontifice profecta, ad quam leniendam Septuag. vertunt. Dixit ei puer Heli. Vnde S. Chryf. hom. 2. de Anna, & Philo lib. de ebrietate, censent Heli non per se, sed per seruum hæc Annæ obiecisse, tum ne eam nimis pudefaceret, tum quod Pontificis dignitate indignum putaret cū femina ebria colloqui.

RESPONDENS ANNA: NEQVAQVAM, INQVIT, DOMINE MI] temulenta vel ebria sum, vt tu putas, mihiq; audacter nimis obiicis. Notat S. Chryf. reuerentiam, humilitatem & modestiam Annæ, quæ conuitium ebrietatis, quod in femina est graue & pudendum, sibi ab Heli obiectum patienter tulit, & simplici negatione refellit, ac Heli Dominum vocat, eique vt sacerdoti afflictionem suam pandit, ideoque ab eo benedici, & voti filiique compos fieri meruit. Audi S. Gregor. Dominum sacerdotem vocans ebriam se esse abnegat, vt superiori ordini ex humilitate se subderet, & falsæ obiectiõni cum veritate contraret.

SED EFFVDI ANIMAM MEAM IN CONSPECTV DOMINI: Animam, id est animæ meæ angustias, mœrores, afflictiones, item desideria, vota, &

et spes concipiendi prolem; hæc enim omnia, & consequenter totum quasi cor, totamque animam suam Anna orando Deo representabat, & instat aquæ sincerè & candidè effundebat, nihil sibi seruans, nil latens vel occultum tenens, sed omnia pandens & in sinum Dei effundens. Vnde S. Chryf. hom. de fide Annæ. Nequaquam, inquit, aberrauerit, qui hanc mulierem pueri simul & matrem & patrem appellauit; quamquam enim & vir addiderat semen, huius tamen deprecatio vim efficaciamq; semini præbuit, effecti- que vt Samuel auspiciatoribus exordiis nasceretur.

Nonnulli apud Abulens. sic exponunt: effudi animam, id est bilem & iram animæ meæ in conspectu Domini; representans ei motus iræ, quos conceperam contra Phenennam me sublannantem, eorumque remedium & solatium ab eo postulans, vt effusa tota coram Deo cordis mei iracundia in Phenennam æmulam meam per os & verba iracunda effunderem. Atque hoc præsens iræ & indignationis remedium esse, vt scilicet quis eam totam coram Deo per orationem effundat, docet Abulens. & alij.

VERS. 16. NE REPVTE ANCIILLAM TVAM QVASI VAM DE FILIABVS BELIAL] puta ebriam, sceleratam & impiam. Vide quæ de Belial dixi 2. Corin. 6. Nora, inquit S. Hier. in quest. quod omnes qui ebrietatem sectantur filij Belial vocantur. Ita S. Hier. & ex eo Angelomus.

VERS. 7. TVNĒ HELI AIT EI: VADE IN PACE, ET DEVS ISRAEL DET TIBI PETITIONEM TVAM. Ecce fructus reuerentiæ & humilitatis est Pontificis benedictio & fausta precatio, quæ Annam voti compotem fecundamque effecit. Mulier, ait S. Chryf. ex accusatore fecit patrum, nacta est intercessorem quem habuerat obiurgatorem. Notat Theod. coniugibus ambiendam esse sacerdotis benedictionem, vt prolem suscipiant probam & sanctam, vt contrig hic Annæ. Samuel enim non tam Annæ, quam Dei filius, Annæ ab eo per benedictionem Heli datus, censeri debet.

VERS. 18. ET ILLA AIT: VT INAM INVENIAT ANCILLA TVA GRATIAM IN OCVLIS TVIS. Primò S. Chryf. sic exponit: vitiam ex tei euentu discas me non ex ebrietate, sed afflictione & deuotione orasse. Secundo & melius quasi dicat: Ineam apud te hanc gratiam vt pro me orare velis, vt Deus hæc afflictione me liberet, soletur, & matrem efficiat. Ita Hebr. Vatab. Caiet. & alij: nam Inuenire gratiam Hebrais idem est quod placere, gratum esse. VVLTVSQVE ILLIVS NON SVNT AMPLIVS IN DIVERSA MVLTATI. Hebr. Et nõ sternerit ei amplius facies, scilicet variæ & diuersæ, vt nunc mœsta, nunc lata appareret, sed eadem semper facie graui, modesta, serena lataque apparuit. Aliqui vertunt: & non fuit ei amplius facies, scilicet mœsta; vel facies, id est tristitia faciei; quia scilicet per orationem se totam Deo resignans, ab eo donata fuit animi serenitate & confidentia, vt in Deo Deique providentia & voluntate conquiesceret. Deus enim tunc certam illi indidit fiduciam, quod oratio eius esset ab eo exaudita, quodque solum conciperet. Vnde spei plena, ait R. Ioseph & ex eo Serarius, abiit primò in suum Sioninum hospitium, postero deinde die Ramatham, cibumque iam labunda sumpsit, nec tristi deiectioneque vultu amplius fuit, sed æquali & constanti. Vides, inquit Chryf. mulieris fidem: priusquam acciperet quod postu-

larat, perinde confixa est quasi iam accepisset in causa erat, quod oraret multo cum seruire, &c.

Porro vultus serenus & constans animi sereni & constantis est index, ab eo enim promanat. Nam vt ait S. Ambros. lib. 1. Offic. c. 18. Habitus mentis in corporis statu cernitur; vix quedam est animi corporis motus. Et lib. de Helia c. 10. Vultus, inquit, quidam cogitationis arbiter, & tacitus cordis interpres. Facies index plerumque est conscientia, & tacitus sermo mentis.

Vtrumque autem est fructus orationis. Audi S. Chrysin Psal. 129. loquentem de oratione: Qui, inquit, ita precatur, etiam antequam consequatur, quod postulat, ex oratione magna bona percipit, omnes animi perturbationes reprimens, iram sedans, inuidiam expellens, cupiditatem extinguens, rerum ad vitam perimentium æmorem diminuens & exsicans, animum in magnam tranquillitatem redigens, in ipsum deinde calum ascendens.

Symbolicè Rupert. & S. Gregor. lib. 33. mor. c. 21. Anna non mutat vultum, quia oculus mentis semel per orationem in Deo defixos ab eo deinceps non auertit, sed constanter in eo tenuit, & in oratione persistit, vt semper Deum haberet in mente.

ET SVRREXERVNT MANÈ, ET ADORAVERVNT CORAM DEO. id est coram arca, Deum, super arcam in propitiatorio residentem adorauerunt. Tropolog. Dicte hîc manè Deum invocare, antequam itineri, vel operi te accingas, vt Deus illud secundet & prosperet. Egredientes de hesperio, ait Hieron. epist. 22. armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat ante quam sessio. Exaudita igitur est Anna, & magno miraculo natus ei filius. Tertili. lib. de Ieiunio c. 7. Anna impetrat facile à Deo, inane cibo ventrem implere, & quidem propheta. Vide quæ de manè orando dixi Deuter. 6. 7.

VOCAVITQUE NOMEN EIVS SAMVEL, & QUOD A DEO POSTVLASSET EVM. Hinc patet Samuel, Hebr. idem esse quod Saül meel, id est postulatns à Deo. Ita Ioseph. Euseb. S. rarius & alij: postulatns inquam, & postulatione matris impetratus; Hebræi enim in compositione nominum non seruant ordinem Grammaticæ, sed quasdam litteras traiciunt vel abiciunt; vocatus est ergo Samuel hoc sine, vt quoties puet hoc suum nomen audiret, recordaretur se à Deo per miraculum matris vouenti donatum, ideoque se totum quod esset & vinctet debere Deo, quasi peculiarem Dei filium, ac proinde totum se ei traderet, imò redderet, ac Nazareus onera, quæ mater vouerat, libens caperetur; huius enim voti reddebatur memor, dum à matre compellaretur Samuel Samuel.

Secundo, nonnulli apud Abulen. censent Samuel idem esse quod Ismael, vt Samuel dicatur quasi Scama el, id est exaudiuit Deus Annæ matris orationem.

Tertio, S. Gregor. & Angelomus: Samuel, inquit, idem est quod scamo el, id est nomen eius Deus, vt Samuel sit ferè idem, quod Emmanuel, id est nobiscum Deus. Huc alludit nomen Samuel, licet hæc non sit ratio & etymon nominis. Sicut Moyses à Deo constitutus fuit Deus Pharaonis Exodi 7. 1. Sic & Samuel Saülis & Iisrahil.

Quarto, Franc. Georg. tom. 1. Problem. 442. Samuel, ait, idem quod scamo el, id est, posuit eum Deus. Accedit Philo, qui lib. Quod Deus, &c. & lib. de ebrietate: Samuel, ait, idem est quod τεταγμεν & δεσ, id est, posuit vel ordinatus Deo; quia scilicet Deus eum

VERS. 16. NE REPVTE ANCIILLAM TVAM QVASI VAM DE FILIABVS BELIAL] puta ebriam, sceleratam & impiam. Vide quæ de Belial dixi 2. Corin. 6. Nora, inquit S. Hier. in quest. quod omnes qui ebrietatem sectantur filij Belial vocantur. Ita S. Hier. & ex eo Angelomus.

VERS. 7. TVNĒ HELI AIT EI: VADE IN PACE, ET DEVS ISRAEL DET TIBI PETITIONEM TVAM. Ecce fructus reuerentiæ & humilitatis est Pontificis benedictio & fausta precatio, quæ Annam voti compotem fecundamque effecit. Mulier, ait S. Chryf. ex accusatore fecit patrum, nacta est intercessorem quem habuerat obiurgatorem. Notat Theod. coniugibus ambiendam esse sacerdotis benedictionem, vt prolem suscipiant probam & sanctam, vt contrig hic Annæ. Samuel enim non tam Annæ, quam Dei filius, Annæ ab eo per benedictionem Heli datus, censeri debet.

VERS. 18. ET ILLA AIT: VT INAM INVENIAT ANCILLA TVA GRATIAM IN OCVLIS TVIS. Primò S. Chryf. sic exponit: vitiam ex tei euentu discas me non ex ebrietate, sed afflictione & deuotione orasse. Secundo & melius quasi dicat: Ineam apud te hanc gratiam vt pro me orare velis, vt Deus hæc afflictione me liberet, soletur, & matrem efficiat. Ita Hebr. Vatab. Caiet. & alij: nam Inuenire gratiam Hebrais idem est quod placere, gratum esse. VVLTVSQVE ILLIVS NON SVNT AMPLIVS IN DIVERSA MVLTATI. Hebr. Et nõ sternerit ei amplius facies, scilicet variæ & diuersæ, vt nunc mœsta, nunc lata appareret, sed eadem semper facie graui, modesta, serena lataque apparuit. Aliqui vertunt: & non fuit ei amplius facies, scilicet mœsta; vel facies, id est tristitia faciei; quia scilicet per orationem se totam Deo resignans, ab eo donata fuit animi serenitate & confidentia, vt in Deo Deique providentia & voluntate conquiesceret. Deus enim tunc certam illi indidit fiduciam, quod oratio eius esset ab eo exaudita, quodque solum conciperet. Vnde spei plena, ait R. Ioseph & ex eo Serarius, abiit primò in suum Sioninum hospitium, postero deinde die Ramatham, cibumque iam labunda sumpsit, nec tristi deiectioneque vultu amplius fuit, sed æquali & constanti. Vides, inquit Chryf. mulieris fidem: priusquam acciperet quod postu-

larat, perinde confixa est quasi iam accepisset in causa erat, quod oraret multo cum seruire, &c.

Porro vultus serenus & constans animi sereni & constantis est index, ab eo enim promanat. Nam vt ait S. Ambros. lib. 1. Offic. c. 18. Habitus mentis in corporis statu cernitur; vix quedam est animi corporis motus. Et lib. de Helia c. 10. Vultus, inquit, quidam cogitationis arbiter, & tacitus cordis interpres. Facies index plerumque est conscientia, & tacitus sermo mentis.

Vtrumque autem est fructus orationis. Audi S. Chrysin Psal. 129. loquentem de oratione: Qui, inquit, ita precatur, etiam antequam consequatur, quod postulat, ex oratione magna bona percipit, omnes animi perturbationes reprimens, iram sedans, inuidiam expellens, cupiditatem extinguens, rerum ad vitam perimentium æmorem diminuens & exsicans, animum in magnam tranquillitatem redigens, in ipsum deinde calum ascendens.

Symbolicè Rupert. & S. Gregor. lib. 33. mor. c. 21. Anna non mutat vultum, quia oculus mentis semel per orationem in Deo defixos ab eo deinceps non auertit, sed constanter in eo tenuit, & in oratione persistit, vt semper Deum haberet in mente.

ET SVRREXERVNT MANÈ, ET ADORAVERVNT CORAM DEO. id est coram arca, Deum, super arcam in propitiatorio residentem adorauerunt. Tropolog. Dicte hîc manè Deum invocare, antequam itineri, vel operi te accingas, vt Deus illud secundet & prosperet. Egredientes de hesperio, ait Hieron. epist. 22. armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat ante quam sessio. Exaudita igitur est Anna, & magno miraculo natus ei filius. Tertili. lib. de Ieiunio c. 7. Anna impetrat facile à Deo, inane cibo ventrem implere, & quidem propheta. Vide quæ de manè orando dixi Deuter. 6. 7.

VOCAVITQUE NOMEN EIVS SAMVEL, & QUOD A DEO POSTVLASSET EVM. Hinc patet Samuel, Hebr. idem esse quod Saül meel, id est postulatns à Deo. Ita Ioseph. Euseb. S. rarius & alij: postulatns inquam, & postulatione matris impetratus; Hebræi enim in compositione nominum non seruant ordinem Grammaticæ, sed quasdam litteras traiciunt vel abiciunt; vocatus est ergo Samuel hoc sine, vt quoties puet hoc suum nomen audiret, recordaretur se à Deo per miraculum matris vouenti donatum, ideoque se totum quod esset & vinctet debere Deo, quasi peculiarem Dei filium, ac proinde totum se ei traderet, imò redderet, ac Nazareus onera, quæ mater vouerat, libens caperetur; huius enim voti reddebatur memor, dum à matre compellaretur Samuel Samuel.

Secundo, nonnulli apud Abulen. censent Samuel idem esse quod Ismael, vt Samuel dicatur quasi Scama el, id est exaudiuit Deus Annæ matris orationem.

Tertio, S. Gregor. & Angelomus: Samuel, inquit, idem est quod scamo el, id est nomen eius Deus, vt Samuel sit ferè idem, quod Emmanuel, id est nobiscum Deus. Huc alludit nomen Samuel, licet hæc non sit ratio & etymon nominis. Sicut Moyses à Deo constitutus fuit Deus Pharaonis Exodi 7. 1. Sic & Samuel Saülis & Iisrahil.

Quarto, Franc. Georg. tom. 1. Problem. 442. Samuel, ait, idem quod scamo el, id est, posuit eum Deus. Accedit Philo, qui lib. Quod Deus, &c. & lib. de ebrietate: Samuel, ait, idem est quod τεταγμεν & δεσ, id est, posuit vel ordinatus Deo; quia scilicet Deus eum

VERS. 9. SVRREXIT AVTEM ANNA POSTQVAM COMEDERAT, &c.

VERS. 10. CVM ESSET ANNA AMARO ANIMO, ORAVIT AD DOMINVM FIENS LARGITER, ET VOTVM VOYIT. Tempus meridianum erat, ait S. Chrysof. hom. de Anna, post prandium scilicet, quod omnes faciunt tempus recreationis, ipsa verò fecit orationis: quod imitantur Franciscani, alijque Religiosi, qui mox à prandio orant & psallunt. Hinc & S. Hieron. epist. 7. ad Latam: Sic, ait, comedat, vt statim à cibo possit legere, orare, psallere. Et S. Chrysof. hom. 24. in epist. ad Ephes. Vis, ait, discere vigiliam animæ, vade ad Annam. Et hom. 79. ad populum: Anna, ait, orare non potuisset, nisi circa mensam ieiunantibus fuisset similis. &c. Opus est itaque nos & mensam petentes & desistentes, Deo gratias agere. Ad hoc enim paratus numquam in ebrietatem deciderit aut insolentiam, numquam crapula distumpitur, sed orationis expectationem pro frano sensibus habens impositam, cum debita modestia ex omnibus appostis sumet, & multa quidem animam, multa verò benedictione corpus implebit. Mensa namque ab oratione sumens initium, & in orationem desinens, nunquam deficiet, sed fonte largius omnia nobis asseret bona.

Rursum Anna flens orabat, intimi cordis compunctione & profusus lacrymas preces armabat, vt obseruat S. Gregor. & Orig.

Tertio, votum vouit: talis sit nostra oratio, sic Deum expugnabit, & ab eo obtinebit quæcūque petit, vt obtinuit Anna. Porro votum hoc Annæ erat se filium, si ei daretur, facturum Nazareum, id est Religiosum illius aui, qui scilicet comam non tonderet, & vinum siceramque non biberet, idque per omnem vitam, vt de Samfone dictum est Iudic. c. 13. 5. qui que omnibus diebus vitæ Deo in tabernaculo ministraret, cum ceteri Leuitæ per vices tantum, quæ tardè ob eorum multitudinem in orbem ibant & redibant, ministrarent. Erant enim Leuitæ ac Sacerdotes in suas ephraim, id est classes distributi.

Porro Anna vouendo Samuëlem facere Nazareum, vouit eum non iturum ad funera patris & matris, & reliquas ceremonias Nazareorum obseruaturum, ait Abul. licet id neget Caiet. qui putat eam vouisse Nazareum Samuelis, quoad intonsum capillum & abstinentiam à vino & sicerâ dumtaxat Idem dixi de Samfone Iudic. 13. 5.

VERS. 13. PORRO ANNA LOQUEBATVR IN CORDE SVO, TANTVMQVE LABIA ILLIVS MOVEBATVR, ET VOX PENITVS NON AUDIEBATVR. Nimirum orabat corde furido, ita vt verba ex corde in os resulerent, sed adeo silenter & demissè, vt vox non audiretur. Vnde S. Chryf. hom. 79. orationis Annæ feruorem exaggerat, quod non fuerit resonans foris, sed attenda, quod ex mente temperanti & penè ieiuna profecta, quod ante fores templi, quod contumeliam patienter tulerit, &c. Audi Cassian. collat. 9. c. 26. Nonnunquam verò tanto silentio mens intra secretum profunda taciturnitatis

abconditur, vt omnem penitus sonum vocis stupor subita illuminationis includat, omnesque sensus attonitus spiritus vel contineat intrinsecus, vel emittat, ac desideria sua gemitibus inenarrabilibus effundat ad Deum. Interdum vero tanta compunctionis abundantia ac dolore suppletur, vt alias eam digerere nisi lacrymarum evaporatione non possit. Hinc S. Hier. ad S. Eustochium: Esto, inquit, cicada nocturnum: cicada enim noctu non ore quo carent, sed corde & pectore canunt, eodemque cibum capiunt: Nam vt ait Plinius lib. 11. c. 26. Vnum hoc ex his que viuunt, sine ore est. Pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum, hoc canunt.

Audi rursum Chrysomil. 2. de Anna: Illa, inquit, potissima est deprecatio, cum ab intimis voces sursum feruntur, hoc præcipue mentis est exercitate, non intentione vocis, sed animi feruore preceationem absoluerit. Sic orauit & Moyses cui, cum nihil voce resonaret, Deus tamen, quid, inquit, clamas ad me? Homines quidem exter-nam hanc vocem tantum audiunt; at Deus & ante hanc intrus inclamantes audit. Itaque fieri potest, vt etiam qui non clamant audiantur, vt per forum ambulans oret accuratissime, vt in confessu amicorum aliorum quidvis aliud agens vehementi clamore inuocet Deum.

Audi denique S. Cyprian. lib. de Oratione Dominica; Anna Ecclesie typum portans Dominum non clamosa petitione, sed tacite & modeste intra ipsas pectoris latebras precabatur. Loquebatur nõ voce sed corde: quia sic Deum sciebat audire, &c.

ESTIMAVIT ERGO HELI EAM TEMPLENTAM, puta ebriam. Ita Scripti, quia Anna ex ingenti mœre afflictionis, æquè ac feruore orationis labia ita motabat, vt instar ebræ os distorqueret, nimirumque deprauare videretur, ait S. Chryf. hom. 79. ad populum. Animus enim mœre & afflictione astuans in gestus inconditis & indecoros, quales sunt ebriorum, erumpit. Heli verò nesciebat Annæ afflictionem, sed post prandium videns eam tales gestus edere, suspicatus est eam in prandio largius bibisse. Ad hæc Anna fiebat: multi autem dum ebrij sunt flere solent, vel ex gaudio, vel ex recordatione suarum ætumnarum: vinum enim facile lacrymas ciet, ipsumque in vapores & lacrymas resoluunt.

DIXITQUE EI: VSQVEQVO EBRIA ERIS? Grauis fuit hæc obiurgatio, præsertim quia à Pontifice profecta, ad quam leniendam Septuag. vertunt. Dixit ei puer Heli. Vnde S. Chryf. hom. 2. de Anna, & Philo lib. de ebrietate, censent Heli non per se, sed per seruum hæc Annæ obiecisse, tum ne eam nimis pudefaceret, tum quod Pontificis dignitate indignum putaret cū femina ebria colloqui.

RESPONDENS ANNA: NEQVAQVAM, INQVIT, DOMINE MI] temulenta vel ebria sum, vt tu putas, mihiq; audacter nimis obiicis. Notat S. Chryf. reuerentiam, humilitatem & modestiam Annæ, quæ conuitium ebrietatis, quod in femina est graue & pudendum, sibi ab Heli obiectum patienter tulit, & simplici negatione refellit, ac Heli Dominum vocat, eique vt sacerdoti afflictionem suam pandit, ideoque ab eo benedici, & voti filiique compos fieri meruit. Audi S. Gregor. Dominum sacerdotem vocans ebriam se esse abnegat, vt superiori ordini ex humilitate se subderet, & falsæ obiectiõni cum veritate contraret.

SED EFFVDI ANIMAM MEAM IN CONSPECTV DOMINI: Animam, id est animæ meæ angustias, mœrores, afflictiones, item desideria, vota, &

Vultus con-  
stantis  
animo con-  
stantis.

VERS. 19.

VERS. 20.

Samuelis  
etyma.

2.

3.

4.

Oratio silens ex intimo corde.

T  
eum

eum creavit; ut sibi esset dicatus & consecratus. Aliud Samuelis etymon postea addidit mater, de quo verus ultimo.

Prima ratio maxime est propria & genuina, quam proinde sequuntur Ioseph. Theodor. Procopius, & alij passim. Sic Theodorus, & inuere Dorothaeus, Graece idem est quod *θεος δωρον*, id est, *Dei donum*; unde Theodoretus scribit in Philotheo c. 13. sibi hoc nomen esse impositum, eod quod mater precibus Macedonij Anachoretæ eum à Deo impetrasset. Theodorus ergo Graecè idem est quod Latine *Adeodatus*, quo nominis S. Augustinus filium suum nuncupavit, vel *Deodatus* quo nomine appellatus est Philippus II. Rex Franciæ; eod quod pater Ludouicus iam senioj desperata penè generatione, eum precibus à Deo impetrasset. Sic Demaratus dictus est filius Aristonij regis Sparta, eod quod omnis populus supplicasset, ut Aristoni Regi optimo filius similis nasceretur, teste Herodoto lib. 6. Demaratus enim dicitur quasi *δωρον εστι*, id est, populi imprecatio, deuotio, votum.

VERS. 21. ASCENDIT AUTEM VIR EIVS ELCANA, ET OMNIS DOMVS (familia) EIVS, UT IMMOLARET DOMINO HOSTIAM SOLEMNEM (quam in tribus anni solemnitatibus, puta Pascha, Pentecostes & Tabernaculorum offerre solebat, unde Hebr. est *hostiam dierum*, id est annuam) ET VOTVM SVVM.] Hinc patet quod uouente Anna vxore votum, etiam Elcana vir eius votum proprium Deo pro Anna securitate & Samuele nascituro nuncupavit, quod hunc eo obrento & nato persoluere velit. Nam mater repugnante patre non potest filium uouere Deo, quia filius magis dependet à patre quam à matre, & maritus est caput vxoris, totiusque familiae. Ita docet Abulensi hic q. 22. & Syluester verbo Relig. 2. q. 13. Sic S. Gregor. Nazianz. in eam. de vita sua, asserit se per votum natum, & à Deo datum matri, adeoque ei grauidæ obiectam fuisse physionomiam & nomen filij nascituri, ideoque se iam natum illic à matre fuisse Deo oblatum: Sic S. Nicolaus Tolentinus natus est per votum parentum, nuncupatum S. Nicolao Myrensi Episcopo, b eoque Nicolai nomen accepit. Sic S. Franciscus Altius parentibus uouentibus obtinuit filium S. Franciscum de Paula; fundatorem Ordinis Minimorum, aliisque plures similes.

VERS. 22. NON VADAM DONEC ABLACTETVR INFANS.] Dices, Anna hic videtur non seruasse legem purificationis puerperæ, implendam 40. die à partu Leuitic. 12. quando parentes primogenitum offerrebant Deo, & redimebāt quinque siclis, Exod. 13. Respondet Abulens. q. 27. & seq. Leuitas (qualis erat Anna & Elcana) hac lege non fuisse obligatos, eod quod ipsi iam Deo erant dicati & consecrati; ac quod in ipsorum vtilitatem sacrificia illa purificationis cederēt; unde primogenitos suos non redimebant quinque siclis, nec hostias ceteris prescriptas offerebant.

VERS. 23. PRECORQUE VT IMPLEAT DOMINVS VERBVM SVVM.] Hinc videtur, quod præcesserit aliqua reuelatio de Samuele, quæ hic non sit expressa, ut dixi de voto Elcanæ. Solet enim Scriptura multa tacere, quæ postea suggerit & supplet. Ita Caietan. R. Nehemias asserit vocem in Silo auditam: *Puer nascetur nomine Samuel, qui liberabit Israel de manibus Philistinum*: quare omnes matres tunc filios suos vocasse Samueles: cum autem Anna filium suum quoque nominasset Samuelem, dixisse Elcanam;

impleat Dominus votum suum, scilicet ut per Samuelem meum liberet Israel à Philistinis. Verum hæc fabellam olent Rabbincam, uti fusè hic ostendit Abulen. Nec enim Anna filium vocauit Samuelem, ex vocis oraculo, sed quia illi per votum & lacrymas postularat, & impetrat à Deo.

LACTAVIT FILIVM SVVM.] S. Chryf. hom. de Samuele: *Ex eo tempore ait, aspiciat puerum non tantum ut mater, sed ut rem Deo consecratam, eumque reuerentur. Si enim qui phialas poculaque aurea Deo dicantur sunt, posteaquam ea iam consecrata acceperint, domique reposerint, nequaquam ea quasi profana vasa inuentur, sed tamquam Deo sacra, nec audent ea temere, citraque causam attingere quemadmodum alia; magis hæc mulier, &c.* Præsertim quia Samuel erat typus Christi, imò à nonnullis patribus nuncupatur *Novus Israelis Moses*. Porro matres debere filios non nutricum, sed suo lacte lactare, exemplo Saræ & Annæ docent S. Ambros. lib. 1. de Abraham c. 7. S. Chryf. hom. 1. in psalm. 20. Clemens Alexan. lib. 3. Pedag. c. 4. sic enim pueri fuit validiores, matribus similiores, earumque dotes & virtutes sugendo imbibunt.

ET ADDVXIT EVM, ] iam recetit, à lacte amotum, quod apud Hebræos fiebat anno ætatis tertio, ut colligitur 2. Mach. 7. 27. Ita S. Greg. Chryf. Procop. Theodor. Abul. Caiet. Hugo. Dion. Porro tempus triennij aptum esse lactandis pueris docet Galenus; & ex eo Francif. Valerius sacræ phil. c. 83.

Tunc igitur Samuelem infans ut vocatur v. 24. fuit Deo in templo oblatum. Perperam ergo Lyran. anno ætatis decimo; alij septimo, alij duodecimo Samuelem Deo oblatum tenent. Sic B. Virgo trimula fuit Deo in templo presentata, ut docent patres quos citat noster Canisius lib. 1. Marial. c. 12. & Christ. à Castro in histor. Deiparæ c. 3. Audi S. Chryf. hom. de Samuele: *A mamma inquit, diuulsus. Et inferius, Prima statim pueritia, à mamma matris venit ad mammam spiritualem.* Et S. Hier. ad Ruth. *Quid tam piæ quam sanctæ matri sanctum filium custodire? Anna Samuelem non sibi, sed tabernaculo genuit.* S. Augul. in psalm. 98. *Natus Samuel fuit apud matrem tempore lactis; mox ut eum ablatauit dedit in templum, ut ibi cresceret, ibi roboraretur in spiritu, ibi Deo seruiret.*

Hinc S. Gregor. Nazian. Ord. 40. exemplo Annæ docet matres debere suos filios ab infatia Deo consecrare. Audi S. Hieron. epist. 7. ad Latam de instit. filia: *Samuel nutritur in templo, Ioannes in solitudine preparatur, ille sacro crimine venerabilis est; vnum & scieram non bibit: adhuc paruulus cum Domino sermociatur. Hic fugit vrbes; zona pellicea cingitur; locustis alitur, ac melle syluestri, & in typum penitentiae predicande toruissimam animalis vestitur exuvias. Sic erudenda est anima qua futura est templum Dei. Nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret, adhuc venera lingua psalmis dulcibus imbuatur.* Et pluribus interiectis: *Nutriatur in Monasterio, sit inter Virginum choros: iurare non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat seculum, viuat angelice: sit in carne sine carne; Omne hominum genus sui simile putet.*

Sic S. Maurus. S. Iacodus, aliique Senatorum & Principum filij à parentibus traditi sunt S. Benedicto, ut ab eo in pietate & timore Dei educerentur. In Monasterio S. Pachomij (vt habet eius vita) alebantur pueri aded simplices, vt ne quidem suam

Elcana votum.

VERS. 24.

Mor. de educatione puerorum.

suam dextram vel sinistram nosset. S. Thomas Aquinas educatus fuit à Monachis in monte Casino, sic & plurimi alij principum filij.

Dèniq; S. Paulinus Epist. 10. Melaniam comparat Annæ. Eidem Dorothæo aptius comparat S. Annam matrem beatæ Virginis, quæ non Samuelem, sed Christum ipsum genuit.

ET ADDVXIT EVM, & C. IN VITVLIS TRIBVS.] Ita Hebr. Chald. & alij. Mirum ergo Sept. vertisse in singulari: *in vitulo trimo sine trienni.* Iam in, id est cum vitulis tribus, quos scilicet cum Samuele suo offerret Deo.

ET TRIBVS MODIS FARINÆ.] Hebr. in *Epha farina*, id est in tribus modis farinæ. Epha enim erat decima pars homer sue cori, qui triginta modios continebat. Erat ergo Epha magnus modius, tres minoros modios continens. Id responsum sit Auctori Quæst. in lib. Regum apud S. Hieron. & Angelomo, qui putant hunc locum esse corruptum; leguntque: *Et vno modio.* Causam huius oblationis dat B. Petrus Damiani lib. 6. epist. 37. quæ in ordine omnium est 105. *Samuel, inquit, puerulus tanquam tener agriculus cum tribus farinæ modis & amphora vini, mensa Domini, ut ita loquar, apponitur, dum Heli sacerdoti & templo Dei à parentibus dedicatur.*

PVER AVTEM ERAT ADHVC INFANTV-EV6.] Hebr. *Et puer erat adhuc puer*, id est erat paruulus infans, scilicet triennis.

VERS. 25. ET OPTVLERVNT PVERVM HELI.] vt iuxta votum suum eum quasi à sua domo abdicantes dedicarent Deo, vt ei iugiter seruiret in tabernaculo. Audi S. Chryf. hom. 1. de Anna dubitantem an Annæ an Samuelem virtutem magis mirari debeat. *Cum soleant, inquit, indignari pueri, quoties à lacte depelluntur: nec ipse puer egre tulit à matre diuulsus, sed ad Dominum respexit, qui matrem creauerat: nec ipsa mater doluit à puero se iuncta, propterea quod naturalem affectum vici interveniens gratia, & uterque se alteri conuicere existimabat.*

Idipsum deinde apposita similitudine illustrat: *Sicut, inquit, eodem in loco fixa vitis in longum produxit palmites, & vna multo intervallo pendens cum radice habet commercium. Itidem & in hac accidit semina, que in vrbem manens vsque ad templum extendit suum palmitem: atque illic vnam suspendit maturam: nec intervalum illud vllum attulit impedimentum; cum charitas qua secundum Deum est, puerum matri copularet.*

Addit Chryf. hom. 3. Annam se ipsam quoque cum Samuele Deo obtulisse, vbi enim erat Samuel ibi erat & Anna! Samuel enim secum viscera traherat materna. *Dum talia, inquit, loquitur, se ipsam quoque dedicavit cum puero, quasi solido quodam naturali affectu se ipsam templo alligans. Etenim si vbi est thesaurus hominis, illic est & cor eius; multo magis vbi puer mulieris, ibi & mens illius erit.*

Dèniq; vrget hoc Annæ exemplum S. Chryf. lib. 3. contra vituper. vitæ Monasticæ; docetque debere parentes permittere, vt filij sui in caelesti ministerio famulentur, non in templum eos introducentes, vt Anna Samuelem; sed in ipsum caelum cum Angelis diuino ministerio dedicandos, religiosos enim vnà cum Angelis Deo ministrare: ex quo etiam illud sequatur, vt multo magis ad parentum suorum gloriam ac felicitatem conferant, quam si in saeculo permanserint.

VERS. 26. VIVIT ANIMA T.V.A.] id est iuro per animam & vitam tuam; vel tam verum est quod loquor quam verum te viuere, vel me vitam tuam optare. Coruel. in lib. Regum.

INDICAO ET EGO COMMODAVI (minus rectè S. Greg. legit *commendavi*) EVM DOMINO. CUNCTIS DIEBV5 QUIBV5 FVERIT COMMODATVS (erit) DOMINO.] *Commodat*, id est *tradidit*, vt vertit Chald. donauit, vt cum mihi Deus donauit, quasi dicat: Deus mihi eum dedit; quare ego illum Deo reddo & dedico, vt perpetim ministrare illi in tabernaculo. Hebr. enim *scaal*, in Hiphil *hifil*, significat non tantum rogare & postulare, sed & rogatum postulatimque cominodare, dare, donare per Catachresim: verba enim Hebræorum actionem nunc inchoatam, nunc perfectam significant, præsertim in Hiphil. *scaal* ergo significat & postulare, & postulationem exaudire, siue rem postulatam dare & donare. Vnde Samuel hic in Hebr. vocatur quasi *Saul leel*, id est datus vel commodatus traditque Deo. *Saul* quoque dictus est primus rex Israël, quasi datus à Deo, vel postulatus à populo & vocatus à Deo: Vnde à *Saul* qui erat ex tribu Benjamin, dictus est Saulus Paulus Apost. ex eadè tribu Benjamin oriundus; hinc ipse initio epist. hunc sibi dat titulum: *Paulus vocatus Apostolus*, &c.

In Hebr. est pulchra Paronomasia. Ait enim Anna: *Ego scaali*, id est postulaui Samuelem à Deo & impetraui; *idecirco ego vitillum hifilii*, id est commodatui & tradidi eum Deo, vt sit *Saul*, id est commodatus, datus & dicatus Deo per omnem vitam. Alludit enim ad nomen Samuel; illique aliud dat etymon, quasi dicat: *Samuel* meus initio dictus est quasi *Saul meel*, id est postulatus à Deo; iam verò dicitur *Samuel*, quasi *Saul leel*, id est donatus & oblatum, imò redditus Domino. *Cunctis diebus quibus fuerit commodatus* (supple erit) *Domino*, quasi quam diu fuerit superstes, erit commodatus, datus dicatusque Deo; vt is ipse eo vtatur ad libitum. Vnde Sept. vertunt *per totam vitam*, id est, *vsus Domini*, quasi dicat: tradidi eum Domino vtendum ad quemlibet eius vti. *Vatab. Ego quoque mancipavi eum Domino cunctis diebus quibus ipse mancipatus erit Domino*, quasi dicat: Ego eum dedi Domino, vt per omnem vitam sit mancipatus & additus Domino. Audi S. Chryf. hom. 2. de Anna: *Vide quam sit modesta*: Ne putes, inquit, magnam rem aut admirandam facere, quod infantem dedico: non ego huius beneficii sum auctor, sed persoluo debitum: depositum accepi, & hoc ei restituo qui dedit.

Idem hom. 21. in epist. ad Ephes. *Quoniam, inquit, primitias (filiorum, scilicet Samuelem) obtulit; alius eius facta est secunda; & alios etiam fratres illi acquisiuit.* Imitentur hoc parentes, vt filios ad Religionem aspirantes non auocent, sed potius incitent; sic enim à Deo & filiis & opibus dirabuntur. Audi & S. Ambros. Exhort. ad Virgines, laudantem Iulianam nobilissimam Romæ matronam, eod quod filium vnicum Deo dicasset exemplo Annæ nostræ: *Tu, inquit, fili, impetratus meus & votuus meus, agnosce à quo donatus sis mihi. Ille tua ora plasmavit: ille tua membra distinxit; ille mea orata suscepit, cuius templo, cuius obsequio te antequam nascereris sacraui. Non parentibus, non tibi, sed Deo natus es: cuius antequam de vulua matris exires, esse coepisti. Et omnes quidem illius sumus; sed tamen tu specialiter promissus Domino, redderis, ego quasi Anna promissi vt omnibus vitæ tue diebus ac noctibus à conspectu Domini non recedas. Tu exequere. Concludit D. Ambr. Egypciæ, inquit, *femina que sibi nihil reliquit, totam quod habuit Deo obtulit: cuius vita institutio disciplina est, & quedam formidula castitatis, bono proposito & meliore magisterio.**

VERS. 23.

Parentes filios Deo offerant.

T Audi

Audi & S. Bernhard. epist. 110. parentes alloquitur. *A*tem. Si filium vestrum Deus facit & suum, quid vos perditis: aut ipse quid perdit? sit de diuiti diuor, de nobili generosior; clarior de illustri; & quod his omnibus manus est, sanctus de peccatore: sed vos non perditis eum, quin potius multos per eum acquiritis nobis filios; quotquot sumus in Clara valle, ipsum in fratrem, vos in parentes recipimus.

CUNCTIS DIEBUS.] Lyran. censet Samuelem in templo ministrasse Deo vsque ad annum ætatis quinquagesimum dumtaxat: illo enim Leuitæ quasi emeriti libertate donabantur, nec amplius in tabernaculo seruire tenebantur, vt patet Numer. 8. 25. Verum id repugnat huic loco: vnde alij passim censent eum in templo seruisse Deo per omnem vitam. Ita Philo. libr. de Somniis in fine, S. Aug. in Psal. 98. S. Hier. in c. 44. Ezech. B. Petrus Damiani lib. 5. epist. 9. Chryl. hom. 4. in Acta, quem audi: *Considera Samuelem, qui post quadraginta annos cum populo rem administrasset, tamen adhuc nutriebatur in templo.*

Hinc Patres docent summam curam parentibus adhibendam esse in educatione puerorum, ipsosque pueros à teneris se virtuti Deoque dicare debere. Audi inter alios S. Chryl. in Psal. 14. quærentem cur is & alij inscribantur in sinem, ac respondentem: *Quoniam, inquit, docet de iustitia ac reliquis virtutibus; qui autem de his docet, non debet in sinem vita suadere hæc, sed ab initio & ab ipsis incunabulis.* Et paulò post: *Si, inquit, nullus vestrum vult possidere*

*seruum senem, quando magis Deus vult adolescenti, & tanquam intactam virginem eam sibi imgit: vt eius vita primitias ambiat; ne quis cum inuentum peccato exhaustis, languidam & enervatam senectutem virtuti referret, & vita facem temperet sapientia.*

Et Clemens Alexand. lib. 1. pædag. c. 5. *Quemadmodum, inquit, patres & matres lubentius vident equorum quidem pullos, bouum vitulos, leonum catulos, ceruorum hinnulos, hominis puellum; ita & vniuersorum patres, eos recipit, diligit ac defendit.*

Plura in hanc rem congerit hic noster Mendoza. Denique quod dixit Plato, eos qui arte aliqua vel scientia eximij euadere volunt, à puero eam exercere debere, id verius est in studio virtutis & sanctitatis. Vnde Sancti eximij à puero sanctitati se dederunt, vt Samuel, S. Iohannes Baptista, S. Nicolaus, & alij.

Porro votum hoc matris non arcebat Samuelem; quin grandior factus liberè possit è templo discedere, locumque alium & statum vitæ deligere, vt docet Lestius tract. de voto. Dubio. Voluit tamen Samuel matris votum seruare, & ratum facere per omnem vitam.

ET ORAVIT.] gratias Deo agendo, & Canticum sequens c. 2. canendo: pars enim prima orationis debet esse Dei laus & gratiarum actio, vt docet Paulus. Hinc laus subinde sumitur pro oratione, vt Thren. 2. 19. *Consurge, lauda in nocte.* Et Jerem. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumes pro eo laudem.

## CAPVT SECVNDVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**A**nna ob natum Samuelem exultans Deo hymnum concinit, simulque propheta de Christo. Mox. v. 2. narratur peccata filiorum Heli. Inde v. 18. Samuelis ministerium, & Anna ab Heli benedicta partus quinque prolium. Denique v. 22. Heli corripit filios, sed nimis leniter: vnde v. 27. à Deo reprehenditur per prophetam, qui idcirco obuenituras, ei tam suas, quam filiorum & posterorum clades denuntiat.

**1.** Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cor meum in Deo meo: dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo. **2.** Non est sanctus, vt est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster. **3.** Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum, Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes. **4.** Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. **5.** Repleti prius; præpanibus se locauerunt: & famelici saturati sunt, donec steriles peperit plurimos: & & multos habebat filios infirmata est. **6.** Dominus mortificat & viuificat; deducit ad inferos & reducit. **7.** Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat. **8.** Suscitât de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & folium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. **9.** Pedes sanctorum suorum seruabit; & impij in tenebris conticecent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir. **10.** Dominum formidabunt aduersarij eius: & super ipsos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. **11.** Et abiit Elcana Ramatha; in domum suam: puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis. **12.** Porro filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum. **13.** neque officium sacerdotum ad populum: sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua. **14.** & mittebat eam in leberem, vel in caldarium, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi, sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo. **15.** Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dice-

dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt eoquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. **16.** Dicebatque illi immolans: Incendatur primum iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua. Qui respondens dicebat ei: Nequaquam: nunc edito dabis: alioquin tollam vi. **17.** Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à sacrificio Domini. **18.** Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo. **19.** Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat staturis diebus; ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solemnem. **20.** Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro scenore quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum. **21.** Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias; & magnificatus est puer Samuel apud Dominum. **22.** Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. **23.** & dixit eis: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? **24.** Nolite filij mei: non enim est bona fama, quam ego audio vt transgredi faciatis populum Domini. **25.** Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit Dominus occidere eos. **26.** Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat; & placebat tam Domino quam hominibus. **27.** Venit autem vir Deiad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto in domo Pharaonis? **28.** Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel. **29.** Quare calce abiectis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quam me, vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei? **30.** Propterea ait Dominus Deus Israel: Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui, ministraret in conspectu meo, vsque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me: sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. **31.** Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. **32.** Et videbis æmulum tuum in templo: in vniuersis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus. **33.** Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua: & pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem venerit. **34.** Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: in die vno morientur ambo. **35.** Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. **36.** Futurum est autem, vt quicumque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: **37.** Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

VERS. 1. EXULTAVIT COR MEVM IN DOMINO.] Est A

hoc Anna canticum, vel vt S. August. vocat, *hymnus*, quo de præteritis & presentibus beneficiis gratias agit, ac de futuris in Christo propheta v. 5. & 10. Partim ergo est canticum Eucharisticum, partim prophetia, ait Theodor. Procopius, Abal. licet S. Augustinus 11. Ciuit. 4. velit totum esse prophetiam de Christo & Ecclesia, quod in scilicet Allegorico verum est. Anna enim, inquit Theodor. & Procopius, quia prophetam concepit, prophetia quoque gratiam participauit, sicut & Elizabeth ac B. Virgo.

Vnde Canticum Zachariæ ob natum Ioannem Baptistam, & canticum B. Virginis ob conceptum Christum, *Magnificat anima mea Dominum*, & c. huic Anna canticum per similia sunt, ac subinde ad verbum cum eo consonant, vt patet ea inter se conferenti.

Cornel. in lib. Regum.

Audi quid de Canticis scribat S. Bern. serm. 1. in Cant. *Non est strepitus oris, sed iubilus cordis: non sonus labiorum, sed motus gaudiorum; voluntatum, non vocum consonantia; non auditur foris, nec enim in publico personat, sola qua cantat audit, & cui cantatur, id est sponsus & sponsa.*

Ex dictis constat canticum hoc inspiratum fuisse Annæ à Spiritu S. esseque partem S. Scripturae.

ET EXALTATVM EST CORNVM MEVM IN DEO MEVO.] *Cornu*, id est fortitudo & gloria mea: virtusque enim symbolum est cornu: boues enim, cerui & rhinoceros in cornibus habent suum robur, decus & gloriam: hinc & coronæ regiarumque radij cornua vocantur, vt ostendit Pier. Hierogl. 7. Samuel enim coronam regiam dedit Sauli & Dauidi. Sensus est quasi dicat: Deus me imbecillam & abiectam, imò ob sterilitatem infamem & conuictis Phenennæ expositam fecit robustam.



bustam & gloriosam, per miraculum me fecundando, dandoque filium Samuelem, qui erit robur & gloria tam mea, quam totius Israelis. Ita Abul. Vatab. & alij. Vnde S. Hier. in Quest. per cornu accipit filium Samuelem, qui ex Anna prodierat, sicut cornu prodiit ex capite rhinocerotis. Sicut enim rhinoceros suo cornu ventilat & configit feras, imò elephantes, sic Samuel ventilauit & dissipauit Philisthæos hostes Israelis. Vnde S. Gregor. Que ergo, inquit, exaltatione, cornu in Deo sustollitur, Deum suum singulariter facit: quia summa illa infusio diuine dulcedinis exaltat mentem & sui susceptibilem, & valde familiarem facit.

DILATATVM EST OS MEVM SVPER INIMICOS MEOS:] quasi dicat: Nunc habeo quod ore meo respondeam Phenennæ, cuiusque filius & cognatis, qui mei sunt amuli, mihi que sterilitatem expröbrant: ostentans enim meum Samuelam eis silentium imponam.

QUIA LATATA SVM IN SALVTARI TVO.] Hebr. in salute tua, qua me saluasti & liberaisti a malo & probro sterilitatis. Ita Chald. Vatab. Iansen. Caiet. Mystice in Christo; hic enim est salus nostra: Vnde Sept. vertunt *cor meum*, Noster salutare vel salutarem, id est saluatorem mundi. Ita S. August. 17. Ciuit. 4. Hinc patet non esse verum gaudium in mundo, nisi in Deo & Christo. Audi S. Chryl. hom. 3. de Anna: Non quoniam saluata sum, sed quoniam per te saluata sum, propterea lætor & exulto. Tales sanctorum anima de Deo qui dedit, magis quam de donis gaudent; gratiarum hoc est seruorum, omnibus suis suum proponere Dominum: cum peccauerimus, non daleamus quia punimur, sed quoniam Dominum exacerbauimus; & si quid boni fecerimus, non gaudeamus propter regna calorum, sed quoniam rem calorum regi gratiam gessimus; mentem enim habentem gehenna quoque formidolosus est Deum offendere: & omni regno desiderabilis Deo placere. Et pauld post: Talis erat & hæc mulier, ad Deum in omnibus confugiebat, & accepta gratia magis de Deo datore gaudebat. Sic & Dauid: Cor meum, inquit, & caro mea exultauerunt in Deum viuum, Plalm. 35. v. 3.

Audi S. Bern. Epist. 115. Illud, inquit, verum & solum est gaudium, quod non de creatura, sed de creatore concipitur: & quod cum possideris nemo tollat a te; cui comparata omnis aliunde iucunditas, meror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce, amarum, omne decorum sordidum, omne postremo quodcumque aliud delectare posset molestum.

Addit Origenes de Elcana: Quoties in Deo gaudemus, toties diabolum flagellamus.

VERS. 2.

NOM EST SANCTVS VT EST DOMINVS.] Celebrat Anna primò sanctitatem Dei, quia hæc est primum & nobilissimum attributum Dei, ob quod ipse adoratione, omni que veneratione, obsequio, victima & cultu dignissimus est. 2. quia Deus in Anna partu suam sanctitatem declarauit; tum quia eius innocentiam & probitatem contra Phenennam inuidam defendit; tum quia fidem et omnium tacitè datam de prole per miraculum nascitura sanctè præstitit; tum quia ei dedit Samuelem, quem facturus erat prophetam sanctissimum & sanctificatorem Israelis: quæ omnia à Dei sanctitate manarunt, ceu radij à sole, eius que fuerunt dona & beneficia.

NEQVE ENIM EST ALIVS EXTRA TE.] Deus verus, per essentiam sanctus, ipsaque increata & immensa sanctitas, de qua in hymno S. August. Tu so-

Sancti in solo Deo gaudent.

phares, eadem nocte per Cyrum occidit. Daniel. 5. Deus ergo scientiarum Dominus est; quasi dicat: Deus est scientissimus, Deus omnia nomi, ait Chald. quare ipse scit tam futura quam præsentia; scilicet me antea sterilem fore fecundam; & Phenennam fore sterilem quæ ipse est arbiter conscientiarum, ait S. Aug. lib. 17. Ciuit. 4. vt superbas earum cogitationes videat, damnet, premat sternaque. Deus est ipsius solis sol; illustrans sensibilem intelligibilis, ait Philo. Idè offeren. vict. vnde rectè admonet S. Aug. ser. 26. de verb. Domini: Ipse, inquit, timendus est in publico, ipse in secreto. Præcedit: videris: lucerna ardet: videt te: lucerna extincta est: videt te. In cubile intras: videt te: ipsum time cui cura est vt videat te, & vel timendo castus es: aut si peccaueris quare vbi te non videat, & fac. Et Boëtius lib. 3. de Consol. Phil. Pet. 6. Auer/arum: igitur vitia, colite virtutes: magna vobis indicta est necessitas probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

ET NON EST FORTIS SIGYT DEVS NOSTER.] Pro fortis, Hebr. est *isur*, id est, *petra*, in qua contra tempestates & venatotes læcuri turique confestim, illata illud Plal. 103. 18. *petra refugium herinacis*. A *isur* dicta est *tor*, & Tytus celeberrima vrbis Phœnicie & munitissima, quia vndique mari circumdata, aded vt à Nabuchodonosor fuerit obfessa per tredécim annos, & ab Alexandro Magno ægrè expugnata. Tytus enim Hebr. dicitur *isur* vel *isur*, eò quod in petra fuerit extracta, atque instar promontorij mari & tempestatibus maris fuerit opposita. Talis *petra*, talis *isur*, talis Tytus Anna & pius est Deus, vt proinde iis nec homines, nec dæmones, nec leones, nec ignes, nec tormeta, nec mors metuenda sint. Audi S. Bern. serm. 61. in Cant. *Stat marit tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore; & rimante latera ferro, non modò fortiter, sed alacriter sacrum è carne sua circumspicit ebullire cyuorem*. Vbi tunc anima martyris nempè in curo: nempè in petra, nempè in visceribus Iesu, vulneribus nimirum patensibus ad introcundum. Si in suis esset visceribus, scrutans ea ferrum, profecto sentiret; nunc autem in petra habitans, quid mirum si in modum petra duruerit: neque mirum si exul è corpore, dolores non sentiat corporis. Neque hoc facit supor, sed amor. Submittitur enim sensus, non amittitur.

NOLITE MULTIFICARE LOQVI SVBLIMIA GLORIANTE.] scilicet tu ò Phenenna, cui que filij & cognati, qui de vestra fecunditate & felicitate superbè gloriati estis; cum mei meorum que despectu & contemptu. Pro sublimia Hebr. est *gebaha* *gebaha*. Chald. *Magnalia Magnalia*. Regia: *altum altum*. Caiet. *Celsitudinem celsitudinem*, hoc est valde alta, celsa, magna & sublimia, quæ vestras vires transcendunt. Vnde alij vertunt: Nolite loqui excelsa eminentia. Theod. ne loquamini sublimia ad factum. Orig. lib. 1. in Iob. Nolite loqui superba in superbia.

RECEDANT (Hebr. *excant*) VETERA DE ORE VESTRO.] Scilicet veteres superbi sermones iam dicti, quibus consueueratis gloriari, mihi que sterili insultare. Chald. pro *vetera* vertit *blasphemias*; Septuag. *magniloquium*; alij, *verbum durum vel superbum*, iuxta illud Prudentij in psychomachia: *Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum*. Alta cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.

Et illud Nazianzeni: vires vacuos ventus distendit, fatuos sui existimatio. Causam subdit dicens: *QUIA DEVS SCIENTIARVM DOMINVS EST*] quasi dicat: Nolite superbè vos iactare & gloriari, quia Deus scit & præuidet omnia, tam futura quam præterita & præsentia, illaque cum his connectit; quare ipse scit vestram gloriam in ignominiam; vestram felicitatem in infelicitatem, vestram copiam in inopiam se decernente & puniente conuertendam.

ET IPSI PRÆPARANTVR COGITATIONES.] quasi dicat: Deo parata, id est aperta, cognita & præsentis sunt vestra insolentes, ambitiosæ que cogitationes, vt illas ipse contrariis suis cogitationibus, id est consiliis, iudiciis & decretis deprimat, obruat & castiget. Sic Deus Nabuchodonosorem gloriantem in sua Babylone conuertit in bestiam. Daniel. 4. ac Balthasarem eius filium in suo epulo gloriantem deferbens in pariete: *Mane tekel phares,*

phares, eadem nocte per Cyrum occidit. Daniel. 5. Deus ergo scientiarum Dominus est; quasi dicat: Deus est scientissimus, Deus omnia nomi, ait Chald. quare ipse scit tam futura quam præsentia; scilicet me antea sterilem fore fecundam; & Phenennam fore sterilem quæ ipse est arbiter conscientiarum, ait S. Aug. lib. 17. Ciuit. 4. vt superbas earum cogitationes videat, damnet, premat sternaque. Deus est ipsius solis sol; illustrans sensibilem intelligibilis, ait Philo. Idè offeren. vict. vnde rectè admonet S. Aug. ser. 26. de verb. Domini: Ipse, inquit, timendus est in publico, ipse in secreto. Præcedit: videris: lucerna ardet: videt te: lucerna extincta est: videt te. In cubile intras: videt te: ipsum time cui cura est vt videat te, & vel timendo castus es: aut si peccaueris quare vbi te non videat, & fac. Et Boëtius lib. 3. de Consol. Phil. Pet. 6. Auer/arum: igitur vitia, colite virtutes: magna vobis indicta est necessitas probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

VERS. 1.

VERS. 4.

phares, eadem nocte per Cyrum occidit. Daniel. 5. Deus ergo scientiarum Dominus est; quasi dicat: Deus est scientissimus, Deus omnia nomi, ait Chald. quare ipse scit tam futura quam præsentia; scilicet me antea sterilem fore fecundam; & Phenennam fore sterilem quæ ipse est arbiter conscientiarum, ait S. Aug. lib. 17. Ciuit. 4. vt superbas earum cogitationes videat, damnet, premat sternaque. Deus est ipsius solis sol; illustrans sensibilem intelligibilis, ait Philo. Idè offeren. vict. vnde rectè admonet S. Aug. ser. 26. de verb. Domini: Ipse, inquit, timendus est in publico, ipse in secreto. Præcedit: videris: lucerna ardet: videt te: lucerna extincta est: videt te. In cubile intras: videt te: ipsum time cui cura est vt videat te, & vel timendo castus es: aut si peccaueris quare vbi te non videat, & fac. Et Boëtius lib. 3. de Consol. Phil. Pet. 6. Auer/arum: igitur vitia, colite virtutes: magna vobis indicta est necessitas probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

Mysticè S. Bernard. serm. 13. in Cant. *Origo*, inquit; *fontium & fluminum omnium, mare est, virtutum & scientiarum Dominus Iesus Christus*. Quis enim Dominus virtutum; nisi ipse est rex gloria, sed & iuxta Anna canticum, idem ipse Deus scientiarum Dominus est. Continentia carnis, cordis indigstra, voluntatis rectitudo ex illo fonte manant, non solum auctem, sed & si quis callet ingenio, si quis niter eloquio, si quis moribus placet, inde est: inde scientia, inde sapientia sermo; thesauri siquidem sapientie & scientia ibi omnes absconditi sunt.

Porro Deus dicitur *Græcè deus à deo & deo*, quod omnia videat; vnde Ægyptij Deum appellabant oculum mundi. Audi S. August. epist. 3. ad Fortun. Deus totus oculus est, totus manus, & totus pes, quia omnes videt, omnia operatur & vbi que est. Vide dicta Eccl. 16. v. 16. & seq. & c. 24. 19.

ET IPSI PRÆPARANTVR COGITATIONES,] quasi dicat: Deo cogitationes omnes hominum & Angelorum patenti, ab eo que diriguntur, temperantur, adimplentur, vel rumpuntur & eliduntur. Deus est qui ea quæ cogitamus, cupit us, iactamus, dirigit atque perficit, vel discutit & euerit; vt mea fecunditatis desideria adimpleuit, Phenennam verò inuidas & arrogantes cogitationes dissipat & disperdidit. Hebr. pro *preparentur* est *nitens*, id est ponderantur, numerantur, appenduntur; mensurantur, quasi dicat, Deus mensurat cogitationes nostras, ac videt an nimis magna vel parua, æquæ vel iniquæ, sapientes vel stultæ sint, vt sciat cuius cogitationes, quando & quomodo explere debeat, cuius non explere, v. g. Annæ desideria perficere, non Phenennæ; quali dicat: laudo Deum qui perficit ea quæ ego cogitavi & cupiui; in illo ergo glorior, non in me, quia sterilitatem, quam ego superare meis virtibus non potui, ipse sua diuina vi superauit & discussit. Hoc est quod ait Salomon Prouer. 16. v. 2. *Omnes via hominis patent oculis eius: Spirituum ponderator est Dominus*, vbi multa hac de te dixi.

Postunt secundò hinc cogitationes non tantum hominum accipi; sed & ipsius Dei, vt vertunt Sept. *Deus*, inquit, *preparans adiuuentiones suas*; & Chald. *Dominus*, inquit, *super omne factum suum extendens iudicium*, quali dicat: Dei est perficere non tantum ea quæ nos cogitamus & cupimus, sed etiam quæ ipse de nobis cogitat & cupit; sapè enim ipse alia cogitat & vult, quam nos cogitamus & velimus; tum que facit ea quæ ipse cogitat & vult, non quæ nos; sicut hic cogitauit fecunda-

re & exaltare Annam; non Phenennam. Vnde Chald. vertit: *Ipse vobis retribuere culparum vestrarum vltionem*. Theodor. *Deus preparans exercitationes suas*, id est, complens sua consilia. Symmachus: *non sunt apud Deum preteritis & excusationes*. Vatab. *conatus eius perscuntur*. Pagnin. *ipsi directi sunt opera*, id est, finem ad quem ab eo diriguntur attingunt. Deus enim suas cogitationes & voluntates mensurat sua omnipotentia, quæ tanta est quanta eius voluntas & intellectus: quare omnia quæ cogitat & vult perficere potest, & re ipsa perficit; cum nos multa velimus quæ perficere nequimus. Sensus ergo est quasi dicat: *scientiarum Dominus est*, quia scit tam futura quam præsentia, imò ipse omnia rectè iustè que ordinat & disponit: ipse enim preparat cogitationes, vt scilicet insolentes & inflatos, qualis est Phenenna, deprimat; humiles verò & miseros, qualis ego fui, soletur & extollat, sicut extulit Sarram sterilem depressa Agar insolenti: quare nemo superbus confidat rebus præsentibus secundis, nemo humilis & miser in aduersis desperet, quia Deus vtriusque vices & sortes commutabit, vt hos faciat felices, illos verò infelices.

Hinc nonnulli pro *lo*, id est *ei*, legentes *lo* per Aleph vertunt: *non sunt* (hominibus vel Angelis) *mensurabiles cogitationes Dei*, iuxta illud Pauli Roman. 11. v. 33. *O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Quis enim cognouit sensum Domini, aut qui Consiliarius eius fuit?*

Tropol. Ruper. *scientiarum*, inquit, *Domino cogitationes preparentur pro munere*. Si vis ab illo promereri vel imperare scientia domum, non multa oblationes arictum & taurorum, sed sanctæ cogitationes eius rei preparatoria sunt.

Hinc vide quid cogites. Deus enim non solum actiones & sermones, sed & intimas cogitationes & intentiones peruidet, eas que in die iudicij toti mundo reuelabit & iudicabit, iuxta illud Hebr. 4. 12. *Vnus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio acipiti, & pertingens vsque ad diuisionem anima ac Spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis*.

Denique aliqui sic exponunt: *Deus scientiarum Dominus est*, hoc est Deus est scientissimus, quia ipse scit omnium hominum cogitationes & conatus conuerrere ad id, quod ipse fieri voluerit; quare cogitationes hominum illi preparantur, sicut preparatur materia artificij, vt ex illa faciat id quod ipse voluerit. Sic cogitationes fratrum de Iosepho vendendo conuertit in Iosephi bonum & exaltationem, vt scilicet fieret princeps in Ægypto: sic Phenennæ probra & maledicta conuertit in laudem & decus patientis Annæ.

ARCVS FORTIVM SVPERATVS EST (Sept. *VERS. 4. infirmatus est*) ET INFIRMI ACCINCTI SVNT ROBORÈ.] Huic versus antistrophus est ille B. Virginis. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles*.

Predicat Anna omnipotentiam Dei ex eo quod sapè fortes fortitudine sua deiecerit, ac vice versa infirmos fortes effecerit. Vnde Chald. vertit: *Et ij qui erant debiles facte sunt virilitates*, quasi dicat: Deus fortes quasi viros fecit debiles quasi feminas, & vice versa debiles quasi feminas fecit fortes quasi viros, vt iam Phenennam, quæ in pariendo tor filios videbatur fortis, fecit infirmam, vt amplius non pariat; & me Annam sterilem ad pariendum fecit validam, vt pepererim Samuelem, & quinque

alias proles paritura sim: pendet enim hic versus a. v. sequenti. donec sterilis peperit, &c. Arcum vocat robur, potentiam, fortitudinem, quia ante inuentas bombardas pugnabant arcibus, vti etiamnum pugnant Indi & Tartari. Proprie vero arcum vocat linguam mordacem Phenennae, quae scommata & sannas quasi sagittas in Annam iaculabatur, quas Anna quasi infirma & sterilis tacita audiebat. Sed Deus hanc linguam & has sannas iniregit, dum Annam fecundavit, itaque Phenenna validiorem effecit. Ita Lyran. Hugo, Abul. & Glossa.

Arcus fortissimus superius quibus Res. 1.

Porro sententia haec generalis est; vnde multis aptari potest. Primò ergo S. Greg. eam adaptat S. Michaeli eiusque Angelis, ac Luciferò eiusque assectis demonibus, qui erant summi & potentissimi, praeter quibus Michael & Angeli videbantur esse minores minusque potentes: Quis Deus, inquit D. Gregor. de celo precipitavit, ut in lapsis Angelis disceret homo quid timeret. Nam quid de aere raso fiet, si Deus nec aureis superbiae furore plenis ignoscit?

2. Secundò, Origen. hom. de Elcana, hanc nomen accomodat demonibus, qui potentissimi sunt spiritus, & hominibus qui carnei sunt, ideoque infirmissimi. Et tamen tu, inquit Origen. si indutus sis armis Dei, si scuto fidei munitus, & galea salutis obtectus, & lorica charitatis, & gladio spiritus accinctus, arcus contra te potentium pro munimentis talibus infirmabitur.

3. Tertio, Beda & Orig. eam attribuant Philosophis gentilibus & fidelibus plebeis ac simplicibus, de quibus ait Apost. 1. Cor. Stultitia mundi elegit Deus, ut confundat sapientes.

4. Quarto, S. Hier. in Quaest. refert ad Pharaonem & Aegyptios, ac Moysen & Hebraeos: Pharaon enim potens in equis & curribus insequens Hebraeos per mare rubrum eo merus est, cum Hebraei salui validique exirent. Simili modo attribuas Chananaeis, quos licet gigantes & bellipotententes imbelles Hebraei duce Iosue profligarunt.

5. Quintò, S. August. 17. Ciuit. 4. S. Greg. Theodoti Angelomus & Beda referunt ad Iudaeos & gentiles. Iudaei enim in lege validi per Christum infirmati sunt, gentiles vero per eundem erecti, & Iudaeis validiores effecti.

6. Sextò, Lyran. refert ad Pharisaeos & Apostolos: illos enim nobiles, doctos & potentes per gratiam Dei deiecerunt rudes, pauperes & infirmi Apostoli: Qui olim, ait S. Greg. mulierum verba timuerunt, postea auctoritatem principum libertate frangebant.

Denique Euthym. Caet. & Dion. illam adaptant superbis & humilibus: potentes enim & fortes in sua fortitudine superbiunt: infirmi vero in sua infirmitate se humiliant, Dei que potentis opem invocant: vnde hi à Domino, cuius ope & robore se indigere sentiunt, roborantur: alii vero robore suo priuantur, quia non agnoscunt illud se à Deo accepisse, & ab eo pendere: ut non gloriatur coram Deo omnis caro, sed omnem roboris gloriam Deo à quo datur attribuat. Atque haec est causa, cur Deus per infirmos maiora saepe quam per fortes operetur: ut qui gloriatur, in Domino gloriatur, ait Apost. Virtus enim Dei in nostra infirmitate perficitur. 2. Corinth. 12. 9. Vide ibi dicta.

REPLETI PRIMUM PRO PANIBUS SE LOCIVERUNT, ET FAMILICI SATURATI SUNT. Huic antistrophon est illud B. Virginis: Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes. Luc. 1. Vide ibi dicta. Ad litteram Deus saepe impios opibus & cibis repletos depauperat & fame affligit, vt cogatur o-

peras suas pro panibus lucrandis elocare, & vires suas laborando exhaurire. Vnde Aquila vertit, artruerunt se; vti fecit filio prodigo, qui pro fame coactus fuit pasceri porcos, eorumque siliquas comedere. Luc. 12. Sic Deus ob peccata saepe sterilitate & famem populis immitit, vti immitit Aegyptiis totique orbi tempore Abrahæ. Genes. 12. v. 10. & tempore Ioseph. Genes. 41. & tempore Moysis. Exod. 10. v. 14. & tempore Ruth. c. 1. pios vero famelicos Deus saturavit, imò alios per eosdem pavit, vt patet de Ioseph pascente Aegyptum totumque orbem; de Abraham. Genes. 12. de Hebraeis quos per 40. annos aluit manna in deserto. Sic Iudaeos à Tito obsessos fame confecit, adeò vt matres suos filios vorarent, cum Christiani vrbe egressi cibis abundarent. Sic Anna hic ob merorem sterilitatis non comedens c. 1. v. 7. erat famelica, sed iam merore per generationem depulso comedens, saturata & exhilarata est; Phenenna vero prius laeta & saturata, nunc moriens cepit cibum fastidire, fortè etiam ipsa cum filiis ad tantam egestatem redacta est, vt cogenter se suaque opes pro panibus cotigerendis elocare: hoc enim hic innuit Anna.

Mythicè: Deus fideles pios satiat sapientia, praedicatione & doctrina verbi Dei, Eucharistia & Sacramentis, cum Iudaeos alioque impios iis priuat. Ita S. Ambros. ser. 12. in Plal. 118. Divites, inquit, egerunt & esurierunt, quia qui antea abundabant gratia, postea tamen propter perfidiam suam egere coeperunt: Qui autem pauperes erant populi nationum, iam per fidem Christi satiantur & abundant: Sicut scriptum est: edent pauperes & satiabuntur.

Anag. Sanctos Deus hic ieiunantes satiat deliciis æternis in celo, improbos hic se ingurgitantes torquet fame perenni in gehenna, iuxta illud Isaia 65. 13. Ecce serui mei comedent, & vos esuriatis: Ecce serui mei bibent, & vos sitietis: Ecce serui mei labantur, & vos confundenini. Audi Tertull. lib. de Spectac. cap. 28. Vicibus res disposita est: nunc illi latantur, nos constitamur. Ex paulò post: Lugeamus ergo dum Ethnicis gaudent, vt cum lugere ceperint gaudeamus.

Idem lib. de Idolis cap. 13. Saeculo, inquit, gaudent lugeamus, & saeculo postea lugente gaudebimus. Sic & Lazarus in sinu Abrahæ refrigerium consecutus, contra diues in tormento ignis constitutus, alternas malorum & bonorum vices emula retributione compensant.

Et S. August. serm. 127. de Tempor. Pauper, ait, beatitudinem emit mendicitate, & diues supplicium facultate.

Donec sterilis peperit plurimos. Pendet haec sententia à v. 4. celebrat enim nunc Dei fortes infirmantis & infirmos fortificantis potentiam, eiusque quid eximium & quasi summum assignat. Idque significat donec: pro eo enim Hebr. est V ad, pro quo Sept. vertunt quia. Chald. etiam Vatab. adeo vt. Sensus ergo est quasi dicat: Deus potentissimus saepe fortes infirmat, & infirmos corroborat, donec, id est usque adeò, vt faciat sterilem, qualis ego eram, parere septem, id est multos filios; fecunda verò & filiis abundans, qualis erat Phenenna, deinceps partus silit, vt fiat sterilis, imò proles iam genitas sensim auferat, aut pauperes & infirmas efficiat. Ita S. Hieron. in Quaest. Abul. Vatab. Iansen. Tradunt Hebraei, quod Phenenna tot moriebatur filij, quot nascebantur Anna, ita vt nato Annae Samuele primogenito moreretur primogenitus Phenennae, & ita deinceps,

Anna peperit septem

ceps; sed hoc refutat S. Hieron. & alij. Sic donec A significat rei extremum & summum. Reg. 30. v. 4. Planxerunt donec deficerent in eis lacryma. Et 2. Reg. c. 23. v. 10. de Eleazar: Percussit Philisthaos donec deficeret manus eius. Et 3. Reg. c. 18. 28. de Sacerdotibus Baal: Incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Sap. c. 10. 13. de Ioseph: Non dereliquit eum, donec afferret illi sceptram regni.

Pro plurimos Hebr. est septem. Vnde Iosephus ait Annam peperisse septem filios; verum v. 21. tantum numerantur quinque, vt addito Samuele sint sex. Rabbinii nonnulli pro Samuele substituunt duos eius filios, vt fiant septem proles Annae. Rursum Rabbi Salomon duos Phenennae filios Annae assignat, vt septem habeat, idque quia quoties ipsa pareret, toties duo semper Phenennae filij morerentur. Cumque duo tantum superesset, hos illa rogata suis precibus conferuauit: at haec sunt illorum fabulae, vt in hom. vocat Origen.

Dico ergo ad litteram: Anna peperit septem, id est multos filios. Septenarius enim est symbolum multitudinis. Prophetat Anna instincta à Spiritu sancto de filiis quos paritura erat v. 21.

Allegor.

Alleg. Phenenna significat synagogam Iudaeorum, quae iam parere Deo filios desit; Anna Ecclesiam Christianorum, quae plurimos ex omnibus gentibus filios Deo gignit. Vnde Chald. vertit: sterilem implebitur prole, scilicet plurima. Ita Origen. Theod. Procop. & S. August. Ciuit. c. 4.

Symbol.

Symbolicè Cabalisticè: Anna, inquit, peperit septem, quia Samuel & וצבא scilicet id est septem, suis charactibus eundem exprimunt numerum, scilicet 477. Sublimiùs Philo lib. quod Deus sit immutabilis: Septenarius, inquit, est perfectissima quietis & Sabbati symbolum, vnde significat animum in Deo recubentem & quiescentem, qualis erat Samuel: Samuel enim, inquit, in solius Dei ministrum ordinem adscit, nemini praececa seruens, ab vno & eò honestatus: quia status est septenarius anime in Deo requiescentis, & nullis mortalibus occupate negotiis.

Tropol.

Tropológ. Eucherius: Vir sanctus, ait, qualis erat Samuel, est instar multorum, quia plures est apud Deum, pluraq; ab eò impetrat quam multi ceterorum, iuxta illud Eccles. 16. 3. Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij. Vide ibi dicta. Audi S. Chrylost. hom. 40. ad pop. Helias, inquit, vnus erat; sed totus mundus non erat dignus qui rependeretur ei. Vt mundus quidem innumera millia sunt, sed non sunt millia, cum nec ad vnus mensuram perueniant.

Et Philo lib. de Decalogo quatenus, cur Deus in singulari dicat: Non occides, non machaberis, respondet: Quia quicumque Deo parat ac legibus, aequatur frequentissimo populo, vel potius omnibus gentibus, imò mundo vniverso. Rursum: Apud homines, inquit, iniusta multitudo pluris quam vnus iustus estimatur, apud Deum vero bonitas rari praefertur iniquis innumeris.

Insuper anima peccatrix, ideoque bonorum operum sterilis parit plurimos, cum penitens multos fidei, spei, penitentiae, elemosynae, charitatis, aliarumque virtutum actus producit: ac vice versa anima sancta quae bonis operibus abundabat, dum in peccatum mortale prolabitur, sterile scit adeò, vt non tantum nulla bona opera, & merita pariat, sed & praececa dissipet & disperdat. Audi S. Basil. in cap. 1. Isaia ad illa: regionem vestram alieni comedunt. Vide, inquit, inuenem quempiam à puero intra aedus educatum; alacriter & studiose ad orationem prodeuntem, nullum transmittentem beneficentiae officium,

atque illius iudicij memorem, iugiter acquiescentem sermone doctrina: talenti denique mihi considera in fornicationem prolapsam. Quoniam pacto miserabilem illum è proximo consequitur omnimoda conuersio priorum laborum. Conscientia commissi facinoris non iam eum comitatur, vt se conferat ad orationis locum: non idem in castis consistit eorum qui in arcano secessu desunt. Fit hinc ad orationem cunctantior. Denique sensum illius menti se inserit meditatio, vt à proposito deficiat. Denique ad omnimodam perditionem per varios errorum anfractus adducitur. Adhuc Orig. hom. de Elcana: Sterilis, inquit, erat in me anima mea, non assererat fructus iustitiae, nunc autem vbi per sedem Christi meruit gratiam Spiritus sancti, & impleuit eam Spiritus timoris Domini, certum est quod sterilis peperit septem. Et nonnullis intetie est: Fecunda, inquit, in propagine erat caro mea, habens plurimos carnis fructus, fornicationem, immunditiam, impudicitiam, idololatriam &c. Haec erat carnis nostra numerosa progenies: sed cum venimus ad fidem crucis Christi, & mortificationem Iesu: cepimus circumferre in corpore nostro, & mortificare membra nostra quae sunt super terram, & exhibere ea seruire iustitiae & sobrietati, tunc fecunditas probrose huius generationis excluda est, & hoc modo secunda in filiis infirmata est.

Denique, sterilis, ait S. Franciscus, est pauperculus, humilis, sanctus, religiosus, qui generandi in Ecclesia filios non habet officium. Hic pariet in iudicio multos, quia quos nunc priuatis orationibus & bona vite exemplo conuertit ad Christum, illius gloria tunc inde ascribet. Quae multos habet filios infirmabitur, quia praedicator vanus & loquax, qui multis nunc quasi sua virtute genitis gaudet, cognoscit tunc se nihil proprii habere in eis. Ita Annales Waddingi anno Christi 1220. n. 30. & S. Bonauen. in vita S. Francisci.

DOMINVS MORTIFICAT ET VIVIFICAT, DE- DVCT AD INFEROS ET REVCIT. J Primò, cum mortuos ad vitam resuscitat: item cum animas peccatrici ex inferis, id est ex limbo per Christum resurgentem eduxit, ait Theodor. ac dum animas plene purgatas è purgatorio ad caelum traducit: vnde Chald. vertit: ab inferis deducit ad vitas aeternitatis. Rursum cum sanis morbum lethalem immitit, ac deinde eis penitentibus & supplicatibus sanitatem vitamque restituit, vt facit Ezechia regi, Isaia c. 38. Secundò, dum quem tot arumnis affligi permittit, vt penè mori cogatur, ac deinde humiliatum is liberat & prosperat. Tertio, cum sterilem, qualis Anna erat, fecundat, & in proli- bus quasi viuificat. Sterilis enim est quasi lignum aridum & emortuum, iuxta illud Isaia 56. 3. Non dicat cunuchus: Ecce ego lignum aridum. Et Apostolus Rom. 4. 19. loquens de Abraham sene & Sara sterili: Non, inquit, infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vluam Sara. Et Ezechiel. c. 17. 2. 4. Siccè- su lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Sic enim Deus arbores in hyeme defrondans & sic- cans mortificare videtur, in verè verò easdem frondere faciens rursus viuificat.

VERSIO.

Deus mor- tificat & viuificat.

Alleg. Deus mortificat synagogam Iudaeorum, viuificat Ecclesiam Christianorum, ait S. Gregor. Beda, Angelomus.

Tropol. S. August. lib. 17. Ciuit. c. 4. Dominus cum in nobis carnales affectus mortificat, spirituales spiritumque viuificat: mortificatio enim carnis est viuificatio spiritus, vt docet S. Paulus. Vnde Orig. Deus, ait, occidit Paulum persecutorem, eumque viuificauit vt fieret Apostolus Christi. Audi S. Ambros. serm. de Ieiunijs

Ieiun. Occidit Deus primum in nobis homicidia, adulte-  
ria, scelera, furta per baptismum, & sic nos tamquam no-  
uos homines eternitatis immortalitate viuificat. Morimur  
ergo peccatis per lauacrum, regeneramur autem vita per  
spiritum. Et paulo post: Occidimur, inquit, quodammo-  
do cum defuimus esse, quod fuimus: nouo enim pietatis ge-  
nere in vno eodemq; homine impius & adulter occiditur,  
vt misericors renascatur & castus. Interimur idolola-  
tria, vt religio propageetur. Fornicator & ebriosus extin-  
guitur, vt continens & sobrius procreetur. Sic ergo morti-  
ficat Dominus vt viuificare faciat: sic occidit vt proficiat: sic  
verberat vt emendet. Hec est igitur circa homines suos tota  
eius seueritas, vt in his peccata puniantur, anima conser-  
uetur, auferantur detestanda vitia, virtutes optima nu-  
triantur.

Audi S. Greg. hic: Deum, inquit, ad inferos ducere, est  
peccatorum corda aeternorum cruciatuum consideratione  
terre: reducere est terras penitentium mentes spe vite  
indeficientis atollere. Tunc quippe peccare defuimus, cum  
futur a tormenta formidamus.

VERS. 7. DOMINVS PAUPEREM FACIT ET DITAT, HY-  
MILIAT ET SVBLEVAT. Deus enim hunc paupe-  
rem facit, illum diuitem; hunc humilem & abie-  
ctum, illum sublimem & eleuatum, imò vnum  
eundemque pauperem & abiectum, mox diuitem  
& sublimem efficit, praesertim cum superbum hu-  
miliat, & humiliatum exaltat.

VERS. 8. SVSCITAT DE PVLVERE EGENVM, ET DE STER-  
CORE ELEVAT PAUPEREM. Pagnin. Exaltat mendic-  
cum, vt sedeat cum principibus, & solium gloria tenent.  
Sic Iob bonis omnibus ipsaq; sanitate spoliatum,  
ac sedentem in sterquilino eleuauit, & ad pristina  
regni gloriam reduxit, imò eandem duplica-  
uit. Sic Saulem ab asinis euexit ad sceptrum; sic  
Dauid ab onibus earumq; fimo extulit ad glo-  
riam regni Israelis. Sic Ioseph de carcere euexit ad  
principatum Aegypti. Mystice S. Gregor. Deus pec-  
catorum suscitatur & puluere, cum è veniali culpa; è  
stercore, cum è mortali eum per penitentiam ele-  
uat ad gratiam.

Celebrat hic Anna Dei potentiam per quinque  
antitheses, vt ostendat Deum posse quemlibet ex  
imo eleuare ad summum, & vicissim ex summo in  
imū deicere, ac proinde nec sublimi & felici van-  
dero gloriam esse in sua sorte, nec humili & mi-  
sero in sua infelici fortuna desperandum: Deum  
enim posse vtriusque vices commutare, ac re ipsa  
saepè commutare, cum superbos deprimit & hu-  
miles extollit, vt hic Annam extulit & Phenem-  
nam depressit.

DOMINI ENIM SVNT CARDINES (Vatab. co-  
lumna) TERRAE, ET POSVIT SVPER EOS OR-  
BEM,] q. d. Deus mundi cardines in sua habet ma-  
nu & potestate, quòd magis ea quae iam dixi ef-  
ficere potest. Per cardines terrae Angelom. Hugo,  
Abul. Dion. & Ianfenius accipiunt quatuor terrae  
extremas partes siue climata, scilicet Orientem,  
Occidentem, Aquilonem & Meridiem. Secundo,  
nostrer Sanchez accipit duos caeli polos; super hos  
enim gyrantur caeli, omnesq; orbis planetarum  
& elementorum circa terram, quasi dicat: sicuti  
Deus duos polos mundi Arcticum & Antarcticum  
constituit, quasi duos cardines caeli & terrae, vt cir-  
ca eos assidue moueantur & gyrentur omnes caeli  
& elementa, quòd fit vt nunq; cleuentur, nunc de-  
primantur, sic pariter Deus gyrat omnes homines  
omnesq; creaturas, vt eas nunc eleuet & beet,  
nunc deprimat & affligat. Verum hi proprie sunt

Cardines  
terrae qui?  
Resp. I.

26

poli caeli, non cardines terrae, vnde super eos posi-  
ti sunt caeli, non terra. Tertio, alij per cardines acci-  
piunt centrum terrae; huic enim quasi basi incumbit  
terra totusq; orbis. Quarto, alij accipiunt  
mare dicentes cum Thalete terram quasi ratem  
innatare aquis, iuxta illud Plal. 23. Ipse super maria  
fundauit eam. Verum hoc refellit Arist. & Philoso-  
phi lib. 3. de caelo c. 1. Quintò, ergo genuinè pro  
Cardines Hebr. est *פִּיָאֵם* *Matsuke*, id est fundamenta  
sive bases & columna terra; quare per Catachresin  
simpliciter per illa accipias ipsam terrae firmitatem  
& soliditatem, ipsi à Deo in creatione mundi in-  
ditam, & semper conseruatam ac conseruandam,  
in hac enim quasi in firmis cardinibus basibusq;  
suffulta terra, stabilis, firma & immota consistit, vt  
non tantum sed, sed & orbis omnes caelestes & ele-  
mentares quasi basis & columna solidissima ful-  
ciat & sustentet. Terra enim nullo habet cardine  
vel bases, sed immutabilis Dei voluntas & pote-  
stas, quae semper fulcit & firmat, vnica est eius  
basis, columna & cardo, ait S. Basil. hom. 1. Hexam.  
& Nazian. Orat. 34. Terra enim in aere est penda-  
la, ibiq; Dei voluntate quali cardine firma con-  
sistit.

Symbolicè, cardines terrae sunt principes &  
praetati, hi enim sunt quasi bases & columnae. Reip.  
ita S. Hieron. in quast. vnde Cardinales sunt dicti,  
quòd ipsi sua prudentia & sanctitate debeant esse  
cardines Ecclesiae, & columnae basilicæ fidelium.  
Ac Hebr. *Adon*, id est Dominus dicitur ab *אֲדֹנָי*  
*edem*, id est, basis, aequè ac Graecè *Βασίλειος*, id est  
rex, à *Βάσις*, quòd rex sit regni basis & fulcrum. Ita  
S. Gregor. Beda. Angelo. Ianfen. & alij.

Rursum cardines Ecclesiae, imò mundi sunt vi-  
ri iusti & sancti, ait S. Hier. Nam vt ait Rufin. Prae-  
fit. in vitas Pat. *Quis dubitat mundum precibus stari.*  
*sanctorum* vnde pro cardines terrae, S. Hier. in. quast.  
vertit *afflictus* (Radix enim *isue* significat arctare, an-  
gustiare, affligere) *terre*, id est humiles & paupe-  
res spiritu, super quos aiunt Hebraei Deum posuisse  
& conseruatur, ne sicut Sodoma igne caelesti ob-  
scelera sideretur, vel aquis mergatur, vti merus est  
in diluuiò tempore Noe. Ita ex Hier. Rupert. lib. 1.  
de Sapientia c. 28. quem audi: *Et afflictus terra qui sunt,*  
*nisi humiles, & contriti cordes super illos planè qui huic-  
modi sunt, Dominus orbem possit: quia super eos qui pra-  
teritam infirmitatem meminerit tenentes, humilis apud se  
conscientie sunt. Dominus Ecclesiam suam colligat, qui  
videlicet tantò clementius, tantò compatentius eundem  
orbem portare possunt; quòd amplius clementis atque  
compatentis gratia se inliguisse meminerunt.*

Idem Rupert. lib. 3. in Matth. cap. 4. *Afflictio haec,*  
inquit, *humilitas est, quae ad portandum orbem constans  
eos facit & fortes.* Vnde R. Iohannan apud L. 7. ran. pro  
*afflictis terra*, vertit *fortes terra*: vir enim dum se sua-  
que membra coarctat, fit fortior, sic & humilis.  
Talis erat Abraham, de quo S. Ambros. lib. de A-  
braham c. 6. *Vnde discimus, inquit Ambros. quantus  
murus patriae sit vir iustus, & quemadmodum non debeat  
murus inuadere Sanctis, nec temere derogare. Illorum etenim  
fides nos seruat. Illorū iustitia ab excidio defendit. Sodoma  
quoque si habuisset viros decem iustos, potuit non perire.*

Et Philo lib. de migratione Abrahæ: *Nam reue-  
ra, inquit, fulcrum generis humani iustus est, suas dotes  
communicans & in publicum vsum conserens.* Et paulo  
post: *Oremus, inquit, vt ceu columna in domo, in hu-  
mano genere homo iustus permaneat ad calamitatum re-  
medium.*

medium. Nam hoc incolum de publica salute desperan-  
dum non est.

Sic Deus ob S. Paulum in naufragio saluauit  
omnes qui cum eo erant in nauis, numero 270.  
Act. 27. 24. Sic Innocentius tertius Pontifex,  
cùm S. Franciscum petentem Ordinis sui confir-  
mationem repulisset, per visionem vidit Ecclesiam  
Lateranensem, quae est sedes Pontificis, & mater  
matrixq; omnium totius orbis Ecclesiarum, laban-  
tatem & ruentem inniti & *Alcibi* humilis pau-  
peris S. Francisci: quare illic eum quari & ad-  
uocari iussit, eiusq; regulam & ordinem confir-  
mauit. Ita habent Chronica S. Francisci. Sicut ergo  
Atlas rex (& ab eo mons) Mauritania, ob inuen-  
tam Astrologiam dicitur humeris sustinere cae-  
lum: sic & S. Franciscus & Sancti sunt Atlantes  
orbis.

Anagog. Chald. pro Cardines orbis accipit caelum,  
quòd Deus piis, & gehennam, quam impiis praepa-  
rauit. Sic enim vertit: *Ante Dominum reuelata sunt fi-  
liorum hominis opera: ab inferiori parte apparuit geh-  
ennam improbis verborum suorum transgressoribus, &  
in iustus voluntatem suam facientibus fundauit orbem.*

Porro Sept. & ex eis S. Aug. 17. Ciuic. 4. hic ad-  
dunt: *Deus votum votenti dat; id quòd per votum  
petit, vt hic Annae dedit Samuelem.*

PEDES SANCTORVM SVORVM SERVA BIT.]  
Hæc est posterior pars Cantici, qua Anna proph-  
etatur de futuris, sicut priori huculque de praeteritis  
Dei beneficiis Deum celebrant. Prophetatur autem  
promittitque septem thiracula. Primum est hoc: *Pe-  
des sanctorum suorum seruabit, ne scilicet in culpam,  
indeq; in gehennam corruant, ita S. Gregor. Vn-  
de Chald. Corpus seruorum iustorum custodit Deus à  
gehenna. Per pedes significantur gressus, motus,  
actiones iustorum, quas Deus dirigit, ne cubi of-  
fendant, cespitent, corruant. Vnde cum Plalte  
cuique fidei iugiter orandum, praesertim dum  
domo vel cubiculo egreditur: *Perfice gressus meos in  
seruis tuis, vt non moueantur vestigia mea.* Plal. 10. 13.  
Nam vt idem ait Plal. 90. 11. *Angelus suus mandauit de  
te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus por-  
tabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: quia  
vt ait hic Abul. Nulla est pars in toto corpore humano,  
qua magis leui possit quam pedes: Et quia super eos to-  
ta moles corporis sustentatur.**

Mystice, pedes animae sunt eius affectus, quos  
vt dirigit fulciatq; Deus; ne ad reuera laban-  
tur, iugiter intocandus est. Nam vt ait S. Aug. in  
in Plal. 144. *Adimus Deum animo, non vehiculo, affe-  
ctionibus non pedibus; passibus mentis, non corporis.*  
Idem Praefat. in Plal. 121. *Ad Deum, ait, ascendit volan-  
do, qui ascendit amando.* Porro duo animae pedes,  
quibus ad Deum inus, sunt humilitas & fortitudo,  
ait S. Gregor. Denique S. Bonauent. in Plal. 118.  
v. 105. *Disti pedibus, inquit, prouidere debemus, ne in-  
quinentur, ne illaqueentur, ne subuertantur, sed puri, li-  
beri & firmi seruentur. Inquinantur autem per luxuriam:  
illaqueantur per auariciam: subuertantur per superbiam:  
sed seruantur per sanctimoniam.* De primo: *Laui pedes  
meos, scilicet per penitentiam. Quomodo inquinabo illos,  
scilicet per luxuriam: ecce pedum inquinatio.* De secundo:  
*Laqueos absconderunt pedibus meis. Ecce pedum illaquea-  
tio.* De tertio: *calamitates meae illico surrexerunt, pedes  
meos subuertunt. Ecce pedum subuersio.* De quarto: *Pe-  
des sanctorum suorum seruabit. seruabit. Ecce pedum seruatio.*

Nota Sept. pro pedes vertunt amos: *Benedixit in-  
quint annis, vel vt habent Sixtina: annos iusti, dum*

eorum dies, menses & annos dirigit, prosperat;  
bonis donisque suis cumulat ac promouet, vt ad  
annos beatæ eternitatis perueniant. Et vt expli-  
cat S. August. 17. Ciuic. 4. *Vt cum illo sine fine viuatur,  
cui dictum: & anni tui non deficiant.* Plal. 101. v. 28. *ibi  
enim stant anni, hic autem transeunt; imò pereunt, an-  
tequam enim veniant non sunt; cum autem ve-  
nerint, non erunt, quia cum suo fine veniunt.*

ET IMPII IN TENEBRIS, tum corporis (vt So-  
domitæ Genes. 19. 11. & Aegyptij Exod. 10. 21.) tum  
potius mentis, scilicet imprudentiæ, cæcæ concu-  
piscentiæ peccatorum, ac tandem vtriusque in ge-  
henna CONTICESCENT. ] ex vehemènti horrore,  
pauore & consternatione, vt se mutuo alloqui so-  
lariq; nequeant. Audi S. Greg. 1. par. Pastor. c. 11.  
Cæcus, inquit, est qui supernae contemplationis lumen  
ignorat; qui praesentis vite tenebris pressus, dum veram lu-  
cem nequaquam diligendo conficit, quòd gressus operis por-  
rigat nescit. *Hinc etenim prophetante Anna dicitur: Impij  
in tenebris conticescent.*

Porro conticescent, hoc est primò, obscuro erunt:  
sic enim lunam non lucentem & obscuram per  
Catachresin vocamus silentem, iuxta illud Virg. 2.  
Æneid. *vacilla per amica silentia luna.* Conticescent,  
id est immobiles erunt praestupore, sicut Aegyptij  
in plagâ tenebrarum pauidi & stupidi non aude-  
bant se loco mouere, quasi *vinculis tenebrarum com-  
pediti.* Sapient. 17. 2. Nam vt ibidem dicitur v. 17:  
*Vna catena tenebrarum omnes erant colligati.*

Conticescent, quia non habebunt quidquam  
excusationis, quòd culpæ & gehennæ suæ obten-  
dant (sed maledicent sibi, parentibus, omnibus,  
que creaturis, quæ sibi peccati & damnationis  
fuerit causa) hoc est *conuicti scilicet.*  
Vnde Chald. vertit: *Impij transgressores dicti sui in  
gehennam in tenebris iudicabuntur, ad ostendendum quòd  
non quisquam sit in quo sit fortitudo puritatis ad diem  
iudicij.*

Hinc gehenna vocatur Hebr. *גֵּהֶנְמָא* *duma*, id est  
silentium & locus silentij. Hinc & Virg. 6. Æ-  
neid.

*Et chaos, & Phlegeton loca nocte silentia late.*  
Et Ouid. 5. Pastor.

*Max atrem Lemures, animam dixere silentiam.*  
Et Seneca in Hyppolito.

*Adiit silentem nocte perpetua domum.*  
Est hoc secundum Annæ oraculum.

*Impij ergo in tenebris conticescent,* id est damna-  
buntur ad æternas gehennæ tenebras, qui hic se  
& sua superbe iactabant; & vbiq; gloriose se  
magnificantes personabant.

QVIA NON IN FORTITVDINE SYA ROBO-  
RABITVR VIR, ] vt Deo fortissimo praeualeat, vel  
resistere valeat. Refert hæc ad id quòd praecessit,  
quasi dicat: Ideò Deus pedes sanctorum suorum  
seruabit, quia ipsi cognoscentes infirmitatem  
suam consili sunt in fortitudine non sua, sed Dei,  
eumq; suppliciter inuocant; impios verò per-  
misisse labi in peccatum, & ruere in gehennam; quia  
ipsi in fortitudine sua consili opem Dei inuocare  
neglexerunt. Audi S. Aug. in Soliloquiis c. 25. *Spe-  
rabam aliquando in virtute mea, quo tamen non erat  
virtus. Et cum sic volui currere, vbi magis stare credebam,  
ibi magis occidi. Quod magis credidi posse per me, nimis  
semper potui. Dicebam enim: hoc faciam, illud perficiam;  
nec hoc, nec illud faciebam. Aderat voluntas, non erat sa-  
cultas. Aderat facultas, non erat voluntas, quam de meis  
viribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi Domine  
Deus*



Deus meus, quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Non est enim hominis velle quod possit, aut posse quod velit, vel scire quod velit & possit: sed potius a regressu hominis diriguntur.

Causam dat idem S. August. 17. Ciuit. 4. Cum enim, inquit, Dominus possidere nos ceperit, profectò aduersarius qui nos fecerat, ipse sit, & vincitur à nobis, sed non viribus nostris, quia non in virtute sua petens est vir.

VERS. IO. DOMINVM FORMIDABVNT ADVERSARI EIVS, ] tum tempore proximo, quo Philisthai à Deo per meum Samuelem tonitruis & fulguribus exterriti diffugient, vt audiemus c. 4. 7. & c. 7. 10. tum quolibet alio, praesertim tempore Christi, qui tum in hac vita daemones, Pharisaeos, & infideles omnes vsi spiritus sui percelleret & prosterneret; tum maxime in die iudicij, quo eos adiget in tartara: tunc enim adeò formidabilis eis apparebit, vt dicant montibus: cadite super nos, & collibus: operite nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus irae ipsorum, & quis poterit stare? Apoc. 6. 17. Olce. 10. 2. Lucæ. 23. 30. ita S. Aug. S. Gregor. Lyrans. Abul. & alij. Est hoc tertium Annæ vaticinium, sequitur quartum.

ET SVPER IPSOS IN CAELIS TONABIT. ] Hoc fecit Deus primò, cum per Samuelem oratione sua elicientem è caelo fulgura & tonitrua Philisthaeos percussit, vt dicitur cap. 7. v. 10. & c. 12. 18. Secundo, cum super Christum intonuit in Baptismo, Transfiguratione, & alijs, Ioan. 12. 28. Hic est filius meus dilectus, &c. ac rursum cum in Pentecoste per tonitru & linguas igneas misit Spiritum Sanctum in Apostolos (vnde Sept. vertunt: ipse ascendit in caelos & tonuit) vt ipsi pariter voce tonarent, & vita fulgurarent, itaque Iudæos & gentes percellerent, eosque Christo subicerent. Vnde S. Hier. S. Pauli vocat tonitru gentium. Et Christus Iacobum & Ioannem vocauit Boanerges, id est filios tonitru.

Denique in die iudicij sententiam damnationis in impios detonabit & fulminabit dicens: Ite maledicti in ignem æternum.

Mystice, tonat in anima peccatrice Deus, cum ei iniicit minas, metusque gehennæ, vt ex terrestri fiat caelestis, imò ex terra fiat caelum. Nam vt ait S. Ambros. in Psal. 118. serm. 12. Calum dicitur, qui vitam Angelorum custodia integritatis exerceat, & corpus suum continenti sobrietate moderatur. Audi S. Hier. in Psal. 133. v. 3. Multi de terra caeli sunt, & multi de caelo terra. Infelix Iudas calum fuit, & factus est terra. Paulus Apostolus eò tempore quo persequeretur Ecclesiam, terra erat, confessus est, & calum factus est.

Et S. Bern. serm. 27. in Cant. Habet, inquit, Ecclesia caelos suos, homines spirituales, vita & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, lacus charitatis, contemplatione suspensos. Et hi plauentes plauiam verbi salutarem tonant in erepationibus, coruscant miraculis.

DOMINVS IVDICABIT FINES TERRÆ, ET DABIT IMPERIVM REGI SVO, ET SVBLIMABIT CORNV CHRISTI SVI. ] Hebr. & Chald. Messias suo. Est hoc quintum, sextum & septimum Annæ oraculum de Christo post mille & trecentos annos nascituro, quo illi eminens quasi applaudit & gratulatur, vbi aduerse Annam esse primam in Scrip. quæ hic exprimat nomen Messiae sine Christi. Hucusque enim in Pentateucho, Iosue & Iudic. nomen Christi non audiuimus.

Nota, hæc tria proximè referri posse ad tempus Annæ & Samuelis, ac Saulis & Dauidis, quos Sa-

muei reges constituit & consecrauit; vnde Sept. pro מלכו melcho, id est regi suo, regentes in plurali מלכות melachens, id est regibus nostris, vertunt: Ipse dabit fortitudinem regibus nostris: sed sub his omnibus præcipuè intelligit Christum, eorum antitypum: Christus enim solus iudicabit fines totius terræ. Simili modo Isaïas c. 4. parabolicè per casum Luciferi de caelo describit casum Nabuchodonosoris, vel potius Baltasaris: ac Ezechiel c. 28. per casum Cherubini describit casum & occasum Tyri.

Sensus ergo est quasi dicit: Deus per meum Samuelem iudicabit fines terræ, scilicet Sanctæ, siue Palaestinae. Samuel enim iudex Israël obibat celebrioribus vrbes iudicando; & lites quassiliber totius populi dirimendo, itaque totum Israël in pacè & religione conseruabat, vt patet c. 7. v. 10.

Rursum Dominus per meum Samuelem dabit imperium (Hebr. וְאֵלֶיךָ, id est fortitudinem) regi suo, primo, puta Sauli: Samuel enim vnxit Saulem in regem, qui proinde vnctus ab eò fortiter propugnauit Israël, ac Philisthaeos alioque eius hostes prostrauit. Denique Dominus per Samuelem sublimabit cornu, id est regnum, fortitudinem & gloriam Christi sui, puta Dauidis, vt Sauli succedens eum superaret, ac Israelis regnum longè lateque propageret. David ergo fuit Christus, id est vnctus Dominus, ac ab eò mirè dilectus & electus, vt ex eo nasceretur Christus.

Quocirca hæc omnia magis spectant ad Christum: Deus enim per Christum iudicauit fines terræ, non tantum Sanctæ sed totius mundi, cum omnes gentes per prædicationem Apostolorum Christi fidei & legi Euangelicæ subiecit, vt Christus omnium gentium sit princeps, rex & legislator, iuxta illud Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra. Et Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, iudicare populum tuum in iustitijs, & pauperes tuos in iudicio, quod proximè de Salomone Dauidis filio, sed præcipuè de Christo vtriusque filio & antitypo dictum est. Deus ergo dedit fortitudinem & imperium regi suo, quando Christum omnium gentium regem & dominum constituit, illaque omnes per Apostolos illi subiecit: Quare tunc pariter sublimabit cornu, id est robur, regnum & gloriam Christi sui.

Rursum & magis id faciet Deus in die iudicij: Tunc enim per Christum Iudicem iudicabit omnes omnium terrarum temporumque gentes & homines, ac fideles sibi obedientes caelo, infideles sibi rebelles inferno adiudicabit: Quare tunc vt rex caeli & terræ absolutus, omnibus omnino Angelis & hominibus imperabit, ac tunc Deus cornu regni & gloriæ eius sublimabit vsque in caelum empyreum, vt ibi cum Sanctis suis in omni felicitate regnet & triumphet in æternum. Vnde Chald. hæc referens ad tempora Antichristi, Gog & Magog sic vertit: Fiet vltimum de Gog & Magog, & exercitu gentium raptorum qui venerunt ex finibus terra, & dabit fortitudinem regi suo, & multiplicabit regnum Messie sui.

Tropol. S. August. libr. 7. Ciuit. 4. hæc attribuit cuilibet fidei, sancto & beato: hic enim est Christus, id est vnctus, scilicet chrismate Christi in Baptismo & Confirmatione, ideoque quasi athleta, victor, rex & triumphator mundi, carnis & diaboli, cum Christo regnabit in caelo per omnia secula.

Porrò

Porrò hæc aliter exponit R. Jonathan filius Vziel in translatione sua Chaldaica, eumque sequentes Rabbini posteriores, qui negant Christum venisse; vnde hæc à Christo detorquent ad Leuitarum successum, potentiam, & victorias quas habituri erant sub Samuele, & deinde sub Machabæis, quasi illas Deo reuelante Anna præciperet, & hic prædixerit. Vide Abulen. hic q. vlt. & Lyrans.

PVER AVTEM ERAT MINISTER IN CONSPECTV DOMINI ANTE FACIEM HELI SACERDOTIS: ] nimirum discipule legis rudimenta, ac canere (hoc enim erat officium Leuitarum; vnde filij Samuelis fuere Cantores, imò eorum præfecti. 1. Paral. 6. & 25.) custodire tabernaculum, lucernas accendere, & cetera quæ ad officium Leuitarum spectabant obire, ait Abul. ac vt ait S. Gregor. erat fratribus utilis, Deo deuotus. vnde S. Chrystost. homil. de Samuele: Quamquam, ait, in puero atas erat immatura, virtus tamen erat matura; omnibus enim in templum ascendentibus multa pietatis ac religionis magister factus est. Audi S. August. in Psal. 98. Samuel quid scit infans ad templum datus? omnes arates suas inter sancta Sacramenta Dei peregit, ab ineunte atate famulus Dei. Ipsius coma promittebatur, & potus aqua erat, inquit Iosephus, & quidem vsque ad eius mortem, inquit Philo de Nazareatu c. 57. Audi S. Hieron. epist. ad Latam de intit. filia: Anna filium quem Deo voverat, postquam obtulit in tabernaculo, numquam recepit; indecens arbitrata vt futurus propheta in eius domo cresceret, quæ adhuc alios filios habere cupiebat. Denique postquam concepit & peperit, non est ausa ad templum accedere, & vacua apparere coram Domino, nisi prius redderet quod debebat: talique immolato sacrificio reuera domum, quinque liberos sibi genuit, quia primogenitum Deo pepererat. Miraris felicitatem sanctæ mulieris? imitare fidem. Ipse, si Paulam miseris, & magistrum me, & nutricium spondeo: gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo, multò gloriosior mundi philosopho, qui non regem Macedonum Babylonio periturum veneno, sed ancillam & sponsam Christi erudiam regnis caelestibus offerendam.

Nota ad ante faciem Heli. Magnus enim ad virtutem stimulus est, si quis videat se in conspectu viri magni, vt Pontificis vel Principis versari, ab eoque videri & notari. Audi Senecam libr. 1. ad Lucilium Epist. 10. Sic viue cum hominibus, tamquam Deus videat; sic viue cum Deo, tamquam homines audiant. Et eodem lib. Epist. 11. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, vt sic tamquam illo spectante viuamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis absistat. Aliquem habeat animus quem veneretur, cuius auctoritate secretum suum etiam sanctus faciat. O felicem qui sic aliquem vereri potest, vt ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet. Eligite itaque Catonem.

VERS. 12. PORRO FILII HELI FILII BELIAL, ] id est erant improbilissimi & impiissimi, ideoque Deus per Samuelem Heli cum filiis castigauit, & morte puniuit, vt sequitur.

VERS. 13. NESCIENTES DOMINVM, ] practicè, id est Domino non seruientes, legi eius inobedientes, sacra prophanantes, sacrificia sacrilegè violantes, carnes victimarum Deo eripientes, & sibi arrogantes: quia vt ait S. Gregor. prauitatem exercebant operis, sed non errabant in fide conditoris. Talibus Sacerdotibus intentat Deus per Olce cap. 4. vers. 6. Quia in conscientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Cornel. in lib. Regum.

Præclare Nazian. Deum sic definit: Deus est quem omnia nesciunt, omnia metuendo sciunt. Porrò Philo libr. de Sacerdotum præmijs, docet Sacerdotes debere semper Dei sui, vt pote cuius Sacerdotes sunt, meminisse. Dum enim, inquit, assuescunt semper alimenti partem Deo decidere, numquam in eius obliuionem veniunt: quia in re nihil in vita potest contingere hominibus felicius. Idem de Eliazis ita scribit libr. de vita contempl. Perpetuam habent Dei memoriam, vt ne in somnis quidem aliud eis obuersetur, quam imagines diuinarum pulchritudinum. Et sunt in his qui somniando produunt præclaras sacra philosophia sententias.

Imò de quolibet fidei ita scribit D. Gregor. Nazian. Orat. 33. sub initium: Nec enim, inquit, tam sepe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus. Imò si dicit hoc potest, aliud nihil quam hoc faciendum.

Causam dat S. Bernard. libr. de inter. domo cap. 9. Nam sicut, inquit, nullum est momentum quo non fruamur Dei misericordia, sic nullum esse debet momentum, in quo illum presentem non habeamus in memoria.

NEQUE OFFICIVM SACERDOTVM AD PVRVM. ] Hoc est primum filiorum Heli peccatum, quod scilicet nescientes Dominum, nescientes pariter officium suum, tum practicè, tum speculatiuè; quia enim non curabant Deum, Dei que legem & officium suum obseruare, hinc nec curabant eam legere & scire, ne hæc scientia pareret eis conscientiam & remorsum peccati; atque hæc est causa, cur multi suis libidinibus addicti fiant athei, vt scilicet eis liberè indulgeant sine metu numinis & vindictæ: hic enim metus eorum cupiditates vel frænaret, vel morderet, ac sensum voluptatis eorum magno pavoris, dolorisque sensu mistum dilueret & intringeret: nolunt ergo conscientiam & conscientiam suis cupedijs obstrantem & occlamantem.

Taxantur hic quatuor scelera filiorum Heli ex gula manantia. Primum, ignorantia officij sui iam dicta. Secundum, rapina victimarum, nimirum quod cum ex victima tantum pectusculum & armus dexter Sacerdoti deberetur, Leuit. 7. v. 32. ipsi quassiliber victimæ partes, praesertim pinguiore & delicatioribus sibi vsurparent. Rursum, quod id facerent vi, rapientes eas iniquis offerentibus. Denique quod id facerent antequam victima Deo per cremationem ab ipsis esset immolata, & caro cocta lixaque. Primum enim debebat Deo hostia pacifica offerri coquique, ac deinde pectusculum & armus dexter dabatur Sacerdoti, reliqua caro offerenti.

Sic & apud Gentiles non nisi peracto sacrificio eo vesci licebat. Vnde prouerbum: haud immolata sacra sepe deuorat, quod iactabatur in intemperantes & ventri deditos, quales erant filij Heli.

ERAT ERGO PECCATVM PVERORVM GRAN- DE NIMIS, CORAM DOMINO, QVIA RETRA- HEBANT HOMINES A SACRIFICIO DOMINI. ] Regia legunt: quia detrahebant homines sacrificio Domini. Hebr. est וְנָא מַאֲסוּ, id est vt Chald. & Sept. Spe, nebant, despectui habebant, abominabantur sacrificium Domini, videntes illam irreligiosam auaritiam & gulam Sacerdotum.

Vide hic quam graue sit peccatum Sacerdotum, ob scandalum quod datur laicis. Vnde Deus Olce c. 3. Audite, inquit, hoc Sacerdotes, &c. quia vos etiam bis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationis, & rete expansum super Thabor. Audi S. Gregor. homil. 17. in Euang. Nullum fratres charissimum ab aliis

Deus sic semper in memoria.

Peccatum Sacerdotum

maius

maius preiudicium quam a sacerdotibus tolerat Deus, A quando eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Plerumque, quod est grauius, Sacerdotes qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt. Plerumque si quos humiliter, si quos continenter viuere conspiciunt, irrident. Considerate ergo quid de gregibus agatur, quando pastores lupi sunt. Et inferius: Imploremus Hieremie lacrymas; consideret mortem nostram, & deplorans dicat: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum? Aurum quippe obscuratum est; quia sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus per terrena & abiecta opera ad ignominiam desperationis venit. Lege sequentia.

VERS. 18. SAMVEL AUTEM MINISTRABAT ANTE FACIEM DOMINI, PVER, ACCINCTVS EPHOD LINEO. Ephod polymitum & gemmatum continens Rationale cum 12. gemmis, in quibus insculpta erant nomina 12. tribuum Israel, erat proprium Pontifici: at Ephod lineum, erat vestis Leuitarum, qualis erat Samuel, eratque simile superpelliceo, quali vestuntur pueri chorales canentes in templo. Ita duplex hoc Ephod distinguunt Sancti. August. quast. 41. in lib. Iudic. & S. Hieron. contra Iouini. Minus recte ergo Procop. & Theodor. censent hoc Ephod Samuelis fuisse Sacerdotum, illi ab Heli Pontifice concessum ob admirabilem Dei gratiam in ipso resplendentem.

Tropol. B. Petrus Damiani lib. 2. Epist. 10. Linum, ait, laboriose peruenit ad candorem, & clericis modo literarum studijs insulando, modo quibusdam gradibus ascendendo, difficile promouentur ad sacri ordinis dignitates. Et S. Gregor. hic: Bene, inquit, Samuelis vestis lineae fuisse perhibetur, vt noui Sacerdotis gloria aperte ostenderet, quid noua pudicitia nitens splenderet.

VERS. 20. REDDAT TIBI DOMINVS SEMEN (prolem) DE MULIERE HAC, PRO FOENORE QVOD COMMODASTI DOMINO. id est pro commoda-to vel dono quod obtulisti & dedisti Deo, puta pro tuo Samuele, quem mihi quasi Dei pontifici obtulisti.

VERS. 21. VISITAVIT ERGO DOMINVS ANNAM, ET CONCEPIT ET PEPERIT TRES FILIOS ET DVAS FILIAS. Ecce hic fuit fructus partim benedictionis Heli Pontificis, partim oblationis Annæ, quæ suum Samuelem Deo obtulerat: nam pro vno Samuele quinque proles ei reddidit Deus. Disceant hic parentes aliquos filiorum dicare Deo; hi enim eis benedictionem in bonis tam spiritualibus quam temporalibus impetrabant.

ET MAGNIFICAVS EST PVER SAMVEL APVD DOMINVM. hoc est creuit ætate, sapientia & gratia, non tantum apud homines, sed & apud Deum, vt explicat ver. 26. Vnde Samuel fuit typus Christi, de quo ait Lucas c. 2. ver. vlt. Iesus proficiebat sapientia, & ætate & gratia apud Deum & apud homines. Tropol. S. Gregor. Notandum, inquit, est, quod puer Samuel dicitur, & magnificatus. Cur ergo puer, nisi quia humilis? Et cur magnificatus asseritur, nisi quia ad perfectionis celsitudinem erat sublimatus? Et ad nouæ legis prædicatores id ipsum adaptans: Puer, inquit, & magnificatus in conspectu Domini Samuel dicitur, quia nouus ordo prædicatorum est ad magna conversationis celsitudinem peruenit, humilitatis suæ virtutem non perdidit. Magnificari quippe non prodesse, si puer esse desiste-

ret: quia humilitate amissa, placere omnipotenti Deo de conuersationis altitudine non valeret.

DORMIEBANT CVM MYLIERIBVS, QVÆ OBSERVABANT AD OSTIUM TABERNACVLI. Chald. Quæ veniebant ad orandum in tabernaculi porta. Ioseph. Quæ ad Dei religionem accedebant, & in ea perseverabant. Erant enim hæc feminae piæ, quæ se Deo ad ei in tabernaculo seruandam dicarant, inter quas educata fuit B. Virgo, vt sunt nostræ moniales, de quibus dixi Exod. 38. Hæc verba iam desiderantur in Sept. Est hoc tertium filiorum Heli scelus, scilicet luxuria, puta adulterium & sacrilegium, quod scilicet feminas Deo dicatas violarent, idque in loco sacro & tabernaculo: Gula enim comes est luxuria, & venter vino æstuantis desumat in libidines; ait S. Hier. etiam sacrilegas. Vnde Chald. v. 32. ait eos peccasse in domo Sanctuarij. Et S. Hier. in quæst. Locus tabernaculi, ait, subuersus est, & propter vitia Sacerdotum Dei Sanctuarium desitutum est. Idem Hier. in c. 8. Ezech. In exemplum Ophni & Phinees, inquit, idolorum scelera operantur in tabernaculo Dei, & fornicamur cum his quæ se militia & ministerio Dei vouerunt. Hebræi apud S. Hieron. in Quæst. hoc peccatum extenuant, dicendo filios Heli non concubuisse cum mulieribus, sed tantum suauissimam copulam cum maritis tempore menstrui; item ante tempus Purificationis 40. dierum a partu expletum; sed hæc sunt eorum figmenta, quibus verba S. Scripturæ inuertunt. Denique hæc scelera Sacerdotum commemorat Scriptura, vt indicetur cur Deus suscitaret Samuelem ad ea corrigendum.

Rursum, vt indicetur sanctitas Samuelis, qui inter tam improbos educatus tam probus tamen euasit. Audi S. Cyprian. lib. de singularitate Clericorum: Mala, inquit, conuersatio corruptionem seminatur, cupiditatem concipit, ignominiam parit, iracundiam concitat, porrigit furiam, lasciuiam perdit, perulantiæ nutrit, casus exaltat, ruinas edificat, perditionem gaudet, interitum fouet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflammat, & cetera in faciem glomerans numerosas indagines captionum, per infinita dedecora simplices mores inuehit in perniciem perducitur.

Et S. Bernard. Epist. 24. ad Hugon. Inter bonos, inquit, bonum esse, salutem habet; inter malos vero, & laudem: illud tantæ facilitatis est quantum & securitatis; hoc tantæ virtutis quantum & difficultatis. Quale nempe est illud tangere picem & non inquinari ex ea? in igne sine lesione versari, & in tenebris absque caligine esse: vbi alludit ad illa tria Scripturæ loca: Qui terigerit picem inquinabitur ab ea. Eccles. 13. v. 1. In medio ignis non sum æstuatus. Eccles. 51. 6. Fæste sunt tenebrae horribiles in vniuersa terra Aegypti tribus diebus; vbi cumque autem habitabant filij Israel lux erat. Exodi 10. 22.

Porrò hæc filiorum Heli luxuria procedebat partim ex gula, partim ex inobedientia qua Deo & patri suo rebellabant. Nam vt ait S. Gregor. 35. Moral. cap. 13. Adam quia auctori suo esse subditus noluit, ius carnis suæ quam regebat, amisit, vt in se ipso inobedientie suæ confusio redundaret, & superatus disceret quid elatus amisset.

Et S. Bernard. ferm. 1. in festo omnium Sanctoꝝ. Anima, inquit, si regnare desiderat super membra sua, necesse est vt sit ipsa superiori suo subiecta, quoniam tale inueniet inferius suum, qualem se exhibuerit superiori. Armatur enim creatura ad vltimam sui inuersionem creatoris. Et ided nouerit anima que rebellem sibi inuenit carnem

nem suam, se quoque minus quam oportet superioribus potestatibus esse subiectam. Causam dat S. August. in Psalm. 143. Agnosce, inquit, ordinem. Tu Deo: tibi caro (scilicet obediatur) quid iustius, quid pulchrius tu maior, minor tibi. Serui tu ei qui fecit te, vt tibi seruiat quod est factum propter te. Si autem contemnis tu seruare Deo, nunquam efficias vt tibi caro: qui non obtineras Domino, torqueris à seruo.

VERS. 24. NOLITE FILII MBI. Reprehendit Heli filios, sed semel dumtaxat, & nimis leniter. Peccauit ergo primo, quia ob tanta flagitia debebat eos acriter & crebro obiurgare. Secundo, obiurgatos, si se non emendarent, à sacrificijs amouere, & sacerdotio priuare, ait Theodor. 3. eos à se abdicare (exheredare) & verberibus afficere, ait S. Chrysost. lib. 3. de Monast. 4. & maxime peccauit, quod eos à puero non magis ad meliora flexerit, castigarit & correxerit: puerorum enim animi ad quilibet flexiles sunt, grandænorum vero inflexiles, vt pote in praua consuetudine radicati & obdurati. Tritum est illud:

Blanda patrum segnis facit indulgentia natis. Porro modum corrigendi, vt scilicet seueritas condiciatur lenitate, docet S. Gregor. 2. part. Pastor. cap. 11. Necessè est inquit, vt cum peccati vultus in subditis corrigendo restringitur, magna se sollicitudine etiam districtior ipse moderetur: quatenus sic iura disciplina contra delinquentes exerceat, vt pietatis viscera non amittat. Et mox: Curandum est, inquit, vt rectorem subditis & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina. Et paulo post: Sollicita circumspicienda pronidendum, ne vt districtio rigida, aut pietas sit remissa, &c. Erga subditos suos inesse rectoribus debet & iuste consolans misericordia, & pie sciens disciplina. Exemplum dat Samaritanum, qui alligauit vulnera: lenti infundens oleum & vinum. Luc. 10. ver. 34. Vt per vinum, inquit, D. Gregor. mordeantur vulnera, per oleum foueantur. Necessè quippe est vt quisquis sanandis vulneribus præest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis, quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum foueantur sananda. Misericordia ergo est lenitas cum seueritate, faciendum quoddam temperamentum ex vtroque, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur.

Vide de castigatione filiorum dicta Prouerb. 23. 14.

NON ENIM EST BONA FAMA. hoc est pessima est fama. Est Molis.

VERS. 25. SI PECCAVERIT VIR IN VIRVM, PLACARI EI POTEST DEVS: SI AUTEM IN DOMINVM PECCAVERIT VIR, QVIS ORABIT PRO EO? In Deum, non tantum eius legem transgrediendo (sic enim omnis qui peccat, in Deum peccat) sed eius sacerdotum, sacra & sacrificia, itaque Dei sanctitatem violando & polluendo. Significat hoc peccatum non esse irremissibile, vt voluere Nouatiani, sed difficulter remitti. Quis enim pro publico Dei ministro tam scelerato orare audeat? Sanè Moyse aliquis sit oportet. Audi S. Gregor. Quis ei intercessor remanet, cum ille se transgrediendo præcipitet, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est? Et Orig. hom. 10. in Numer. Qui, inquit, meliores sunt, inferiorum semper culpas, & peccata suscipiunt: Sacerdos autem si delinquat aut Pontifex, ipsum suum potest purgare peccatum, si tamen non peccet in Deum: de huiusmodi enim peccatis non facile remissionem aliquam videmus in lege literis designari. Et Nouella 123. Iustinianus: Si, ait, illi quibus negotium datum est orandi pro populo, indigni

ministerio Dei inuenti fuerint, quomodo pro populi delictis placare Deum poterunt? Hinc S. Leo epist. 90. ex Apostolica traditione probat, presbyteris aut diaconis pro crimine aliquo non esse per manus impositionem penitendi remedium concedendum, sed alia rigidiore ipsi satisfactione vtendum.

Pro placari ei potest, Hebr. est, וְיָדָא פִּלְלוּ, id est iudicabit, vel causam eius cognoscat, Deus (ita Pagnin.) vt si videat eum ab alio in quem peccauit prius fuisse læsum, vel aliam peccati excusationem habeat, ei parcat.

Porrò Chald. Vatab. & R. David per Hebr. Elohim intelligentes non Deum, sed iudicem, sic vertunt & explicant: Si peccauerit vir in virum, iudicabit illum iudex, litemq; dirimet, & eum qui innocens est eripiet: Si autem in Deum, quis cum illo, vel pro illo, diiudicabitur? quis se iudicem interponet?

ET NON AVDIVERVNT VOCEM PATRIS SVI. Quartum est hoc filiorum Heli scelus, scilicet contumacia & obstinatio. Causam subdit:

QVIA VOLVIT DOMINVS OCCIDERE EOS. Nota: prima causa, ea que directa & propria, cur filij Heli non audierint patrem monentem, fuit eorum praua & peruersa voluntas in malo obstinata, ob quam noluerunt audire patris monita: S. tamen Script. hic more suo causam aliam indirectam assignat, scilicet in altissimam Dei providentiam & iudicium id refert; nimirum quod Deus noluerit eorum ob tanta scelera toties iterata misereri, utque dare gratiam efficacem, qua peniterent, & mortem euaderent, sed permiserit eos in suis criminibus volutari & obfirmari, & eos iustissime toties merita morte puniret, ad reparandum scandalum toti populo ab eis datum, & ad exemplum terroremque aliorum Sacerdotum. Solum est in Scriptura passim inculcare Dei attributa, præsertim misericordiam & iudicium, vt significet Deum omnium omnino rerum, tam bonarum quam malarum exactam habere providentiam, vt illas præmet, has castiget. Hoc enim facit homines Deum timere & colere, eosque à peccatis coercet. Nullam enim maius est peccatorum frænum, quam Numinis metus, & Dei vindicis serâ cogitatio.

VENIT AUTEM VIR DEI (Propheta) AD HELI. Quis hic vir? Abul. q. 22. putat fuisse Angelum specie viri indutum: R. Salomon & Rabbinii recentiores censent fuisse Elcanam patrem Samuelis. Rabbinii antiquiores apud S. Hier. in Quæst. arbitrantur fuisse Phinees Pontificem, qui vixit tempore Iosue & Othonielis: censent enim ipsi Phinees esse Eliam: quare ipsi adhuc viuere & victurum vsque ad Antichristum, à quo occidetur. Sed hoc refutat Num. 25. 13. Incertum est ergo quis fuerit hic propheta, eod quod Scriptura eius nomen, genus aut stirpem non exprimat.

Quandò venerit ad Heli pariter incertum est. Videtur autem venisse cum Samuel adhuc esset puer, tum quia id hic eius pueritiæ subnectitur, tum quia cum Samuel factus est grandior, Deus eo vltus est ad Heli rursum commonendum, imò demandandum. Ita S. Hier. in Quæst.

Porrò hæc propheta continet primò, retribuatque Dei beneficia in Heli collata; deinde v. 29. eius & filiorum peccata exprobrat, demum v. 31. quintuplicem eis penam infligit.

NVMQVID NON APERTE REVELATVS SVM DOMVI (familie) PATRIS TVI (Aaronis) CVM V 2 ESSENT

ESSENT (ipse eiusque filij & frater Moses) IN ÆGYPTO IN DOMO PHARAONIS? Tunc enim ex omnibus filiis Israël elegi Moysen in eorum ducem, ac Aaronem in eius socium ac interpretem, æquè ac Pontificem, ut populum ex Ægypto educerent, ac per desertum deducerent in terram promissam.

VERS. 29. QUARE CALCE ABIECISTIS (Hebr. quare calcitrastis, non tam tu quam filij tui, ac tu per filios tuos) VICTIMAM MEAM? q. d. quare contempsisti mea sacra, proinde ac si calcibus ea abiecissetis?

ET MAGIS HONORASTI FILIOS TVOS QUAM ME,] quia non ausus fuisti eos reprehendere & castigare, ne eos offenderes, itaque permisisti ut ipsi me offenderent, ideoque tu pariter offendisti me. Ita S. Greg. Magis ait, Deum quam filios honorasti, quia dum aperta eorum peccata contemneret, lucra temporalia visum prouidebat.

VT COMEDERETIS PRIMITIAS OMNIS SACRIFICII ISRAEL POPULI MEI?] ut scilicet primo comederetis carnes victimarum pacificarum (quæ proprie erant populi, quia pro eius pace & salute offerebantur, & ab eo comedebantur) antequam mihi primitiæ adipis in altari adolerentur & cremarentur. v. 15. & 16. Rursum primitias vocat præcipuas victimarum partes: hæc enim fuscina Deo eripiebat, sibi que arrogabat feruus Sacerdotis v. 13.

VERS. 30. LOQUENS LOCUTVS SVM (cetero locutus sum, quasi dicat, firmiter decreueram) VT DOMVS TVA ET DOMVS PATRIS TVI MINISTRARET IN CONSPECTV MEO.] Hinc patet Pontificatum à Deo datum fuisse Heli, ac ex familia Eleazar translatum fuisse ad familiam Ichamar, ex qua erat Heli, ut patet ex eo quod Heli abnepos Abiathar 3. Regum 2. ex Ichamar prognatus dicitur 1. Paral. 24. Quare falsè aliqui censent Heli propria auctoritate inuasisse Pontificatum. Causa translationis ignoratur, sed videtur fuisse ignavia vel peccatum aliquod Eleazaritarum.

Series Pontificum Synagoga. Porro hæc fuit series & successio Pontificum per filios: Aaroni successit Eleazar, huic Phinees, huic Abiathar, huic Bocai, huic Ozi, ut patet 1. Paral. 6. vers. 4. & ex Iosepho lib. 5. Antiq. vlt. Ab Ozi translatus est Pontificatus ad Heli, quærat ex Ichamar fratre Eleazari. Heli genuit Phinees, qui ante patrem occisus fuit in prælio, cum arcta à Philisthæis caperetur: loco Phinees successit filius Achitob, huic filius Achias, huic filius Achimelech, huic filius Abiathar. Addit Iosephus quod Phinees patre Heli viuentis functus sit pontificatu, eò quod Heli præ senio eo fungi non posset; quod intellige non quod Phinees fuerit Pontifex, ut videtur velle Iosephus; sed quod Heli senem manentem Pontificem, in administrando Pontificatu adiuerit.

Ex hoc versu patet, quod Deus Heli eiusque posteris promiserat continuam filiorum in Pontificatu successionem; si videlicet illi rectè eo fungerentur: sed his malè eo fungentibus, minatur & prædicat hic Deus se rursum illum eis ablaturum. Id fecit sub Salomone, qui Abiathar Pontificem descendente ex Heli & Ichamar à Pontificatu amouit, eò quod contra se cum Adonia conspirasset, eumque in regem vnxisset; ac Pontificem constituit Sadoc, qui oriundus erat ex Eleazar. Ita Abulen. Mansit ergo Pontificatus in familia Heli per quinque posteros, scilicet Heli, Phinees, Achitob, Achias, Achimelech, & Abiathar; inde rediit ad Sadoc & familiam Eleazari, in eaque mansit vsque ad Christum.

VSQVE IN SEMPITERNVM] non absolute ut patet, sed respectiue, scilicet toto tempore legis veteris, siue quamdiu duraret Iudaismus vsque ad Christum.

PRÆCIDAM BRACHIVM TVVM,] id est robur, dignitatem & auctoritatem tuam pontificiam, id est, auferam à te Pontificatum. Ita S. Gregor. Angelo. Ruper. Lyan. & Vatab. Porro Sept. vertunt: disperdam semen tuum. Chald. extripabo fortitudinem senis tui, q. d. filios & nepotes tuos faciam imbeciles, inuálidos, infirmos, ut non diu uiuant, nec ad senium perueniant, ut sequitur, ac tandem debebo omnem posteritatem tuam. Est hæc prima pœna à Deo inflicta Heli.

Symbol. nonnulli per fortitudinem intelligunt aeternam testamenti, qua capta fuit à Philisthæis sub Heli, iuxta illud Psal. 77. 61. Tradidit in captiuitatem virtutem (Heb. fortitudinem) eorum, id est, arcum, ait ibidem S. August. Theod. Euth. & Hugo. Arcum enim erat robur & firmamentum Israël, quia Deum quasi vehebat.

VT NON SIT SENEX IN DOMO TVA,] Senex, id est Pontifex, ait S. Hieron. Angelo. & S. August. Simplicius accipe vsq. Senex ut sonat. Sic enim se explicat v. 33. dicens: morietur cum ad virilem aetatem venerit. Rursum aliqui apud Vatab. Senex, inquit, id est Sapiens. Senum enim est sapientia; unde à senibus dictus est Senatus, qui est cœtus sapientum Reipub. consulentium. Pœna ergo impiorum præsertim parentibus rebellium (vbi fuere hi filij Heli) congrua est vitæ breuitas, ut ante senium moriantur, iuxta illud: Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius auferant. Iob. 15. vers. 32. Et illud: Qui sublati sunt ante tempus suum, & funis subuertit fundamentum eorum. Iob. 22. vers. 16. Unde Dauid: Viri, inquit, sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Psal. 54. vers. 24. Et Salomon: Noli, inquit, esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Eccl. 7. vers. 18. Verè Seneca lib. de breuitate vitæ cap. 6. Non accipimus, ait, breuem vitam, sed facimus: non inopes temporis, sed prodigi sumus.

VERVM TAMEN NON AUFERAM PENITVS VIRVM EX TE AB ALTARI MEO,] quasi dicat: auferam quidem à tuis posteris pontificatum, permittam tamen vsq. sint minores Sacerdotes vel Leuitæ, sed in augmentum pœnæ tuæ & ipsorum; ut scilicet ipsi videntes se Pontificatu, tantisque eius opibus & emolumentis spoliatos, ingemiscant, ac præ amaritudine & dolore deficiant & tabescant. Hæc enim dicuntur Heli, non in persona sua, sed posterorum. Hæc est tertia pœna, sequitur quarta.

ET PARS MAGNA DOMVS (familia; puta posterorum) TVA MORIETVR CVM AD VIRILEM ÆTATEM VENERIT,] quasi dicat, morientur iuuenes, non senes, idque violenta morte, scilicet romphaea sive frænea, id est gladio, ut addunt Sept. & Chald. Omnis, inquit, multitudo domus tuæ occidentur iuuenes. Id factum audiemus c. 22. 12. & seq. vbi Saul occidit Abimelech Pontificem, ac nepotem Heli cum tota sua familia, eò quod panes dedisset Dauidi. Porro r. omnis multitudo, ut habent Hebr. & Chald. idem est quod plerique, multi: nam aliquos seruatos fuisse & mortem euasisse patet ex sequen.

HOC AUTEM ERIT TIBI SIGNVM,] omnes

has clades posteris tuis obuenturas; illas enim non vidit Heli, vt pote iam mortuus: unde earum signum & certitudinem dat ei Deus, cadem Ophni & Phinees; hanc enim ipse viuens audiuit & ingemuit. Hæc est quarta Heli pœna; sequitur quinta.

ET SVSCITABO MIHI SACERDOTEM FIDELIEM.] Quis hic nonnulli putant esse Samuelem, quem putant successisse Heli, non tantum in principatu, quasi iudicem populi, sed & in Pontificatu. Ita S. August. lib. 17. Ciuit. c. 4. & in Psal. 98. & 2. Retract. c. 55. & contra Faust. c. 33. Gregor. Eucher. Angel. hic Hieron. ad illud 1. Corinth. 1. Cum omnibus qui invocant nomen Domini, vbi sic de Samuele: Quem Sacerdotem fuisse illa res probat, quia & Sacerdoti successit, & hostias offerebat. De quo etiam secundum historiam dictum est: Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem. Quin & Signat. Epist. ad Magnesianos: Saul, ait, priuatur honore regio, non expectans summum Sacerdotem Samuelem.

Ratio est, quia Samuel cap. 7. vers. 9. dicitur sacrificasse & orasse pro populo, ac utilem in Regem vnxisse, ac post eum, Dauidem. Hæc autem sunt munia Pontificis. Fauet Iosephus lib. 6. cap. vlt. dicens Samuelem à Pythoniffa fuscitatum esse cum Sacerdotali amictu, Nazian, quoque orat. 40. Ephod Samuelis vocat stolam Sacerdotalem, sic & Theodor. & Procop. hic.

Verum contrarium videtur longè verius, scilicet Samuelem non fuisse Pontificem. Ratio est, quia Pontificatus à Deo additus erat Aaroni eiusque posteris, ex quibus non erat Samuel.

Rursum, Heli moriente Samuel erat iuuenis, ac iuuenis post Heli indicare cepit Israël, ut ipse iudicat c. 12. v. 2. At Pontifex nemo creari poterat antequam esset vir triginta annorum, ut docet S. Hier. in c. 1. Ezech. Sed hæc ratio non euincit, vti ostendam cap. 12. 2.

Tertio, quia tempore Samuelis Pontifex erat Achias abnepos Heli, ut patet c. 14. 3.

Denique in serie Pontificum, quam texit Iosephus & alij, non ponitur Samuel, nec Script. v. quæ eum vocat sacerdotem, imò Dauid Psal. 98. Moses, inquit, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui invocant nomen eius. Ita censent Beda, Rabanus, Abul. hic in c. 7. q. 30. Hugo, Lyan. Caiet. Dio. Geneb. ac S. Hier. l. i. contra Iouin. Samuel, ait, Leuita, non Sacerdos, non Pontifex fuit. Et S. August. fusè in quaestione veteris & noui testamenti c. 46. (vel quisquis est earum auctor, non enim videtur esse S. August.) Et S. Thom. in c. 7. ad Hebr. lect. 3. Serarius, Mendoza, Sanchez, Tornicellus & alij.

Ad argumentum aduersæ sententiæ respondeo. Samuelem, etsi ex genere & prosapia dumtaxat esset Leuita, subinde tamen ex dispensatione Dei sacrificasse, ut cum Saulem & Dauidem vnxit in reges, ideoque Sacerdotem à multis (vt à Chryl. Ambr. Aug. Bern. Damiano & aliis, quos fusè citat hic Mendoza p. 395.) vocari; ac eos vnxisse in reges non vt Pontificem, sed vt Prophetam, æquè ac Elias (qui non erat Pontifex) Propheta Azaclem vnxit in regem Syriæ 3. Reg. 19. ac Elizæus per vnum & suis vnxit Iehu in regem Israël. 4. Reg. c. 9. Porro Ephod Samuelis lineum & Leuiticum erat, non polymitum & Sacerdotale. Vnde S. Hier. in Psal. 98. 6. Samuel, inquit, Leuitici ordinis regulam tenet: quod Ephod illud lineum atque candidum figurauit, ostendens candidum effici posse, qui per penitentiam n. Cornel. in lib. Regum.

men Domini inuocans, nigredinem peccati diluerit. Cum ergo hic dicitur: Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, intelligitur Sadoc, quem Salomón loco Abiathar creauit Pontificem, qui fideliter Deo in templo, & Christo, id est Dauidi & Salomoni regi à se vncto ministravit.

Alleg. Significatur hic translatio Sacerdotij ab Heli & Aarone ad Christum; hic enim est Sacerdos fidelis Deo. Ita S. Greg. Theod. Angel. Procopius & S. August. 17. Ciuit. c. 4. Videmus verò hodie Iudæos absque sacerdotio esse; & inter eos, inquit August. quicumque est ex aronico genere, eum videt sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum esse subtractum, deficiunt oculi eius, & defuit anima eius tabe meroris, mors verò illa filiorum significauit mortem ipsius Sacerdotij de filiis Aaron, inquit August. & Sacerdos ille fidelis v. 35. maxime & principaliter est Christus Dominus, inquit Procop. Theodor. & alij.

Porro Christus non tantum est Sacerdos & Pontifex, sed & Christianos quoslibet efficit sacerdotes & reges mysticos, iuxta illud Apoc. 1. 11. Fecit nos regnum & Sacerdotes. Vnde S. Leo serm. 3. in die annuersario assumptionis suæ ad Pontificatum: Omnes, inquit, in Christo regeneratos crucis signum efficit reges: Sancti verò Spiritus vnctio consecrat Sacerdotes. Et mox ostendit qua in re hoc regnum & sacerdotium consistat. Quid enim, inquit, tam regium quam subditum Deo animum corporis sui esse rectorum: Et quid tam Sacerdotale, quam vouere Domino conscientiam puram, & immaculatam pietatis hostias de altari cordis offerre.

ET ÆDIFICABO EI DOMVM (familiam, posteritatem) FIDELIEM,] quæ scilicet fideliter mihi ministrans in Pontificatu, fideliter, id est firmiter & constanter in eò perduret. Hoc de Samuele dici nequit; eius enim filij æquè ac Heli fuere degeneres & improbi, ut patet cap. 8. v. 3. Declinauerunt, inquit, post auariciam, acceperuntq. munera, & peruertunt iudicium. Posterius verò Sadoc fideles firmique perstiterunt in Pontificatu vsque ad captiuitatem Babylonicam, & euersum templum, imò & post eam, ut patet Ezech. 40. 46. & ex serie Pontificum, quam texit Iosephus lib. 10. c. 11. Et ex eo Sigonius de Repub. Hebr. lib. 5. c. 1.

FVT VRVM EST AVTEM VT QVICVMQVE MANSERIT IN DOMO TVA, VENIAT VT ORATVR PRO EO.] Minores enim Sacerdotes ac Leuitæ, cum quid peccassent, ex lege debebant, ut laici, offerre victimas pro peccato, & Pontifex debebat orare pro illis.

ET OFFERAT NUMMVM ARGENTVM, ET TORTAM PANIS] Sacerdoti siue Pontifici vt gratiam eius capret, hoc sine vt ab eo ad partem Sacerdotalem admittatur. Ex Hebræo verti potest clariùs: veniet ad orandum pro nummo argenti & torta panis, orando scilicet vt detur sibi quasi pauperi & famelico nummus exiguus, & fragmen panis, quo lattrantem ventrem satiet. Ita Caiet. & Vatab. Vnde noster Serarius pro offerat, vel, vt alij legunt offerat, legendum putat, auferat, id est accipiat nummum & tortam panis; verum Rom. habent, offerat.

DIMITTE ME OBSECO AD VNAM PARTEM SACERDOTALEM, tum victimæ à me oblatae, tum quarumlibet aliarum victimarum à populo Sacerdotibus oblatarum, vt COMEDAM BVCCELLAM PANIS.] Magna fuit hæc ablatio, V 3 lectio,



iectio, vilitas & mendicitas posterorum Heli. A Allegor. Buccella panis significat sacrificium Eu- charistiae, quod è pane fit. Ita S. Gregor. Eucher. Theodor. Procop. Audi S. August. 17. Ciuit. 4. Quod ergo addidit manducare panem, etiam ipsum sacrificij ge-

nus eleganter expressit, de quo dicit Sacerdos ipse: Panem quem ego dederò caro mea est pro seculi vita: ipsum est sacrificium non secundum ordinem Aarons, sed secundum ordinem Melchisedech; qui legit intelligat.

CAPVT TERTIVM. SYNOPSIS CAPITIS.

DEUS RURSUM PER SAMUELEM PRÆDIXIT EXITIUM HELI: idq; Samuel Heli, ab eodem adiuratus v. 16. candidè edicit.

1. PVER autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta. 2. Factum est ergo in die quadam, Heli jacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre: 3. Lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. 4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait: Ecce ego. 5. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocasti enim me. Qui dixit: Non vocavi: reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit. 6. Et adiecit Dominus rursum vocare Samuelem. Confurgensque Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit: Non vocavi te fili mi: reuertere, & dormi. 7. Porro Samuel necdum sciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei sermo Domini. 8. Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertio. Qui confurgens abiit ad Heli, 9. & ait: Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli, quia Dominus vocaret puerum: & ait ad Samuelem: Vade, & dormi: & si deinceps vocauerit te, dices: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo. 10. Et venit Dominus, & stetit, & vocauit, sicut vocauerat secundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. 11. Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Israel: quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. 12. In die illa suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super domum eius: incipiam, & complebo. 13. Prædixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eò quòd nouerit indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. 14. Idcirco iuravi Domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in in æternum. 15. Dormiuit autem Samuel vsque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli. 16. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi? Qui respondens, ait: Præsto sum. 17. Et interrogauit eum: Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaueris me. Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. 18. Indicauit itaque ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. 19. Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. 20. Et cognouit vniuersus Israel, à Dan vsque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini. 21. Et addidit Dominus, vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

VERS. I. PVER AVTEM SAMVEL.] Ioseph. l. 5. c. II. ait eum B expleffe annum duodecimum. Perperam Rab- bini in Seder Olam, aiunt eum fuisse annorù 40. Iosephum sequuntur Suidas, Zonaras, Cedrenus, Abulen. Tornellus, Serarius, Saliarius, Mendoza & alij. Porro quot annorum tunc fuerit Heli incertum est. S. Ignatius epist. ad Magnesiam. ait eum fuisse 90. annorum. Theod. 86. Serarius, 98. Saliarius 72. ita vt deinde adhuc vixerit 26. annos. Mortuus est enim cùm esset 98. annorum, quando Samuel ei successit, agens annum 39. verum nil certi de Heli anno hic statui potest.

CORAM HELI,] id est instruente & dirigente eum Heli, cui Samuel ad nutum obediebat. Chald. viuentis Heli.

ET SERMO DOMINI ERAT PRETIOSVS.] id est rarus: quæ enim rara, sunt cara & pretiosa, quasi dicat: rari tunc erant prophete, per quos Deus loqueretur, idque ob scelera filiorum Heli Sacerdotum, æquè ac laicorum. Qualis enim est sacerdos, talis est & populus. Sic Proverb. 25. 17. vbi dicitur: Substrabe pedem tuum; Hebr. est pretiosum (Serarum) fac pedem tuum in domo amici tui.

NON ERAT VISIO (propheta) MANIFESTA.] Hebr. נִבְרָתָא id est rupta, id est late diffusa vel sparsa. Vatab. vulgaris Chald. que publicè innotesceret. Sept. distinguens, id est distinctè & clara. Hæc dicuntur ad laudem Samuelis, quòd ipse in medijs scelerum & ignorantie tenebris propheta emicuerit, quasi nouus quidam sol Israelis.

HELI

VERS. 2. HELI JACEBAT IN LOCO SVO,] hoc est dormiebat in illa atrij parte, quæ vicina erat tabernaculo: cùm in remotiore atrij parte dormiret Samuel, cererique Leuitæ; ita Chald.

VERS. 3. LUCERNA DEI ANTEQUAM EXTINGVERETVR, SAMVEL DORMIEBAT.] Ita lege cum Roman. Hebr. Chald. Sept. Aquila & Symmacho. Est periphraſis noctis. Lucernæ enim Tabernaculi nocte ardebant, manè extinguebantur. Sensus est quasi dicat: cùm adhuc lucernæ Tabernaculi arderent, id est cùm adhuc esset nox, vel certè aurora incipiens & obscura, ideoque Samuel adhuc dormiret; apparuit ei Dominus. Ita S. Hier. Porro Sept. vertunt: Antequam lucerna Dei esset instructa, quod aliqui exponunt quasi dicat: antequam esset media nox tunc enim lucernæ concinnabantur, vt reliqua nocte dimidia arderent. Planius exponas de noctis fine, quasi dicat, antequam discederet: summo mane, ante solis ortum, quo lucernæ noctu consumptæ oleo affuso instaurari solent, apparuit Samueli Dominus. Hinc disce mane & in aurora, cùm primum euigilas orare, vt Dei vocem & instinctus haurias & audias. Nam summo mane apparuit hic Deus Samueli, non verò vespere, vt opinantur Theod. & Procop.

Porro Raban. Angelo. Eucher. Abulen. & Caiet. aliter legunt & dispungunt, nimirum sic: Heli videre non poterat Lucernam Dei antequam extingueretur, quasi dicat: Heli cautius videre non poterat in aurora, cùm adhuc lucernæ arderent, sed videre poterat clarâ die cùm lucernæ essent extinctæ; verum legendum est cum Roman. vt paulò antè dixi.

VERS. 5. ET CVCVRRIT AD HELI ET DIXIT: ECCE EGO: VOCASTI ENIM ME.] Hinc videtur quòd Samuel solitus manè à somno excitari ab Heli, putauerit se vocatum à Heli, non à Deo, yποτε cuius vocem hucusque non audierat. Videtur autem hæc Dei, siue Angeli vox fuisse similis voci Heli, ideoque eà audita ad Heli cucurrit Samuel. Ita S. Gregor. Caiet. & Mendoza. Vide hic prophetæ Samuelis obedientiam, ob quam meruit à Deo eligi in prophetam & principem populi. Rursum disce hic Deum loquentem Samueli remittere eum ad Heli, tum vt Heli oraculum hoc Dei diligentius consideraret & crederet; tum vt doceret oracula Dei examinanda & dirigenda esse à superioribus, vt seruetur debitus ordo & subditorum subordinatio, ac ne locus sit illusioni diabolicæ. Ita Cæsian. collat. 2. c. 14. Vt puerum Samuelem, inquit, iudicio praelectum suo, nollet per semetipsum diuini colloquij disciplina Dominus erudire; sed recurrere semel & iterum pateretur ad senem; eumque, quem ad suum vocabat alloquium, etiam illius qui offenderat Deum, dummodo senioris, doctrina vellet instrui; & quem sua vocatione dignissimum iudicat, senioris mallet institutione formari; vt scilicet & illius, qui ad diuinum ministerium vocabatur, probaretur humilitas; & iunioribus forma subiectionis huius proponeretur exemplo. Audi S. Greg. promptam & constantem Samuelis obedientiam dilaudantem: Puer, inquit, humiliter homini subiectus atque obedientie ardua arce sublimatus, dum vocatus accessit, inſus rediit; quid aliud nobis præbet nisi altissima formam obedientie: Vera namq; obedientia nec præceptorum intentionem disceat, nec præcepta discernit; nescit enim iudicare quisquis perfectè didicerit obedire. Et paulò post: Quis, inquit, nostrum sese à murmuratione compesceret: quis ab ira temperet, si vocatum bis aut ter

Samuel per obedientiam meruit prophetiam.

A audiret; & tamen ex vocantis responſo perciperet, quia, vocatus minime fuisset; nec repulſus offendiſſet, quia vocantis aut repellentis animum videre noluit, qui in hoc solo gaudere nouerat, quòd obediret.

PORRO SAMVEL NECDVM SCIEBAT DOMINUM.] id est necdum expertus erat Dei vocem, necdum affuetus erat audire Dominum loquentem, vt eius vocem à voce Heli distingueret. Deūque ex sua voce agnosceret. Ita S. Hier. in Q. æst. vel quisquis est auctòr: puto enim non esse S. Hier. sed passim putatur & citatur nomine S. Hier. ideoque & ego sic cito. Loquendum enim vt militi, sapiendum vt pauci.

INTELLEXIT ERGO HELI (vel instinctu Dei, vt vult Salianus, vel ratiocinatione humana, quia scilicet nemo alius eò loci erat, qui Samuelem vocaret; & quia Samuel Deo erat gratissimus ob suam virtutem & pietatem) QVIA DOMINVS VOCARET PVERVM.]

LOQUERE DOMINE, QVIA AUDIT SERVVS TVVS,] vt iussa tua excipiat & exequatur, hoc cuiuslibet fidei dicendum, cùm Deum quid interius menti suggerentem vel inspirantem audit. Hinc ait S. Bern. sub finem serm. de septem spiritib. Felix, ait, & beata anima, qua venus suum suspirij percipit in silentio, frequenter iterans illud Samuelem: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Audi S. Ephrem lib. de virt. c. 2. tom. 2. f. 42. Samuel per obedientiam quam Heli sacerdoti præstitit, dignus est qui vocem Dei audiret. Et paræn. 13. f. 115. Exemplum humilitatis in Samuele propheta habetis; non enim exaltatum est cor eius aduersus Heli sacerdotem, quamuis etiam à Deo audisset de viro isto. Et Paræn. 21. Vide frater ne negligas te jobrum ac vigilantem prebere in omnibus; nome audistis quòd sapientis vocatus propheta Samuel neque semel auctatus sit surgere, quantumuis adhuc puer esset.

Audi & Origen. hom. 1. in Cant. Beata sunt illa anima, qua dorsum suum curauerunt vt suscipiant sessorum Verbum Dei super se; & frana eius patiuntur, vt quicumque ipse voluerit flectat, & agat habent præceptorum suorum; quia iam non propria voluntate mcedunt, sed ad omnia ducuntur & reducuntur voluntate fessoris.

ET VENIT DOMINVS, ET STETIT.] Hinc patet Deum, id est Angelum Dei vicarium hic non tantum menti Samuelis hæc inspirasse, sed in corpore assumpto, corporali voce illi esse locutum. Vnde Chald. hic vertit: Et reuelata est ei gloria Domini, quasi dicat: Samuel vidit Angelum, Dei legatum in corpore splendido & glorioso, sed confusè, ita vt splendorem videret, sed corpus Angeli distinctè non videret; vocem tamen eius distinctè auri- bus audiret. Vnde cognouit tandem se non ab Heli, sed à Deo vocari. Ita S. Greg. Abulen. Dion. Caiet. & alij.

Porro quòd Samuelem puerum ob puritatem & sanctitatem alloquitur Deus neglecto seniore Heli, ostendit quamòd caritate melior sit iuuentus, qua virtute ornatur, ait Theodor. quæst. 12. Nimirum cum simplicibus (Hebr. cum rectis) sermocinatio eius. Proverb. 1. 3.

SAMVEL, SAMVEL.] Audi S. Gregor. Nomen ieratur, cùm in magnam familiaritatem interna maiestatis, mens videntis excipitur. & seruantibus desideris ad amorem se vocantis elouatur; vt præter id quòd audit, nihil libeat, atque in leuitia auditis sui immorari perpetuò concupiscat. Talis fuit illa eiusdem Dei vocatio: Saule, Saule, Actor. 9. v. 4. & illa; Moyses Moyses. Exod. 3.

Exodi 3. n. 4. & illa: Abraham Abraham. Genes. 22. v. A i. de qua D. Chryl. hom. 47. in Genes. Quid, inquit, vult verbi duplicatio? magna benevolentie erga Patriarcham argumentum est, & monstrabat ei, vocatione ipsa, quoddam magnum aliquid ostensurus esse. Vt igitur attentionem redderet, vocationem geminabat.

VERS. II. FACIO VERBUM, id est rem & supplicium Heli comminatum, adeo dirum & horrendum, QVOD QVICVMQVE AVDIERIT, TINNIENT AMBÆ AVRES EIVS, ] scilicet vt totus percellatur & exhorrescat; puta arce captivum, ait Lyran. & filiorum eadem, ait Abul. & cetera recensita c. 2. ita Angelo. & S. Hier. in Quæst. Metaphora est, ducta ab eo qui repente audit cymbalum tinniens, vel boatum bombardæ magnæ, vel tonitruum ingentis, cuius vehemens sonus percellit, & tinnitum diu duran- tem in auribus audientium excitat.

VERS. 13. PRÆDIXI ENIM EI, QVOD IVDICATVRVS (id est iustè puniturus) ESSEM DOMVM (familiam & posteritatem) EIVS, EO QVOD NOVERAT INDIGNE AGERE FILIOS SVOS, ET NON CORRIPVERIT EOS] Corripuerat eos Heli, sed nimia lenitate pater- na, non auctoritate & severitate Pontificia, ait Angelo. Idcirco morte punitur: luit ergo filio- rum scelus sua nece. Sic Deus populo fornicante cum filiabus Moab, iussit principes suspendi. Num- mer. 25. Causam dat B Petrus Damiani. lib. 4. epist. 15. Quid est, inquit, quoddam populus in luxuria voraginem labitur; & in eorum prepositos vindicatur? Subditi delin- quunt, & principes in patibulis suspenduntur? Scilicet alius est qui peccat: alius ille qui vapulat. Cur hoc, nisi quia culpa subditorum in Præpositorum redundat oppro- brium: & quod ab omnibus erratur, negligentia Præstori- adscribitur, & vide quam formidolosa sit conditio præ- dentium, vt non modo pro suis, sed etiam subditorum pun- tiantur offensis.

VERS. 14. IDCIRCO IVRAVIDOMVI HELI, QVOD NON EXPIETVR INIQUITAS DOMVS EIVS VICTIMIS ET MVNERIBVS VSQVE IN ÆTERNVM. ] Hinc multi putant Heli esse damnatum, vt dicam c. 4. Verum id locus hic non euincit. Agit enim de domo Heli, non de ipso Heli, quasi dicat: supplicia quæ do- mui Heli ob eius peccatum prædixi & intentavi c. 2. nullis victimis reuocabuntur, sed certa & fixa me decernente perflabunt, certoque posteris eius obtinent; & quibus tamen multi probi fuere, & saluati videntur, vt Achias, Achimelech, Abiathar.

VERS. 17. HÆC FACIAT. ] Est formula adiurandi Hebr. quasi dicat: puniat te Deus, vel malè tibi cedat, si hæc me celaueris.

VERS. 18. DOMINVS EST, QVOD BONVM EST IN OCVLIS SVIS, FACIAT. ] Vide hæc responsum Heli dignum Pontifice penitente, æquanimi, & resignato ad omnem Dei voluntatem, & castigationem tam horrendam, ob quod Heli saluatus videtur. Ita Theodor. Procop. Lyran. Abulen. Dion. Caiet. Se- rarius, Mendoza hæc & S. Chryl. lib. 3. contra vitu- per. vitæ monast.

Minus aptè ergo S. Ephrem in Apologia de Heli, hoc responsum Heli tribuit eius pertinacia, quasi dicat: Dominus quod bonum est in oculis suis faciat: Ego verò filiis meis molestiam inferre non possum. Et S. Gregor. Ista, inquit, responsionis humilitas si subtiliter inspicatur, vera humilitas non est; verè esset humilis, si se ad emendationem culpæ, pro qua arguebatur obtulisset. Dum ergo dicit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat; potius elegit minarum Dei

causas incurvere; quam de perpetratis iniquitatibus filios condemnare. Sic & Ruper.

Moral. hinc dicamus aduersitates & afflictio- nes quaslibet à Deo immittas, vel permissas ad nostrum bonum æquanimitè tolerare, ac Deo flagellanti dorsum humiliter subicere. Ita fecit Deo flagel- lanti David fugiens Absalonem & Sailem: iustus es, in- quit, Domine & rectum iudicium tuum. Psalm. 118. v. sum subin. 137. Vbi Ambrosius citat simile Ieremie exem- plum, qui cum in luti voragine turpi necandus il- luie mergeretur, clamabat: iustus es Domine; esto hæc verba iam in Ieremia c. 38. & 45. non repe- riantur. Idem tamen Thren. 118. iustus, inquit, est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocauit. Sic tres pueri in fornace Babylonica, humili exulta- tione canebant: iustus es Domine in omnibus que fecisti nobis. Daniel. 3. 27. ideoque ab Angelo in igne ser- uati sunt illasi. Idem fecit Daniel in lacu leonum c. 6. 16. & c. 14. 30. Ac Ionas in ventre ceti c. 2. 10. Ego, inquit, in voce laudis immolabo tibi. Et Iob c. 1. v. 21. Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini bene- dictum.

Sic Mauritius Imperator, qui S. Gregorium vexarat, cum à Deo puniretur morte tam sua, quam vxoris & filiorum suorum omnium, quos in sua præsentia cernebat à Phoca amulo & suc- cessore imperij iugulari, penitens clamabat: iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, vt habeat eius Acta, & ex eis Baron.

Causam dat S. Ambr. loco citato, quia cum no- stra amittimus, Deo illa reddimus, non amittimus: iustus ergo Dominus in periculis, iustus in damnis, iustus in v- tionibus est, non solum quia vnusquisque iusta pæna sua culpas luit, verum etiam quia dum vnus punitur, pluri- mi corriguntur.

Et Tertul. lib. de fuga in persecutione c. 10. Vbi cumque, inquit, fuerit, in manu eius sum: faciat quod vult, non discedo, & si perire me volet, ipse me perdat, dum me ego seruo illi.

CREVIT AVTEM SAMVEL. ] Sept. ἐμαρτύρησεν, id est magnificatus est. tum ætate, tum potius sapientia, virtute, fama & gloria apud Deum & homines. Nam vt ait S. Greg. Crescit, qui in virum perfectum mentis ætate proficit. Deinde subdit: Nonnulli sunt qui dum virtutibus crescunt, elatione corrumpunt. Hi nimirum crescere videntur, sed tamen cum eis Dominus non est: quia à se eum, alta sentiendo de se eiciunt: quem in profectu virtutum posuit, per humilitatem secum habere potuerunt. Mox inuectus in eos qui ex dignitate euanescent: Plerique, inquit, in humiliori Ordine Religiosi sunt, sed cum subitò ad culmen sanctitatis peruenerint, prima opera cum humilitate derelinquunt. Samuel igitur profecit, & proficiens Dominum secum habuit. Vt proficiscendi electorum predicatorum morem præferret, qui cum dona & digni- tates quibus præsent alius assequuntur, de semetipsis placere Deo non negligunt.

ET NON CECIDIT EX OMNIBVS VERBIS EIVS IN TERRAM. ] Primò, quasi dicat: nihil à Samuele dictum fuit irritum, sed omnia ab eo dicta & præ- dicta, reipsa fuere impleta. Est Metaphora à casu & ruina domorum, vel rerum pretiosarum liqui- darum, in qua multa dissipant, dissipantur, fran- guntur, perduntur, vt colligi nequeant. Ita Eu- cher. Abulen. Lyran. Dion. Caiet. Vatab. & alij.

Secundò, quasi dicat: Sermo Samuelis non erat contemptibilis, sed apud omnes in magno hono-

honore & pretio: quæ enim contempnimus, in ter- ram abiicimus. In terram, ait S. Greg. verbum præ- dictoris cadit cum reproba eius conuersatione vilescit.

Symbol. Hugo quasi dicat: Samuel non loque- batur de terrâ, terrena; sed de cælo, cælestia; quia ipse erat cælestis, & velut Angelus inter homines. Vnde S. Dion. Cælest. Hier. c. 2. Tu autem, inquit, & filii diuina loquendo diuinus efficere. Nam vt ait S. Bernar. de inter. domo. c. 45. Vnus sermo vana con- scientie est index: Sicut enim Hispanus est, qui Hi- spanicè loquitur; Germanus, qui Germanicè; Polo- nus, qui Polonicè; sic cælestis est, qui cælestia promit; terrestris, qui terrestria. Nam vt ait Chri- stus Matt. 15. Ex abundantia cordis os loquitur.

ET COGNOUIT VNIVERSVS ISRAEL ADAN VSQVE BERSABEE, ] hoc est per totam Iudæam; illius enim limes & terminus ad Aquilonem est Dan siue Cæsarea Philippi, ad Austrum verò li- mes est Bersabee. Cognouit inquam, Samuelem esse fidelem, id est veracem prophetam, non in am- bitione vanitatis, sed in spiritu Dei, & sermonis Domini veritate iudicantem, ait Ruper. non enim hominum plausum spectabat, nec eorum minas metuēbat, quia in vno Deo solidatus ei soli placere satagebat. Quare id ipsum quod ore docebat, opere monstra- bat. Nam vt ait S. Gregor. hom. 11. in Ezech. Cui aliena cura committitur, speculator vocatur, vt in mentis ultitudine sedeat, atque vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. Non est enim speculator, qui in imo est: Speculator quippe in alto debet stare per vitam, vt possit prodesse per prominentiam. Nihil enim, inquit D. Chry- lostom. homil. 1. in Act. Doctore frigidus, qui verbis dumtaxat philosophatur. Neque enim hoc Doctore est, sed hystriom & hypocrita; ideoq; Apostoli prius vita exem- plis docebant quam verbis. Quam potius nec verbis erat opus, cum clamarent opera.

VERS. 21. ET ADDIDIT DOMINVS VT APPARERET IN SILO. ] Sept. addunt: ei, scilicet Samueli, quasi di-

cat: Deus iterum apparuit Samueli in Silo: QVO- NIAM REVELATVS FVERAT DMINVS SAMVELI IN SILO, ] quasi dicat: quia Dominus ceperat appa- rere Samueli in Silo: hinc eidem ibidem appa- rere perrexit ob sanctitatem tum Samuelis; tum arcæ fœderis, quæ erat in Silo. Deus enim est con- stans, ideoque constanter sua cæpta promouet & p̄sequitur: Quare vnus beneficij à Deo collatio, est ratio & stimulus alterius conferendi. Secus fit apud homines, qui cum sint arcæ mentis, cum vnum beneficium dederint, alterum negant. Quid hic Samueli Deus dixerit Script. tacet; verisimile est iterasse & confirmasse prius oraculum de sup- plicio Heli, de quæ Israelis strage, ac addidisse salu- tem eidem per Samuelem, post mortem Heli, af- ferendam: solet enim Deus tristibus læta sub- iungere, & vltimum hoc propriè tangebatur Sa- muelem.

Tropol. Philo de migratione Abrahæ: Fons, in- quit, vnde bonæ præmanant est, cum benigno Deo fami- liaritas: Ideo quasi obfigurans sua beneficia dicit: Ero te- cum. Quid igitur boni defuerit præsentè omnipotentè Deo? Tunc proueniunt acervatim cuncta commoda.

Et S. Chryl. hom. 46. in Gen. Quando, inquit, amicum & beneuolum habemus Deum, etiam in deser- tis fuerimus, multò securiores viuemus quam in ciuitatibus versantur, diuina gratia nobis omnia suppe- ditante.

Idem Chryl. hom. 26. in Epist. ad Hebr. Si, in- quit, semper mente videmus Deum, si semper in recorda- tionem eius conuertimus mentem nostram, omnia nobis facilia apparebunt, omnia portabilia, omnia sustinebi- mus, omnibus superiores efficiemur. Et paulò post à mi- nori id ipsum confirmans: Si quisquam, inquit, re- cordatus amici erigit animam suam delicias ex memo- ria illius; qui in mente habuerit eum qui nos diligere verè dignatus est, quando poterit aliquam sentire tristitiam; aut terribile aliquid, aut periculosum timere.

CAPVT QVARTVM. SYNOPSIS CAPITIS.

NARRAT CLADES à Samuele prædictas reipsa euenisse tam Heli & filiis, quam toti Israeli, scilicet à Philisthæis caesa fuisse 34. millia, captam arcam, Ophni & Phinees trucidatos: vnde Heli hæc audiens è sella corruens expirauit; & vxor Phinees partu ex dolore accelerato peperit Ichabod, dicens: Translata est gloria de Israel.

ET factum est in diebus illis, conueherunt Philisthiim in pugnam: & egressus est Israël obuiam Philisthiim in prælium, & castrametatus est iuxta Lapidem adiutorij. Porrò Philisthiim venerunt in Aphec, 2. & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, terga vertit Israel Philisthæis: & caesa sunt in illo cer- tamine passim per agros, quasi quatuor millia virorum. 3. Et reuersus est populus ad castra: dixeruntque maiores natu de Israel: Quare percussit nos Dominus hodie totam Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostris, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. 4. Misit ergo po- pulus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super Cherubim: erantque duo filij Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phinees. 5. Cumque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. 6. Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixerunt- que: Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quod arca Domini venisset in castra. 7. Timueruntque Philisthiim, dicens: Venit Deus in castra. Et ingemuerunt dicens: 8. Væ nobis: non enim fuit tanta exulta-

exultatio heri & nudius tertius: vā nobis. Quis nos saluabit de manu Deorum sublimium istorum? hi sunt filii Dei, qui percusserunt Aegyptum omni plaga, in deserto. 9. Confortamini, & estote viri, Philisthim: ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruiarunt vobis: confortamini, & bellate. 10. Pugnaverunt ergo Philisthim, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum: & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditum. 11. Et arca Dei capta est: duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. 12. Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. 13. Cumque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor eius pauens pro arca Dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiavit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. 14. Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, & nuntiavit Heli. 15. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat. 16. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est tibi mi? 17. Respondens autem ille, qui nuntiabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthim, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est. 18. Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir & grandæuus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. 19. Nurus autem eius, vxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui: & audito nuntio quod capta esset arca Dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incurruuit se & peperit: irruerant enim in eam dolores subitri. 20. In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei quæ stabant circa: Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque animaduertit. 21. Et vocauit puerum, Ichabod, dicens: Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo; 22. & ait: Translata est gloria ab Israel, eo quod capta esset arca Dei.

**VERS. 1.** **ET FACTUM EST IN DIEBUS ILLIS** [Ecce hic expletur prophetia Samuëlis ac mina Dei, & clades ab eo intentata Heli & filiis, totique Israeli. Quantum temporis intercesserit à prophetia Samuëlis, ad hanc in expletionem, incertum est. Serar. & Abulen. putant eodem anno expletam; editam enim esse annō 98. & vltimo vitæ Heli, quo ipse audita arcæ captura, expirans corruit. Verius est aliquot annos, intercessisse. Nam prædixit cladem hanc Samuël cum esset puer; vt dictum est c. 3. i. clades autem hæc contigit cum ipse esset vir, vel certe iuuenis: nam mortuo Heli illico successit Samuël in præfecturam populi: erat ergo grandior & maturæ ætatis. Salianus, vt dixi, putat intercessisse annos 26; vt Samuël factus sit iudex post Heli anno ætatis 39. Mendoza censet intercessisse annos 18. vel 28; alij plures, alij pauciores.

**ET CASTRA METATVS EST IUXTA LAPIDEM ADIVTORII.** [Erat locus: ita postea appellatus à Samuele, quod in eo Hebræi in prælio Dei adiutorium sensissent, & victoriam obtinuissent, vt patet c. 7. 12. Porro castra dicta sunt quasi casta, eo quod ibi castraretur libido, quia nullo eis mulieres inizerant, ait Isidor. lib. 9. Origin. c. 2. Notent hoc Duces, & milites, sic enim erunt fortiores, & victoria potientur.

**VERS. 3.** **AFFERAMVS AD NOS DE SILO ARCAM FOEDERIS DOMINI.** [Dei enim super arcam residentis, & ex propitiatorio responsa dantis presentiam & opem crebrò experti erant Hebræi, vt in transitu Iordanis, in expugnatione Ierichuntis, &c. multò maiorem fiduciam habent Christiani in Sacramento Eucharistie, & reliquis Sancto- rum; quas proinde in periculo belli, famis, pestis cum litanis in supplicationibus solemnibus pompa circumferunt, ac sæpè miram exinde opem expa-

riuntur. Vide Abulen. hic q. 5. Audi S. Athan. de Interpr. Psalm. ad Marcellinum: Si bellum, aut populo ingruerit, arca, in qua erant tabula legis, ante omnes præcedebat, & hoc sufficiebat illis pro quavis acie in subsidium: nisi in bauius arca, aut in populo aliquid scelus, aut hypocrisis haberet. Fide siquidem & sanæ affectione opus est, vt lex nostris precibus cooperetur.

**VENIT DEVS IN CASTRA,** [quia arca erat quasi solum Dei. Adde Philisthæos idolorum & simulaculorum adoratione & cultu assuetos, putasse arcam esse Deum, siue idolum Hebræorum; vel certe sapientiores ex eis existimasse Dei virtutem, ac diuinum quid arcæ esse inclusum: tale enim quid opinabantur de suis idolis. Ita Abulen. præsertim quia videbant Deum per arcam tam mira operari. Vnde c. 6. 19. Deus percussit quinquaginta millia plebis, eo quod vidissent arcam.

**Allegor. arca fœderis est humanitas Christi, præsertim in Eucharistia; ob plures vtique analogias, quas recenset S. Bonauent. Serm. 2. in Dominica 4. Aduentus: Arca, inquit, Dei velo involui iubetur Numer. 4. v. 5. in velo ergo Arca, in Arca vna, in vna manna fuit. Per velum species sacramentales, per Arcam corpus Christi, per vnam animam, per manna Deitas significatur: Hanc Arcam inuenit Philisthim, id est demones, in eo etiam guttam sanguinis Christi timent. Et citat D. Chryl. qui ait: Vbi cumque viderint sanguinem, fugiunt quidem demones, accurrunt autem Angeli.**

**HI SVNT DIEI QUI PERCVSSERVNT AEGYPTVM OMNI PLAGA IN DESERTO.** [id est in mari rubro, quod vicinum est deserto Arabiæ, ait Vatab. Nam in mari hoc Deus misit Pharaonem cum totis Aegyptiorum castris.

Serarius & alij subadiunt copulam &. Vnde Sept. habent: & in deserto. Et Chald. Percussit Aegyptios

ptos omni percussione, & populo suo fecit multa miracula in deserto.

**ET CECIDERVNT DE ISRAEL TRIGINTA MILLIA PEDITVM.** [Hebræi enim pedites pugnant, vix equites, eo quod Deus Deuter. 17. eis si non vsuam, certe copiam equorum vetuisset, ne in eis, non in Deo spem victoriæ reponerent. Ex hac communi tot millium strage patet, non solos Heli filios sacerdotes, sed & populum, Deum offendisse neglectu templi, victimarum, oblationum, aliisque sceleribus. Sacerdotes enim imitatur populus. Ita Abulen. q. 5. Audi S. Hier. epist. 3. ad Heliodor. post clades Romani Imperij recensitas, earum causam suggerentem: *Nostri peccatis barbari foris sunt: nostri vitii Romani superatur exercitus. Et paulò post: Infelices nos qui tantum displicemus Deo, vt per rabiem Barbarorum illius in nos ira desinat.*

**VERS. 11.** **ET ARCA DEI CAPTA EST.** [Cur permisit id Deus? Procop. duas dat causas. Prior est, vt doceret Hebræos rectè viuentes Dei prouidentia confidere; peccantes verò neque arcæ, nec ipsi Deo fidere. *Legis transgressores, ait Auctor mirab. S. Script. lib. 2. c. 7. ( extat tom. 3. August. ) nequaquam legis arca tuetur; sed que in ea lex erat, arguit, ait Theod. Posterior, vt Philisthæi arcam capientes eius vim & potestatem agnoscerent ex plagis ab ea immisis, quas audiemus c. sequ. itaque Deum Hebræorum timerent & colerent.*

Tertiam causam adde, vt Deus castigaret impietatem filiorum Heli, qui arcæ & altari ad suas rapinas & scelera abutebantur.

Sic Deus permisit terram Sanctam capi à Chaldæis, & postea Romanis, ac demum à Turcis, vt ostenderet se non propter locum, gentem, sed propter gentem, locum elegisse. 2. Machab. 5. 19. ita Theod. quaest. 1. in Danjel.

Tropol. arca ab alienigenis capta indicabat testamentum Dei transiurum ad gentes, ait Eucher. & S. Greg.

Hæc clades Israelis, mors Heli, & captura arcæ contigit anno mundi 2850. ab exitu Hebræorum ex Aegypto anno 397. Id patet ex eo, quod ab hoc exitu vique ad ædificationem templi, quæ contigit anno quarto Salomonis, fluxerunt anni 480. vt dicitur 3. Reg. 6. v. 1. Annus autem hic 480. conditi templi incidit in annum mundi 2933. Inde ascende & tolle tres annos regni Salomonis, 40. Dauidis, & 40. Samuëlis & Saülis, inuenies Heli, qui immediate præcessit & iudicauit populum ante Samuelem, mortuum esse anno mundi 2850. hoc est ante templum conditum anno 83. iam cum mortuus sit Heli anno ætatis 98. vt dicitur v. 15. hinc sequitur eum natum esse anno mundi 2752. ab exitu ex Aegypto anno 299. ante templum 181. cumque ipse iudicauit Israel 40. annis, sequitur illum principatum hunc inisse anno mundi 2810. ab exitu ex Aegypto 357. ante templum 123. cum ageret annum ætatis 58. Hæc iuxta chronologiam quam præfixi Pentateucho.

Nota: Magis puniti sunt Hebræi post adductam in castra arcam, quam ante adductam: nam ante, castra sunt damtaxat quatuor millia, post adductam verò triginta millia; quia scilicet propter arcam & templi à Sacerdotibus & populo violati scelus, à Deo irato & iam in arca præsentente acrius puniebantur; præsertim quia scelus hoc aliisque plura seriâ penitentia non corrigebant. Alleg. significabatur plures Iudæos à Deo damnandos fo-

re post Christum, quam ante Christum, quia scilicet ipsi Christum spreuerunt, eumque occiderunt, & eorum posterum parentum Christicidium defendentes in Christum credere nolunt. Ita Beda. Sic acrius à Deo puniuntur qui coram eo in templo peccant, quam qui foris: sacra enim sacrilegos non tuentur, sed vindicant & castigant.

**CVMQUE ILLE NOMINASSET ARCAM DEI, CECIDIT DE SELLA RETRORSVM IUXTA OSTIVM** (Templi, ait Tertul. lib. de ieiuniis c. 10. & S. Chrysof. lib. 3. contra vituper. vitæ monast. vel vrbs silo: in portis enim sedebant iudices, qualis erat Heli, præsertim quia ipse auidè expectabat ab aduentantibus ad portam vrbs, cognoscere euentum præli) **ET FRACTIS CERVICIBVS MORTVVS EST.** [Hinc notat Abulen. Caiet. & alij virum pium fuisse Heli, vt pote quem non filiorum, nec populi, ita tangeret cura, vt arca & sacrorum religio. Cecidit ergo retrorsum, eo quod planè consternatus, ac præ angore, pauore & stupore, spiritu deficiente iam se in alta sede cogitare non posset. Retrorsum autem, quia cathedra hæc erat vacua, & carens fulcris quibus nostræ sedes dorsum sedentis suffulciunt. Ita Abulen. Monet ergo nos Heli, ait Dion. quam nos de terræ sanctæ, ac tot Ecclesiarum & animarum captione ab hostibus dolere debeamus.

Audi B. Petrum Damiani lib. 1. epist. 6. ad Nicolaum Pontificem Praelatos percellentem: *si Heli propter duos dumtaxat filios, quos non eà quæ digni erant inuentione corripuit, cum eis simul & cum tot hominum multitudine perit; quæ arbitramur dignos esse sententia, qui in aula Ecclesiastica & in solis iudicantium præsentem, & super non ignota præuorum hominum criminibus tacent; Qui dum debonellare homines in publico meruunt, ad contumeliam superni Iudicis diuine legis mandata confundunt; & dum perditis hominibus amittendi honoris officium seruant, ipsam Ecclesiastica dignitatis auctorem crudeliter inbonorant.*

Quæres, an Heli sit damnatus? Affirmat S. Greg. hic & 2. parte Past. c. 6. Quia, inquit, *falsa pietate superatus seruire filii delinquentes filios noluit, apud districtum iudicem semetipsum cum filijs crudeli damnatione percussit: Hinc namq; diuina voce ei dicitur: Honorasti filios tuos magis quam me.*

Et Eucherius; Heli sacerdos, inquit, *pro filiorum iniquitate damnatus est, quod eos peccantes minus seuerâ animaduersione plebebat. Equidem coërcuit, equidem corripuit, sed lenitate & mansuetudine patris, non seueritate & auctoritate Pontificis. Qua sententia discant sacerdotes, quomodo filiorum etiam propter scelera puniantur quique; & quamuis sancti sint, culpa tamen subditorum eisdem, si non coërcant, imputetur.*

Sic & Beda. Idem videtur sentire S. Hier. lib. 1. contra Iouin. S. Chryl. hom. 59. in Genes. & alibi sæpius, & S. Cæcilius Arelat. hom. 15. B. Petrus Damiani tom. 3. epist. 16. c. 18. Quis & S. August. lib. Ciuit. 4. ait Heli reptobatum eodem modo quo Saül.

Contrarium censent Theod. Lyran. Dion. Abulen. Caiet. Serarius, Sanchez, Mendoza. Idque probatur Primò, quia Heli fuit vir probus & pius, ideoque ad eum translatus fuit Pontificatus aequè ac principatus; rursum audità arcæ expirans maximum dolorem, ex eoque maximum religionis zelum ostendit. Secundò, quia licet peccarit nimia lenitate & indulgentia erga filios, tamen ex parte cum

Nonnulli putant Heli damnatum.

Verius esse saluatum. Prob. 1.



eum excusat, quod prae senio non ita poterat eos seuerè corrigere, praesertim cum illi iam essent viri, & patris senis iussa dictaque contemnerent.

3. Tertio, quia esto demus eum lethaliter peccasse: tamen videtur poenituisse, ac duram poenitentiam à Deo iniunctam humiliter acceptasse, cum dixit c. 3. 18. *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* Quid amplius poenitens dicere posset?

4. Quarto, quia Deus idèd tam durè eum puniuit in hac vita, vt ei parceret in futura: idèd enim vltimus mortuus est, vt tam multas suorum mortes audiendo multoties moreretur. *Deus enim, non punit bis in idipsum*, vt ait Sophon. Porro quo sensu dicitur c. 3. *iniquitas eius non delenda in aeternum*, ibidem explicui. Denique Heli culpam omnem residuam in purgatorio luisse & expiassè videtur, ait Dion. & ex eo Mendoza. Porro multi Patrum iam citatorum asserentium Heli damnatum, exponi possunt de damnatione ad mortem temporalem, aliaque poenas illi, id est posteris eius iniectas.

ET IPSE IVDICAVIT ISRAEL QUADRAGINTA ANNIS.] ita Hebr. Chald. Ioseph. Theod. perpetuam ergo Sept. pro 40. habent viginti. Porro S. Chryl. lib. 3. de Providentia ante medium: *Samuel*, inquit, cum intueretur magistrum in mortem miserabilem detentum, ita confusus atque turbatus est, vt decebat gratum amabilemque discipulum.

VERS. 19. INCURRAVIT SE ET PERPERIT,] quia dolor & angor accelerarunt ei partum, adeoque peperit factum septimestrem, ait Iosephus, cum communiter grauidè parere soleant nono vel decimo mense à conceptu. Porro partus septimestres esse vitales docet Galenus lib. 8. Iagogico de definit. medicis, & alij quos citat & sequitur Pineda lib. 1. de rebus Salom. cap. 10. imò Philo, vel potiùs Pseudophilo in Antiq. Biblicis, ait Isaac natum septimo mense, ideoque diu vixisse: sed hoc videtur fictitium. Denique matrem hanc paulò post reipsa

A expirasse, docent Iosephus, S. Gregor. Eucher. Angel. Dion. & alij passim.

ET VOCAVIT PVERVM ICHABOD, DICENS; VERS. 21. TRANSLATA EST (Hebr. *gala*, id est migravit, transmigravit ab Israele ad Philisthaos) GLORIA DE ISRAEL.] Ichabod Hebr. dicitur quasi *כבוד* à *chabod*, id est *ubi gloria*? scilicet evanuit. Iosephus vertit *ad oculos*, id est *ingloria, ignobilitas, vilitas*; q. d. vocetur hic puer Hebr. Ichabod, Græcè *ἀδόξος*, Latine inglorius: quia eo nascente occidit Israelis gloria, quasi dicat:

*Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens gloria Teucorum, &c.*

*Nunc tantum cinis, & statio male fida carinis.* Licet enim Ichabod successurus videatur patri suo Phinees & auo Heli in Pontificatu, tamen capta iam arca & translata in Philistham, omnis eius, aequè ac totius Israelis gloria concidit & corruit.

Nota: Heli morienti in principatu successit Samuel, in Pontificatu non Phinees vel Ophni, vt pote iam occisi, nec Ichabod vt pote infans, sed Achitob nepos Heli ex filio, vt patebit c. 14. 3. ita Mendoza.

ET PRO SOCERO SVO ET PRO VIRO SVO.] Primo, pro, id est de, quasi dicat: translata gloria regni de Israele, & gloria Pontificatus de socero suo Heli, & marito Phinees.

Secundò, id referri potest ad *rd vocavit*, quasi dicat: vocavit mater filium Ichabod, tum ex se, tum pro socero & viro suo, cuius erat nomen filio imponere. Aut ad *rd dicens*, quasi dicat: pro, id est propter virum suum casum, & locerum suum mortuum dixit: *Translata est gloria de Israele*, quia scilicet Israelis Principes & Pontifices, scilicet Heli & Phinees occubuerunt cum arca capta. Ita Chald. & Vatab.

### CAPVT QVINTVM.

#### SYNOPSIS CAPITIS.

ARca à Philisthaeis capta & collocata in templo Dagon, prosternit & mutilat Dagonem. Mox Deus v. 6. pudendis morbis & muribus affligit Azotios; inde v. 9. Gerhaos, & v. 10. Accaronitas: quare decernunt ipsi arcam in Israele esse remittendam.

PHilisthiim autem tulerunt arcam Dei, & asportauerunt eam à Lapide adiutorij in Azotum. 2. Tuleruntque Philisthiim arcam Dei, & inuulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. 3. Cumque surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. 4. Rursumque manè die altera confurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini, caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: 5. Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant Sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, vsque in hodiernum diem. 6. Aggravata est autem manus Domini super Azotios, & demolitus est eos: & percussit in secretiori parte natium Azotum, & fines eius. Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate. 7. Videntes autem viri Azotij huiusmodi plagam, dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum. 8. Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum

rum ad se, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderuntque Gethæi: Circumducatur arca Dei Israel. Et circumduxerunt arcam Dei Israel. 9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis, à paruo vsque ad maiorem, & computrescebant prominentes extales eorum. Inieruntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pellicæas. 10. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cumque venisset arca Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. 11. Miserunt itaque & congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum, qui dixerunt: Dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum, & non interficiat nos cum populo nostro. 12. Fiebat enim pavor mortis in singulis vrbus, & grauissima valde manus Dei, viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium, & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in caelum.

STATVERUNT EAM IUXTA DAGON] idolum, A siue Deum suum; tum vt eum hoc dono honorarent, ait S. August. 17. Ciuit. c. 4. tum vt ei quasi victoriæ auctori nobilissima hæc spolia deferrent, ait Ioseph. lib. 6. c. 1. Theod. & Procop. quasi dicat: ecce Dagon noster vicit Deum Hebræorum, nosque eorum victores effecit. Subdatur ergo arca Dei pedibus Dagonis. Hac de causa iniuriam suam tantam vlciscens Deus Dagonem deiecit, ac Philisthaeos plurimos morte maclauit. Audi Theod. & Procop. *Dum Philisthini arcam apparente & Hebræi vociferantibus extimuisissent, vilitatem & auxilium acceperunt, cum verò post victoriam, arcam eandem contempnissent, ipsa experientia, quam Dei virtus esset, didicerunt.*

Quares: Quis & qualis fuit Dagon? Resp. fuisse præcipuum Philisthinorum Deum. Li ius Gyraldus de Diis Gentium Syntag. 2. p. 109. censet Dagon fuisse Iouem Aratrium, quem colebant Phœnices, vt frumenti & aratri inuentorem; ideoque dictum Dagon à *דגן* *dagan*, id est frumentum. Sic quoque Eusebius lib. 1. de præparat. Arias, Pagnin. & alij qui censent Dagon fuisse Deum frumentarium, siue frumenti præsidem, qui scilicet mellis copiam, & frumenti abundantiam suis cultoribus daret.

Alij passim Dagon deriuant à *דג* *Daga*, id est piscis, quod idolum hoc piscis formam haberet. Cum enim Philisthæi essent accolæ maris, piscationi dabant operam, ideoque fabricarunt & coluerunt Dagon, quasi piscium & piscationis præsidem. Vnde S. Hieron. in Quæst. Dagon, inquit, idem est Hebr. quod piscis tristitia. Porro idolum hoc erat quidem specie piscis, sed homine misti. Erat ergo compositum ex homine & pisce, ita vt caput (licet Lyran. Abulen. Adrichom. & alij censent Dagon habuisse caput piscis) & manus essent hominis, ceteris deinde membris ab umbilico deorsum, in piscem piscisque caudam desineret. Id patet ex eo, quod manus illi coram arca præcisæ fuerint v. 4. ita Vatab. Caiet. & alij mox citandi. Dagon ergo fuit instar Nereidum, Tritonum & Sirenium, quæ faciem habent muliebrem, & in piscem desinunt, de quibus Horat. in arte Poët.

Desinit in piscem mulier formosè superne. Confirmatur, quia Syri & Palæsthini pisces coluerunt quasi Deos & numina. Syri, inquit Xenophon lib. 1. expedit. Cyri, pisces habent sacrosantos. Cicero lib. 3. de nat. Deorum: Syri, inquit, piscem venerantur. Clemens Alexandrinus in exhortatione ad gentes: *Qui Phœniciam incolunt Syri, columnas & Cornel. in lib. Regum.*

pisces impendè colunt. Diodorus Siculus lib. 3. c. 2. Vnde & Syri, inquit, ad hæc vsque tempora his piscibus abstinentes eos pro Diis colunt.

Insuper Iosephus & alij asserunt Dagon esse Dercetem (quam alij Atergatim vocant) siue Deam Syriam, quæ à Syris creditur in piscem mutata, ideoque specie piscis colitur, ita vt infernè habeat caudâ piscis, supernè faciem hominis, putâ femine.

Quæcirca Diodorus siculus loco iam citato, Anton. Nebrissen. in quinquag. c. 6. Sanchez, Lyran. Abulen. Scaliger, Serarius & alij censent Dagon siue Dercetem esse Venerem. Pisces enim instar veneris luxuriant & mirè prolifcant. Vnde Venus dicitur nata è mari, indeque nuncupatur Aphrodite, ac à Poëtis fingitur in piscem transformata.

Audi Ouid. 4. Metamor. *Dercete quam versè squantis velantibus artus, stagna Palæsthini credunt coluisse figura.* Et Manil. lib. 4.

*In piscem se se Cytheræa nouauit, cum Babylonicas submersa profugit in vndas.* Fauet quod Herodot. lib. 1. tradat Venerem ab Acalonitis mirè coli in templo suo antiquissimo, indeque Cyprios eidem simile templum dicasse.

Porro Gentes suos Deos nominabant & colebant tam specie feminea, vt erat Venus & Dercete, quàm virili, imò vnum eundemque nunc pingebant vt virum, nunc vt feminam, teste Macrobio lib. 3. Satur. 8. Horat. lib. 1. Apol. 12. & Ammon. lib. de Interpret. Vide Serarium in c. 16. Iudic. q. 23. Audi & Rhodiginum lib. 25. c. 5. *Seminamidem*, inquit, deæ cuiusdam Dercetis fuisse filiam fabulosa prodic historia. Eius templum fuerat ad Acalonem Syria ciuitatenu apud stagnum piscibus plenum. Eandem Plinius vocat prodigiosam Atergatim, quod esset facie hominis, & corporis reliqua in piscem desinerent, serunt Venerem factam deæ illi obuiam, quandoq; adolescentis speciosi amorem iniecit, cui permixta Derceto filiam conceperit, &c. At dolore percita Derceto ex facti turpitudine in lacum se precipitem dedit, deformataq; in piscem est.

Tropol. Philisthiim Hebr. idem est quod conserpsi aut consergentes, aut ruinam ponentes, aut ruinam potantes, ait Pagnin. hi sunt homines animales, terreni & carnales, qui colunt Dagon, id est Venerem & ventrem, de quibus ait Apostolus Philipp. 3. *Quorum Deus venter est*: hi sordibus gula & luxuriæ, se alioque conserpunt, ac ruinam potant, quia mortem præsentem ac æternam sibi accersunt, iuxta illud Pauli: *Qui seminant in carne sua, de carne & metet corruptionem.* Gal. 6. 18. Vnde S. Bonauent. in Plalm.

Psalm. 28. I. Dagonem vocans idolum Veneris. Philisthai, ait, posuerunt arcam Domini iuxta idolum Veneris Dagonem: sic mali Sacerdotes, quando ponunt filium Virginis iuxta filium Veneris in altari. Quam atrociter ergo puniet eos Deus, cum tam atrociter punierit Philisthaeos?

VERS. 3. ECCE DAGON IACEBAT PRONVS IN TERRA ANTE ARCAM DOMINI,] quasi ab illa prostratus, illi subiectus, illamque adorans. Nota: Deus hic iniuriam arca, id est sibi super arcam residenti illatam graui poena vlscitur, eaque triplici. Prima, in Dagonem, qui arcam quasi deuictam sibi subditam habebat, prosternendo ante arcam, vt illam adorare videretur. Secunda, in Philisthaeos, eos partim morte, partim morbo ani pudendo mulctando. Tertia, in ipsam regionem, mures immittendo, qui omnia fata & germina depalcerent. Vnde prudenter Theodor. ferm. 10. de Proudident. Deus, inquit, tradita arca maiestatem tuetur, allophylos docens quod non Deum vicissent, sed hominum iniquitatem. Tropol. S. Chrysol. citatus a Glossa Exodi 23. v. 23. Non possunt, inquit, virtutes cum vitiis morari, sed cum a virtutibus vitia fuerint superata. locum quem concupiscentia spiritus possidebat, charitas obtinebit, quem furor ceperat, patientia vindicabit: quem tristitia mortem operans occupauerat, salutaris & plena gaudii letitia possidebit: quem accidia vastauit, excolet fortitudo; quem superbia conculcabat, humilitas honestabit; singulis vitiis expulsi eorum loca virtutes contraria possidebunt. Vnde dicat: Non possunt simul habitare arca & Dagon, id est virtus & vitium, Deus & diabolus. Rursum arca est Eucharistia, quae ab energumenis expellit daemones. Audi Cassian. Collat. 7. c. 30. Communione, inquit, eis sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdictam: quin imo si possibile esset, etiam quotidie eis impartiri eam debere censuerat. Et paulo post: Quae ab homine percepta, eum, qui in membris eius insidet spiritum, seu in ipsis latitare cognoscitur, velut quoddam exurens fugat incendium.

VERS. 4. CAPVT AVTEM DAGON ET DVÆ PALMÆ MANVVM (hoc est ambæ manus extensæ: hæ enim vocantur volæ siue palmæ: hoc signo Dagon fatebatur se victum ab arca, nam si manus in pugnum contraxisset, visus fuisset arcae minari, illamque velle percutere) EIVS ABSCISSÆ ERANT SVPER LIMEN.]

Priori plaga v. 3. Dagon sua sede & folio erat deiectus in terram dumtaxat: at cum illi in suum folium restituere Philisthai, peius mulctatus est, capite scilicet & pedibus, vt quasi truncus iaceret in pavimento. Lucifer pro Exod. 5. v. 1. id est vnaqueque, legens Exod. 5. v. 1. id est centum in Septuag. vertit: & ambo vestigia manus eius ablata crant per partes centum.

Porto videntur alij etiam Philisthaeorum Dij in ceteris eorum vrbibus eadem vel simili qua Dagon poena mulctati, vt insinuat c. 6. 5. per quod mysticè significabatur idololatria: interitus per arca dominicæ, id est Christi & Apostolorum eius aduentum, ait S. Gregor. Angelom. & Beda. Rursum Hugo Victor. lib. 5. Allegor. c. 8. Caput, ait, Dagon significat superbiam diaboli: due palmæ operationem idololatriæ, limen sinem impiæ culturæ.

VERS. 5. PROPTER HANC CAVSAM NON CALCANT SACERDOTES DAGON, & C. SVPER LIMEN.] Tropol. S. Gregor. Sacerdotes Dagon, ait, vsque in hodiernum diem remanent, quia qui per immunda desideria antiquo hosti sacrificet, adhuc est. Qui profectò super templi limen

A calcare refugunt, quia neque immunda suggestionibus, nec malis operibus resistunt. Dagon itaque Sacerdotes sunt, quia est manufactus se idolis non humiliant, concupiscentiarum tamen simulacris per nefaria opera se incuruant.

Porto Gentiles limina templorum Deorum suorum osculatos esse, ex historiis clarum est. Audi Tertul. lib. de corona militis cap. 13. Christianus, inquit, nec iannam suam laureis insamabit: si norit quantos Deos etiam offiis diabolus affinxerit. Iannam à ianna, Limenimum à limine, Forculum & Cardam à foribus & cardimibus.

Sic Christiani limina templorum olim osculabantur, & limina S. Petri etiamnum Romæ osculantur.

ET DEMOLITVS EST EOS,] id est excidit, occidit, perdidit eos, vt patet v. 9. & sequentibus. Prima Dei plaga fuit in Deum Dagonem: hæc verò secunda fuit in ipsos Philisthaeos: multos enim ex eis Deus subita morte percussit, alios morbo fetido afflixit. Nam:

PERCVSSIT IN SECRETIORE PARTE NATIVM AZOTVM.] Fuit hic morbus alui & anita vt intestina eorum computrescerent & per anum foras prominerent. Vnde Vatab. verit vocatque mariscus. Est enim marisca ficus insipida, quæ hian-do aperitur, & sua interna rubendo ostentat, de quibus Martial. lib. 11. Purpurea q. Chelidonia, vilesq. marisce. Inde morbus hic ani marisca dicitur, quia fici iam dictæ habet similitudinem. Vnde Luuenal. Satyra 2. Caduntur tumida medico vidente marisca. Congrua est hæc poena ventii deditorum, quales erant Philisthai, quorum, vt ait S. Bern. non alia est cura, quam cibum ingerere, digerere & egerere. Nam vt ait Christus Matth. 15. 17. Omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur.

Iosephus, & ex eo Theodor. Procop. Dion. Lyran. hunc morbum vocant dyfenteriam, non vulgarem, sed propriam & peculiarem. Theodor. ex Aquila vertit phagedænam, id est cancerum, siue vlcus exedens. Alij apud Franc. Lucam in notis hic vocant cirinnium vel fratigium. Alij luem veneream, Rabbin. Abul. & Genebr. vocant hæmorrhoidas. Sidonius p. 592. Obscenum turgenti pedice morbum. Videtur hic morbus fuisse peculiaris & nouus, adeoque non vnus, sed multiplex, singulariter à Deo vindice Philisthai immisus: nam præter dolores acres, pariebat intestinorum putrefactionem & egestionem.

Porto hic morbus grassabatur per omnes Philisthaeorum vrbes, pagos & villas, vt patet v. 6. nec vlli dignitati, ætati vel sexui parcebat; nec vlllo remedio curari poterat v. 9. durauitque per septem menses c. 6. v. 1. Meminit Herodotus lib. 1. sub medio, huius morbi, sed more Gentilium res Iudæicas deprauiantium vera falsis admisceat, vt notat Iosephus lib. 10. Antiq. c. 1. ait enim, Afcalone esse templum Veneris, quod nonnulli expularint, idcoque mariscis perculli sint.

ET NATI SVNT MVRES.] Tertia fuit hæc plaga murium, qui, vt ait Iosephus, hortos, agros, vineas, omnesque segetes, fruges & fructus depalcebantur, vt fecit plaga ranarum in Agypto, Exodi 8. 1. Hebræi nonnulli addunt, mures hos & mariscis sanguinem luxisse. Addit S. Gregorius lib. 3. cap. 3. momordisse ventrem Philisthinorum, cum eum in secessu exonerare vellent. Causam dat Auditor mirab. factæ Script. apud S. Augustinum lib. 2. cap. 7. Qui misera, inquit, animalia diuino cultu

culta venerantur, per miserissima animalia in aduentu dominicæ legis castigantur; qui tabernaculi Domini interiora, id est arcam extra limites suos protraxerunt, hi interiorum suorum foras prominentium sedes affliguntur clade.

Alia causa erit, si cum Eusebio, Gyraldo & aliis iam citatis dicamus Dagonem fuisse Deum frumenti: quia ergo hunc colebant Philisthai, hinc iuste à Deo muribus puniuntur, vt illi frumentum Dagonis rodant & vorent.

Porto hinc nata est hæresis eorum qui à muribus dicti sunt Musorite, de quibus Philatrius lib. de Hæres. Musorite, ait, sunt quidam nomine qui sorices colunt. qui sub Belo (ego sub Helo seu Heli lego) Sacerdote, cum fuisset capta arca testamenti ab Allophytis, atque ex ira Dei produxisset terra sorices vt eorum fruges deperirent, admoniti à suis fecerunt aureos mures.

Porto mures hos Philisthinorum supernaturales fuere, ait Abulen. quia nulla causa naturalis eos tam subito & in tanto numero producere potuisset.

Denique audi Anton. Magirum in Palestina fol. 241. Nonnulli, ait, in locis Palaestina agris sunt penè deserti ob murium & soricum abundantiam, quos nisi quaedam aues deuorarent, nullam sementem possent facere incolæ.

Similes clades à muribus sæpius illatæ sunt. Vnde M. Varro, ait Plinius lib. 8. c. 29. auctor est à cumculis suffossum in Hispania oppidum, à talpis in Theffalia, ab ranis ciuitatem in Galia pulsam, ab locustis in Africa, ex Gyaro Cycladium insula incolæ à muribus fugatos. Idem lib. 10. c. 68. ait mures è Troade fugatic accolas, ac rationem addit quod mus sit ferundissimus adeo vt ex vno geniti sint 120. Sic Popielus Poloniae princeps à muribus est comestus, quod patruos suos veneno necasset; ex eorum enim cadaueribus mures nati ipsam cum vxore & filiis corroserunt, vt narrat lib. 2. rerum Polonic. Martinus Cromerus.

Idem Hartoni Archiepiscopo Moguntia contigisse scribit Trithemius Chron. Hirlaug. ad annum 967. & Genebr. anno Domini 970. sed id refutat Serarius in sua Moguntia.

VERS. 8. OMNES SATRAPAS,] id est præfectos & principes. Satrapæ, ait S. Thom. lib. 3. de regim. Princ. c. 22. dicti quasi sat parati ad munus suum & ad bellum, vel quali sat rapientes, hoc est diripientes subditos: Ingeniosa est hæc allusio & lusus ingenij. Nam constat Satrapas esse nomen Persicum. Esther. 3. 12. Daniel. 3. 2. Hinc & Herodotus lib. 3. ait Darium regem Persarum Babylonem diuisisse in 28. Satrapias siue præfecturas.

CIRCVMDCATVR ARCA.] Hoc consilium dant Gethæi, quia putabant cladem hanc Azotus accidisse, non ex arca, sed ex natura loci, v. g. ex infecto & pestilente aere, vel influxu maligno astrorum, ait Theod. & Procop. vnde & capite sequenti post circumductæ arcae plagas, adhuc explorant per sortes vaccarum an ab arca, an casu hæc plagæ eis obuenerint. Hinc & Sepr. vertunt: Transseat arca ad nos, quali dicat: non timemus arcam arcaque vinctam, veniat illa ergo ad nos.

Prauum & infidele fuit hoc Gethæorum consilium, quod proinde Deus in ipsos eorumque stirpem retorfit. Sic Iudæi occiderunt Christum, vt eius nomen delerent, & correptiones effugerent. in lib. Regum.

rent; sed per hoc magis eius nomen auxerunt; & vltimum per Titum excidium incurrerunt. Præclare Nazian. Orat. 1. de fuga sua sub finem: Solus, inquit, ex omnibus rebus Deus est, qui nec fuga vitari nec superari potest; cum aliquem arripere ac sub manum & potestatem redigere voluerit, ceteres antouertit, prudentes decipit, fortes subuertit, sublimes contrahit, audaciam mitigat, potentiam premit.

MANVS DOMINI,] id est plaga & percussio Dei, hæc enim apud homines fit manu: manus autem Dei est immensa eius potentia.

ET COMPVRESCEBANT PROMINENTES EX-TALES EORVM,] id est extra siue intestina & viscera putida per anum defluabant, vt contigit Arrio Hæresiarcha.

Hebr. est latuerunt ipsi עֹפְלִים ophelim, id est morbi occulti ani q. d. percussi sunt occulsi & pudendis hæc morbis. Sept. percussi sunt in nariibus. Chald. in constrictionibus. Huc respexit David canens Psalm. 77. 66. Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.

Porto Abulen. quæst. 15. ait nonnullos censere, non tantum Philisthaeos percussos fuisse in secretiori parte natium, sed etiam Hebræos recentiores, qui frequentem sanguinis fluxum seu hæmorrhoidem patiuntur in poenam illius sacrilegij, quo postularunt Christi Domini mortem, clamantes: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Et in hunc sensum interpretantur illud: Percussit inimicos suos in posteriora. Psalm. 77. v. 66. sed prudenter opinatur illos errare, cum nullo Scripturæ testimonio fulciantur.

ET FECERVNT SIBI SEDES PELLICEAS.] Biblia Regia, item Hebr. & Chald. S. Greg. Lyran. & alij hæc omittunt (vide Franc. Lucam in notis hic) habent tamen Sept. correcti, nisi quod sedes pelliceas omittant; sed morbus hic sedes molles exigebat: tales autem sunt pelliceæ. Vnde & Theodor. id videtur legisse. Ait enim eos fecisse sibi sedes pelliceas, id est aureas; sed pro χρυσεῖς, legendum videtur χρυσεῖς, id est pelliceas. Ad quid enim aureæ hoc loco, nisi ad mali & doloris augmentum? Porto Lyran. Dion. Caiet. Mendoza & alij sedes hic pro priè dictas accipiunt, has enim aiunt fecisse pelliceas, vt mollius sederent. Verum noster Sanchez per sedes appositè per Metonymiam intelligit vestes, ad partes illas malè affectas fouendum; ac ad viscera defluentia & emplastra eis inposita conti-nendum. Palaestini enim femoralibus non vtebantur. sedes ergo, inquit, sumitur pro vestes, id est natium integumenta, sicut pes sumitur pro calceo, & corpus pro corporis veste. Sic & Abulen. qui & tertiam causam addit, ne mures partes illas inuaderent & roderent: Huc facit quod Sept. & Aquila hoc versu vertant: Percussit eos in sedibus eorum: in sedibus, id est in natibus quibus sedetur: pari enim modo hic natium tegumenta vocari possunt sedes.

Porto congrua hæc fuit culpæ Philisthaeorum poena; quia enim ipsi suum Dagonem ab arca, folio, sedeque sua deiecerunt in illud restituerant, iuste ipsi morbo puniti sunt in eo membro quo sedere solebant, vt sedere non possent nisi in sedibus pelliceis, eò quod Deo vero folium diuinitatis abnegassent, illudque suo Dagoni assignassent. Ita Theodor. Sedis, inquit, morbum passus sum, qui arcam diuinam impiè locauerunt, nempe apud Deum sedis appellatum. Sic & Procop. Huic simile est quod de

Arriano quodam scribit S. Athanas. in epist. ad Solitar. Vt olim, inquit, Azoti incole ausi arcam attin-

Aliam rationem dat Auctor de mirabil. S. Script. l. 2. c. 7. Quatenus, inquit, qui tabernaculi Do-

Simili viscerum dolore punitus fuit Antiochus ob direpta vasa templi 2. Machab. 9.

Tertiam causam dat Ruper. & Glossa, scilicet Philistinos fuisse pædastatas & masculorum concubitores, ideoque eo membro quo peccarant fuisse punitos.

Symbol. Mendoza: In posterioribus, inquit, Philistini percuntur, vt in tota sua posteritate feriendi significentur; hoc est, non solum in hac vita, sed etiam in futura; nec solum in suis corporibus, sed etiam in suis filiis

CAPVT SEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Philistini remittunt arcam in Israelcum quinque anis & totidem muribus aureis, vt supplicium anorum & murium euadant. Plaustrum ergo eam imponunt, non ab equis, sed à duobus vaccis protracto, explorantes an vacca recta tendant in Israel, an alio deflectant, vt sciant an à Deo Israel, an casu hac plaga eis acciderit. Vacca cum arca recta pergunt in Israel ad terminos Bethsames. Bethsames eam excipiunt, & vaccas in holocaustum offerunt: sed ex eis Deus percussit 50. millia, eò quòd curiosus arcam aspexissent. Quare Bethsames arcam in Cariathiarim mittere destinant.

1. Fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus. 2. Et vocauerunt Philisthim sacerdotes & diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: 3. Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuum, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare non recedat manus eius à vobis. 4. Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi: 5. Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam: si forte releuet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. 6. Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Egyptus, & Pharao cor suum? nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? 7. Nunc ergo arripite & facite plaustrum novum vnum: & duas vaccas foetas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustrum, & recludite vitulos earum domi. 8. Tolleisque arcam Domini, & ponetis in plaustrum, & vasa aurea, quæ exsoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat. 9. Et aspicietis: & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem, minimè: sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. 10. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluderunt domi. 11. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam, quæ habebat mures aureos & similitudines anorum. 12. Ibant autem in directum vaccæ, per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebatur pergentes & mugientes: & non declinabant ne-

A ac nepotibus. Sic Petrus Blesensis epist. 48. comparans improbos Prælatos ac Principes cum Philisthinis: Nonne, inquit, isti in posteriora percussi sunt, quorum finis interitus, quorum posteritas damnata est: vt successor eorum in Ecclesia Dei de cetero non resurgat, iuxta illud Psalm. 77. 66. Opprobrium sempiternum dedit illis. Huc facit illud Amos. 1. 6. Et conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum.

Simili modo Deus puniuit irrisores S. Thomæ Cantuariensis, qui amputatâ equi quo vehebatur, caudâ eum subannabant; sed Deus caudam eis rependit. Nam omnes in posterioribus caudati effecti sunt, nec tantum ipsi, sed omnes eorum posterit vique in hodiernum diem: vt refert Polydor. Virgil. lib. 13. Histor. Anglicanæ.

GRAVISSIMA VALDE MANVS DEI: ] manus, id est vltio, percussio, interfectio. Philo in Antiq. Biblicis numerum casorum ita distinctim assignat: Mulierum in vtero habentium septuaginta quinque millia. Puerorum adhuc infantium & lactantium sexaginta quinque millia. Mulierum nutriendium & lactantium quinquaginta quinque millia. Virorum iam adultorum viginti quinque millia. Omnium simul collectorum ducenta & viginti millia. Verum hic non est Philo, sed Pseudophilo.

que ad dextram, neque ad sinistra: sed & satrapæ Philisthim sequebantur vsque ad terminos Bethsames. 13. Porro Bethsames metebant triticum in valle: & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cum vidissent. 14. Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsames, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustrum, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino. 15. Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsames obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa Domino. 16. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. 17. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthim pro delicto, Domino. Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum: 18. & mures aureos secundum numerum vrbium Philisthim, quinque prouinciarum, ab vrbe murata vsque ad villam quæ erat absque muro, & vsque ad Abelmagnum, super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat vsque in illum diem in agro Iosue Bethsames. 19. Percussit autem de viris Bethsames, eò quòd vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eò quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. 20. Et dixerunt viri Bethsames: Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? 21. Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philisthim arcam Domini, descendite, & reducite eam ad vos.

VERS. I.

SEPTEM MENSIBVS. ] Ita Hebr. Chald. & ceteri. Perperam ergo Iosephus habet quatuor mensibus. In regione Philisth. Sept. in agro, quod Theodor. sic explicat: Cùm, inquit, nulla ciuitas auderet arcam excipere, eam foris reliquerunt sub dio; sic enim docuit Historiographus: Fuit enim, inquit, arca Domini in agro Alienigenarum mensis septem; postquam autem existimauerunt foris manente arca se esse liberos à plagis à Deo immisissis; inuit Deus supplicia etiam rebus inaninis. Immisit enim murium multitudinem in vites & segetes, qui omnes eorum fructus perdidit.

Sic & Procopius: quod sic intellige, non quòd plaga murium tum cœperit, sed quòd tum confirmata sit & aucta. Hinc colligitur arcam à Philisthæis fuisse captam in Septembri, qui mensis apud Hebræos erat solemnis & magna ex parte sacer. Eo enim præter festum Neomeniæ, celebrabant festum Tubarum, & Tabernaculorum per octo dies, item festum Expiationis, ac Cœtus siue Collectæ, vt patet Leuit. 23. Quare illo mense omnia erant plena oblationibus & victimis quas, quia violabant & prophanebant filij Heli, ac multi è populo eos imitantes; hinc eodem mense voluit Deus capi arcam, vt eodem mense punirentur quo grauius in eam peccarunt. Id ita esse liquet ex eo quòd arca capta fuerit in Philisthæa per septem menses, quibus exactis remissa in Bethsames cùm meteretur triticum, vt dicitur v. 13. Hæc autem messis in Palestina fit in fine Aprilis: iam computa retrogrado ordine septem menses ab Aprilis, & incidet in Septembrem iam dictum.

VERS. 5.

QUOD DEBETIS REDDITE EI PRO PECCATO. ] Peccatum intellige ablata arca, ideoque irreuerentiæ Deo Hebræorum illata, præsertim in Philisthinorum opinione & conscientia, ait Abul. Nam alioqui si Philisthini iustum contra Hebræos gerebant bellum, non erat graue peccatum, cum reliquis spoliis arcam quoque religiose transferre. Peccatum autem verum & graue, ob quòd à Deo flagellabantur, erat, quòd ipsi arcam cum suo idolo Dagon collocassent, imò eam Dagoni subiecissent, & quasi trophæum dicassent: sed ipsi, vt pote idololatæ, & cultores Dagon non æstimabant hoc esse peccatum; ideoque Deus eos

Cornel. in lib. Regum.

A percussit, vt inde discerent hoc peccatum æstimare, arcamque esse maiorem Dagonem.

QUINQUE ANOS AVREOS, ET QUINQUE MVRES AVREOS, ] quasi piaculum plagæ anorum & murium, quo Deus Israel vos percussit. Sic solent offerri sanctis effigies membrorum, quorum sanitatem ab eis recepimus, quasi anathemata.

Tropol. docemur hinc peccata nostra licet pudenda coram Deo confiteri, vt hac confessione quasi dearentur. Audi S. Gregor. Quia ad pretium æternæ salutis peccatorum turpitudines atteruntur, stendo deaurantur: Et post pauca: Dum, inquit, commissa attentius legemus, in iustitiæ splendorem membra deauramus. Et mox: Membra, inquit, deaurantur, cùm corpus terrena & carnosa concupiscentiarum seditate deforme in splendore commutatur æternæ vitæ, cùm videlicet per sanctæ conuersationis pulchritudinem radiat, quod in appetitum mundana delectationis peccatorum fetore sordabat, iuxta illud Apostoli. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibeat membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

SI FORTE RELEVET MANVM SVAM A VOBIS, ET A DIIS VESTRIS. ] Hinc patet non solum Dagonem, sed & ceteros Philisthinorum Deos à Deo per arcam fuisse prostratos & afflictos.

ET RECLVDITE VITVLOS (adhuc lactantes) EARVM DOMI, ] retrahentes eos à matribus, scilicet à vaccis in itinere, ac in stabulum recludentes, vt indicant Hebr. & Sept. vt videatis an vaccæ ad vitulos suos lactentes recurrant, an verò cum arca pergant in Israel. Hinc vaccæ erant mugientes, eò quòd à vitulis suis auellerentur.

VERS. 7.

ET POSVERVNT ARCAM DEI SVPER PLAVSTRVM, ] in trinio, ait Iosephus, absque aurigâ, quinque Satrapis Philisthinorum spectantibus, & considerantibus, quam viam sponte sua vaccæ inirent, an eam quæ ducebat in Israel, an aliam. Erant hæc fortes diuinatoriæ, nec à Deo suggeste, ideoque superstitiosæ & illicitæ (Philisthini enim vacabant auguriis & sortilegiis, vt patet ex illo Isaie 2. 6. Augures habuerunt vt Philisthim) sed Deus eas direxit, & per Angelos, vel per diabolos, vt ex Orig. vult Mendoza, sortilegij huius instigatores, incitauit vaccas vt viam in Israel capefferent, vt Philisthæi

VERS. 5.

VERS. 7.

VERS. II.



ex suis fortibus cognoscerent à Deo Israël sibi has plagas fuisse immittas. Sic Deus direxit Necromantiam Pythonisse fuscitantis Samuelem; fecitq; vt non daemon ab ea inuocatus, sed Samuel prodiret, & Sauli mortē meritā prænuntiaret, 1. Reg. 28.

Peccarunt ergo hic Philisthæi, tum quia tentarunt Deum Israël, quem ex tot plagis agnoscere & reuereri debebant; tum quia vtuntur augurio vaccarum, vt explorent an à Deo, an à casu hæc plaga acciderint. Prius negat Abul. q. 18. posterius silet; sed vtrumque asserit Suarez de Relig. tract. 3. lib. 2. cap. 10. §. 11. Legimus in Sanctorum historiis, eorum reliquias ab equis deuectas certo quopiam loco constituisse, vt hoc signo indicarent se ibidem humari & coli velle; sed illa fiebant Dei ductu & instinctu.

Mythicè vacca mugientes & vitulos suos relinquentes, ac portantes arcam rectā versūs Bethsames, id est domum solis, significant prædicatores & Sanctos, qui spiritu Dei acti rectā per mortificationem carnalis affectus erga filios & parentes, & bona opera in cælū concorditer contendunt. Ita S. Greg. Euch. Raban. Ruper. Hugo, Lyran. Dion. & alij. Audi S. Greg. Pergunt vacca quia sancti viri bona incessanter faciunt: mugunt verò, quia carnalia desideria in seipsis extinguere sine magna quotidie tribulatione non possunt. Mugire namque ad laborem edomande carnis pertinet: pergere autem ad perseverantiam bonæ voluntatis. Nam dum contra naturam caro carnales motus comprimere cogitur, velut mugit, dum graditur, quia propria desideria adimplere prohibetur. Et mox: Bene, inquit, duo hec in Sanctorum professione describuntur, pergere, & mugire, quia etsi eis ad supernam patriam festinantibus magna est instantia desiderij, est nihilominus inuincibilis patientia laboris. Probat id exemplo Apostoli dicentis: Ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis, Phil. 3. 14. Et tamen mugiebat dicens: Vidco aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Insuper ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Rom. 7. v. 23. & 24. Sic igitur ait S. Greg. Mugunt vacca, sed pergunt, quia sancti viri, etsi magna sunt tentamenta, quæ perferunt, viam tamen supernæ patriæ non relinquunt. Plura in hanc rem congerit hic noſter Mendoza.

VERS. 12. IBANT AUTEM IN DIRECTVM VACCÆ PER VIAM QUÆ DUCIT BETHSAMITES.] Voluit Deus arcam Bethsames potiùs quàm ad aliam urbem à vaccis duci, quia Bethsames erat vicina Philisthææ, ex qua reducebatur arca (vt patet ex Chorographia Adrichomij) eratque vrbs Sacerdotalis. Sacerdotes autem decebat arcam custodire & curare. Bethsames Hebr. idem est quod domus, id est sedes & ciuitas solis. Fuit à Iudæis ædificata instar Heliopolis Ægypti. Sicut enim vitulos aureos quasi Deos ab Ægyptiis, ita & cultum solis Iudæi acceperunt, ait noſter Sanchez Jerem. 43. in fine capituli. Porro Bethsames hæc non erat in tribu Benjamin, vt scribit S. Hieron. in locis Hebr. nec in tribu Dan, vt vult Adrichom. sed in tribu Iuda, vt disertè dicitur 4. Reg. c. 14. v. 11. Erat alia quoque Bethsames in tribu Nephtalim, vt patet Iosue 19. v. 38. Et alia in tribu Issachar, vt liquet Iosue 19. 22. Vide dicta Jerem. 43. v. 13.

VERS. 14. ET PLAVSTRVM VENIT IN AGRVM IOSUE,] siue Iesu, qui erat typus Iesu Christi; hic enim est Bethsamera, id est incola domus solis, quia ipse vt sol diuinus radios suæ sapientiæ & gratiæ in fideles

suos circumquaque diffundit. Audi S. Iust. Dial. contra Tryphon. Non ad eum venire locum, vnde arca abrepta fuerat: sed in agrum hominis cuiusdam Iesu, seu Iosue dicti, illi cognominis, qui Iesu nomine transfusminatus fuerat: quiq; populum in terram introduxit, & hereditario iure ipsi eam diuisit: in quem agrum cum venissent, confiterunt. Quo facto indicatur, virtute nominis ductus esse: haud aliter quàm prior populus per eum qui nomen Iesu recepit. in terram est deductus.

VACCASQUE IMPOSERVNT SVPER EA HOLOCAVSTRVM DOMINO.] Disputat hic Abul. an hæc immolatio fuerit licita; multaque affert, quæ probant fuisse illicitam: scilicet 1. quòd vaccas feminas sacrificarint, eum ex lege victima deberet esse mascula. 2. quòd extra tabernaculum, & sine altari. 3. quòd à laicis: verum extraordinarius hic casus tam mirabilis reductionis arcæ extraordinarium potestabat sacrificium & gaudium, ait Beda, vt vaccas arcæ baiulas Deo immolarent, idque cotam arca, quæ tabernaculo erat sanctior; verum non nisi à Sacerdotibus: erat enim Bethsames ciuitas Sacerdotalis. Porro altare, erat hic lapis in quo sacrificasse Abrahamum tradunt Hebræi. Lapis autem erat typus Christi, qui est lapis angularis Ecclesiæ.

HI SVNT ANI AVREI.] Hos aureos anos & mures, ait Abulens. q. 13. Hebræi vel in vasa quadam sacra conſtauerunt; vel quasi anathemata, ad diuinæ huius potentia, iustæque vindictæ memoriam conseruauerunt in tabernaculo, æquè ac septentem æneum, Num. 21. & thuribula Core, Dathan, & Abiron, Num. 16.

ET MVRES AVREOS SECVNDVM NVMERVM VRBIVM PHILISTHIVM QVINQVE PROVINCIARVM (quinque Satriparum Philisthinorum quæ porriguntur, seseque extendunt) AB VRBE MVRATA, VSQVE AD VILLAM QUÆ ERAT ABSQVE MVRO, ET VSQVE AD ABEL MAGNVM.] Sicut ergo quinque fuerunt dumtaxat ani aurei, sic & totidem mures aurei dumtaxat à Philisthæis oblati, quia tot erant eorum Satriparæ, & Satriapie. Minus rectè ergo Hebræi apud S. Hier. Caiet. & Magister hist. scholast. sic interpretantur: quasi tot mures aureos obtulerint quot erant vrbes & vici in Philisthæa. Vnde Isidor. Clarius. Altarum, inquit, ciuitatum & locorum homines, audientes consilium Sacerdotum, voluerunt & ipsi offerre Deo Israël anos & mures aureos, timentes quinque præcipuarum ciuitatum oblationem sibi minime suffragaturam.

ET VSQVE AD ABEL MAGNVM, SVPER QVEM POSERVNT ARCAM.] Abel magnus erat lapis magnus, vt vertit Chald. & Sept. & patet ex v. 14. & 15. Hic lapis dictus est Abel, id est luctus, ex luctu Philisthinorum, sicut arca Atad cognominata est Abel ob luctum, quem ob mortem Iacob in ea fecerunt Hebræi Genes. 50. 11. ita Beda, Lyran. Abulen. Hugo, Dion. Vatab. Serar. Mariana, Salius & alij. Secundo Caiet. ex R. David Abel magnum interpretatur planitiem magnam, sic enim Abel pro valle & planitie capitur Iudic. 7. v. 23. Tertio S. Hier. in Quest. Procop. Angelo. Ruper. per Abel magnum intelligunt ciuitatem magnam, puta Bethsames, de qua paulò antè actum est: hæc enim dicta est Abel, inquit, ob luctum caërorum ciuium qui arcam inspexerant. Prima sententia vti communior, ita & verior est.

PERCVSSIT (id est occidit) AVTEM DE VIRIS BETHSAMITIBVS EO QUOD VIDISSENT ARCAM

Bethsamera  
vici. Cur?

CAM DOMINI,] inactam & nudam: hoc enim sub pœna capitis vetitum erat Num. 4. ita Abul. q. 26. imò quòd introspeissent, vt viderent num Philisthæi tabulas legis ex ea sustulissent, vel quid aliud ei impofuissent: vnde ex Hebræo veritas, eò quòd inspeissent in arcam. Ita Serar. Vatab. Clarius, R. Salomon asserit Bethsames arcam spreuisse: Hugo Victor. in agro reliquisse, nec in urbem inuexisse. Lyran. tres alias causas addit. Prima: quòd inani letitia gestierint. Secunda: semellas sacrificarint. Tertia: nullis arcam luminibus ante ipsam ardentibus venerari sint. Sed harum prima ficta est. Secunda, eorum tantum Sacerdotum fuisset qui sacrificarunt. Tertia nulla est, cum nec in deserto luminaria huiusmodi prælati sint, tantumque in tabernaculo candelabrum fuerit. Exod. 26. 27.

Vera ergo causa percussiois fuit, quòd Bethsamera quæ ex Philisthæa redierat velamentis suis cooperta, iis nudarint, nudamque intuiti sint; quod ne Leuitis quidem licebat sub pœna mortis, vt patet Num. 4. v. 5. & 20. Tanta erat arcæ religio, quia ipsa erat Dei quasi sedes & solium, qui in ea quasi inuisibilis degere, & occultari volebat.

Aliq. Arca continens manna repræsentabat Eucharistiam, quam qui irreuerenter aspiciunt & indignè sumunt, morte præsentem sæpe puniunt, & semper æterna punientur, vt docet Apost. 1. Corinth. 11. 30. ita Dion. Hac de causa Sacerdos in Missa extremas digitorum partes abluunt: Vt qui iam antea lotus est; ait S. Dion. Eccles. hier. c. 3. nullam aliam nisi tantum summitatum extremitatūque suarum lotionem adhibeat. Per quam profectò supremam munditiā illud consequitur, vt castissimo in habitu diuine speciei constitutus, ad diuinæ bonitatis imaginem prodeat, vinculis omnibus mortalium affectuum liber atque expeditus. Et paulò post. Eos, inquit, qui ad sacramenta caelestia conficienda accedunt, ea oportet esse munditia, vt ipsas quoque anime extremas imagines purgatas habeant.

Audi Chrysoſt. hom. 60. ad popul. Quo non oportet esse puriores, tali fruente sacrificio: quo solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc diuidentem? Os quod igne spirituali repletur? Linguam que tremendo nimis sanguine rubescit? Cogita quali sis insignitius honore; quali mensa fruaris: quod Angeli videntes horrescunt, neque libere audent intueri, propter emicantem inde splendorem; hoc nos pacemur; huic nos vnimur, & facti sumus vnum Christi corpus, & vna caro.

Denique B. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 6. Si, inquit, Redemptor noster tantoperè dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero nasceretur, sed etiam à nutritio virgine tractaretur; & hoc, cum adhuc puerulus vagiret in cunis; à quibus nunc obsecro

A tractari vult corpus suum cum iam immensus regnat in caelis: Si mundis attingi manibus volebat in præsepio positus: quantum corpori suo nunc vult adesse munditiā, iam in paterna maiestatis gloria sublimatus?

ET PERCVSSIT DE POPVLO SEPTVAGINTA VIROS,] primarios, eò quòd septem mensibus reliquissent arcam in potestate hostium, nec quid periculi bellici, ait Theodor. & Procop. pro ea suscipere voluissent. Hoc incertum est: certior causam iam dedi. S. Greg. Angelo. & Rabbi- ni dicunt eos fuisse Iudices, vel nobiles, Chald. Senes populi.

ET QVINQVAGINTA MILLIA PLEBIS.] Ita & Sept. & Chald. Sed cur ob tam leuem aspectum & culpam, tot millia percussa? Iosephus, Hebræi, S. Hier. in Quest. Ruper. Dion. Isidor. Clarius, Lyran. & Abulen. aiunt 70. tantum fuisse percussos: quare hic mendum irrepuisse; ac tollendum quod & 50. millia plebis, ait Abulen. vel ita exponendum quasi dicat, illos septuaginta viros ad eò eximios fuisse, vt æquiparentur 50. millibus plebis, ait Lyran. Sicut lib. 2. 18. vnus Dauid dicitur esse instar decem millium. Denique ex Hebr. sic veritas: Et percussit de populo 70. viros ex quinquaginta millibus virorum, qui præsentem erant, vt quod Noſter vertit, & 50. millia plebis, explices in nominatiuo, q. d. & 50. millia plebis aderant, videbantque hanc 70. stragem. ita Serarius.

Verum 50. millia plebis percussa fuisse à Deo, clarè indicat nostra versio, æquè ac Sept. & Chald. Fuit enim plaga hæc magna, vt dicitur vers. 19. Quare mirare & admirare hic iudiciorum Dei seueritatem, æquè ac in clade Sodome & diluuij sub Noë. Ita S. Greg. Theod. Euch. Angelo. Ruper. Dion. Mariana, Mendoza & Salius. Arca enim repræsentabat Deum, cuiusque erat thronus & solium.

Mythicè S. Greg. Qui sunt, ait, Bethsamera percussit, nisi falsa contemplatione decepti heretici? dum arcam videre in lapide præsumerent, percussit sunt: qui cum Domini ac Redemptoris nostri sacramenta indigni discernerent, æterna damnationis laqueis, per fallaciam sunt depreſi erroris.

Rursum discere hæc qua veneratione & cautela sacra vasa tractare debeamus.

MISERVNTQUE NVNTIOS AD HABITATORES CARIATHIARIM.] Siue quia erant viciniore ad quos proinde citius posset Arca transferri: siue quia fortiores, qui proinde Arcam à Philisthinis, si eam repetere vellent, faciliùs tuerentur; siue quia nobiliores, apud quos proinde Arca maiori cultu ac veneratione seruarietur. Ita Mendoza.

CAPVT SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Arca Bethsames transfertur in Cariathiarim: anno à translatione vigesimo, Samuel Israëllem renouato fœdere planè ab idolis purgat, & vni Deo astringit. Inde ingruentibus Philistinibus orans & sacrificans per tonitru eos percellit: vnde percussos cadunt Hebræi, adeo vt toto tempore Samuelis fuerint humiliati. Quare Samuel quietè iudicauit Israëllem per omnem vitam suam.

Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius sanctificauit.

cauerunt, vt custodiret arcam Domini. 2. Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus) & requieuit omnis domus Israël post Dominum. 3. Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israël, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth: & preparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. 4. Abstulerunt ergo filij Israël Baalim & Astaroth, & seruiuerunt Domino soli. 5. Dixit autem Samuel: Congregate vniuersum Israël in Masphath, vt orem pro vobis Dominum. 6. Et conuenerunt in Masphath: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphath. 7. Et audierunt Philisthiim quod congregati essent filij Israel in Masphath, & ascenderunt Satrapæ Philisthinorum ad Israel. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt à facie Philisthinorum. 8. Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum. 9. Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudiuit eum Dominus. 10. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthiim iniere prælium contra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israel. 11. Egressique viri Israel de Masphat, persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos, vsque ad locum qui erat subter Bethchar. 12. Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Masphath & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. 13. Et humiliati sunt Philisthiim, nec appropinquauerunt vltra vt venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos, cunctis diebus Samuelis. 14. Et reddita sunt vrbes, quas rulerant Philisthiim ab Israel, Israeli, ab Accaron vsque Geth, & terminos suos: liberauitque Israel de manu Philisthinorum, eratque pax inter Israel & Amorrhæum. 15. Iudicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ: 16. & ibat per singulos annos circuiens Bethel & Galgala & Masphath, & iudicabat Israelem in supradictis locis. 17. Reuertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem: edificauit etiam ibi altare Domino.

VERS. 1.

VENERUNT ERGO VIRI CARIATHIARIM A ET REDIERUNT ARCAM.] Audi Adrichom. pag. 22. Cariathiarim. i. vrbs Syluarum, qua. & Cariath baal, & Balis, Baala, interdum Baal & Pharasim, & coniunctum Baalpharasim. Hieronymo etiam Iarim. Est de Ierusalem ad quatuor milliaria, & dimidium contra Occidentem euntibus Diopolim. Hiero. ait milliario vno. Vrbs prius Gabaonitarum, postea tribus Iude, est: que terminus tribus Iude & Benjamin. sita in colle. In hac mansit Arca Domini annis 20. in domo Abinadab, que erat in Gabaa, id est in excelso, donec à Davide transferretur Hierosolymam. De hac fuit Zacharias F. Ioiada, quem occiderunt inter templum & altare. De hac fuit Vrias propheta, quem interfecit Ioachim rex in Ierusalem.

ELIAZARVM AVTEM FILIVM EIVS SAN-

CTIFICAVERVNT.] id est consecrauerunt per Architob Pontificem in vrbe Silo degentem; vel in Leuitam, vt vult Abulen. Theod. Procop. & Caiet. vel in Sacerdotem, vt censer Angelo. Hugo & Dion. Erat enim vir iustus, ait Iosephus: Aut sanctificauit, id est elegerunt, designauerunt, aptauerunt, & præfecerunt eum custodia Arca: ita & Chald. Ioseph. Abulen. Clarius, Vatab.

ERAT QUIPPE IAM ANNVS VIGESIMVS.] VERS. 2. translationis, & commorationis arca: in Cariathiarim; & consequenter erat annus vigesimus à morte Heli, & à principatu Samuelis, qui Heli successit. Nam eodem circiter anno quo capta est arca, & reducta, ac à Bethlames translata in Cariathiarim, mortuus est Heli, ac Samuel ei successus est: ita Lyran. Abulen. Salianus, Mendoza, & alij; licet Caiet. Genebr. & Melchior Canus lib. 11. de locis c. 5. & ex eis Serarius, censent Samuelem post hos 20. annos exactos demum cepisse iudicare Israelem, & concionabundum obire prouinciam vt omnes ab idolis ad Dei cultum traduceret. Vnde & S. Hieron. (vel quisquis est Auctor) in Quæst. A tempore, inquit, quo reprobatum est sacerdotium Heli, vsque ad Samuelis ducatum, viginti fuerunt anni miseriarum & seruitutis. Verum Samuelem statim à morte Heli iniisse principatum, patet ex Chronologia quam assignauit Iudic. 3. & 4. Porrò mansit deinceps arca in Cariathiarim vsque ad septimum annum regni Dauidis, qui illam inde, vt dicitur. 1. Par. 13. v. 5. clarè & expressè, transtulit in domum Obededom; inde in montem Sion; inde tractata est

VERS. 2.

in templum à Salomone fabricatum. Licet S. Hier. Angelo. & Lyran. arbitrentur arcam à Cariathiarim post annum vigesimum translata fuisse in Maspha; inde in Galgala; inde in Nobe; inde in Gabaa; inde in domum Obededom; eò quod hic in locis sacrificatum legamus. Verum hoc non euincit arcam ibidem fuisse. Nam extra locum Tabernaculi & arca, sæpe ob causas extraordinarias & peculiare sacrificauerunt Hebræi. Ita Abulen. alias ordinariè sacrificia immolabant non vbi erat arca, sed vbi erat Tabernaculum; in eo enim erat altare holocaustorum sacrificij deputatum. Tabernaculum ergo fuit separatim ab arca, ac à Silo translatum in Nobe, & inde in Gabaa ante tempora Saulis, cum arca esset in Cariathiarim. Vnde arcaeducta fuit à Saule ad prælium c. 14. & post prælium reducta.

ET REQUIEVIT OMNIS ISRAEL POST DOMINUM.] Legit Interpres cum Chald. ianuchis à נוח noach, id est quiescere. Iam legunt iinnabu à נחב naha, id est lamentari. Vnde Vatab. vertit: Et lamentatione quadam post Dominum vniuersa domus Israel anhela fuit. Abulen. Et festinauit post Dominum. Idem est sensus, sed neruosior, q. d. totus populus Israël territus clade Heli & plagis à Deo per arcam illatis, per 20. annos quieuit in vero cultu vnius Dei, idque hortante & instigante Samuele, vt sequitur: etiam si nonnulli adhuc non publicè, sed priuatim colerent Baalim & Astaroth, hæc enim v. seq. abstulit Samuel, vt simul auferret ab eis iugum Philisthinorum, quod à tempore Heli hucusque subierant in cultu idolorum, vt miseris fatigati, ab iis ad Dei veri fidem cultumque redirent. Ita Lyran. Caiet. Dion. Salian. Tornielius, Mendoza, & alij. Audi Iosephum 6. Antiq. c. 2. Cum populus toto hoc vicennio votis & sacrificiis operam daret, magnamq; religionis & cultus diuini curam præ se ferret; Samuel animaduersa eorum promptitudine, putans se natum occasione adhortandi ad libertatem, & bona qua illam consequantur, orationem & tempori accommodans, & negotio, verba in hanc sententiam ad eos fecit.

Contrarium tamen censent Hebræi apud S. Hier. scilicet hos 20. annos fuisse idololatriæ, miseræ & seruitutis, qua Hebræi ob idola oppressi fuerunt à Philisthinis: Sic & Abulen. & Serarius. Tropol. Disce hic in orbe vniuerso non esse veram quietem nisi in Deo Dei que amore & cultu. Hic enim parit quietem conscientia; quietem cum proximis, quietem ab hostibus, quietem à tentationibus. Audi Dion. Carthuf. Conquiescere studeamus in Deo, ipse est enim finis noster, ad quem semper respicere & aspirare debemus; in quo solo vera & salutaris quies consistit, & in ipso per fidem, sapientiam & virtutes desigimur. Optimum est enim gratia stabilire cor. Hebr. 13. v. 9. Impij autem in circuitu ambulanti. Psal. 11. v. 9. Quoniam rebus vanis, caducis & variabilibus, magis quam summo & incommutabili bono inhereant. Et hæc ipsa inhesio tam inordinata peccatum est, & agitatio mentis. Nam sicut virtutes mentem in Deo stabilunt & quietant, sic passionis & vitia inquietant & nutantem & gyronagam reddunt.

VERS. 3.

PREPARATE CORDA VESTRA DOMINO.] Audi S. Greg. Cor Domino preparat qui mentem non solùm ab immunda cogitatione separat; sed etiam cogitationum, anctorum ac virtutum fulgoribus illustrat, vt velut abiectis & comminatis idolis, se Dei templum efficit; dum illic diuina gratia sedem erigit, vbi reprobos

spiritus manere per praua desideria non permittit. Et Theodor. in Psalm. 9. 1. Proprium, inquit, est perfectiorum hominum totum cor Deo dedicare & omnem mentem ipsi consecrare. Qui enim partium cogitationes in mammonam, & Deum; in Christum, & in aurum; in presentem vitam, & in futuram, non potest verè dicere: Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

CONGREGATE VNIVERSVM ISRAEL IN MASPHATH, VT OREM PRO VOBIS DOMINVM.] Erat enim Maspha locus editus, regni sedes, utpote in quo Samuel iudicabat, id est ius dicebat, ideoque conuentu hominum celeberris, ac proinde comitis, concioni & orationi aptus. Vnde Maspha Hebr. idem est quod, specula; qualis solet esse in monte vel turri. Hic ergo Samuel renouat & instaurat fœdus populi cum Deo.

HAUSERUNT AQVAM ET EFFVDERVNT IN CONSPECTV DOMINI,] in signum penitentia; qua perfectè idololatricæ & peccatis renuntiabant, q. d. Sicut aquam hanc, sic & cor nostrum, omniaque eius vitia effundimus coram Domino, profertentes, nos ea detestari, penitere, & aquam hanc vice lacrymarum fundere. Vnde Chal. Effuderunt cor suum in penitentia. Rabbini. Hauserunt lacrymas è pectore cordis sui. Quid est, ait S. Gregor. aquam haurire, nisi de profunda animi penitentis confusione, lacrymarum fluxu producere? velut enim aquam haurimus, dum quàm profunda iniquitate cecidimus, considerantes plangimus. Aquam ergo pro lacrymis effundebant q. d. optaremus pro peccatis tot lacrymas fundere, quot sunt guttæ in situla: sed quia id facere nequimus, nec lacrymas in manu habemus, hinc pro eis aquas effundimus.

Sic & Abulen. Caiet. Vatab. Sanchez & alij, qui sic exponunt q. d. Sumus coram te quasi aqua effusa. Fuit ergo hæc aqua effusio, signum candida; & sinceræ contritionis, q. d. Nos terram totam nostris sceleribus maculauimus; optamus ergo illam hac aqua ablueri, significantes nos optare tantam vim lacrymarum è corde contrito profundere, quæ toti terræ humectanda; & purganda; sufficiat. Sic Aqua effusa Dauid ait Psal. 6. 7. Lauabo (Hebr. נחשתי asche, id est sic quid non est natara faciam) per singulas noctes lectum meum: & lacrymis meis stratum meum rigabo.

Rursum aqua huius effusione significat se optare, vt peccata ipsorum planè delcantur & pereant, sicut perit aqua effusa, ita vt ne gutta quidem culpæ vel pœnæ in ijs remaneat. Perperam ergo Rabbini nonnulli censent Hebræos aquam hanc libasse, id est sacrificasse Deo. Alij, hanc aquam fuisse certis execrationibus maledictam, vt ea hausta, labia idololatrarum sibi ad hærescerent, nec diuelli possent; indeque Samuelem agnouisse idololatrias, eosque morte puniuisse; vt hæc aqua fuerit similis aquæ Zelotypiæ. Numer. 5. Alij censent Hebræos aqua hac abluisse cinerem capiti inspersum in signum luctus & penitentia;.

ET IEIUNAVERVNT.] Ecce hic tres actus penitentia; scilicet contritio significata in effusione aqua; Confessio, cum dicunt, peccauimus Domino. Satisfactio, cum ieiunant. Hoc enim ieiunium non erat Onasim id est coactionum, siue à lege præceptum, sed Conasim, id est voluntarium & sponte à penitentibus susceptum. Nam vt ait S. Gregor. Dum mensendo compungitur, necesse est etiam vt caro, quæ delectationibus subiaccit, affligatur. Audi S. Hier. lib. 2. contra Iouin. Congregatum, inquit, Samuel populum in Masphath

Ieiunij commoda.

phath indico ieiunio roborauit. & fecit hostibus fortio- rem. Et S. Leo. serm. i. de Quadragesima, ubi agens de Hebraeis hoc loco ieiunantibus: Ut superare, inquit, hostes suos possent, vires animi & corporis indico sibi reparare ieiunio. Et post pauca: Abstinentes ergo a cibo & potu, seuera sibi castigationis adhibere censuram, & ut hostes suos vincerent, gula illecebram in se ipsis ante vicerunt.

Et Tertul. lib. de Ieiunio c. 7. In aquatione apud Maspham, inquit, congregatus a Samuele populus ita statim ieiunio delictum deleuit, ut periculum praelij simul fugerit, imò victoriam obtinuerit. Nam ut subdit Tertul. Ceriderunt pastos impasti, armatos inermes: haerant vires ieiunantium Deo, calum pro huiusmodi militat: habes formam praelij etiam spiritualibus bellis necessariam. Audi rursum S. Leonem serm. de Ieiunio decimi mensis: Ieiunia, inquit, nos contra peccata faciunt fortiores, concupiscentias vincunt, tentaciones repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bona voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt.

Porro S. Athanas. lib. de Virgin. Vide, inquit, quid faciat ieiunium: morbos sanat, distillationes exsecrat, demones fugat, malisq; cogitationes expellit, & mentem nitidiorum reddit, & cor purgatius, & corpus salubrius, & ad thronum Dei hominem sistit.

Denique S. Ambros. de Elia & Ieiunio cap. 3. Quid est, inquit, ieiunium, nisi substantia & imago celestis? Ieiunium refectio animae, cibis mentis est: Ieiunium vita est Angelorum: Ieiunium culpa mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiae, fundamentum castitatis.

PECCAVIMVS DOMINO. ] Praclare S. Ambros. lib. 2. de Penit. c. 8. Nouit, ait, omnia Dominus, sed expectat vocem tuam, non ut puniat, sed ut ignoscat: non vult ut insulset tibi diabolus, & celantem te peccata tua arguat. Praueni accusatorem tuum: si te ipse accusaueris, accusatorem nullum timebis: si te detuleris, ipse estis mortuus fueris, reuivisces.

Idem lib. 2. de Abel. c. 9. Confessio, ait, poenarum compendium est. Idem in Psal. 35. Iustus, inquit, nouit quemadmodum peccatorum suorum vincula dissoluat, nec expectat accusatorem, sed prauenit, ut confitendo suam alleuet omne delictum, nec habeat quod aduersarius criminetur. Vocem enim eripit aduersario, & quasi dentes quosdam paratos ad praedam criminatiõnis infesta, peccatorum suorum confessione constringit.

IVDICAVIT SAMVEL FILIOS ISRAEL IN MASPHATH. ] Iudicauit, id est iudicandi potestatem exercuit; lites iudicè definiendo, dissolutos arguendo, reos puniendo, dissidia componendo, dubia resoluendo, &c. Vnde Hebraei apud S. Hier. Iudicauit, inquit, id est, idololatrias morte puniuit.

Porro vrbes dictae Masphath, fuere quatuor: Prima in tribu Gad. Iosue 13. 26. Secunda in dimidia tribu Manasse ad radices Hermon, quae fuit patria Iephte. Iudic. 11. Tertia trans Iordanem in terra Moab, de qua I. Reg. 22. 3. Quarta haec nostra in confinio tribus Iuda & Benjamin, in qua erat orationis locus, ideoque ad eam crebro conueniebant Hebraei. Alibi Maspha vel Masphe vocatur. Hanc postea aedificiis muniuit Asa rex Iuda, & in ea habitauit Godolias. 4. Reg. 25. Et Ieremias propheta c. 40. 41. Nota: arca non erat in Masphath, ut nonnulli coniciunt ex hisce Samuelis comitiis ibidem peractis, sed in Cariathiarim, ut ostendit initio Capituli.

Mythicè S. Greg. In Maspha, ait, Sacerdos iudicat, cum non humanam arbitrium sequitur, sed diuinum, &c.

Quatuor vrbes nominatae Masphath.

Et antea: Afflictio poenitentiae ad delenda peccata tum demum idonea est, cum sacerdotis fuerit iudicio imperata, cum ab eo conscientium actibus discussis, pro modo criminis omnis ei decerneretur afflictio.

ASCENDERUNT SATRAPAE PHILISTHINORVM AD ISRAEL. ] id est contra Israeël, nimirum cum valido exercitu ad eum profugandum, & comitia dissipandum: quia suspicabantur Hebraeos sibi velle rebellare, & iugum excutere; uti re vera per Samuelem excusserunt. Ita Dion. & Caiet.

Tropol. S. Gregor. Ablatis, inquit, Diis alienis, peracto ieiunio exhibita a Praedicatorum censura examinis, ad Israeël Philistinorum Principes ascendunt; quia cum altiori vita proficimus, maligni spiritus, qui semper bene agentibus inuident, nobis infestiores sunt. Quocirca S. Bernar. in serm. de Conuers. ad Clericos c. 18. Quotidianis, inquit, distemus experimentis, eos qui conuertit ad Deum delibent, tentant acris ad concupiscentiam carnis, & virgeri grauius in operibus luti, & lacrum, qui Aegyptio egressi, & Pharaonis imperium effugere moluntur.

TVLIT AVTEM SAMVEL AGNVM LACTENTEM, ET OBVTIT ILLVM IN HOLOCAVSTVM INTEGRVM DOMINO. ] Hinc patet Samuelem, licet ex stirpe dumtaxat esset Leuita, ex Dei tamen dispensatione extraordinarium fuisse Sacerdotem, non tamen summum Pontificem, licet id velit Serarius. Vide dicta c. 2. 35. Eodem modo dispensauit cum Samuele Deus, ut extra Tabernaculum & altare holocaustorum, sacrificaret in Maspha.

Sed cur dicitur hoc holocaustum integrum? Responsum, id est indiffectum: solebat enim victima in partes dissectari, itaque in altari comburi: hoc vero ob ingruentes hostes Philistinos dissectari non potuit, sed integrum fuit arae impositum. Alioqui in omni holocausto tota & integra hostia debebat Deo comburi. Ita Sallianus.

FACTVM EST AVTEM, CVM SAMVEL OFFERRET HOLOCAVSTVM, PHILISTHIM (& principes Tyriorum, ut addit Eccles. c. 46. 21.) INIERE PRAELIUM CONTRA ISRAEL: INTONUIT AVTEM DOMINVS FRAGORE MAGNO IN DIE ILLA SVPER PHILISTHIM, ET EXTERRVIT EOS. ] cum adhuc agni victima arderet, inquit Ioseph. perterritus Dominus hostes fulmine, tonitru & terra motu. Sic Deus per fulmina contriuit exercitum Pharaonis in mari rubro, ut dixi Exodi 14. Et Chananeos per Iosue cap. 18. 11. & barbaros, per legionem fulminatricem sub Antonio Imper. teste Euseb. lib. histor. 5. c. 5. Et Eugenium tyrannum, per Theodos. Imper. de quo audi Orosium lib. 7. histor. c. 35. Dominum Christum solus solum corpore numi fufus, mente caelo fixus orabat: Debinc, postquam in formam noctem precum continuatione transiit, & testes propemodum, quas in precium praesidij celestis appenderat, lacrymarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit. Hinc felix pugna successus. Continud, inquit, magnus ille & ineffabilis turbo ventorum, in ora hostium ruit: ferebantur per aërem spicula nostrorum, atque ultra mensuram humani tactus, manu in aëre portata nusquam propemodum cadere, priusquam impingerent, sinebantur. Tela etiam, qua hostes vehementer intorserant, excepta ventis, imperi supinata ac retrorsum coacta, infeliciter configebant.

Tropol. S. Greg. Tonitrua nubium ait, sunt feruentia electorum desideria, quibus suggestiones maligni spiritus expellunt. Imperfecta enim Christianorum desideria, demonibus terribilia non sunt. Fragar magnus ergo tonitru perfectum est vnusquisque desiderium electi. Cum igitur

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 10.

igitur fragore magno super Philistheos Dominus intonat, tunc a filijs Israeël caduntur; quia dum electorum mentem perfecta deuotio ad superna gaudia erigit, omne quod aduersa parti militat, a se penitus abscondit. Bene quoque prius territi Philisthai, deinde a filijs Israeël cadi memorantur: nam terretur electorum deuotione, caduntur opere: & quia opere deuotio prior est, terretur prius, postea vero cadi rectè perhibentur. Nam prius donum bonae voluntatis a Domino accipimus, ut consilia malorum spirituum postmodum confutare valeamus. Bonè etiam Dominus super Philistheos intonare, & exterrere eos dicitur, filij autem Israeël illos cadere perhibentur; quia bona desideria nobis per diuinam gratiam ministrantur, sed nos dona gratiae per conatum liberi arbitrij ad virtutum victorias promouemus.

PERCVSSERVNT EOS VSQVE AD LOCVM QVI ERAT SVBTER BETHCHAR. ] Bethchar erat vicus ita dictus a copia agnorum, Car enim agnum significat: nisi dicas ab agno à Samuele hic immolato locum ita nominatum: agnus enim hic fuit causa victoriae.

Porro Bethchar erat in tribu Iuda, vicinus Bethsames, ait S. Hier. in Abenezet, nec longè ab Apherse, & lapide adiutorij.

Mythicè S. Greg. Bethchar, id est domus agni, notat vitam & conuersationem Christi, ad quam omnes contendere debemus, etiam si ad illam pertinere non possumus: Quia, inquit, per indignitatem conatum certaminis, contendere debemus ad arcem perfectionis, ubi iam tantò sinu hostibus nostris terribiores, quanto Redemptori nostro viciores.

LAPIS ADIVTORII. ] S. Cypr. l. 2. Testimon. veritatis lapis adiutor. Hic lapis fuit perenne monumentum victoriae, Hebraeis per preces Samuelis à Deo concessa. Sic locus celestis victoriae à Deo Carolo Magno datae appellatur vict Mons adiutorij, teste Crantzio lib. 2. Saxoniae c. 4.

ERATQVE PAX INTER ISRAEL ET AMORRHAEVM. ] hoc est inter Iudaeos & Philistinos: hi enim vocantur hic Amorrhaei, quia ipsi occupauerant ista loca Amorrhaeorum, vnde censabantur Amorrhæi, hoc est esse à septem gentibus incolentibus terram Iudaeis à Deo promissam.

IVDICABAT QVOQVE ISRAELEM CVNCTIS DIEBVS VITAE SVAE. ]

ET IBAT PER SINGVLOS ANNOS CIRCVIENS BETHEL ET GALGALA ET MASPETH. ] Ideam hic perfecti Iudicis & Principis exhibet Samuel circumeundo vrbes Israeël, totumque se subditorum commodis impendendo, nec vlli labori parcendo, sed continè iudicando, id est lites decidendo, dissidia componendo, pacem & concordiam inter omnes redintegrando firmandoque, regendo, iubendo, castigando malos, bonos praemiando toto tempore vitae suae, ita tamen ut in senio filij eum adiuairet, ac tandem ipse Saul cum à Samuele rex creatus est. Nam quamdiu Saul fuit probus & Deo obediens, Samuelem quasi in principatu socium, imò prophetam coluit, ut patet c. 11.

v. 7. Improbus verò & inobediens effectus, permittit tamen Samuelem in sua vrbe Ramatha degere, & omnium qui ad eum recurrerent, ibidem lites dirimere. Hinc patet Samuelem tempore Saulis regis iudicariam potestatem retinuisse, ac cum Saule iudicasse populum, vsque ad finem vitae. Porro Samuel & Saul simul praefuerunt populo per annos 40. Act. 13. Quos annos variè distribuunt. Noster Sallianus censet Samuelem solum iudicasse populum per annos 23. deinde anno 24. regem creasse Saulem, ac cum eo perrexisse iudicare per annos sedecim, tum que vita functum, ita ut Saul post mortem Samuelis solus regnarit annos dumtaxat duos, de quo rursum inferius agendum. Denique quomodo Princeps rectè Rempubl. iudicare & gubernare debeat, paucis, sed netuosis indicat Politicus: Curet, inquit, ut in foro sit fides, in ciuitate iustitia, equitas in iudicijs, auctoritas in magistratibus, in senatu maiestas, & in iudicijs grauitas. Discordiam à curia summoaueat, omnibus rectè faciendi aut incuriat voluntatem, aut imponat necessitatem; dominium à latrociniorum metu seruet immune, fortuita non ciuium tantummodo, sed vrbius damna munificentia vindicet, honor digni paratissimus sit.

Qui sunt, inquit, dies vnusquisque Doctoris, nisi virtutum spiritualium claritates; Omnibus namque diebus vita sua Israelem iudicat, qui lucem iustitiae, quam loquendo asserit, ad subditorum fidelium exemplum perfectione repraesentat bonae conuersationis. Qui autem virtutum spiritualium lucem non habet, quia ad docendum assumit bona conuersationis extraneae, diebus profecto iudicat vitæ aliena.

Denique Samuelem imitentur Principes & Praelati, ut prouincias obeant & visitent. Vnde Concil. Trident. Sess. 24. cap. 3. de reformat. ita sancit: Patriarchae, Primates, Metropolitanis, & Episcopi propriam Dioecesim per se ipsos, aut si legitime impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, aut visitatorem si quot annis totam propter eius latitudinem visitare non poterint, saltem in auiorem eius partem ita tamen ut tota biennio per se vel visitatores suos compleantur; visitare non praetermittant.

Sic Iosaphat rex obibat vrbes Iuda, omnes adhortans ad pietatem, & vbique incorruptos Iudices constituens, maximè verò in Ierusalem. Dicebat enim, inquit Ioseph. lib. 9. Antiq. c. 1. rectum iudicium constitutum esse debere in ea ciuitate, in qua & templum Dei, & habitaculum erat regis. Sic Paulus cum Barnaba visitabat Eccles. Act. 13. v. 36.

EDIFICAVIT ETIAM IBI (in Ramatha ubi habitabat) ALTARE DOMINO. ] ut in eo crebro sacrificaret, Deumque toti Israeël placaret. Licet enim Samuel non ex stirpe, sed ex Dei dispensatione extraordinarius esset Sacerdos, tamen potestas haec Sacerdotij fuit in eo, non ad vnum alterumve dumtaxat sacrificandi actum, sed constans, stabilis & perpetua per omnem vitam, ut quoties vellet, & ubi libet sacrificaret: vnde à multis Patribus Samuel vocatur Sacerdos, ut dixi c. 2. v. 35.

VERS. 17.



CAPVT OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hebraei à Samuele sene ob filiorum eius improbitatem postulant Regem. Hac postulatio displicuit Deo, & Samueli; unde Samuel iura & onera Regalia in iussu Dei eis enarrat, & pronuntiat v. 11. Sed Hebraei in postulatione regis persistentes v. 19. iubet Deus, ut eis acquiescat, regemq; constituat.

1. Factum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel. 2. Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee. 3. Et non ambulauerunt filij illius in viis eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. 4. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha. 5. Dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis: constitue nobis regem, ut iudicet nos, sicut & vniuersae habent nationes. 6. Displicuit sermo in oculis Samuelis, eod quod dixissent: Da nobis regem, ut iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. 7. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quae loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. 8. Iuxta omnia opera sua, quae fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruiuerunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi. 9. Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen contestare eos, & praedic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. 10. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se regem; 11. & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & praecursores quadrigarum suarum, 12. & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum & curruum suorum. 13. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias & focarias, & panificas. 14. Agros quoque vestros, & vineas, & oliuetam optima tollet, & dabit seruis suis. 15. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. 16. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuvenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. 17. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. 18. Et clamabitis in die illa, quia petistis vobis regem. 19. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam: rex enim erit super nos, 20. & erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. 21. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus Domini. 22. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

VERS. 1. FACTVM EST AVTEM CVM SENVISSET SAMVEL, POSVIT FILIOS SVOS IVDICES ISRAEL. Hebraei tradunt Samuelem fuisse 52. annorum, tumque mortuum: sed errant. Erat enim senex, & post haec multos adhuc annos vixit cum Saule. Quare melius Abulen. Salius & alij, censent Samuelem fuisse hoc tempore, circiter 60. annorum, ac post haec primum regem Saulem creasse, cum eoque adhuc sedecim annis vixisse, & Isaaclem iudicasse, ac defunctum esse anno etatis 77. atque eo vita functo, Saulem solum regnasse per bientium dumtaxat.

POSVIT FILIOS SVOS IVDICES,] quasi vicarios suos, ait Abulen. ita tamen, ut ipse Samuel summus esset iudex, & princeps populi, ac praecipua per se definiret, cetera filijs definienda committeret. Constituit autem Iudices filios suos non ex carnali affectu, sed quia eos optimè erudierat, & praeter ceteros dignos iudicabat, ait Dion. & fortè initio tales erant, sed postea dignitate noua superbientes, & muneribus corrupti, praua euaserunt. Honores enim mutant mores, sed raro in meliores. Audi

A nunc S. Gregor. Ecce qui propheta spiritu plenus fuerat, quos iudices Israel ponebat, non cognouit. Quid ergo mirum, si falli in disponendis ordinibus possunt, qui prophetiae gratiam non accipiunt; si ij qui prophetiae spiritum habent, eundem spiritum ad disponenda cuncta non habent?

IVDICVM IN BERSABEE.] Erat hic terminus Australis Iudaeae, quem filijs suis regendū tradidit Samuel; partem verò Septentrionalem gubernandam sibi reseruauit, ita Abulen. Perperam ergo Ioseph. addit, filios Samuelis iudicasse tam in Bethel, quam in Bersabee.

ACCEPERVNT (filij Samuelis) MUNERA, ET PERVERTERVNT IVDICVM.] Munera enim excipiant oculos etiam sapientum, vti alibi sepe ostendi.

Vide hic quam filij Samuelis à patris probitate degenerarint, aequè ac filij Heli, nimirum: Heroium filij noxæ. Sed cur Deus propter filios impios non puniuit Samuelem, sicut puniuit Heli? Respondent Theodor. & Procop. scelera filiorum Samuelis, fuisse minora & Samueli incognita: occultè enim accipiebant munera, idque modico

alio tempore. Nam populus id aduertens illico à Samuele: pro iis petit Regem.

Moral. Disce his non esse gloriandum in filiis, quia hi sepe sunt degeneres. Sic enim Abraham genuit Ismaelem; Isaac, Elau; Moses, Geriam, Heli, Ophni, & Phinees; Samuel, Ioel, & Abia impios; Dauid, Abialonem; Salomon, Roboam; Ezechias, Manasse; Iosias, Ioachim: nam dignitas imperandi fuit eis occasio delinquendi: Struerunt subditi, ait S. Gregor. Sed in culmine praelationis positi, propheta filii ceciderunt, nimirum, sicut fumus in altum ascendit, ibique euascescit, sic & homo. Audi S. Basilium hom. 7. in diuites auaros. Velut flamma, inquit, ex paruis initiis exeunt, deinde paulatim incrementum intolerabile in processu accipientia, impetu demum violento quidquid obicitur, secum trahunt; sic & ij qui in magnam prouehuntur potestatem, eod quod iam aliquos oppresserunt, ad maiora conuincunt facinora, maioresque iniurias progrediuntur. Potentia incrementum, sic eis sceleris occasio maioris.

VERS. 5. CONSTITUTE NOBIS REGEM, UT IUDICET NOS, SICUT ET VNIERSAE HABENT NATIONES.] Causa ergo stimulans Hebraeos ad petendum regem prima, fuit senectus Samuelis, & iniquitas filiorum eius. Secunda, ut regni regumque splendorem haberent, quam videbant apud vicinas gentes. Tertia, quia sperabant se à rege melius defensum iri contra Philisthaeos, ait Ioseph. Quarta, quia metuebant regem Ammonitarum, qui contra Israel graue parabat bellum, ut patet cap. 12. 12.

VERS. 6. DISPlicuit sermo in oculis SAMVELIS,] tum quia displicebat ei filiorum improbitas quam audiebat, & hucusque ignorarat, ita Lyran. & Abulen. tum quia iustitiam & aristocratiam diligebat, ait Ioseph. Licet enim Monarchia siue regnum sit regimen optimum; teste Arist. in Polit. illudque Deus concesserit Hebraeis Deut. 17. imò fore praedixit Genes. 17. 49. Peccauerunt tamen Hebraei hic regem petendo. Primò, quia petunt eum incònsulto, imò inuito Deo. Deus enim instituerat iudicium Aristocratiam, hanc ergo ipsi in Monarchiam mutare non debebant, nisi volente, & mutante Deo. Quare Deus nouitatem hanc (studiumque nouandi regiminis) habuit exosam, ait S. Gregor. Peccarunt ergo, quia magistratum iudicum à Deo institutum repudiauerunt, aliumque Regum postularunt, cum potius debuissent petere à Samuele, ut filios suos corrigeret, aut eorum loco alios aequos iudices Israel praeficeret.

Secundò, quia volebat Deus esse proprius rex & immediatus Dominus Hebraeorum, qui eos partim per se, partim per Iudices à se excitatos gubernaret, vnde aegre tulit, quod pro se alium regem peterent, quasi Deum suo Israelis regno spoliare vellent; ipse enim dixerat Exodi 19. 5. Eritis mihi in regnum sacerdotale; vnde Ioseph. lib. 2. contra Appionem significanter ait, Deum in Israele, non tam monarchiam quam theocratiam, id est, Deitarchiam, instituisse. Videbantur ergo Hebraei petitione hac regem suum abiicere; vnde Deus indignans ait Samueli v. 7. Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Ita Theodor. Procop. Ruper. Lyran. Abulen. Dion. Caiet. & alij, Vide David: Latetur, inquit, Israel in eo qui fecit eum; & filia Sion exultent in rege suo. Psalm. 149. ver. 2. vbi Theodor. retus: Omnium quidem Deus, vniuersitatis est Deus; Cornel. in lib. Regum.

proprie autem Israelitarum Rex nuncupabatur; cum primam igitur ingrati animi morbo laborarunt, alium regem, ut esset eis, petierunt.

Tertiò, quia hac petitione abiiciebant Samuelem suum iudicem, quali is principatu indignus esset, nec possset aut vellet pro filiis improbis alios Iudices probos surrogare: quae insignis erat iniuria & ingratitude in prophetam tam bene de eis meritum, utpote qui totam vitam ipsorum commodis impenderat.

Quartò, quod peterent Regem talem quem habebant Gentiles, puta Persae, Aegyptij, Medij, Chaldaei, qui, ut ait Aristot. 3. Polit. potestatem regiam tyrannidi proximam obtinebant, ideoque eorum regnum vocat barbaricū, & theocratiæ. Duplex enim, ait Seratius, est regia potestas. Vna finita, vbi legum & conuentuum vincula astricta; altera verò absoluta & quodammodo infinita, vbi pro arbitrio penè suo quilibet Reges faciunt in subditos, & leges ipsas; sic volo, sic iubeo, &c. Est deinde magna satellitij copia, rerum omnium luxuria, successio continua, tributorum impositio, &c. Et hanc apud Asiaticos istos populos maxime viguisse docet ibidem Aristot. de qua Christus Luc. 22. Matt. 20. Marc. 10. Reges gentium dominantur, &c.

Denique Reges excluso Dei cultu, in Israelem inuexerunt cultum idolorum; vti fecit Salomon, Manasses, Ieroboam ceterique reges Israel. Vnde S. Gregor. Illi quidem, inquit, contra Domini voluntatem Regem petierunt; sed à regia dignitate postea actum est, ut populus qui Deum abiecerat, idola coleret, simulacra adoraret. Quam reuerenda ergo sint maiorum consilia, cernimus, si hoc sollicitè consideramus: quia qui ea despiciere ausi sunt, hoc se non prouiderunt agere; vnde iam profundo erroris pelago demergi potuissent.

Quocirca ipsi Hebraei hoc agnoscentes postea dixerunt c. 12. 19. Addidimus vniuersis peccatis nostris, ut peteremus nobis Regem.

NON TE ABIECERVNT; SED ME, NE REGNEM SUPER EOS.] sicut hactenus regnaui, ita particulatim, sollicitè & exactè eos regens; eorumque curam gerens, ac si proprius & immediatus fuisset eorum rex. Cur ergo alium regem quasi meliorem me postulant?

Moral. disce hic quod qui Praelatum spernit, Deum spernit, & qui illum honorat, Deum honorat. Audi S. Ignatium Epist. 6. ad Magnes. Decet, inquit, & vos obedire Episcopo, & in nullo illi refragari. Terribile namque est tali contradicere. Nec enim hunc fallit, qui videtur; sed inuisibilem fallere nititur, qui non potest à quoquam falli. Nam, si id fit, non ad hominem, sed ad Deum redit contumelia. Samueli namque dicit Dominus: non te speruerunt, sed me.

Et S. Cyprian. Epist. 18. Quomodo, inquit, possunt, censuram Dei vltoris euidere, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & Sacerdotibus, quibus honos tantus de Dei dignitate conceditur, ut in ipsis contemptis, Deus ipse contemptus censetur, iuxta hunc locum: Non te abiecerunt, sed me. Porro S. Cyillus Alexand. lib. 10. in Ioan. cap. 30. Apostolorum, inquit, vexatio in eum ascendit qui illos in Apostolatus apicem euexit. Sic enim etiam ad Samuelem de filiis Israel dictum esse didicimus: Non te, inquit, sed me contempserunt. Periculosum igitur nimium est, conuenientem honorem sancti non attribueri, cum eorum contemptus in illum transeat, à quo missi sunt. Praclare Saluanus lib. 8. de prouidentia: Sacerdotij, inquit, genus est Dei disce cultores. Sicut enim si seruos nostros quispiam cadat, in nos seruorum nostrorum cadit

Hebraei perperam petunt Regem Cur?

Filij sept degeneret.

VERS. 7.

VERS. 7.

cedit iniuria; & si a quoquam filius verberatur, alienus in supplicio filij, pietas paterna torquetur. Ita & cum seruis Dei a quocumque leditur, Maiestas diuina violatur: dicente idipsum ad apostolos suos Domino: Qui vos spernit, me spernit.

Allegor. Angelotus; Sicut Iudai hic abiecerunt Samuelem iudicem, sic postea abiecerunt Christum Samuelis antitypum, libidini & Mefiam suam, clamantes coram Pilato: Non habemus regem nisi Caesarem.

VERS. 9. PRÆDIC. HIS IVS REGIS. Deus vt dissuadeat & deterrat Hebraeos a sua postulatione Regis, recenset onera grauia quæ sub eo subituri sunt. Audi S. Gregor. iura hominum, proponuntur, continentibus iura Dei: & his qui iniuria & salubria diuinitatis consilia spreuerunt, dura & importabilia humana seruitutis onera prædicantur: vt ex his secum rationem facerent, quam intolerabilia essent imperia hominibus, qui non tam imperantis, quam momentis Dei consilijs obedire noluisse.

VERS. 11. HOC ERIT IVS REGIS, &c. FILIOS VESTROS TOLLET, &c.

Quæres, An ius hoc æquum & iustum sit, an verò iniquè & quasi tyrannicè a regibus usurpatum? Primò S. Gregor. lib. 4. cap. 2. & S. Thomas lib. 3. de regim. Princip. c. 11. & lib. 2. c. 9. censent hoc ius esse iustum non absolute, sed respectu hominum, aded ad mala proclium vt non tam politicè; quam despoticè & tyrannicè eos regi iustum sit; vt hoc regimen sit iugum corum, fratrum, ac cupiditatis pœnæ & castigatio.

Secundò, alij plures meliùs censent ius hoc non esse iustum, sed iniquè a Regibus usurpatum. Iniquum enim est, vt rex filios subditorum, & filios a parentibus ad libitum abripiat; eosque sua faciat mancipia, vt eorum vineas, agros & oliueta optima auferat, illaque det seruis suis: vt seruos, ancillas, afinos, & iuuenes optimos heris adimat, eosque operi suo admoueat. Vnde culpantur & morte puniuntur Achab & Iezabel, quod vineam Naboth usurparint; lib. 3. Regum capite 21. versicul. 19. Quare Deus hoc ius non sancit nec approbat, sed tantum prædicat, eiusque acerbiterm proponit graphicèque coram oculis Hebraeorum depingit, vt eos a petitione regis aueliat. Describit ergo ius regale, non quale est apud fideles, sed quale est apud Ethnicos, verbi gratia Chaldaeos, Turcas, Tartaros, vbi Reges subditis vtuntur quasi seruis & mancipijs. Hoc enim ius sibi ipsi usurpant. Audi S. Augustinum libro quarto de Ciuitate capite 4. Remota, inquit, iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia, quia ipsa latrocinia quid sunt nisi parua regna? Scitum est illud: Regum est dimidium totius, tyrannorum verò totum auferre, quia ignorant illud Platonis lib. 3. de Legibus: dimidium plus toto. Et illud: Vt serues totum, dimidium, sine dimidium facito. Hebr. enim מִשְׁבַּח מִשְׁבַּח, id est, iudicium sine ius, significat non ius proprium, sed usurpatum, putà morem, & consuetudinem, licet iniquam, vt patet Num. 9. 14. & 29. 6. & Exod. 21. 9. & alibi. Denique nonnullos reges Israel hac regiâ potestate vsos, vel potius abusus esse, patet ex magnificentia curruum, equorum & mensæ Salomonis, vnde de tributis ab eo impositis, questus apud Roboam eius filium populus peius ab eo acceptus est, ideoque fecit schisma. 3. Reg. 12. Porro verum æquumque ius Regis fidelibus imperatori describit Deus per Samuelem inferiùs

Ius Regis iniquum

cap. 10. 25. & per Mosen. Deuter. 17. vbi sancit, quid rex Deo, quid populo, quid sibi ipsi præstare debet. Vide S. Thomam, Bellarmin. Liphum, Scribanum & alios qui de Principe Christiano scripserunt.

Vnde Clemens Alexandrinus: Deus, ait, petenti Regem populo, non humanum pollicetur Dominionum, sed insolentem daturum minatur tyrannum, libidini & voluptatibus additum. Ita Clemens pag. 261. Ste & Abulen, Caiet. Serarius, Mendoza, Salius & alij. Charrin & Philosophi idem censent; vnde Xenophon in memorabil. Spectatis lib. 3. Rex, inquit, eligitur non vt se moliter curat, sed vt per ipsum qui elegerunt bene beatèque agant. Seneca Phil. lib. 1. De Clement. cap. 13. docet, non cuius seruitutem Regi traditam, sed tutelam. Et cap. 19. addit, Republicam non esse Principis, sed principem esse Republicam. Hinc Homerus Regem appellauit Πάστορα, populorum. Et Claudianus ad suum Honorium:

Tu cuiem patrèmq; geras, tu consule cunctis. Non tibi, nec tua te mouant, sed publica damna.

Denique Romani non ferentes Tarquinij superbi insolens regnum, Reges vrbe expulerunt. Audi S. August. lib. 5. de Ciuit. cap. 12. Romani, inquit, regalem dominationem non ferentes, annua imperia binosq; Imperatores sibi fecerunt: qui Consules appellati sunt a consulendo, non Reges, aut Domini a regnando, atque dominando. Et paulò post: Fastus, inquit, Regius non disciplinè putata est regentis, vel beneuolentia consulenti, sed superbia dominantis.

FILIAS QUOQUE VESTRAS FACIET SIBI VNGUENTARIAS (VNGUENTORUM, id est odorum & pigmentorum confecturas) ET FOCARIAS (id est coquas, ait Chald. quæ circa focum versantur. Vatab. cupidinarias, femina enim præ viris norunt ad delicias coquere) ET PANIFICAS, id est, vt Chald. pistrices, quæ panem delicatum pincent. Præclare Clemens Alexand. lib. 2. Pædagog. cap. 8. Operter, inquit, viros imprimis, apud nos vnguenta non olere, sed vita probitatem. Spiritus autem femina Christum, qui est regalis vinctio, non vnguenta. Ita ille. Et S. Hier. lib. 2. aduersus Iouinian. Odores, inquit, & diuersa rhymiamata & amomum, & muscus & peregrini muris pellicula, quod dissolutis & amatoribus conueniant, nemo, nisi dissolutus negat. Suffragatur D. Ambros. lib. de Helia & ieiunio cap. 10. Vnguento, inquit, se vngunt, qui corpori odoris gratiam querunt, sed & illa vnguenta, libidinis illecebras mouere consueuerunt. Nerosius S. Chrysof. Concione 1. de Lazaro. Te, inquit, non oportet olere vnguentum, sed spirare virtutem. Nihil immundius anima, quoties corpus ealem habet fragrantiam. Corporis enim ac vestium fragrantia arguit inus latere animum graueolentem atque immundum. Cum enim diabolus aggressus delicias eurauerit animam, omnique vitiorum genere compleuerit, tum in corpore sua corruptionis lectum oblitit vnguentis. Denique Diogenes Cynicus: Caus, ait, ne capitis odor sit vice fetor. Porro de focariis & panificis ita dissent Clemens Alexand. lib. 3. Pædagog. cap. 7. Quis epiani facient & parabilem cibum, nempe panem effeminant: quod frumenti est nutriens, excribrantes: vt quod est alimentum necessarium, sit probrum voluptatis. Et paucis interiectis: Nullum, inquit, habet terminum delicata, inquit. In liba enim & placetas & bellaria prouecta est, merendarum & cona appendicum multitudinem inueniens. At mihi quidem videtur homo qui est huiusmodi, nihil esse aliud, quam bucca & maxilla.

EVANGELIS. ] Audi de his S. Basilium epist. 87. VERS. 15.

ignominiosum, inquit, illud, ac modis omnibus perniciosum. Eunuchorum genus, nec semineum, nec masculinum, insaniens in mulieres inuidiosum, vilius prædij, animo feroci effeminatum, ventri deditum, auri cupidum, seum, inconstans, illiberale, stabularium, insatiabile, furiosum, & quod amplius dicendum est, cum ipsa stasim generatione ferro damnum. Et paulò post fictam eorum continentiam, & apertam lasciuiam exprimens: Ibi, inquit, frustra quidem rasti manent per ferrum: insaniunt verò absque fructu propter suam turpitudinem. Hinc illud Claudiani in Eutropium Euntichum & Consulem:

Omnia cesserunt Eunuchis Consule monstra. Et: Tu telas, non tela pati poteris.

Et: Eunuchi qui sceptrâ ferat.

VERS. 19. NOLUIT AVTEM POPVLVS AUDIRE VOCÈM SAMVELIS. Nouum est hic populi peccatum contumaciæ, cuius proinde postea pœnas luit, ait S. Gregor. Magna, inquit, temeritas existit, contra Dei voluntatem, Regem petere; magna duritia consilij propheta vinci non posse. Et paulò post loquens de hac iterata Regis petitione: In eo, inquit, mali præpositi consummatio est & inconuerribilitas voluntatù.

VERS. 21. LOCVTVS EST EA IN AVRIBVS DOMINI. ] Audi S. Gregor. In eorum auribus loquimur, apud quos magna familiaritatis gratiam habemus. Sancti autem viri, quia omnipotenti Deo in magni amoris vinculo coniuncti sunt, & in auribus loquuntur: quia diuina propitiationis eius auditum tantò fiducialius exposcunt; quando apud eius misericordiam impetrandi locum subtilius acceperunt.

VERS. 22. AVDI VOCÈM EORVM, ET CONSTITVE SVPER EOS REGEM. ] Sed non talem qualem ipsi petunt, qualemque eis depinxisti, sed qualem ego descripsi Deuter. 17. qui scilicet fidelibus subditis politice impeter, non despoticè; quique non suis, sed Reip. commodis studeat. Deus enim iniquam Hebraeorum petitionem regis ita refecit, vt quod in eorumque est, concedat, quod iniquum, neget, id est, non concedat, sed fieri permittat, & fore prædicat.

Quærit S. Gregor. lib. 4. c. 1. Cur Deus concedat id quod malè petitur? Resp. quia petenti irascitur, eumque vult sua petitione, quasi iusta congruaque vindicta plectere, & castigare. Sic & S. August. in Psal. 51. Rex, ait, non ad permanendum electus est à Domino, sed secundum populi cor durum & malum datus ad eorum correptionem, non ad vilitatem: se-

cundum illam sententiam: qui regnare fecit hominem hy-pocritam, propter peruersitatem populi. Iob. 34. v. 30. Idem August. lib. 5. contra Iulianum cap. 3. vocat Saulem penam peccantium: Et S. Cyrtian. epist. 38. ad Rogatianum: Vt hoc, inquit, videretur Dominus; excitauit eis Saulem regem, qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per omnes concinnatas & pœnas, superbum populum calcaret & premeret, vt contemptus sacerdos de superbo populo, vitione diuina vindicaretur.

Id duobus exemplis confirmat Anastasius Nicenus quæst. 15. in Script. Prius est Phocæ Imperatoris & tyranni, qui cum inobedientes opprimeret, vir quidam pius Deo conquestus: Cur, inquit, Domine eum fecisti Imperatorem? ab eo hoc responsum tulit: quia non inueni peiores. Alterum monachi cuiusdam, qui sceleratè ciuitatis creatus Episcopus, cum hoc honore insolensceret; ab Angelò correptus audiuit: Cur superbis & magnificè tibi placet, d' infelix? Non es creatus Episcopus quod dignus sacerdotio sis; sed quod ciuitas talis tali digna erat Episcopo. Denique audi S. Gregor. Petrus rex pro vindicta conceditur; magna etenim vindicta est, qua ex distributione præcedit interni examinis, quando reproba mens sic prouincitur, vt quod malè deliberas, agere permittatur. Qui ergo in petendo rege Dominum abicisse conuicti sunt, dum id eis permitteretur agere, per quod à se Dominum abicerent, grauior pœna non erat, quàm hic plebs debuissent.

Et constitve svper eos regem. ] Hinc patet Saulem in regem fuisse electum, & euectum non à Repub. nec ab optimatibus, sed immediatè à Deo per Samuelem; ac proinde potestatem regiam non à Repub. sed à Deo immediatè accepisse: (perinde ac Pontifex, licet eligatur à Cardinalibus, tamen non ab ipsi nec ab Ecclesia, sed immediatè à Christo potestatem pontificum accipit.) Quare eum hac potestate Resp. nulla ratione priuare poterat, sed solus Deus: vti de factò ipse eum ob inobedientiam regno & vita priuauit, eique suffecit Dauidem. Idem dicit de Dauide: Hic enim non à Rep. sed à Deo per Saulem creatus est rex, ab eoque omnem regendi potestatem accepit. Secus est de posteris Dauidis: Hi enim non à Deo, sed à Repub. creati sunt reges: Dauid enim consentiente Repub. ex filiis vnum, putà Salomonem ex Dei voluntate successorem in regno sibi delegit, regemque constituit. Salomoni deinde successit Roboam, quasi primogenitus; huic Abia, huic Asa eodem iure.

CAPVT NONVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Saul querens asinas, reperit regnum. De his enim consulens Samuelem, ab eo conuincit excipitur, poniturque in capite mensæ, qui postero mane Saule oraculum regni à Deo acceptum annuntiat.

Hic igitur finiuntur gesta iudicium (nam Heli & Samuel fuerunt iudices, iij. vltimi) & incipiunt gesta Regum: Hic enim status Resp. Aristocraticus mutatur in Monarchicum; quarè hæc est secunda pars libri, adeoque hic proprie incipit libri Regum.

ET erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bechorathi, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. 2. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero & sursum eminebat. Cornel. in lib. Regum. Y 2 bat

bat super omnem populum. 3. Perierant autem a fine Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum unum de pueris, & confurgens vade, & quare a fine. Qui cum transissent per montem Ephraim, 4. & per terram Salisa, & non inuenissent, transferunt etiam per Terram Salim, & non erant: sed & per Terram Iemini, & minime repperunt. 5. Cum autem venissent in Terram Suph, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo: Veni & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus a fine, & sollicitus sit pro nobis. 6. Qui ait ei: Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra, propter quam venimus. 7. Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in fitarciis nostris: & sportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quidquam aliud. 8. Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram. 9. (Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum: Venite & eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.) 10. Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei. 11. Cumque ascenderent cliuam ciuitatis inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Num hic est Videntis? 12. Quae respondentes, dixerunt illis: Hic est: ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelsu. 13. Ingressientes urbem, statim inuenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum, neque enim comesturus est populus donec ille veniat, quia ipse benedicit hostiae, & deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum. 14. Et ascenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt ascenderet in excelsum. 15. Dominus autem reuelauerat aliculam Samuelis ante vnam diem quam veniret Saul, dicens: 16. Hac ipsa hora, quae nunc est, cras mittam virum ad te de Terra Benjamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel, & saluabit populum meum de manu Philistinorum: quia respexi populum meum, venitenim clamor eorum ad me. 17. Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo. 18. Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portae, & ait: Indica, oro, mihi, vbi est domus Videntis. 19. Et respondit Samuel Sauli dicens: Ego sum Videns, ascende ante me in excelsum, vt comedatis mecum hodie, & dimittam te mane: & omnia quae sunt in corde tuo, indicabo tibi. 20. Et de a fine, quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inuenta sunt. Et cuius erunt optima quaeque Israel? nonne tibi & omni domui patris tui? 21. Respondens autem Saul, ait: Numquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel: & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum? 22. Affluens itaque Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant enim quasi triginta viri. 23. Dixitque Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi, & praecipi vt reponeres seorsum apud te. 24. Leuauit autem cocus armum, & posuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria feruatum est tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. 25. Et descenderunt de excelsu in oppidum, & locutus est cum Saule in solario: strauitque Saul in solario, & dormiuit. 26. Cumque mane surrexissent, & iam elucesceret, vocauit Samuel Saulem in solario, dicens: Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul: egressique fuerunt ambo, ipse videlicet, & Samuel. 27. Cumque descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antecedit nos, & transeat: tu autem subsiste paulisper, vt indicem tibi verbum Domini.

VERS. 17.

**N**OMINE CIS. ] Hic fuit pater Saul. Cis, Hebr. significat durum, quod licet initio S. Gregor. in malam partem de duritia cordis Saulis interpretetur, postea tamen in bonam partem accipit. Pater, inquit, Regis, Cis, id est, durus, dicitur: quia profecto ij quorum sancti Prædicatores imitatores sunt, vita & zelo remissi non sunt: duri namque sunt, quia peccatoribus mollia non loquuntur: duri etiam sunt, quia vt alios

A bene corrigant, dura qua illis præcipiunt, in sua conuersatione demergerant.

**VIRI IEMINI.** ] id est de tribu Benjamin, ait Vatab. Benjamin enim per apharesin decurtatum est Iemini, & Iemini. Simili enim modo ex Ben-ammi deductum & decurtatum est nomen Ammon. Gen. 19. 38. Ita Chald. Caietan. Mariana, Sallianus. Aut potius quia pauld ante dixit: Erat vir de Benjamin.

**min. Hic Iemini** fuit vir celebris ex tribu Benjamin, cuius posteri dicitur vni Iemini: vnde ad hunc Iemini, quasi virum famolam deducitur hic Genealogia Saulis, in eoque sicut quæ per illum nota & clara. Ita Abulen. Mendoza & alij.

**FORIS ROBORE.** ] Sept. potius robore. Vatab. heros fortis, id est bellicus & disciplina militari clarus. Talis ergo fuit Cis pater Saulis, & consequenter ipse Saul: talem enim decebat eligi in regem Israelis, vt eum contra Philistæos alioque hostes propugnaret, vt reipso fecit Saul.

**Tropol. fortis robore** est, ait S. Greg. qui virtutem quam monstrat in opere bono, habet a Spiritu S. Vnde Apostolus ait Christus: Sedete in quiete, quoadque induamini virtute ex alto. Luc. 11. 49.

VERS. 2.

**ET ERAT EI FILIUS VOCABULO SAUL.** ] Hebr. Saul idem est quod postulat. Nomen ergo hoc ei inditum videtur omine diuino, & quasi præfatio: quod ipse populo postulante regem a Deo euocandus foret ad regnum.

A Saule quasi primo Israelis rege ex tribu Benjamin creato, nomen accepit Saul siue Saulus (eo quod ad vexandam ecclesiam a diabolo esset postulat, ait S. Hier. in epist. ad Philem.) qui erat ex eadem tribu, sed ex Saulo a Deo factus est Paulus, id est ex Iudæo, Christianus, ex persecutore, prædicator, ex Pharisæo, Apostolus: ex Iudæorum fiscali doctor gentium.

Mitius genuine ergo Ambrosiaster in c. 1. ad Roman. Saul, vel Saulus, derivat a Greco σάω, id est maris commotio, & inquietudo: vt Saulus sit idem, quod inquietus & turbator, qualis initio fuit Paulus.

Mitius quoque apte alij a Saul deriuant a פוּל, id est vulpes: Saul enim per פוּל scribitur, sicut per V. Allusio pariter est non etymon, quod recenset Georgius Venerus lect. 8. Problem. 43. Saul dici quasi פוּל סעל, id est infernus: nam sicut infernus nullis malis satiatur, sic Saulus erat barathrum vitiorum.

Alleg. Saul fuit typus Christi regis regum. Nam, vt ait Beda, nomen Saul quod dicitur expectatio, Christo aptissime congruit, qui fuit desiderium gentium, & magno desiderio semper imploratur, & adesse rogatur. Vnde Christus a Jacob Genes. 49. 26. vocatur desiderium collinum æternorum; & a sponsa Cant. 5. 16. totus desiderabilis. Hebr. totus desideria. S. Hier. lib. 1. contra Iouin. totus concupiscentia.

**ELEGTVS ET BONVS.** ] tum physice, quasi dicat, Saul erat insigni corporis forma & specie: quæ, vt ait Euripides, digna est imperio. Vnde Chald. verit, iuuenis pulcher. Ita Procopius & Serapius. Vnde Seuerus Sulpitius lib. 1. Sacra Hist. Saul, inquit, modestus animi, forma excellenti erat, vt merito dignitas corporis, dignitati regie conueniret: tum Ethice & moraliter, quia erat vir probus & virtute præditus. Ita Ioseph. S. Gregor. Abulen. & alij.

Potro bonitas Saulis, ait Abulen. maxime erat circa humilitatem: quod erat valde in eo admirabile: nam ipse erat, vt in virtutibus excellens, corporis statura admirabilis; quod solet homines superbos efficere: ipse autem hac omnia habens, erat valde humilis.

Tropol. S. Gregor. Quid, inquit, in Saul electo, & bono significatur, nisi Sanctorum Patrum electi imitatores, qui per doctrinam alius vires sunt, & per conuersationem sibi? qui sic alios possunt regere, vt sibi metipsis nequaquam desinant prouideri: Electi namque & boni sunt:

Coruel. in lib. Regum.

**A** quia sic licet a horum expectant, vt sui nulla damna patientur. Etenim quippe in se ipsi sunt, affluentes aliis & de abundantia sui, sic alii reddunt, vt sue plenitudine aliquid non amittant.

**ET NON ERAT VIR DE FILIIS ISRAEL MELIOR.** ] I. I. O. ] pura e populo; nam Samuel Iudex & propheta vtiq; melior & sanctior erat Saule. Hinc S. Hier. dicitur: Filius vnus anni erat Saul, id est erat tam innocens & purus, ac si fuisset infans vnus anni. Vnde Chald. vnus annus, ait, in quo non sunt peccata. Sic & S. Gregor. Angelo. Procop. Theodor. Ruper. Abulen. & alij.

Causam dat S. Gregor. 2. p. Pastoralis c. 1. Tantum, ait, debet actionem populi, actio transcendere præfatis, quantum distare solet a grege, vna pastoris: vt scilicet tantum præcellat subditis, quantum homo præcellit brutis, ait S. Chryl. lib. 2. de Sacerd.

Vide iam, & miserare lapsum Saulis, qui ex tam bono, tam malus euasit, vt a Deo reprobarus, vita sit spoliatus & regno. Audi S. Gregor. Nazian. Oration. 7. Quid de Saule existimamus: nam & vnctus, & Spiritus factus est particeps, ac tunc spiritualis erat: non enim de eo coelis dixerim. S. Hieron. in c. 20. Ezech. Eliguntur, inquit, presentia: nec statim qui eliguntur tentari non possunt, nec perire: quia & Saul electus in Regem, & Iudas in Apostolum suo postea vitio corruerunt.

Causam lapsus assignat S. Cyprian. epist. 7. Salomon, inquit, & Saul quamdiu in viui Domini ambulauerunt, datam sibi gratiam tenere poterunt: Recedente ab eis disciplina dominica, recessit & gratia. Cyrillus Alexan. in Ioan. c. 11. probat quod Deus superbia recessit, humilibus autem dat gratiam, exemplo Saulis. Saul, inquit, cum paruis esset in oculis suis, dice super Israel constitutus est: cum vero in superbiam elatus esset, a Deo abiectus & reprobus: cum David vili in oculis suis saltaret coram archa ludæi cythara mirum in modum Deo placuit: cum vero tumore animi inflatus populorum iussu numerari, vindicam manum Dei sensit.

**QUÆRE ASINAS.** ] Asini in Syria sunt præstantiores Europæis, vnde filij Principum vehabantur asinis. Iudic. c. 10. 4. & c. 12. 14. Asinus ergo apud Hebræos erat iumentum regale. Hebræi enim equis vix utebantur, idque ex Dei monitu Deuter. 17. 16. Hoc ergo Sauli fuit quasi omen regni, vt quærens asinas, reperiret regnum, illic rex insideret. Hinc & Christus dum quasi Messias rex Israelis inaugurandus, cum ramis palmarum perrexerit Ierosolymam, vehabatur asina. Matth. 21. 5.

**Moral.** Vide hic quam omnis nobilitas ex vilitate sit orta. Nam ab asinis Saul euectus est ad regnum, & ex Agatone factus est Rex. Sic David ex opitione creatus est rex. Vnde S. Chryl. hom. 39. in Marth. Tu, inquit, qui magna de nobilitate maiorum iactas, ultra proauos atque atauos tuos si progrediaris, inuenies multos e genere tuo Agatones, forsitan aut Capones fuisse.

**PER TERRAM SALISA.** ] quæ & Bale, & Segor dicta est. Audi S. Hier. in trad. Hebr. in Genes. Bale, inquit, lingua Hebræa, deuoratio dicitur. Tradunt igitur Hebræi, hanc eandem in alio scripturarum loco Salisam nominari, dicitque rursum vitulam contemnantem; quod scilicet, tertio motu terre absorpta est, & ex eo tempore quo Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim diuino igne subuersa sunt, illa parua nuncupetur; siquidem Segor transfertur in parua.

VERS. 4.

Alle-



Allegor. Saul est Christus, ait Beda ob quinque analogias & typos. Primus, quia Saul dicitur electus: sic & Christus. I. Sai. 42. Ecce puer meus, quem elegi. Secundus, quia Saul super omnes eminebat: & ita Christus, de quo Sponsa. Can. 2. v. 3. Sicut malus inter ligna silyuarum, sic dilectus meus inter filios. Tertius, quia Saul missus est a patre ad querendas asinas, Christus ad querendas animas. Quartus, quia Saul secum duxit puerum, Christus chorum Apostolorum. Quintus, quia Saul querens asinas, inuenit Regnum; Christus querens animas, constitutus est Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Psal. 2. 6.

VERS. 7. Sitarcia quid.

IN SITARCHIS NOSTRIS] Sitarcia, sunt perae vel sacculi, quibus panes reliquique cibi ad vitium imponuntur. Graece enim σιταρξια vocatur annonā militaris, quali est & αραρξια, id est frumentum, vel cibus sufficiens. Inde metonymicē perae hunc cibum continentes vocantur sitarcia. Male ergo nonnulli legunt cistarius, quod nomen deriuant à Latino cista, & Graeco κιστης, q. d. cista vel sporta panis.

ET SPORTVLAM NON HADĒMV5, VT DEMVS HOMINI DEI.] Sportulae vocantur minuscule cibaria, vel etiam nummaria, ait Budaeus in Pand. Haec enim sportulis, id est paruis sportis ad asportandum imponi solebant; ut fieri videmus Romae in sportulis, quarum frequens est vsus ad cibaria transmittenda. Hebr. enim est שרתה תשורה, id est munus, xenium, donum: haec enim in iure vocantur sportulae; eod quod in sportulis offerrentur Iudicibus à litigatoribus. Haec igitur Saul volebat offerre Samueli pro oraculo asinorū, non vt mercedem, hoc enim fuisse peccatum simoniae, scilicet emere & vendere prophetiam, quae est res spiritualis, pretio temporalis, sed vt munus gratitudinis, vel sustentationis causa, vltro oblatum: putabat enim Saul ex honestate prophetae deberi, sed ignorabat virtutem Samuelis, mūnera quaelibet respicientis. Ita Ioseph. Procop. Theodor.

VERS. 9.

QUI ENIM PROPHETA DICTVR HODIE, VOCABATVR OLIM VIDENS,] à visione prophetica, quam à Deo accipiebat. Prophetia enim dicitur visio, vnde visio Isaie inscribitur eius prophetia, aequē ac aliorum prophetarum.

VERS. 13.

ANTEQVAM ASCENDAT EXCELSVM AD VESCENDVM,] nimirum Samuel quasi Sacerdos obtulit hic sacrificium: hoc enim loco excelsu, v. g. in colle, aut monte offerri solebat. Fuit autem hoc sacrificium pacificum: ex tali enim instruebatur conuiuium, quale hic instruxit Samuel, cum eodē excepit Saulem.

Tropol. S. Gregor. 2. part. Pastor. Quicumque, inquit, ad celsitudinem cura pastoralis assumitur, in eadem ordinis sui sublimitate habere debet & vna propria altitudinem, & aliena infirmitatis compassionem. Et paulo post. Samuel ergo Saul ad excelsum tulit, & in oppidum deposuit: quia summi viri cum sancta Ecclesia culmen ordiant, illos quos in eodem culmine ponunt, docent sublimiter viuere, plana predicare, sibi esse rigidos, sed subditis temperatos; sic attendere propriae salutis, vt cum infirmis possint infirmari: infirmari dixerim, per affectum mentis, non per languorem internae aegritudinis, nam si per mentis languorem Doctor iacet, curare egros, & incentes erigere non potest.

VERS. 15.

DOMINVS AVTEM REVELAVERAT AVRICVLAM SAMVELIS,] quasi dicat: Dominus occultē reuelauerat Samueli postmodum ad eum venturum Saulem, quem ipse regem designarat, perinde ac

si id in aurem ei dixisset. Sic enim in aurem dicimus, quod occultum esse volumus.

VERS. 19.

ASCENDE ANTE ME.] Quare, inquit Dion. Carthus. Non dixit sequere me: vel perge mecum in excelsum: sed ascende ante me: vel ad praefigurandam, quod Saul erat sibi & aliis praeficiendus in Regem: Samuel quoque erat senex: nec potuit pariter illud montuosum celeriter ascendere.

Tres alias causas dat noster Mendoza. Mihi, inquit, videtur Samuel hac in re & humilitatis, & obedientiae, & temperantiae exemplum praebuisse. Humilitatis quidem, quia potiores partes cesit Sauli, pone sequens praecentem. Obedientiae vero: quia non solum Regi electo, sed etiam eligendo debitam reuerentiam deferbat. Temperantiae denique: quia qui ad labores ocyor praevolabat, ad primum tardior sequebatur.

ET OMNIA QVA SVNT IN CORDE TVO, INDICABO TIBI.] id est, quidquid scire volueris, indicabo tibi. Hebraei teste S. Hier. tradunt Saulem habuisse omen regni per visionem, qua vidit se in summitate palmae collocari: quae visio regalis erat; ac de hac voluisse consulere Samuelem. Verum frequentia Saulis verba, quibus Samueli eius regnum denuntiant: adeo se humiliat, & quasi obstupescit, significant eum plane huius rei fuisse inscium, nec quidquam de regno cogitasse.

VERS. 20.

ET CVIVS ERVNT OPTIMA QVAEQVE ISRAEL, NONNE TIBI.] Optima, id est Regnum siue potestas & dignitas regia: hac enim in Rep. nihil est praestantius. Hebr. est כהן כלל col'chem da, id est omne desiderabile, siue quod omnes desiderant, regnum; siue quod Hebraei desiderabant, regem; q. d. ait Iosior. Clarior: Totus Israel desiderat habere regē, & tu es iste in quem omnium vota nutu diuino conspirant.

NVMQVOD NON FILIVS LEMINE EGO SVM,] DE MINIMA TRIBV ISRAEL.] minima, tum quia tribus Benjamin ob stuprum penē fuit excisa, & ad sexcentos viros redacta. Iudic. 2. 20. 35. Ita Abulen. Lyran. Dion. tum quia ob stuprum hoc valde fuit diffamata & deformata, ideoque videbatur principatu & regno Israelis ob tantam infamiam indigna, aequē ac fuit Ruben, licet primogenitus Iacob.

QVARE ERGO MIHI LOCVTVS ES SERMONEM ISTVM.] Intellexit Saul quod Samuel per optima sibi promitteret regnum, quo ipse per humilitatem se indignum censebat, praesertim quia tunc communis omnium erat rumor & expectatio de nouo rege creando. Ita Angelo. & Abulen. Somnium est ergo Hebræorum, quod Saul per palmae somnium cognouerit se fore regem.

Porro Saul humilitate hac sua meruit exaltari euehique ad regnum, quod postea per superbiam perdidit. Audi S. Hier. epist. ad Heliodorum, de eius nepote Nepotiano, qui se sacerdotio indignū asserbat: Quando magis repugnabat, tanto magis in se studia omnium conturbat. & increbatur negando quod esse volebat; eo q. dignior erat, quod magis se clamabat indignū.

Idem humilitatem S. Pauli in eius Epitaphio ita celebrat: Fugiendo gloriam, merebatur, quae virtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores.

VERS. 21.

INTROVXIT EOS IN TRICLINIVM.] Ad conuiuium hoc sacrum, puta instructum ex sacrificio pacifico, vt dixi v. 13. Vnde Hebr. Graeca, & noster illud vocant sacrificium. Chald. oblationem sanctam, ideoque non in vrbe & in domo Samuelis, sed foris in excelsu monte celebratum est.

Pro

Pro triclinium Hebr. לשתון liscata, id est caenaculum: necdum enim erat vsus accumbendi mensae, sed prisci ei affidebant, vti nunc facimus; vnde fratres Ioseph mensae eius affedisse dicuntur. Genes. 43. 33. sic in deserto sedit populus manducare, & bibere. Exodi 32. v. 6. imo etiam multo post Dauid: Ego, inquit, ex more sedere soleo iuxta Regem ad vescendum. 1. Reg. 20. v. 5. & Salomon: Quando sederis vs comedas cum Principe, &c. Prouerb. 23. 5. 1.

TRICLINIVM] autem proprie significat tres ordines lectulorum (xliij enim est lectus) mensarium, in quibus conuiuae semiacentes & semiscidentes accumbebant mensae. Ergo hoc proprie non erat triclinium, sed caenaculum: vocatur tamen à nostro interprete triclinium, quia posteri vsi huius lectulis, caenaculum quodlibet vocantur triclinium, vti etiam nunc vocatur, et si vsus accumbendi in lectulis cessarit, & vsus priscus sedendi in mensa sit reductus.

DEDIT EIS LOCVM IN CAPITV.] vt indicaret Saulem ex Dei decreto fore caput & Principem Israelis. Porro Deus elegit Saulem in regem, quia tum erat optimus, etsi postea superbiens reciderit. Praesiebat Deus hunc casum, sed eum permittere decreuit; tum quia cum sua libertati permittere voluit, tum vt puniret Hebraeos, qui regem seruituto petierant; tum vt daret nobis exemplum eligendi Praepositos pro tempore dignissimos, ac tolerandi eorum lapsus, si postea à primaua bonitate deficiant.

Aliam causam dat S. Gregor. Et fortasse, inquit, idcirco reprobus Rex eligitur, vt electus successor eius Rex Dauid in eo cognosceret, quid cauere debuisset. Sic nimirum & de illa Angelorum curia legitur, quia de apostata primo Angelo scribitur: Ipse est principium vitium Dei. Iob 40. v. 14. Sed quia ante omnia conditus est, per superbiam cecidit, & in eius ruina sancti Angeli didicerunt, quae virtute stare potuissent, &c.

VERS. 24.

LEVAVIT AVTEM COCVS ARMYM, ET POSSVIT ANTE SAVL.] Dices; Armus dexter victimae pacifice (quasi haec erat) cedebat Sacerdoti, puta Samueli; nec nisi ab eo eiusque seruo comedi poterat, vti sancitur Leuit. 22. Quomodo ergo eum Samuel tradit Sauli? Respondent Abulen. armum hunc fuisse non dextrum, sed sinistrum, qui à laicis comedi poterat. Si malis fuisse dextrum, dicitur armum hunc non fuisse victimae, sed animalis communis. Cum victimis enim, si illa numero conuiuium non sufficerent, poterant comedi aliae carnes communes, quae non erant Deo sacrificatae.

Dygalitas syriacorum.

Moral. Discite hic frugalitatem prisci aui: En Samuel Sauli regi non perdesces, non phasianos, non varia fercula, sed vnum armum apponit. Audi qualia fuerint primorum Christianorum conuiua, describentem Tertul. in Apoc. 39. Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum praegestur, editur, quantum esurientes capiunt: bibitur, quantum pudicis est vitale: ita saturantur, vt qui meminere etiam per noctem adorandum Deum sibi esse: ita fabulantur, vt qui sciant Dominum audire. Post aquam mannalem, & luminia, vt quisquis de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, pronocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Aequē oratio conuiuium dirimit. Inde discitur ad eandem curam modestie & pudicitiae; vt qui non tam caenam canauerint, quam disciplinam.

S. Antonius teste S. Athan. solo pane, file & aqua vixit ad annum aetatis 105. S. Paulus primus Eremita teste S. Hieron. pane & aqua ad annum aetatis 113. S. Hilariion herbarum succo & paucis carycis post triduum ad annum 80. Idem fecerit ceteri Anachoretæ teste Theodor. Palladio, Cassiano. Audi S. Bern. epist. i. ad Robertum: Prudenti, inquit; sobrietas conuersanti satis est ad omne condimentum, sal cum fame. Surge, praecingere, tolle otium, exere vires, moue brachia, complas explicas manus, excitare in aliquo, & statim sentis sola te appetere quae famem tollant, non fauces demulceant. Redder quippe saporibus exercitium, quos tulu inertia: famem miro modo dulcia reddit, quae fastidium facit insipida. Ovis, faba, pulvis, panis, cibarius cum aqua, quiescenti quidem fastidio sunt, sed exercitato magna videntur delicia.

Denique prisci Romani pulcibus pro pane vescabantur teste Valer. Max. lib. 2. c. 5. Vnde & pultiphagi sunt appellati, erantque sani & validi, vt totum ferē orbem sibi bello subiecerint. Medici enim, docent multum ad sanitatem & vires conferre, si quis vno dumtaxat, eoque simplici cibo vescatur, cruditas enim, indeque febrim & morborum causam esse ciborum varietatem. Idem docet experientia.

QVIA DE INDVSRTA SERVATVM EST TIBI.] Causam dant Sept. dum vertunt: In testimonium possum est tibi à populo, id est, prater alios, vt habent Roman. à populo: quasi dicat: hic armus tibi seruatus est, vt te quasi futurum regem discriminet à cetero populo. Armus, inquit Theod. & Procop. seruatur Sauli, quasi regnatura, & pro populo periculum adiuro, ideoq. vocatur testimonium. Vnde Iosephus lib. 6. c. 4. hunc armum vocat regaliam. Armus enim symbolum est fortitudinis bellicae, quae in rege, praesertim Saule hoc tempore pro Isaele à Philisthaeis oppresso, pugnatura requirebatur. Audi S. Gregor. Quid in armu pectoris nisi fortitudo signatur actionis? Haec autem in quouis Rege, sed maxime in Saule ad subigendos hostes requirebatur.

Hac de causa sacerdoti ex victima cedebat armus dexter; separatus, ait S. Gregor. 2. par. Pastor. c. 3. Vt non solum sit eius operatio vitilis, sed etiam singularis. Nec inter malos tantummodum qua recta sunt, faciat, sed bene quoque operantes subditas, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat. Cui in usu quoque pectusculum cum arma tribuitur, vt quod de sacrificio praecipitur sumere, hoc de semetipso, auctori discat immolare, & non solum pectore, qua recta sunt, cogitet, sed spectatores suos ad sublimia, armu operis imitet. Hinc armus hic à Iosepho vocatur portio regalis: voluit enim eo facto insinuare Samuel, Reges ac Duces praecipue eminere debere in fortitudine & magnanimitate, quam armus significat, quem comedere debent, vt in ipsam animam fortitudinem traiciant, non magni facientes illam quae est corporis.

Sed Sauli cessit armus sine pectusculo, quia fuit in eo armus fortitudinis, sed defuit ei pectus sapientiae, compassionis & charitatis in Dauidem, alioque suos ciues.

Duas alias causas dat Auctor Antiq. Conuiuii. lib. 1. cap. 33. Primam. Quid, inquit, armus in sacrificiis pars esset sacerdotum propria, Samuel hoc symbolo id admonere voluit, vt Rex factus cum sacerdotibus conuiuium vinceret: ita enim beatus & florens futurum ipsius regni. Secundam, quod cum armus maxime valeat ad aera ferenda, Saul cogitaret, se non ad iocum, ad lusu, ad voluptates, sed ad maxima onera ferenda atque sustinenda vocari.

Y 4

Et

VERS. 15.

ET IPOCVTS EST CVM SAVLE IN SOLARIO.] Quid Rabbini apud Lyranum & Abulensem: De timore, inquit, Dei & custodia legis. Carthusianus: De pertinentibus, inquit, ad salutem, admonendo eum ad meliora. Abulens. De pertinentibus ad instructionem Regis, qualiter iste se deberet habere ad subditos, & qualiter ad Deum.

STRAVITQUE (Samuel lectum, puta culcitram, aut sacrum stramineum, ut faciunt Hungari & Poloni) SAVL (Sauli, vel ut Gregor. stravit Saul sibi ipsi) IN SOLARIO.] puta in tecto soli exposito. In

Palæstina enim tecta sunt plana, ut in iis ambulante, cernate, dormire queant, ut dixi Deuter. 22. 8. Audi S. Hieron. ad Suniam & Fretelam in Psal. 101. In Palæstina & Aegypto, ubi, vel scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Roma vel solaria vel maniana vocant, id est plana tecta quæ transversis trabibus sustentantur.

Hæc verba desunt in Hebræo & Chald. & Latinis Regiis, verum habent Septuag. Straverunt, inquit, Sauli in solario. Vide Franc. Lucam in notis hic.

## CAPVT DECIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Samuel secretò unxit Saul in Regem, idq. Dei iussu se facere triplici signo Sauli dato confirmat. 1. Est repertarum asinarum. 2. Trium virorum euntium in Bethel. 3. Chori prophetarum, cum quibus & Saul actus Dei spiritu prophetat. Mox v. 17. Samuel palam in Maspha coram toto populo Sauli per sortem Regem à Deo electum designat.

1. **T**VLIT autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait: Ecce, vixit te Dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia vixit te Deus in principem. 2. Cum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin, in Meridie, dicentque tibi: Inuenta sunt asina, ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo? 3. Cumque abieris inde, & ultra transieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hædos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. 4. Cumque te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. 5. Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philistinorum: & cum ingressus fueris ibi urbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam; ipsi quoque prophetantes. 6. Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis eum eis, & mutabitis in virum alium. 7. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum est. 8. Et descendens ante me in Galgala, (ego quippe descendam ad te) ut offeras oblationem, & immoles victimas pacificas, septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. 9. Itaque cum auertisset humerum suum, abiret à Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa. 10. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cunctus prophetarum obuius ei: & insiluit super eum Spiritus Domini, & prophetavit in medio eorum. 11. Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudius tertius, quod esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quenam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? 12. Responditque alius ad alterum, dicens: Et quis pater eorum? propterea, verum est in proverbium: Num & Saul inter prophetas? 13. Cessavit autem prophetare, & venit ad excessum. 14. Dixitque pater Saul ad eum, & ad puerum eius: Quod abistis? Qui responderunt: Quætere asinas: quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem. 15. Et dixit ei pater Saul: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. 16. Et ait Saul ad patrem suum: Indicauit nobis, quia inuenta essent asina. De sermone autem regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel. 17. Et conuocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha. 18. & ait ad filios Israel: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant vos. 19. Vos autem hodie proiecistis Deum vestrum, qui solus saluabit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris: & dixistis: Nequaquam: sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino, per tribus vestras, & per familias. 20. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit fors tribus Benjamin. 21. Et applicuit tribum Benjamin & cognationem eius, & cecidit cognatio Metri: & peruenit vique ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo

ergo eum, & non est inuentus. 22. Et consuluerunt post hæc Dominum, verumnam venturus esset illuc. Responditque Dominus: Ecce absconditus est domi. 23. Cucurrerunt itaque & tulerunt eum inde: stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. 24. Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat Rex. 25. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino: & dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. 26. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaai: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. 27. Filij verò Behai dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire.

VERS. 1.

vntionis

regum n-

inquis.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

Causa.

**T**VLIT AVTEM SAMVEL LENTICVLAM OLEI, A scriptores, & testantur qui præfentes fuerunt, & id ipsum viderunt.

ET EFFVDIT SVPER CAPVT EIVS.] Hic primus est Rex Israel qui vntione cõsecratur: nam apud gentes vngi iam erat in vsu, ut colligitur ex illo Iudic. 9. 8. Ierunt ligna vt vngerent super se Regem. Sic Cyrus vocatur Christus, id est vntus, Isaia 45. 1. Vntio hæc ordinariè fiebat à Pontifice; subinde tamen à propheta, ut hic. Cause cur vngerentur erant varia. Prima, vt significaretur summa regis dignitas in temporalibus, æquæ ac Pontificis in spiritualibus. Hac enim de causa vngebatur, ait Abul. Audi S. Cyprian. (vel quisquis est Auctor) de Cardinal. Christi operibus, tract. de Chrismate: Sicut oleum, inquit, fluitat & humidis quibuslibet superfertur: ita excellentia sacerdotalis & regie dignitatis, secundum formam Dei & Christi sub se omnia continens, regimen & munimen tam actiua quam contemplatiua vita, obtinet.

Secunda, vt significaretur nouo regi à Deo infundi nouas vires & spiritum, ad populum Dei in vero eius cultu continendum, & contra infideles defendendum.

Tertia, vt admonerent reges lenitatis, benignitatis, clementiæ, misericordiæ, charitatis & beneficiæ (horum enim symbolum est oleum) exercendæ in subditos. Ita S. Gregor. Oleum, inquit, liquoribus aliis superfertur: oleum ignem fouet: oleum vulnera curare consuevit. Vngatur ergo caput Regis, quia spirituali gratia mens est replenda Doctoris. Habet in vntione sua oleum: habeat misericordiam abundantem, qua virtutibus aliis præferatur. Habet oleum, ut dum ardorem sancti Spiritus in se nutrit, lucere vehementer aliis per verbum possit. Habet oleum medicina, ut sapienter disponat, qualiter peccatorum fautores tergat, & agras mentes saluti restituat. Ita S. Gregor. Tropol. adaptans Doctori, quod ad litteram dicitur de rege.

Quarta, vt essent typus Christi qui est summus sacerdos, rex & propheta. Christus enim vntus est à Deo oleo gratiæ, tum habitualis copiosissima, tum vnionis hypostaticæ, quæ in se est eminentissima. Quocirca reges vnti in Script. vocantur sancti, imò Christi siue Messia, ut patet c. 24. 26. & lib. 2. c. 1. 1.

Hinc mos hic ad Christianos deriuatus est, ut eorum Imperatores & Reges vngantur, imò de iure Canonico sacrum est, ut patet ex cap. Venerabilem. Extra de electione. Et cap. Cum venisset, extra de sacra vntione, quem morem Deus miraculo confirmavit. Nam cum S. Remigius Clodouæum in Regem Franciæ vngeret, columba de celo derulit ampullam olei, quo eum vxit; quæ etiamnum Rhemis afferatur, indeque Reges Franciæ vnti à Deo nanciscuntur facultatem curandi strumas, siue scrophulas; uti afferunt rerum Gallicarum

scriptores, & testantur qui præfentes fuerunt, & id ipsum viderunt.

Porro hæc ceremoniæ non ex lege, sed ex consuetudine, apud Hebræos in vntione regis adhibebantur, ait Serarius. Prima, Rex inaugurandus in sedem collocabatur. Secunda, diademate ornabatur, 2. Paral. 23. 4. Reg. 11. Tertia, vngebatur. Quarta, ei dabatur in manus liber legis, id est Deuteron. Quinta, iurabat in ipsius observationem. Sexta, sacrificia fiebant omnis generis 3. Reg. 1. & hic infra c. 11. quemadmodum apud Hierodotum l. 2: Septima, edebantur varia lætitiæ & approbationis signa, 3. Reg. & hic v. 25. 27.

LENTICVLAM OLEI.] Oleo sacro vngebantur Pontifices; reges verò nunc sacro; ut cum à Pontifice vngentur; nunc communi; ut cum à propheta quoque. An Saul vntus sit oleo sacro ex tabernaculo accepto, an communi; incertum est. Hebræi teste Varab. tradunt, solos reges descendentes ex Iuda & Dauide, sacro oleo vntos fuisse; Sauleni verò communi, eò quod reptobandus foret.

Porro, lenticula, erat vasculum siue laguncula lenticulari figura, siue instar lentis, qualem habet cornu (unde & cornu vocatur.) Minus aprè ergo Abulens. putat lenticulam, à liniendo dictam. Idem vasculi Felso & Varroni guttur siue gutturnium, eò quod propter colli angustiam liquor ex eo guttatur effluat. Parium erat hoc, tum quia parium olei in caput regis effunditur, tum quia secreta & priuata erat hæc vntio.

Symbol. S. Gregor. Lenticula, ait, est parium vas: quid ergo est, quod lenticula Saul vngitur, nisi quia in sine reprobatur: velut enim lenticula, olei parum habuit, qui spirituales gratiam prouidendum accepit. Et inferius: & contra autem, cum electus rex (David) vngi præcipitur, eidem propheta Dominus ait, imple cornu tuum oleo. 1. Reg. 16. 1. Et Rupert. lib. 2. in Joannem cap. 1. Deus, inquit, cum Samuelem misit, ut in Regem vngeret electum suum David, non lenticulam, sicut ad inungendum Saul, sed cornu olei tollere iussit; verisimiliter significans, domi sui magnitudinem, simul & fortitudinem; id est throni eius firmitatem, & prophetali gratia celsitudinem.

ET DEOSCVLATVS EST EVM.] Osculum hoc significabat gratiæ communicationem, inquit Procop. ac regalis & sacerdotalis officij mutuam concordiam & operam, scilicet Reges debere cum sacerdotibus & Pontificibus esse cõcordes, ac mutuo se inuicem adiuuare, protegere & propugnare. Osculum enim amicitia & pacis est symbolum. Tunc enim optimum est regimen, cum potestas cuius Ecclesiasticæ, siue cum regnum Ecclesiæ, & rex pontifici subseruit & opitulatur. Audi Theodor. q. 16. causam huius osculi litteralem & allegoricam assignantem: Gratia, inquit, quæ sibi inerat, eum imper-

impertit. Nam Deus quoque cum inuississet in Apostolos, A dixit: Accipite Spiritum sanctum. Etenim ex plenitudine eius omnes accepimus. Sic Propheta deoscularus est Regem, cui imposta erant manus.

Addit Abulen. Oculum æquè ac vnctionem fuisse ceremoniam, qua Saul constitutus fuit rex. Sicut enim cum quis creatur Doctor, inter alios ritus solet accipere oculum à Doctore qui ipsum creat, & quasi osculo sibi æquat, & in ceterorum Doctorum numerum asciscit: sic Samuel Iudex & Princeps osculatur Saulem, quasi illi sibi æquans, & inter Principes constituens, imò Regem efficiens. Sic Isaac osculatus est Jacob conferens ei benedictionem primogeniturae, & ex ea principatum super fratres. Genes. 27. 27. Oculum ergo erat signum primogeniturae & delati principatus.

ECCE VNIXIT TE DOMINVS SVPER HEREDITATEM SVAM.] id est super populum suum, ut explicans subdit iuxta illud: Hereditas mea Israel; Israel enim erat quasi synagoga. Resp. & Regnum Deo peculiare & proprium, iuxta illud Exodi 19. 5. Eritis mihi in peculum de cunctis gentibus.

Moral. S. Gregor. Doctor, inquit, eligitur, ut de prelatione sua non suum, sed Domini lucrum querat. Vnctionis fructus, est cultus diuine hereditatis.

ET HOC TIBI SIGNVM, QVIA (quòd) VNIXIT TE DEVS IN PRINCIPEM.] Dat Samuel signum, quòd iussu Dei eum vnixerit, ac Deus per eum liberaturus sit Israel de manu hostium, ut Saulis humilis & trepidantis, tam nouum arduumque opus & onus subire, animum eleuet, roboret & confirmet. Ita Theod. Procop. Hugo, Dion. & alij. Hinc S. Gregor. Cuius, inquit, sancti viri ad primatum sancte Ecclesie suscolluntur, vehementer expauescunt; ne onus tanti ordinis sibi iudicio hominum sit impostum, non ordinatione conditoris. Ad robur ergo humilium dantur signa, quibus se à Deo, non ab hominibus electos sciant.

VERS. 1. INVENIES DVOS VIROS IUXTA SEPVLCHRVM RACHEL IN FINIBVS BENIAMIN.] Hoc sepulchrum erat in Bethlehem, ideoque in tribu Iuda. Genes. 35. 19. sed tribus Benjamin erat confinis tribui Iudæ. Ita Lyran. Abulen. & Serarius. Alienum enim est sic cum nonnullis dispungere, quasi dicat: duos viros qui nunc, dum hæc loquor, sunt iuxta sepulchrum Rachel, inuenies in finibus Benjamin, cum eò veneris.

Tropol. Rachel, ait S. Gregor. monet regem debere vacare contemplationi, præsertim de sepulchro & morte sua, indeque progredi ad actiones suas, & functiones regias.

IN MERIDIE.] Refer hoc non ad locum, sed ad tempus, quasi dicat: Inuenies eos in tempore meridiano. Hoc enim significat Hebr. מִצְרַח יְשַׁלְּחִיךָ, id est clara umbra: talis enim est in meridie. Sept. vertunt, salientes grande, siue granditer à rad. מִצְרַח יְשַׁלְּחִיךָ, id est saltare. Quasi dicat: Inuenies duos viros saltantes, id est alacres & lætos, ac præ lætitia exilientes. S. Gregor. Dion. Hugo, Abulen. legunt: Salientes magnas, vel claras foueas: per quos S. Gregor. Tropol. prædicatores accipit: In meridie, inquit, magnas foueas salunt; quia per feruorem perfectæ charitatis, cuncta que videntur facili, alta despiciunt. Quisquid enim in hoc seculo altum ceruitur, non est vera altitudo, sed fouea, qua omnes quos in sua ambitione recipit, ad inferna deponit. Aliter S. Bonau. In meridie, inquit, id est in spiritali prosperitate magnas foueas salunt, qui lætitiâ magnam quam habent in corde, exterius ostendunt: quia inuenta sum asina, id est anima Christi sanguine redempta.

ET VENERIS AD QVERCVM THABOR.] montis in quo transfiguratus est Christus. Ita Abul. licet Hugo putet thabor, esse nomen viri cuius erat hæc quercus. Mysticè, Thabor, Hebr. idem est quod veniens lumen, vnde typus est vitæ contemplatiuæ, ita S. Gregor. Huius, inquit, conuersationis viri, dum ad exteriora opera actiuæ vitæ non exeunt, quasi in umbra sunt: quia incendia tentationum sentire non possunt. Quia enim in celesti desiderio requiescunt, quòd longius amòti sunt ab amore mundi, eò quietiores manent in umbra refrigerij.

INVENIENT TE IBI TRES VIRI ASCENDENTES AD DEVM IN BETHEL. VNVS PORTANS TRES HOEDOS.] Deo sacrificandos in Bethel. In Bethel, id est, vbi Iacob vidit Deum innixum scalæ, per quam ascendebant & descendebant Angeli. Genes. 28. inde locus dictus est Bethel, id est domus Dei. Hinc Bethel quasi hac visione Dei consecratus fuit locus orationis, & quæ ac istimolationis: tum quia necdum fabricatum erat templum, extra quod sacrificare Iudæis veterat Deus, tum quia tabernaculum, quod erat quasi templum mobile & portatile, iam erat separatim ab arca, quæ Deum repræsentabat, & arca à tabernaculo, qui erat proprius arce locus. Tabernaculum enim erat in Silo, Iudic. 18. 1. Arca in Cariathiarim, ut audiuimus c. 7. 2. Quare tunc licitum erat alio loco, præsertim à Patriarchis cultis, qualis erat Bethel, sacrificare, Deo id permittente. Hinc & Ieroboam in Bethel collocavit vitulum aureum, quasi idolum; ideoque ex Bethel, id est domo Dei, fecit Betauen, id est domum idoli, ut eam vocat Propheta.

POST HÆC VENIES IN COLLEM DEI.] id est in Cariathiarim, vbi erat arca Dei, ait R. Salomon. Vnde Chald. vertit: Ad collem in quo arca Domini. Sic & Ilidor. Clarius, Vatab. & alij: sed errant; nam Cariathiarim erat in tribu Iuda, Saul autem iam egressus erat limites Iuda, & eratque in tribu Benjamin. Lyran. Glossa, Hugo, Dion. per collem Dei accipiunt locum in quo debebant Prophete Dei, de quibus sequitur. Melius Abulen. Sanchez, & alij accipiunt Gabaa, quæ erat patria Saulis, & eratque in colle: vnde & Gabaa est dicta. Gabaa enim Hebr. est collis. Adde, in Gabaa erat statio Philisthinorum, de qua sequitur, & patet cap. 23. 18. Philisthinum enim, ut Israhelitas sub iugo suo continerent, & ab eis tributa exigent; certis locis munitis, uti erant colles, habebant sua castra & præsidia. Ita Abulen. Lyran. Hugo, & Caiet. Gabaa autem vocatur collis Dei, quia in ea Prophete diuinas laudes concinentes morabantur.

OBVIVM HABEBIS GREGEM PROPHETARVM.] Prophete hi non erant proprie dicti, qui futura prædicarent, sed erant viri religiosi, qui à turba secedentes vacabant Deo, illique hymnos & laudes concinebant, tum voce, tum instrumentis musicis: vnde secum ducebant psalterium, citharam, tympanum & tibiam, ut sequitur. Hos videtur instruisse Samuel, qui multis annis Eliam & Elifacem antecessit. Vnde c. 19. 20. Chald. vertit: Et Samuel em stantem, docentem super eos. Hi igitur sunt quasi primi Religiosi, quos in sacra Scriptura inuenimus. Pro quibus postea David Psalms composuit. Vnde Chaldaeus hos prophetas vocat scribas, qui scilicet sacra Scripturæ describendæ, legendæ, dicendæ & meditandæ vacabant, uti tempore Christi fecere Essæi. Ita Lyran. Abulen. Hugo, Caiet. Sanchez, Serarius, Tornielius, Magister Hist. Schol. Genebr. in Chronico, & alij. Hi ergo sunt Prophete, qui in sequent.

VERS. 1.

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

sequent. vocatur filij, id est, discipuli Prophetarum, A scilicet Samuelis, Eliæ, Elifæi, &c. Erant tamen, inter eos aliqui veri Prophete, qui futura prænuuntiarer; ut patet ex eo, quòd illi ipsi prænuuntiarint Elifaco raptum Eliæ in cælum, 4. Regum 2. 3. Pluribus id probat Abulen. c. 19. q. 31.

IN OSQVE PROPHETANTES.] id est hymnos Deo canentes. Cantores ergo hic vocantur prophete, præsertim ij qui ex afflatu Dei hymnos hos eructabant; uti fecit Saul, de quo sequitur. Sic filij Asaph dicuntur prophete, id est Dei laudes concinisse in cytharis, 1. Paralip. 25. 1. Vide quæ de significatis nominis prophete dixi 1. Corinth. 14. Causam & fructus huius cantus dat S. Iustin. quæst. 107. Excitat, inquit, ecclesiasticus cantus cum voluptate quadam animæ, ad flagram eius, quod carmine celebratur, desiderium. Affectiones & concupiscentias carnis sedat: cogitationes malas inimicorum, quos cernere non est, suggestiones obortientes amoluit: pietatis decoratos, generosos & fortes per constantiam in rebus aduersis efficit: omnium vitia, quæ in vita tristes & luctuose accidunt, piti affert medicinam.

Et S. Iustorus lib. 7. Sentent. c. 7. Pfalendis, inquit, vilitas tristitia corda consolatur, gratiores mentes facit, fastidiosos oblectat, inermes excitat, peccatores ad lamenta inuitat. Nam, quamuis dura sint carnalium corda, statim ut psalmi dulcedo infunderit, ad affectum pietatis animorum insedit. Et paulò post: Nescio quo pacto modulatione canentis, maior nascitur compunctio cordis: multi enim reperiuntur, qui cantus suauitate commoti, crimina plangunt, acque ex ea parte magis secleruntur ad lætymas, ex qua psallentis infunderit dulcedo suauissima.

ET INSILLET IN TE SPIRITVS DOMINI, ET PROPHETABIS CVM EIS.] hoc est afflatus Dei spiritu, & quasi entusiasmo actus hymnos dictabis & canes Deo. Hoc verbo (insillet) tanquam ex abdito diuinitatis secreto repentinus significatur afflatus, ait S. August. lib. 2. ad Simplician. q. 2.

ET MUTABERIS IN VIRVM ALIVM.] maiorem à Deo infusam accipies sapientiam & magnanimitatem, ex rusticano agasone fiet ciuilis, politicus, regalis, quia indues animum liberalem & regium. Fies ex rudi sapiens, ex duro mitis, ex agrestri vrbanus, ex priuato regius. Addit Nazian. dubitandum non esse, quin Saul per inhabitatum Spiritum sanctum fuerit in spiritualem virum commutatus.

QVANDO ERGO EVENERINT SIGNA HÆC OMNIA TIBI, FAC QVÆCVMQVE INVENERIT MANVS TUA.] Quasi dicat: Ex hisce signis intellige certissime te esse regem à Deo electum, & facultatem regiam adeptum cum ope Dei tibi assistente, ut possis perficere quæ velis, quæcumque in regimine agenda tibi occurrerit. Regaliter ergo age & pugna intrepidè pro populo Dei & tuo.

QVIA DOMINVS TECVM EST.] tanquam tuus director & gubernator. Ita Angelom. Abul. & alij. Audi S. Hieron. in quæst. His signis noscere poteris, quia Deus te regem fore voluit: & idcirco ad omnia quæ tibi agenda sunt, regaliter age, quia Dominus tecum est. Et Chald. Quando venient hæc signa tibi, parato tibi vasa (instrumenta) regni, quia dictum (verbum) Domini in auxilio tuo. Lyran. Dispone, inquit, te quantum potueris ad decenter & potenter regnandum.

ET DESCENDES ANTE ME IN GALGALA.] Videtur Samuel vel rumore populi, vel instinctu Dei præcognouisse machinationes bellicas Naas regis Ammon contra Iabes Galaad. Hac de causa præmittit Saulem in Galgala, quæ vicina erat Iabes Galaad, seque eò secuturum promittit, ut volunta-

tem Dei de hoc bello illi indicet; sed cum irperet hostes Samuelem, expectare Sauli non licuit, ait Caiet. & Lyran.

Aliter Abulen. qui generalem hinc regulam dari Sauli Samuele censet, ut quocumque in periculis belli & hostium sit, constitutus, se recipiat in Galgala, eoque se enocet, & expectet quasi de voluptate Dei ibidem scilicet aturum; idque innuitur ca. 13. sic quoque Angelom. & Mendoza. Optima, inquit Serarius, iungatur expositio Lyrani & Abulen. ut & tunc temporis id factum sit, & postea semper de composito fieri debuerit in difficilioribus negotijs, ut ex Iosepho intelligitur. & infra cap. 23. vers. 8. & 13.

Porro in Galgala iubet descendere Saulem, tum quia Galgala erat vicina Iordani, ad eum contra hostes, ne per eum transiret in Iudæam, defendendum, tum quia Galgala erat locus dicatus orationi & sacrificio, ex quo Hebraei transientes Iordanem sicco pede, prima in Galgala posuissent castra, Iosue 4. 20. tum ut huius beneficii & transitus memorem redderet Saulem, eumque magis Deo obligaret.

VT OFFERAS OBLATIONEM, ET IMMOLES VICTIMAS.] quasi dicat: afferes victimas per sacerdotem immolandas. Nam eas per se Sauli immolare non licebat, quia ipse non erat Sacerdos.

IMMVTAVIT EI DEVS COR ALIVM.] q. d. Deus cor Saulis, quod, cum esset priuatum, erat pusillum, abiectum, agreste, ferule; iam eo, rege factio fecit magnanimum, sublime, amplum & regale ut nullis periculis cederet, nullos hostes metueret, nullam onus sibi difficile arbitrarerit. Sic S. Catharina Senensis petiit à Christo aliqd cor eonforme cordi Christi, & obtinuit. Ita Abulen. Mutauit, inquit, ei cor quòd antea erat paruvm & ferule, in cor Regale. Hugo Cardin. Alius, inquit, & auda. ius cor habuit. Carthusianus: Dedit, Sauli cor varuosus & specialiter magnanimum. Vatab. Immisit illi, mente aliam, & cor regium sue regis spiritus. Theodor. Quomòdum, inquit, erat rusticus solum sciens terræ colere, cum ei manus inposuisset, dedit ei spiritum regium. D. Greg. Cor, inquit, immutatum habebat: quia qui asinus quæserat, de regni dispositione cogitabat.

Idem tamen Gregor. rursum in malam partem hæc verba explicat. Si, inquit, aliud cor tunc recepisse cognoscitur, coram propheta humilis fuit; sed ut capis descendere, pariter & cepit superbiere. In mente sua iam non esse paruulum; sed Regem se cogitabat: adhuc non erat sublimis, ordinis, sed erat sublimis estimatione.

Proprie tamen hic mutauit Deus cor Saulis, quia fecit prophetare, id est Deo laudes canere, uti præcelsit. Ita Tertul. l. de anima c. 11. Saulem, inquit, tam Dei Spiritus antea vertit in alium virum, id est in prophetam, quam & malus spiritus postea evertit in alium virum; in apostatam scilicet. Sic & alij interpretes exponunt.

ET PROPHETAUIT IN MEDIO HORVM.] id est, afflatus numine eisdem laudes Deo cecinit, quas ceteri prophete canebat. Modum explicat Auctor de mirabil. S. Script. lib. 1. c. 11. agens de cantico Hebræorum post transitum maris rubri, Exodi 15. Admiratione, inquit, dignum miraculum, ut cuncti pariter senes cum pueris, & omnes aetates, eodem inspirati flumine, vno quasi ex ore, nulla præmouitione edociti, easdè continenter litteras decantaret in vnum. Vbi non consuetudine humani ingenij, sed dauno spiritu cantorum pectora & ora insinuantur. Dominus qui paulò ante in profundo corâ eis apparuerat, ipse postmodum in tali cantu, eorû linguas & organa gubernabat.

Addunt Hebræi apud S. Hier. Saulem verè prophetasse de futuro seculo, de præmijs iustorum, & pœnis improborum.

NV 14



VERS. II. NVM ET SAUL INTER PROPHETAS? ex subita mutatione tanta Saulis hæc vox astantium erupit, quæ verba est in prouerbum simile illi quo dicimus: *anser inter olores, asinus inter apes, coruus inter Musas.* Simili modo dixere tempore Christi de Saulo facto Paulo: *Numquid Saulus inter Apostolos?* Numquid ille Iesum prædicat, qui Iesum persequi solerat? ait S. Gregor. Hoc prouerbum quoque vsurpat, cum promiscuè quilibet sibi magnificam aliquam functionem solitis suis viribus maiorem vsurpat, vt hoc æuo nemo non tractat sacras litteras, de iis que disputat. Ita S. Greg. Nazian. Apolog. de fuga sua ad Pontum: *Pro eo, inquit, quod deberent esse dociles Dei, prophetas omnes, aded vt & Saul sit inter Prophetas iuxta priscam historiam & prouerbum.* Acute Epictetus c. 20. can. 20. Philosophari, inquit, desideras? para te ipsum, quasi irridendus sis, quasi te subfamulari multi sint, quasi dicturi de repente hic nobis philosophus euasit & vnde nobis hoc supercilium?

Moral. Disce hic quam vtilis sit societas bonorum; hæc enim aliis suam bonitatem affricat. En tibi Saul in societate Prophetarum, fit propheta & prophetat. Deus enim suum spiritum affians prophetis, etiam Sauli inter eos constituto eum affabat.

Mythicè S. Bernard. serm. 2. ad fratres, de altitudine cordis: *Magnam*, inquit, *prophetandi genus, cui vos deditis esse conspicio: magnum prophetia studium, cui vos conspicio mancipatos. Quod illud? Nempe iuxta Apostolum non considerare que videntur, sed que non videntur, sine dubio prophetare est. Ambulare in spiritu, ex fide viuere, que sursum sunt querere, non que super terram; obliuisci que retrò sunt, & extendi in anteriora, ex magna parte prophetare est.*

VERS. II. ET QVIS PATER EORVM? ita legunt Rom. quod primò aliqui sic explicant, quasi dicat: Mirum non est Saulem prophetare, quia Prophetæ donum prophetiæ non habent à parentibus, quasi ex traduce, sed à Deo: sicut ergo Deus illis id ipsum gratis communicauit, sic & Sauli. Ita Lyran. Hugo, Dion. Vatab. Sanchez, & alij.

Aliter explicant nonnulli per Auxesin, quasi dicat: Quomodo Saul subito factus est propheta? imò pater eorum, scilicet & ceterorum prophetarum? illis enim Saul canendo eminet, quasi pater, id est magister discipulis. Quomodo tam subito factus est prophetarum magister, qui paulò antè necdum eorum erat discipulus? Ita Hebraei apud S. Hier. in Quæst.

Porrò Sept. legunt, & quis pater eius? quasi dicat: Nonne Cis est pater Saulis? Cis autem est homo amicus; quomodo ergo filius eius Saul illicò tam canoricè euasit Musicus? Quis eum docuit adeò melodicè canere? vti que non pater Cis, nec quis alius præter Deum. Verùm legendum cum Hebr. Chald. & Roman. Et quis pater eorum?

VERS. 13. ET VENIT AD EXCELSVM, ] scilicet collem vnde propheta descenderat vs. in excelsu enim erat locus orationis & sacrificij. Ed ergo ascendit Saul antequam ad suos rediret, vt animum colligeret, & Deo pro tot donis sibi collatis gratias ageret, ait Abulen. Hugo, & Dion. Myticè S. Gregor. Ad excelsum, inquit, post prophetia ministerium venit, qui ad caelestia gaudia, que prædicat mentem erigit, & ad ea amando, se subleuat, que loquendo monstrat. Doctores quidem cum mimoribus plana prædicant, quasi in plano sunt: & quia post verba prædicationis, ad promouenda ea que prædicant, se bonis operibus præparant,

ad excelsum venire perhibentur. DIXIT QUE PATR VVS SAUL. ] Patruus hic Saulis fuit Neî pater Abner principis militiæ Saulis, inquit Beda, Hugo, Abul. Dion. & alij. Nergo fuit frater Cis patris Saulis.

DE SERMONE AVTEM REGNI NON INDICAVIT. ] Cur tam alium de regno suo Saul tenuit silentium? Respon. Lyran. Vt euaret iactantiam, & humilitatem seruaret. Vatab. hoc tribuatur, inquit, modestia Saulis. Abul. Erubuit, inquit, de se hoc dicere, ne videretur se iactare, si hoc crederet esse verum. Addit Carthuf. Quo exemplo, inquit, quorumdam iactantia, vanitas, insipientia arguuntur, qui nihil norunt celare, & præsertim, si quid gloria & honoris eis exhibitum fuerit, aut exhibendum, filere non valent, & propriam pandunt stoliditatem. Porrò S. Greg. Verbum, inquit, non indicat, qui magnitudinem sanctitatis per vanam gloriam non reuelat. Nam qui magna dignitate, magna que sanctitate radiat, multa viuendo ostendit, que loquendo non dicit.

Secunda causa fuit, ne secretum propalaret: ita Lyran. Nam Samuel, inquit, vixerat eum secretis, propter quod puerum Saulis fecit prære, ne audiret verba eius, vt supra dictum est: & idè voluit tenere secretum, & debuit quousque Samuel negotium publicaret. Regi enim ad regia negotia sumine opus est secreto.

Tertia, ne patri inuidiam sibi concitaret, vti concitauit Ioseph narrans somnium fratribus de suo principatu: ita Ioseph. 6. Antiq. cap. 4. Hugo, Abulen. & alij.

ET CONVOCAVIT SAMVEL POPVLVM AD DOMINVM IN MASPHE, ] non quòd in Maspha esset arca Domini, vt vult Lyran. sed ad Dominum, id est ad comitia Domini, ad conuentum & Ecclesiam Domini, ad Synagogam Domini, vbi enim est Ecclesia Dei, ibi est, præsertim ipse Deus. Rursus ad Dominum, id est ad Domini fortes & iudicium; quo scilicet Dominus publicè erat designaturus regem Israelis à se electum: ita Caiet. vide dicta de Maspha. c. 7. v. 5. & Indic. 20. v. 1. Noluit enim Deus suspectum populo esse Samuelem, quasi humano non diuino iudicio rem tantam peregisset.

EGO EDVXI ISRAEL, &c. ] Verè S. Bern. Serm. de septem misericordiis, de se ipso fatebatur: Sic, inquit, ostendit me misericordibus suis Deus, sic obruit beneficium, vt onus aliud sentire non possim.

NVNC ERGO STATE CORAM DOMINO. ] Religiosus, inquit Caiet. sortium vsus significatur, per stare coram summo Deo: vt non ex casu, sed ex diuina prouidentia expectarent effectum sortis, eleuatis mentibus in Deum, & deuotè commendando causam Deo.

ET APPLICVIT (Hebr. בקרב ) iacob, id est appropinquare vel accedere fecit ) OMNES TRIBVS ISRAEL, ] ad sortem, hoc est: dedit vel iccit sortem duodecim tribubus, vt per eam videret, quam ex illis Deus eligeret, vt ex ea regem designaret. Applicuit cas Samuel, ait Abulen. ponendo fortes pro illis, vel Deum interrogando pro singulis. Quales fuerint hæc fortes, nescimus, quia cas Scriptura non explicat.

Nota, Samuel iam antè ex Dei iussu Saulem vixerat in regem, sed secretò nunc vt eundem à Deo electum toti populo ostendat, sortem iacit instinctu Dei, qui Samueli suggerisset, se ita fortes hæc directurum, vt non in alium quam in Saulem caderent. Prudenti consilio id fecit Deus, ne quis à Samuele non à Deo electum Saulem ob priuatam ami-

amicitiam, spes & commoda arbitraretur; aut se vel alios à Iuda, vel aliis nobilitibus tribubus, ait Lyran. regno digniores esse iudicaret. Sors hæc fuit diuinatona, sed à Deo suggesta, ideoque licita. Vide que de sorte triplici partim licita, partim illicita, dixi Actor. 1. Et Ionæ 1.

VERS. 21. ET CECIDIT COGNATIO METRI. ] Inter filios Benjamin qui exactè numerantur 1. Para. 8. v. 1. & seq. nominatur Metri. Quare Hebraei, Lyran. Abulen. Hugo, Dion. & alij censent aliquem ex posteris Benjamin, qui nominantur 1. Paralip. 8. cognominatum fuisse Metri, id est iaculatore, quòd in arte sagittandi, scopum scilicet configendi excelleret; in hac enim eminauissè Beniaminitas patet Indic. 20. 16.

VERS. 22. ET CONSVLVERVNT POST HÆC DOMINVM. ] per Pontificem indutum Rationali in quo erant Vrim & Tummim, vti dixi Exodi 28. 30.

ECCÈ ABSCONDITVS EST DOMI, ] in vasis quibusdam, vt habent Hebr. & Græca; putà in populi qui conuenerat, sarcinis, ait Vatab. vel in lateram aliquam fugerat, vt ait Iosephus, idque ex humilitate qua se regno indignum iudicabat, & onus regendi formidabat, ait Lyran. Hugo, Abulen. & Caiet. Vide hic quomodo honor sequitur fugientes, sequentes fugit, vti secutus est Saulem.

VERS. 23. ALTIOR FVIT VNIVERSO POPVLO AB HVMERO ET SVR SVM, ] vt sicut corpore, sic & mente, virtute & dignitate regia subditis omnibus emineret. Fuit ergo Saul procerus, & quasi gigas. Sic Anchises Æneid. 8. ait Virgil. cunctis altior ibat, & Turnus lib. 7. toto vertice supra est. Sic procerus fuit Salomon Cant. 5. 15. Carolus Magnus, Iulius Cæsar, Romulus. Suum Traianum laudat Plinius in Paeneyrico: *Quid non humeris hominum, vt alij superbi Imperatores, videretur: sed sola corporis proceritate elatior & excelso, non de patientia ciuium, sed de superbia Principum triumphasset.*

Audi Theod. Idèd Deus elegit omnium maximum, quia Hebraei non animi virtutem, sed corporis magnitudinem mirabantur.

Tropol. S. Gregor. Rex, inquit, præcellit collo, præcellit & capite. Quid enim in collo, nisi loquutio: quid in capite, nisi mentis contemplatio designatur? Capite ergo & collo subditorum omnium capita excellit, si contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrina. Et paulò inferius: Eminat, inquit, Rex collo, emineat capite, sit humero sublimis, vt conuersatione perfectus sit, eloquio mirabilis, præ ceteris arduus in arce contemplationis.

Alleg. Saul fuit typus Christi, idque ob tres analogias, quas recentet Beda lib. 2. in Samuel c. 3. Primò, inquit, quia Saul de tribu Benjamin, id est filij dexterae, descendit: ita Christi Domini familia, que ab eo pascitur ac regitur. tota dextera est: nam eius charitas in eis solùm, qui ad dexteram regni partem pertinent, perfectè generatur. Secundo, quia Saul altior fuit vniuerso populo, seu eminebat super omnem populum: ita Christus Dominus sue sanctitatis & prestantis gloria cunctos facile superabat. Quis enim similis erit Deo, inter filios Dei? Et iterum: Qui de celo venit: super omnes est. Tertio, quia Saul in regem vngendus absconditus est domi; ita & Christus Dominus cum venturi essent vt raperent eum & constituerent sibi Regem, fugit. Nec sine mysterio Saul domi absconditur: quia Christus Dominus, inquit Beda, intus se queri debere, intus inueniri posse, intus esse que docet, intus, quò ducit, ostendit.

VERS. 25. LOCVTVS EST AVTEM SAMVEL LEGEM RECORUEL. in lib. Regum.

Saul typus Christi vti dicitur.

AGNI. ] id est, præscripsit leges seruandas tam Regi circa populum, quam populo circa Regem; quid scilicet Rex populo, ac vicissim quid populus Regi præstare deberet. Hinc liquet ius regis à Samuele recentitum c. 8. v. 11. non esse legitimum, sed iniquè vsurpatum.

VERS. 26. ET EXPOSUIT CORAM DOMINO, ] putà coram arca Domini. Hic ergo Samuel publicè coram toto populo Saulem ex Dei iussu pronuntiauit Regem, ideoque publicè rursus eum vnxit, & demate ceterisque regis insignibus decorauit. Ita Abulen. & sat colligitur ex inuouatione regni quæ facta dicitur cap. sequen. v. 14.

SED ET SAUL ABIIT IN DOMVM SVAM IN GABAA. ] Myticè S. Gregor. Domus, inquit, Regis in Gabaa sua perhibetur. Gabaa quippe sublimis dicitur. Domus ergo Regis in Gabaa esse ostenditur, quia electus Doctor non ima & terrena cogitando incolere; sed alta & caelestia meditari studet.

VERS. 27. FILII VERO BELIAL (homines indomiti, superbi, proterui, inobedientes, rebelles) DIXERVNT: NVM SALVARE NOS POTERIT ISTE? ] Iste, scilicet vilis, plebeius, ignobilis, incognitus, inexpertus, Quid faciet hic longolius? Quid præstabit turris hæc carnea? Non est in tanto corpore mica salis. Ad quid tantum gigantis supercilium, nisi vt capita nostra despiciat, & eaque suis brachiis premat, & tundat? Hic erit noster Cacus, de quo Quidius:

*Dura viro facies, vires pro corpore, corpus Grande: pater monstri, Mulciber huius erat.*

ILLE VERO DISSIMVLABAT SE AVDIRE, ] Hebr. obsurdesebat, gerebat se quasi surdum: Noluit enim, ait Dion. regnum suum à turbatione, lite & sanguine inchoare. Si enim ostendisset se verba illa audire, nec vindicasset; pusillanimitas videretur: si verò vlcisceretur, ferocitatis & arrogantie adscriptum fuisset. Ergo rectè dissimulauit, finxitque se non audire, iuxta illud Eccl. 32. 12. In multis esto quasi inscius. Sapienter S. Ildod. libr. 3. Sentent. c. 50. Plerumque, inquit, Princeps

inustus etiam malorum errores dissimulare nouit; non quòd iniquitati eorum consentiat; sed quòd aptum tempus correctionis expectet, quando eorum vitia vel emendare valeat, vel punire. Et Seneca lib. 1. de Clementia: Regibus, inquit, certior est ex mansuetudine securitas: quia frequens vindicta paucorum odium reprimat, omnium irritat. Et paulò inferius: Clementia ergo non tantum honestiores; sed tutiores præstat; ornamentumque imperiorum est, simul certissima salus. S. Bernard. ad Eugenum Pontificem: pauca, inquit, castiges, multa dissimules. Theodolij Imper. in iniuriis clementiam ita dilaudat S. Ambros. epist. 17. Antiochenis, inquit, iam donasti iniuriam: inimici tui filias reuocasti; nutriendas apud assingem dedisti: matri hostis tui missisti de erario tuo sumptus. Et August. lib. 5. de Ciuit. c. 26. Inimicorum suorum, inquit, filios, quos non ipsius inuisus, sed belli abstulerat impetus, Christiana charitate dilexit; nec priuauit rebus, sed auxit honoribus.

Causam dat S. Ambros. Serm. 20. Quid enim quis fuerit ad iniuriam patientior, ed potentior constituitur in regno. Sapienter S. Ambros. lib. 2. de Interpellat. Iob. cap. 3. Tacere, inquit, debet, qui recognoscit obiectum, ne vulnus exasperet & scindatur cicatrix: tacere, & qui non recognoscit: audit enim alterius non suum crimen: quod si referat, suum facit: si tacet, retorquet, & conuulsiuam vulnerat.

Sapientius Tertul. lib. de patientia c. 8. docet, claudendas esse aures ne iniurias audiant. Si parum, inquit,

Sapienter S. Ildod. libr. 3. Sentent. c. 50. Plerumque, inquit, Princeps

inustus etiam malorum errores dissimulare nouit; non quòd iniquitati eorum consentiat; sed quòd aptum tempus correctionis expectet, quando eorum vitia vel emendare valeat, vel punire.

inquit, aequanimiter audiam dictum aliquod in me pro-

fructum huius patientiae subicit Tertul. Omnis,

CAPVT VNDECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Naas rex Ammon vult viris Iabes Galaad ernere oculos dextros. Audit id Saul, cogitq;

ET factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites; & pugnare co-

VERS.1. HABET O NOS FOEDERATOS,] quasi dicat: B

VERS.2. IN HOC FERIAM VOBISCVM FOEDVS,VT

tiam offenderit, eodem exitu disjungetur, quo telum ali-

Regium ergo, imò diuinum est, iniurias con-

ha sola cupiant, & spiritalia, que amare solent, non

Audi S. Nilum in Ascetico: Naas Ammonites, qui

VERS.3. CONCEDE NOBIS SEPTEM DIES.] ad petendum

VERS.4. VENERUNT ERGONVNIT IN GABAA SAU-

VERS.5. ET ECCE SAUL VENIEBAT SEQUENS BOVES

VERS.6. ET IRATVS EST FVRORE EIVS NIMIS.] Acuit

VERS.7. CURIA, PRATEXTO QUAE NUNC MITET ALIA SENATI.

A radice voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Et

VERS.8. ET IRATVS EST FVRORE EIVS NIMIS.] Acuit

Tropol. S. Greg. Ecce, inquit, Saul vt irasci nimis

VERS.6.

scenes aspiciunt; commouentem spiritum intus pariter attendamus. Quoties ergo maiorum zelo corrigimur, sub eorum indignatione vehementer possumus parere, si eorum impetum, motum sancti Spiritus credimus.

VERS. 7.

ET ASSUMENS VTRVMQUE BOVEM, CONCIDIT IN FRUSTA. Imitatus est Saul exemplum Leuite, qui uxorem stupro occisam conscindens in frusta, illa per totum Israel dispersit, itaque omnes ad stupri vindictam accendit. Iudic. 19. 29. Sic nouitas concisionis, noui regis minantis, se idem facturam bobus eius, qui se a bello subduxisset; omnes impulit, ad commune periculum communibus animis armis; propulsandum. Timebat enim Tyrannum Naas, ne subiugatis & exoculatis Galaaditis, victoria insolescens, pergeret trans Iordanem, ibique pari ceteros feritate omnes Hebræos sub iugum mitteret & exocularet. Timebant quoque iras & minas sui Regis Saulis. Timebant denique Deum vindicem, ne si regem suum ab eo constitutum defecerent, ab eo in manus Naas traderentur.

QUICVMQUE NON EXIERIT ET SECVTVS FUERIT SAUL ET SAMVEL, SIC FIET BOVVS EIVS. Hinc pater Samuelem Dei moniti adfuisse Sauli; & interfuisse castris & præto, vt omnes ad illius animaret, & suis precibus meritisque, eis à Deo victoriam impetraret. Vnde & ea parta v. 12. ait populus ad Samuelem: Quis est iste qui dixit, Saul non regnabit super nos? Et v. 14. Dixit Samuel ad populum, &c. toti ergo huic belli tam periculosi negotio interfuit, imò præfuit cum Saul & Samuel, quali iudex vindicæque Israelis. Nota hic: tam diu bonus fuit Saul, quamdiu Samuelem directorem secutus est: quando verò eius monita iussaque neglexit, factus est malus & reprobus. Rursus Saul præposuit se hinc Samueli, quasi Rex totius Israelis, ideoque dignior; licet Samuel eo esset sanctior.

SIC FIET BOVVS EIVS. Sed eum idipsum hominibus ipsis non comminatur: Respondet R. Salomon apud Lyranum & Abulenti. Noli, inquit, comminari penam mortis, vel deruncationis membri, ne in principio regni sui, à magno rigore incipere videatur. Altipulatur Dionysius: Comminabatur, inquit, Saul pecorum ablationem, non hominum trucidationem, vt temperate inciperet suam exercere iurisdictionem.

Nonelli ergo Principes, si præfuit, sequantur illud Claudiani: Minissima fors est regnorum, sub regem nouo.

VERS. 8.

FVERVNTQUE FILIORVM ISRAEL TRECENTA MILLIA, VIRORVM AVTEM IYDA TRIGINTA MILLIA. Mendaciter Iosephus, vt vires sitorum Israelitarum, Vespasiano & Romanis ostentet, ait, ex Israele fuisse septingenta millia, ex Iuda verò septuaginta. Quamquam Sept. hic numerant sexcenta millia Israelis, & septuaginta ex tribu Iuda. Porro Saul recensuit eos in Besech, qui erat locus iuxta Iordanem, cuius rex erat Adoni-Befec, Iudic. 1. 5. quam Iosephus Balam vocat, Sept. Bama.

Mythicè, Besech Hebr. idem est quod fulgur vel egestas, quod Beda ad mysterium traducens asserit, fideles omnes, aterna patria ciues, in Christo Domino, qui fulguri comparatur, Lucæ 17. vers. 24. numerandos esse & colligendos. Et rursus, qui relictis omnibus sequantur Dominum, describendos esse & recensendos, vt regni colorum potiantur, quod pauperes spiritu consequuntur. Matth. 5. v. 3.

Porro numeris 300. & 30. millium, idem Beda hoc mysterium assignat: Ternarius, inquit, propter confessionem sanctæ Trinitatis ad fidem; denarius, & cen-

tenarius, propter dextræ intercedu electionem, & denarium ducuntur bonis vitiis dandum, referuntur ad spem. Porro millenarius ad immobilem stabilem, perfectæ dilectionis respicit operationem. Et statim: In filiis Israel, qui est videtur Deum, intelligit speculantium perfectionem: in viris autem Iuda, qui interpretatur confessio, confitentium fortitudinem: suo vtrisque nomine optimè accommodato. Nam contemplatores mitiori vocabulo filij: Confessores, solidiori nomine viri nuncupantur.

GRAS ERIT VOBIS SALVS. Mirare hinc prudentiam & celeritatem Saulis, qui vno die tantas copias confauit, disposuit, magnis itineribus in hoste contedit, pugnavit, vicit, triumphauit: vt cum Iulio Cæsare dicere posset: Veni, vidi, vici. Hinc patet minus verè Iosephum, & ex eo Magistrum hist. schol. pro tris, supponere; tercio die. Credibile est, ait Dion. quod Samuel diuina reuelatione cognouit, quod Saul cum suis triumpharet.

CVM INCALVERIT SOL. Mysticè B. Petrus Damiani lib. 5. epist. 5. Cùm, inquit, mens per desiderium primitiis rãdesca, iam in se reuersa, ad Conditoris sui desiderium recalcit; cùm torporem negligentia deserit, & frigus insensibilitatis pristina flamma sancti amoris accendit: tunc velut incalcescente sole, victoria de hostibus sumitur: & obfessa cinis de superbi Regis manibus liberatur. Hinc est quod de Abraham scriptum est: quia apparuit ei Dominus in conualle Mambre, in ipso seruore diei, Genes. 18. v. 1. Hinc est, quod de Lot dicitur: Sol ortus est super terram. & Lot ingressus est Segor. Genes. 19. v. 23. Rectè igitur mundi, siue principis eius amicitias delignantur, & cum eis simul societatis sedes habere conuenimus, ne dum tenebris iungimur, luce priuemur.

MANE EXIBIMVS. Audi S. Gregor. Qui, inquit, iam de vicino auxilio securi sunt, quamdam spem hostibus tribuant, quos promittendo illudunt. Voco quidem debilitatem simulant; sed fortitudinem promissi auxilij intrinsecus seruant. Aliud ergo promittunt, aliud credunt. Et paulò post: Dabant, inquit, hostibus credere, quod se se in eorum manibus traderent, vt facere de eis possent quacumque voluissent. Sed qui in diem sequentem venturum Regem in suum auxilium noverant, exire eum eo non ad hostium manus, sed ad interfecionem cogitabant.

CONSTITUIT (diuisit) SAUL POPVLM IN TRES PARTES. Vt tribus ordinibus & locis, in hostium castra ex inopinato irruerent; itaque eos percellerent & occuparent, ne quis eorum euaderet. Rursum, vt si vna turma deficeret vel succumberet, altera ei succurreret.

Mythicè, B. Petrus Damiani lib. 6. Epistolarum Epist. 5. Quid est, inquit, quod populum in tres constituit partes, nisi quia tres sunt principales anime virtutes, fides scilicet, spes & charitas in trisarius usque, bellatorum partibus, victoria certaminis obtinetur: quia tribus his virtutibus, duce Christo, omnis diabolica tentatio vincitur.

ET INGRESSVS EST MEDIA CASTRA IN VIGILIA MATVTINA. Vt somno sopitos vel semisomnes inuaderet & opprimeret. Simili stratagemate vsus Iosue c. 10. cecidit Amorth, vide ibi dicta.

ET PERCVSSIT AMMON. Iuxta Ammonitas. Addit Iosephus ipsi eorum regem Naas fuisse occisum.

ET AIT SAUL: NON OCCIDETVR QVIS QVAM IN DIE HAC. Quia hæc dies est gaudij, victoriae & triumphi, quæ non decet egredere luctu; cuius funestare, fradare, maculare, ait Ioseph. Abul. & Dion.

EAMVS IN GALGALA, ET INNOVEMVS RE. Elegit Samuel Galgala; tum quia hic locus erat vicinus Iordani, iuxta quem commissum erat prælium, & victoria parta: tum quia Galgala locus erat

erat celebris ob castra Iosue c. 5. tum quia Samuel in Galgala populum iudicare solebat. Ibi ergo fiebat conuentus populi & comitia publica; in quibus proinde Samuel voluit innouare regnum Saulis, id est noua populi de tanta eius victoria gratulatione confirmari. Vnde verisimile est Samuelem hic rursum vnxisse Saulem in regem, ceterisque regis insignibus eum ornasse. Hinc Ioseph. l. 6. c. 4. asserit Saulem vnctum in Maspha & in Galgala. Ter ergo vnctus est Saul; à Samuele primò secretò, & priuatim cap. 10. 1. Secundò, publicè in Maspha. Tertio post victoriam publicè pariter in Galgala. Ita Abulen. Sanchez, Serar. & alij. Sic & Da-

uid ter fuit vnctus in regem, primò, priuatim in domo patris cap. 16. 13. Secundò, publicè in Hebron super tribum Iuda, 2. Reg. 2. 4. Tertio, cap. 5. 3. ibidem super totum Israel.

ET OBTULERVNT IBI VICTIMAS PACIFERAS. In gratiarum actionem pro pace, Israelis per victoriam Saulis parta; & in postulationem, vt illa pax tam Israelis quam Sauli foret firma & constans. In noua enim tantæ victoriæ exultatione, ac noui regis & triumphatoris Saulis inauguratione, par erat, hæc sacrificia ad publicam gratulationem offerri in Galgalis; esto ibi non esset arca fœderis, nec tabernaculum, vel altare holocaustorum.

CAPVT DVODECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Samuel sui principatus iuste sanctæq; gesti testimonium poscit à plebe: Mox v. 7. refricans Dei in populum beneficia ac populi ingratitude, grauitè eum conuulsatur, vt soli Deo seruiat; alioqui Dei vindictam experturum: in cuius rei signum, Dei quasi celo dicta sua confirmantem vocem elicit per tonitruum, v. 18. Igitur hoc capite populus Samuelis innocentiam probat, sapientiam audis, patientiam videt, potentiam admiratur.

1. Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram, iuxta Domnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem. 2. Et nunc rex gradiatur ante vos: ego autem senui, & incanui: porro filij mei vobiscum sunt: itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præstosum. 3. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bonum cuiusquam tulerim, aut aliquid: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemniam illud hodie, restituique vobis. 4. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu cuiusquam quippiam. 5. Dixitque ad eos: Testis est Dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis. 6. Et ait Samuel ad populum: Dominus, qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Ægypti. 7. Nunc ergo state, vt iudicio contendam aduersum vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris: 8. quo modo Iacob ingressus est in Ægyptum, & clamauerunt patres vestri ad Dominum: & misit Dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto: & collocavit eos in loco hoc. 9. Qui oblitus sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manu Sifaræ magistri militiæ Hasor, & in manu regis Moab, & pugnaverunt aduersum eos. 10. Postea autem clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi. 11. Et misit Dominus Ierobaal, & Badan, & Iephthæ, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter. 12. Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis: cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis. 13. Nunc ergo præto est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce dedit vobis Dominus regem. 14. Si timueritis Dominum, & seruiueritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini: eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum: 15. si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Domini super vos, & super patres vestros. 16. Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. 17. Numquid non metis critici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces & pluias: & scieris, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem. 18. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluias in illa die. 19. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem, & dixit vniuersus populus ad Samuelem: Ora proferuis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur, addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem. 20. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecistis vniuersum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, sed serui-

Cornel. in lib. Regum.

Z 3

tc



te Domino in omni corde vestro. 21. Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt. 22. Et non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum: quia iuravit Dominus facere vos sibi populum. 23. Absit autem à me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. 24. Igitur timeat Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro: vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit. 25. Quod si perseueraueritis in malitia: & vos & rex vester peribitis.

VERS. 2. REX GRADITUR ANTE VOS.] Chald. Ecce rex ductor in capite vestro. Hoc enim petierat populus c.8.20. Rursus Samuel hic quasi se abdicat principatu, quasi dicat: ego officio meo perfunctus sum, regem quem petistis dedi vobis Saulem: ille ergo deinceps erit rex, dux & princeps vester. Vnde mox v.3. Samuel coram Saule toti populo administrationis suæ rationem reddidit, uti solent facere ij, qui magistratu abeunt, vel eo se abdicant: qua in re rum reuerentiam & obedientiam Sauli detulit, tum suam integritatem ostendit, dum Saulis & totius populi iudicio se suppedit, si quis aliquid aduersus eum haberet, ait Caiet.

EGO SENVI ET INCANVI; PORRO FILI MEI VOBISCVN SVNT,] ut me mortuo iniuriam vel damnum, si quod alicui vestrum intuli, ex bonis meis præstent & sarciant; dummodo læsus illud nunc palam edicat, & de eo me contumaciter: ita Lyran. Secundò, Dion. quasi dicat: ego abeo, sed filij mei pro me, si qua in re opus erit, vobis, nouòque regi seruient. Tertio, Mendoza, quasi dicat: Filij mei vobiscum sum. Optime illos nostis; & ab illis in meam vitam facile inquiretis, an ego ilorum malitiam fouerim, aut iuuerim, aut aliquo patrocinio ad iniustitiam exercendam incitarim. Quare cum hac inquisitio facilis sit, omnes quæso ad hoc iudicium concurramus.

Ex rō senui & incanui, patet Samuelem hoc tempore fuisse valde senem; scilicet circiter sexaginta annorum; ita ut natus anno 2. Heli, qui 40. annis præfuit, cum ei morienti succēssit, fuerit 38. annorum, ac deinde 22. præfuerit Israeli. Sic enim hinc annis additis constabuntur anni sexaginta senectutis eius, quæ in eo citior & grauior fuit, ob labores assiduos, quos in iudicando subierat. Dices, quomodo ergo subdit Samuel: *Conuersatus coram vobis ab adolescentia mea?* Nam qui 38. est annorum, non est adolescens, sed vir. Respon. Samuel adhuc viuente Heli, cum iunior esset, multa loco Heli iam grandæui administrabat; exercebat enim eum Deus per Heli, ut idoneus fieret eius successor: huc enim eum ipse destinabat.

VERS. 3. CORAM CHRISTO EIVS,] id est coram Saule, qui est Christus, id est vnctus Dei, eò quod Deus eum per me regem creauit, & vnxit. Samuel ergo coram Saule & coram Deo suam integritatem enuntiat, ad Saulis & populi exemplam, ut illud imitentur; simul tacite inhuens, se Deo illam acceptam referre: Nam ut ait D. August. lib.9. Confess. c.13. *Quisquis, inquit, tibi, Domine, enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi munera tua?* Et Epist. 105. ad Sixtum: *Cum, inquit, Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat, quam munera sua.*

VTRVM BOVEM CIVISQVAM TVLERIM,] Sic & S. Paulus: *Argentum, inquit, & aurum, aut vestem nullus concupiuit: ipsi scitis.* Act. 20. v.33. Et iterum: *Capite, inquit, nos: neminem læsumus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus, & c.2. Cor. 7. v.22.*

Hinc B. Petrus Damiani lib.1. Epist. 12. coarguit Episcopos, qui nolunt se suosque actus à ciuibus

A examinari. *Quis, inquit, est hic arrogantia tumor? quis elationis fastus? Quæ denique tanta superbia? ut liceat Episcopum ad propriæ voluntatis arbitrium viuere, & quod insolenter excessum est, à subiectis suis dignetur audire.* Et paulò post, hunc fastum per exempla proborum contraria exaggerans: *Beatus, inquit, Iob dicit: Si contempsisti subire iudicium cum seruo meo, Iob. 31. v.13. Et tu dicit: Absit, ut digner ad examen venire cum Clerico meo. Deus omnipotens per Isaiam clamat: venite & arguite me. Isai. 1. v.18. Is qui iudicat omnia, non dedignatur à seruis argui: tu seruus vrique cum seruo in iudicium venire fastidisti Samuel vtrò se arguendum nullis accusantibus obtulit; & vtrum eos in aliquo violenter oppresserit, inquisiuit. Ecce presbo sum, inquit, loquimini de me, & c.*

SI OPPRESSI ALIQVEM,] Samuelis iustitiam & modestiam affectatus S. Greg. Nazian. Orat. 32. se populi iudicio submittit. *Quid, inquit, populum hunc per auaritiam circumuenimus: numquid priuatis vtilitatibus consulimus: numquid Ecclesiam molestiam affecimus? Nihil profecto, quantum mihi conscius sum. Purum minimeq, adulterinum sacerdotium custodimus. Mox graui contentione id ipsum perurger dicens: quod si Principatus, aut sublimium thronorum studij ductus sum, aut Imperatorum aulis calcare appetij, numquam aliud quidquam splendoris consequi mihi contingat; aut si consequutus fuero, statim illud proiciam, atque amittam.*

Porro Samuel hæc de se recenset coram nouo rege Saule, ut eum suo exemplo doceat subditos non opprimere, sed subleuare. Ita S. Chryso. hom. 24. in Epist. 2. ad Corinth. qua in re vide & imitare prudentiam Samuelis.

SI DE MANV CVIVSQVAM MVNVS ACCEPI,] et- Prælati- honam m- nera. iam vtrò & sponte oblatum. Magnæ integritatis, magnanimitatis & sanctitatis indicium est, munera refutare. Sic Daniel ad Balsasar c.5. 17. Rex, inquit, munera tua alteri da. *Quærit S. Chryso. in Psal. 95. Et quod erit interpretationis sue, Danieli, premium? ac responderet: A Deo merces venit: quin potius hoc ipsum mihi veritatis premium, interpretari veritatem, ac puritatem, quæ insamatur, vindicare.* Sic Abraham respuit munera regis Sodomæ, quem ab hostibus liberat. Genes. 14. 22. & Elisæus munera Naaman, quem à lepra curat. 4. Reg. 5. 14. Et Moses Num. 16. 15. & Iob. c. 31. 7. S. Hilarion Orisionis, à quo legionem demonum expulerat, ampla dona refutans, cum ille instaret, ut saltè illa accipiens erogaret in pauperes, respondit: *Tu melius potes tua distribuere, qui per vrbes ambulat, & nosti pauperes: Ego, qui mea relinquo, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum occasio auaritia est: misericordia verò artem non habet. Melius nemo erogat, quam qui sibi nihil referuat. Tristi autem & in terra iacens: Noli, inquit, contristari filie, quod facio pro me & pro te facio: Si enim hæc accepero, & ego offendam Deum, & ad te legio reuertetur.*

Hinc S. Bernard. lib. 4. de Consid. mirè laudat Gaufredum Legatum Apostolicum, quod omnia omnino etiam exigua munera spreuerit. *Non fuerunt, inquit, qui possent Legato dicere: Ditanimus Abraham.*

braham. Ipse vòd cum Samuele liberè concipiatur ad A omnes, loquimini de me, & c. Ad dit S. Bern. exemplum Cardinalis Martini, cui eum Episcopus quidam equum donasset, ac mox eius quadam in re suffragium flagitasset ab eo hoc responso tulit: *Decepisti me, nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum, ecce in stabulo est.*

Tropol. Quisque debet quotidie iudicium hoc sui peragere per rigidum conscientie examen. Audi S. Bern. ad fratres de monte Dei: *Disce tibi præesse, vitam ordinare, mores componere, te ipsum iudicare, & te apud te ipsum accusare; sepe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat accusans iustitia, stet rea & temetipsum accusans conscientia; nemo te plus diligit, nemo fideliter iudicabit. Pere à te ipso rationem praterita noctis, & ventura diei tu tibi canonem prescribit, & superuenientis noctis regimen indicito. Sic distracto nunquam aliunde lasciuire vacabit.*

VERS. 4. NON ES CALVMNIATVS NOS, & C. NEQVE TVLISTI DE MANV ALICVIVS QVIPPAM,] Magnum hoc est & mirabile totius populi de integritate Samuelis testimonium, pariter & iudicium. Quocirca S. Greg. Nyssen. Meletium Episcopum Antioch. virum integerrimum confert Samuelem in Orat. habita in eius funere: *Cum primùm, inquit, illa Ecclesia Meletium vidit, vide mansuetudinem atque clementiam qualis in Dauide fuit, qualis in Salomone, intelligentiam atque prudentiam, qualis in Moysè, bonitatem; qualis in Iosepho continentiam pudicitiamq; qualis in Dauide, sapientiam, qualis in Samuele, perfectionem.*

Porro Samuel suæ integritatis testimonium poscit à populo, ut deinde liberius eum de suis sceleribus redarguat. Nam ut ait S. Gregor. lib. 7. mor. c. 16. *Mundus esse à vitis debet, qui curat aliena corrigere: quia nequaquam pure maculam in membro considerat oculus, quem puluis grauat: & superpositas sordes tergere non valet manus, quæ lutum tenet. Dauid vir sanguinum, templum Deo adificare prohibetur. 1. Paral. 22. vers. 8. Quia qui adhuc actibus carnalibus incumbit, necesse est, ut instruat spiritaliter mentes proximorum erubescat. Et Tertul. lib. de Patientia c. 1. Oportet, ait, constantiam commouendi, propria conversationis auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubescant.* Et S. Ambros. lib. 5. in Lucam c. 6. *Nisi tu, inquit, prius interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, non potes aliis ferre medicinam. At te igitur pacem incipe, ut cum fueris ipse pacificus, pacem aliis feras. Quomodo enim potes aliorum corda mundare, nisi tuum ante mundaueris?*

Quocirca Ferrandus Diaconus Carthag. hoc Samuelis exemplum, Belli Ducibus imitandum proponit. Sic enim scribit Regula 1. Innocentie militaris: *Dux, ait, in sua administratione, non præesse diligit, sed prodesse: imitetur bonis actibus Samuelem: comparat sibi liberam fiduciam verècunda & honesta libertatis, ut ingenuè fronte dicere valeat subiectis sibi, sicut dixit Samuel: Ecce adsum ego, & c. aut de manu alicuius accepi pro exhortatione vel calcamentum, & c. Et respondeatur etiam ei, quod dixerunt ad Samuel: Nemini nostri nocuisti, & c. O quam gloriosus dux erit ante faciem Principis, qui ista audire meruerit, & c.*

VERS. 11. ET MISIT DOMINVS IEROBAAL,] Hic est Geleon successor ara Baal. Iudic. 6. 32.

ET BADAN,] hic est Samson, vt vertit Chald. Sic & S. Hier. in quæst. Hebr. Angelo. Lyran. Abulen. Caiet. Vatab. & passim Interpretes. Nam Samson dictus est Badan, quasi *1. badan*, hoc est in Dan habitans. Fuit enim ipse ex tribu Dan: vel quasi *bandan*, id est filius Dan siue Danita, ait Clarius, Pagnin. A-

bulen. & alij. Vnde nonnulli codices addunt *Samson*, quod explanationis *Badan* causâ additum in margine, postea irrepsit in textum; vnde ex eo illud deleuere Romani. Rursus *Badan* Hebr. idem est, quod *vestis & fortitudo eorum*, ait Pagnin. talis enim Hebræis fuit Samson. Denique per Anagramma & Alphabetariam reuolutionem quam Hebræi vocant *Abbas*, qua vltimæ litteræ cum primis retrogrado ordine commutantur, v.g. Aleph prima commutatur cum vltima Tau; ac Beth secunda à principio, cum Schia quæ secunda est à fine; ac Daleth quarta à principio, commutatur cum Mem, quæ quarta est à media Iod: hac inquam litterarum commutatione *Badan* est *Samson*, sic enim per idem Anagramma, *Sebach* est *Babel*, Ierem. c. 25. vers. 26. vide ibi dicta. Vtitur Scriptura hac litterarum reuolutione, vt significet fortis Samsonis commutationem, qua vir fortissimus post capillorum refectionem factus est infirmissimus, ac captus à Philisthæis exoculatus est.

VERS. 12. VIDENTES AVTEM QVOD NAAS, & C. DIXISTIS: REX IMPERABIT NOBIS,] Hinc patet, causam cur Hebræi petierint regem, fuisse metum imminētis Naas, vt superius dixi.

SI TIMVERITIS DOMINVM,] cum reterendo, amando, colendo, obediendo, & cauendo ne qua in re legem eius transgrediendo eum offenderis. Nam vt ait S. Chryso. in Psal. 127. *Nullum est malum quod non extinguat Dei metus. Quemadmodum ignis, quodcumque ferrum ceperit contortum vel rubiginem confectum, id clarum reddit ac pulchrum, ferruginem abstergens, & quod in eo erat peruersum & inflexum, perfectissimè corrigit: ita Dei metus vel exiguo tempore facit omnia, & eos qui ab ipso tincti sunt, nulli re humana frangi sinit.*

Eleganter & neruose Tertul. lib. de Præscript. cap. 43. Vbi, inquit, *Dei metus, ibi grauitas honesta, & diligentia attonita, & cura sollicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & subiectio religiosa, & apparitio deuota, & processio modesta, & Ecclesiæ vnita, & Dei omnia.*

ERITIS & C. SEQVENTES DOMINVM,] quasi dicat: ostenditis re ipsa vos extoto corde sequi Dominum, sicut filij sequuntur per omnia patrem, milites Ducem, subditi Regem. Atque hinc consequemini magnum decus: *Gloria enim magna est, sequi Dominum, vt ait Eccle. c. 22. 38. ac magnum pariter emolumentum. Deus enim vos quasi sequaces cultoresque suos proteget, prosperabit & beabit.* Vnde Sept. addunt: *& liberabit vos.*

VERS. 15. SI AVTEM NON AVDIERITIS VOCEM DOMINI, SED EXASPERAVERITIS SERMONES EIVS,] Primò, aliqui cum Hugone sic exponunt: *Si præcepta Dei estimaueritis esse aspera & difficilia, vel impossibilia seruatur.* Nam vt ait S. Gregor. *Bona opera in dilectione suauitatis habenda sunt, non in estimatione asperitatis: nam quibus semper dura & aspera videntur, quæ à Domino precipiuntur, paulatim decidunt & desiciunt.* Et paulò post: *Si non exasperaueritis, inquit, os Domini, quasi dicat: si ea, quæ carnalibus aspera sunt, præcepta charitatis, vsque ad vite finem cum iucunditate deducitis. Piger enim & nequam seruus est, qui fingit laborem in precepto.* Psal. 93. 20. Secundò, idem Hugo; quasi dicat: *si feceritis Deum asperè loqui propter peccata vestra, vt scilicet dicat: Ite maledicti in igne aterni.*

Tertio & genti dè, Hebr. est: *Sed amaraueritis, vel amarum feceritis os Domini, hoc est si irritaueritis, & ad iram pronocaueritis Dominum: ita enim ostendi solet amaro ore & vultu, indeque proceduntibus*

tibus sermonibus amaris & asperis: vnde Chaldaeus vertit: Et rebellaueritis dictis Domini. Rursum per os & sermones Domini, possunt accipi leges & praecepta Dei, quae ipse ore suo edixit, quasi dicat, si offenderitis legem, eamque ad iram prouocaueritis. Est profopocia, tribuitur enim legi inanimata anima, sensus & ira: Lex enim videtur irasci impiis, dum ab iis violatur & contemnitur; ideoque ipsa quasi irata sui violatoribus minas & poenas in se sanctitas intentat. Verum per legem intelligitur Deus legislator, qui praeuaricatoribus irascitur, eiusque poenas in lege statutatas infligit. Hic ergo sensus in idem cum priore redit.

ERIT MANUS DOMINI SUPER VOS, ET SUPER PATRES VESTROS. [Primò, Chaldaeus sic exponit: Erit plaga Domini in vobis, vt haec que fuit in patribus vestris, cum in deserto Deo rebellauerunt. Sic & Vatab. Affliget, inquit, vos vt afflixit maiores vestros, quando fuerunt inobedientes. Accedit Lyran. Manus, inquit, Domini erit super vos de futuro, sicut fuit super patres vestros de praeterito. Et Carthusianus: Quidam, inquit, sic exponunt: Ita erit super vos in posterum, sicut puniunt, sicut iam ante fuit, & sicut puniti fuerunt patres vestri transgressores. Ad enim &, quando copulat similia, idem valet quod sicut, vt patet in Prouerbis.]

Secundò, Dion. quasi dicat: Tam vos, inquit, quam patres vestri, qui vos ad mala inducunt, seu à virtutibus non refranant, incurretis debitas poenas Dei: vel super patres vestros defunctos condemnatos, quorum damnatio seu tormentum augetur ex iniquitatibus & condemnationibus vestris; in quantum prebuerunt vobis occasionem & exemplum peccandi: & poena vnus damnati redimat in alium. Hic sensus si de viuis accipiantur planissimus est; si de mortuis, remotior videtur, & altius quam Hebraeorum crassa mens se porrigeret, longiusque petitus.

Tertiò, Erit manus Domini super vos, & super patres, id est principes vestros: princeps enim est pater patriae teste Aristotele lib. 8. Ethic. c. 11. vnde Homerus Agamemnonem regem vocat patrem & pastorem populorum. Et Romani, Senatores suos qui omnia regebant vocabant, patres conscriptos: ac saepe in Scriptura principes vocantur patres. Ita S. Gregor. Abulen. Caiet. vnde Sept. vertunt, super vos, & super Regem vestrum. Audi Senecam lib. 1. de Clementia cap. 14. Hoc, inquit, quod parenti, etiam Principi faciendum est: quem appellauimus patrem patriae, vt scribit datam sibi potestatem patriam, que est temperatissima, liberis consulens, suaque post illos reponens. Tardè sibi patrem membra sua abscondat, & cum absiderit, reponere cupiat, & in abscondendo gemat, curatatus multum quique.

VERS. 17.

Tonitru miraculosum.

NVMQVOD NON MESSIS TRITICI EST HODIE? INVOCABO DOMINVM, ET DABIT VOCES (tonitrua) ET PLUVIAS. [Fuit hoc miraculum, vt docet S. Gregor. Lyran. Hugo, Abulen. Vatab. Dion. Caiet. & ceteri: Nam vt scribit S. Hier. testis oculatus in Amos 4. v. 7. Numquid in fine mensis Iunij, siue in mense Iulio in his prouinciis, maximeq; in Iudaea, pluuia vidimus? Denique in Regum libris, pro signo magno atque portento, diebus estatis & mensis orante Samuele pluuia conentata sunt.]

Rursum, quia cum serenum esset caelum, Samuel per preces suas subitò hec tonitrua & pluuia è caelo elicit, & à Deo miraculosè fieri impetrauit. Audi Auctorem de mirabil. S. Script. lib. 2. c. 9. apud S. August. tom. 3. Samuele, inuocante Dominum, cum populus sibi Regem peteret, Dominus per pluuia & horribiles voces intonuit, quibus plebs que audierat se Dominum repulisse, ne regnaret sibi, intelligeret. Quos frago-

res per Samuelem iterum Dominus deprecationem compescuit, postquam populi de hac re penitudinem intus aspexit. Addit idem Auctor Samuelem penitenti populo mox stitisse pluuia, & caelum serenasse; quod nouum fuit miraculum. Hinc Clemens Alexand. lib. 6. Stromat. culpatur Graecos, quòd hanc Samuelem historiam detorserint ad Haecum, fingentes ipsum suis precibus à Deo impetrasse pluuia, qua fegetes siccitate emortuae reuiuiscerent.

Tropol. S. Gregor. Dominus, inquit, vocem dat (hoc est, tonitruum) quia peccatorum corda excitat, vt prauitatis suae nequitiam recognoscant. Dat pluuia, quia excitata corda per infusionem superne gratiae adiuuat, vt non solum deserat mala quisque, qua fecit, sed etiam bona fortiter agat, qua appetit. Et paulò post: Non est, inquit, minus miraculum immutatio cordis, quam perturbatio aeris. Non minus miraculum est, aere corda reuiuiscere, quam aestiu arboribus, imposito more, pluuia inundare. Maius quippe miraculum est, intimo sonitu insensibilem mentem concutere, quam collisis per ventum nubibus tonitruum insonare.

ET VIDEBITIS QVIA GRANDE MALVM FECERITIS VOBIS IN CONSPECTV DOMINI, PETENTES SVPER VOS REGEM. [tum quia Deus per tonitru, iratum se fuisse vobis testabitur: ipse enim in peccata & peccatores detonatur quia, vt ex R. Salomone ait Lyran. Deus excitauit ista tonitrua, vt constaret perniciam populi: nam si tante erant vires Samuelem, vt posset caelum commouere, & tonitrua deuocare, quomodo non potuit hostem prostigare & Reipublica praeserere.]

ET DOMINVS DEDIT VOCES, [tonitrua mixta fulguribus & grandinibus, ait Iosephus I. 6. Ant. 6.]

Porro S. Gregor. hom. 27. in Euang. citans illud Ierem. 15. 1. Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Quid est, inquit, quòd Moyses & Samuel ceteris Patribus in postulatione praesentur, nisi quòd hi duo tantummodo, in cuncta Testamenti veteris serie etiam pro inimicis suis leguntur exorasse: Vnus à populo lapidibus impetitur, Exod. 17. v. 4. & tamen pro lapidatoribus suis Dominum deprecatur. Alter ex principatu euicitur, & tamen petitus, vt exoraret, sicut dicitur: Absit à me hoc peccatum in Domino, vt cesset orare pro vobis.

NOLITE RECEDERE A TERGO DOMINI. [Hebr. de post Dominum. Chald. de post cultu eius, quasi dicat: Ne desisteritis sequi Dominum, eumque amare & colere. Moral. S. Greg. Penitentis, inquit, mens tunc bene dirigitur, si diuina iudicia metuat, & de Dei omnipotentis miseratione confidat. Timor quidem sine spe, in desperationem precipitat: sed cum spe coniungitur, salutem mentis operatur. Quare summo studio optimus Doctor inuigilare debet, vt peccatis terreat, & terrum ad veniam spem reducat. Quatenus per metum peccare desinat, & per spem impetranda indulgentiae, diuinae misericordiae portum quarat.]

Tropol. idem S. Gregor. Iusti, inquit, stant in conspectu Domini, quia testimonio bonae conscientiae de amore Conditoris presumunt. Peccatores autem cum mala committunt, à facie Domini fugiunt: cum verò redire penitendo deliberant, quasi post tergum Domini sunt; quia & discedere longius nolunt, & tamen praesumere de Deo quasi amici non possunt. Hinc est quòd peccatrix mulier retrò stetit dicitur, Luc. 7. v. 38. Retrò etiam illa stetit, que simbrias eius tetigit, Matt. 9. v. 20. Retrò quidem stat pro verecundia peccatis, sed tangit per virtutem spei. Quia ergo pro commissis iniquitatibus semper erubescere debemus, & in quibus confundimur, deuotare, Samuel peccatoribus imperat, vt à tergo Domini non recedant.

NOLITE DECLINARE POST VANA. [hoc est idola, quae falsa sunt Numina, ideòque vanissima &

VERS. 18.

VERS. 11.

librum amant.

& mendacissima; quae opem se inuocanti praestare non possunt. Porro vanitatem idolorum arguere ostendit & irriti Dionysius Tyrannus, qui, vt ait S. Ambros. lib. 2. de Virgin. Cum venisset in templum, Iouis amictum aureum, quo operiebatur simulacrum eius, deprehi iussit, & imponi, laqueum, dicens, aurum hyeme frigidum, aestate onerosum esse. Sic Deum irriti sum, vt nec omni terro posse, nec frigore putaret. Item, cum Aesculapij barbam vidisset auream, tolli imperauit, incongruum esse appellans, vt filius barbam haberet, cum Apollo pater eius adhuc non haberet. Item simulacris tenentibus aureas pateras ademit allegans, accipere se debere, quòd Dij darent. Ita ludibrio habiti sunt, vt neque Iupiter vestem suam descendere potuerit, nec barbam Aesculapius, neque omnes qui dicuntur Dij, retrahere potuerint pateras, quas tenebant, non tam furiti reatum timentes, quam sensum non habentes.

Tropol. S. Gregor. In comparatione, inquit, aeterni bonorum vana sunt omnia etiam bona temporalia. Quidquid enim in hoc saeculo latuit, delectabile, sublime, aut prosperum cernitur, vanum profectò est: quia difficile habetur, & cito aueritur. Repente quidem alta saeculi corrumpunt: pulchra transiunt, leta & prospera euascent. Nam cum stare in his floribus suis mundus blandiens cernitur, repente fortuna turbatur, aut festina, & omnia decubante morte concluditur. Vana ergo sunt gaudia saeculi, quae quasi manentia blandiuntur: sed amatores suos cito transeundo decipiunt. Et inferius: Declinare post, est, in eorum appetitum desuere: amore illorum diuino amori praeserere. Merito ergo his vana non proderunt, quia eis eo ordine, quo condita sunt, habere noluerunt.

VERS. 22.

ET NON DERELINQVET POPVLVM SVVM, PROPTER NOMEN SVVM MAGNVM. [Primò, nomen Dei, est fama Dei, quae magna erat apud omnes gentes: quòd scilicet Deus Israelitum suum populum à Pharaone, aliisque hostibus, per torprodigia liberasset, & protigerat. Ita Abul. Vatab. Dion.]

Secundò, nomen Dei est eius omnipotentia, misericordia & fidelitas.

Tertiò, nomen Dei est ipse Deus nominatus & inuocatus. Deus enim est optimus & maximus.

Mysticè, propter nomen suum magnum, id est propter Christum, hic enim est nomen Patri; quia loquitur, id est manifestat ipsi mundo, ait Hugo. Hic quoque, Iesus, id est saluator mundi. Nomen magnum, ergo est Iesus. Audi S. Bern. serm. 1. in Cant. Aridus est omnis anima cibus, si non oleo isto infundatur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero Ibi Iesum, si disputes, non sapie mihi, nisi sonuerit Ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilis. Et paulò post huius nominis fructus eximios demonstrans: Ita, inquit, impetum co-

hibet, superbia tumorem sedat, sanatur quoribus vultus, refringit luxuria fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritia, ac totius dedecoris fugat pruriginem.

ABSIT A ME HQC PECCATVM IN (id est contra) DOMINVM, VT CESSEM ORARE PRO VOBIS. [Prælati Praelati enim & prophetae (qualis erat Samuel) officium & debitum est, orare pro populo sibi subdito, praesertim in periculo offensa, iraque Dei constituto, qualis erat hic Israël. Addit S. Gregor. Si secundùm legem praecipit hoc discutiatur, peccatum non esset, si pro abiectionibus se, non oraret: nam lex Moysi praecipit, dicens: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Quid est ergo, quòd dicit: Absit à me peccatum; nisi quia vir sanctus ad charitatem verticem sublimis, non solum diligebat amicos, sed ipsos etiam amplectebatur inimicos: legis quidem veteris mandato instruitus, sed noua gratiae fulgoribus illustratus, licentiam veritatis, euangelica perfectione reprehendit.]

Porro Patres hanc Samuelem vocem, vt charitate in sibi aduersos astuantem miris laudibus extolunt: imò vt benignitatis & charitatis speculum, omnibus imitandum proponunt. Audi S. Gregor. hom. 15. in Ezech. Cupimus animam in benignitate dilatare? Samuel in cogitationem aduocatur, qui de principatu deiectus à populo, cum idem populus peteret, vt pro eo Domino preces effunderet, respondit, dicens: Absit à me hoc peccatum in Dominum, vt cesset orare pro vobis. Culpam quippe vir sanctus perpetrare se credidit, si eis, quos aduersarios pertulerat, usque ad ejectionem, benignitatis gratiae non reddidisset in prece.

S. Chrysost. hom. 1. de cruce & latrone: Samuel, inquit, qui exordinatus steterat, qui contempnus, ait: Mihi absit peccare, interintendo orare pro vobis Dominum. Peccatum arbitrat, minus pro inimicis orare.

B. Antiochus. hom. 72. Samuelem vocat virum admirabilem, quòd pro iis, qui eum principatu deiecerant, orarent. Hinc inferit S. Greg. hom. 27. in Euang. Virtus ergo vera orationis est, cessando charitatis. Et tunc quisque quòd rectè petit, adipsiatur, cum eius animus in oratione nec inimici odio suscitur.

QVOD SI PERSEVERAVERITIS IN MALITIA, ET VOS, ET REX VESTER PARITER PERIBITIS. [quia rex & populus politice sunt quasi vna persona: quare sicut vnum quid sunt in culpa, sic & vnum quid sunt in poena.]

Porro sagaciter S. Gregor. lib. 6. Ita, inquit, sibi regentium merita coniectamur & plebium, vt saepe ex culpa praesidentum, deterior fiat vita subiectorum; & saepe ex merito plebium, delinquat vira Pastorum.

VERS. 24.

Prælati ore pro populo sibi subdito.

Samuel charitatis speculum.

VERS. 25.

Rex & populus politice sunt quasi vna persona.

CAPVT DECIMVM TERTIVM:

SYNOPSIS CAPITIS:

Saul aduersus sibi & Ionathae filio tria millia militum. Ionathas percussit stationem Philistinorum. Illi ingentem redintegrant exercitum, parantq; praelium. Saul pauidus offerit sacrificium, ut Dei opem imploret. Intervenit v. 10. Samuel, eumq; obiurgat, quòd se, vt iussisset, non expectarit: ideòq; v. 14. Deum, regnum ab eo quasi inobediens ad Davidem traditurum edicit. Philistini v. 19. vt arma Hebraeis eripiant, cauent ne apud eos sit faber ferrarius.

1. Filius vnus-anni erat Saul cum regnare cepisset, duobus autem annis regnavit super Israël. 2. Et elegit sibi Saul tria millia de Israël: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin. porro ceterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua. 3. Et percussit Ionathas

Ionathas stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philistinorum, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. 4. Et uniuersus Israël audiuit huiuscemodi famam: Percussit Saul stationem Philistinorum: & erexit se Israël aduersus Philistinum. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala: 5. Et Philistinum congregati sunt ad præliandum contra Israël, triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena quæ est in litore maris plurima. Et ascendentes castra metati sunt in Machmas ad Orientem Bethanien. 6. Quod cum vidissent viri Israël se in arcto positos, (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis, & in abditiis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis. 7. Hebræi autem transferunt Iordanem in terram Gad & Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, uniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. 8. Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo. 9. At ergo Saul: Afferte mihi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum. 10. Cumque complexerit offerens holocaustum, ecce Samuel ueniebat: & egressus est Saul obuiam ei ut salutaret eum. 11. Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi quod populus dilaberetur à me, & tu non ueneras iuxta placitos dies, porro Philistinum congregati fuerant in Machmas, 12. dixit: Nunc descendit Philistinum ad me in Galgala, & faciem Domini non placuit. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum. 13. Dixitque Samuel ad Saul: Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum: 14. sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsiuit Dominus sibi vitum iuxta cor suum: & præcepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eò quod non seruaueris quæ præcepit Dominus. 15. Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabant eos uenientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recensuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos viros. 16. Et Saul & Ionathas filius eius, populusque qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin: porro Philistinum confederant in Machmas. 17. Et egressi sunt ad præliandum de castris Philistinorum tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra viam Ephra ad Terram Sual. 18. Porro alius ingrediebatur per viam Beth horon: tertius autem uerterat se ad iter termini imminentiis valli Seboim contra desertum. 19. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni Terra Israel, cauerant enim Philistinum, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. 20. Descendebat ergo omnis Israël ad Philistinum, ut exaceret vauquilque vomerem suum, & ligonem, & securim, & ferculum. 21. Refusa itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, vsque ad stimulum corrigendum. 22. Cumque venisset dies prælij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionathas, excepto Saul & Ionathas filio eius. 23. Egressa est autem statio Philistinum, ut transcenderet in Machmas.

VERS. 1.

**F**ILIUS VNIVS ANNI ERAT SAUL CVM REGNA-  
RE COEPISSET, DVOBVS AVTEM ANNIS RE-  
GNAVIT SVPER ISRAEL. Impossibile videtur,  
quod Saul filius vnus anni, creatus sit rex, & re-  
ipsa regnarit. Quocirca Melchior Canus lib. 11. de  
locis c. 5. ad argum. 12. legendum vult. *Filius vigin-  
ti & vnus anni erat Saul, cum regnare cepisset.* Scho-  
liastes Græcus verò legit: *Filius triginta annorum erat  
Saul, cum regnare cepisset.* Verùm huic lectioni re-  
pugnant Hebræi, Chald. Septuag. Roman. Aquila,  
Symmach. Theod. & ceteri, qui constanter legunt:  
*Filius vnus anni erat Saul.* Adde, Saul hoc tempore  
plurimum quàm 20. aut 30. erat annorum: iam enim  
genuerat Isboeth, qui hoc tempore erat 20. anno-  
rum; & Ionatham eo seniores, utpote qui esset  
dux belli contra Philisthæos, ut patet cap. seq. At  
quò sensu ergo dicitur hic fuisse *filius vnus anni*.

Saul filius  
vnus anni.  
Expos.

Primo, Rabanus in Glossa ad Saul accipit in casa  
Datiuo; q. d. Sauli initio regni sui natus erat filius vnus  
anni, puta Isboeth: verum hoc tam violentum est,  
quàm falsum. Violentum, quia Saul est hic No-

minatini casus, ut patet ex eo quod sequitur: &  
*duobus annis regnavit super Israël:* quod licet Rabanus  
referat pariter ad Isboeth, qui mortuo Saule pa-  
tre, duobus annis regnavit, ut patet 2. Reg. 2. 10. ta-  
men ad Saulem referendum esse, patet ex anteced.  
& sequent. quæ omnia ad Saulem spectant, non  
ad Isboeth: Falsum, quia Isboeth hoc tempore  
non erat vnus, sed viginti annorum, ut minimum.  
Nam Saul post Samuelum regnavit dumtaxat vi-  
ginti vel 18. annis, quibus exactis mortuus est; suc-  
cessitque ei filius Isboeth, qui tum erat 40. anno-  
rum, ut patet 2. Reg. 2. 10. Deme à 40. annis, 20.  
remanebunt 20.

Secundò, alij passim sic exponunt, q. d. Saul eum  
regnare cepit adeò erat simplex & innocens, ac si  
fuisset puer vnus anni: & in hac innocentia per-  
sistens regnavit duos annos, quibus exactis ab ea  
defecit per inobedientiam, ideoque à Deo & Sa-  
muele reprobatus est. Vnde Chald. vertit: *Sicut fi-  
lius vnus anni, in quo non sunt culpe, Saul erat quando  
regnavit.* Ita S. Gregor. Angel. Eucher. S. Hieron. in

Quest.

Quest. (vel quisquis est Auctor) Theod. Rupert. A  
Procop. Hugo, Lyran. Abul. Dion. Caiet. & S. Au-  
gust. lib. 7. Locutionum in Iudices. Audi B. Petrum  
Damiani lib. 2. epist. 20. *Sic erat innocens, tamquam  
puer vnus anni cum regnare cepit. & duobus annis in  
eiusdem innocentia simplicitate permansit: sed qui tunc  
erat ex humilitate filius, postmodum per superbiam factus  
est seruus.* Audi & Rupertum in c. 2. Apoc. pag. 211  
*Saul duobus annis eadem humilitate regnavit: ab hac ex-  
cidit, quando contra legem holocaustum obtulit, cum non  
esset sacerdos de stirpe Aaron, pepercit Agag, &c.*

Porro dicit hoc Script. Primo, ut demonstret  
optimam fuisse Dei electionem; utpote qui non  
nisi Saulem virum optimum & dignissimum ad re-  
gnum euexerit, ut idem nos facere docet: ita S.  
Gregor. Secundò, ut ostendatur, ait Dionys. Prouiden-  
tia Dei ita semper se habentis, nisi nostra iniquitas obstat,  
ut quò maiorem conferat dignitatem, maiorem etiam con-  
ferat sanctitatem: & propterea in Saule cum suprema  
presidentia, supremam innocentiam conuenisse.

Tertio, ut omnes metu sacro percellat, ne quis  
sibi præfidat, & in sua sanctitate sit securus, videns  
ex ea excidisse Saulem adeò innocentem, ait Abu-  
lenf. Quartam causam dat Lyran. ut indicet quàm  
reter & profundus fuerit lapsus Saulis: sicut enim  
lutum bysso candida, ita peccatum animo inno-  
centi foediùs adhærescit. Hinc Tropol. S. Gregor.  
Licet, inquit, multis annis regnauerit, illis solis regnasse  
dicitur; in quibus innocens ac humilis fuisse perhibetur.  
Et paulò post: illo ergo, inquit, solùm tempore nos vixisse  
gaudeamus, quo innocenter & humiliter viximus. Nam  
illa tempora, quæ in seculi vanitate, & fluxa carnis vita  
consumimus, quasi perditâ, minime n. e. norantur.

Quocirca Iosaphat Barlaamum suum Catechi-  
stam interrogans; quot annorum esset ab eo au-  
diuit: *Natus sum annos 45.* miratus Iosaphat, quod  
eum canum videret, respondit: *Si annos meos ab ipso  
vita ortu nosse quæris, rectè ante eos plusquam septuaginta  
esse coniecisti. At mihi quidem nullo omnino modo inter  
vita annos censentur, qui in huius mundi vanitate con-  
sumpti sunt.* Præclare Philo lib. de præntiis & pœ-  
nis, sub finem: *Eorum, inquit, qui nec disciplinâ insti-  
tuti sunt, nec legibus, nec numeris inuit, nec habetur ra-  
tio.* Et paulò post: *Virtus, inquit, & honestas in quali-  
tate consistit, non in quantitate: vnde vel vnus dies sine  
culpa transactus, integre vite sapientis æquiparatur.*  
Quamobrem cordatè & nervosè Eusebius Emi-  
senus (vel potius Gallicanus) homil. 9. ad Monach.  
illum, inquit, *diam tantum vixisse, te computa, in quo vo-  
luntates proprias abnegasti, in quo malis desideris resti-  
tisti; quæ sine vlla regule transgressione duxisti: illum  
diem vixisse te computa, qui puritatis, & sanctæ medita-  
tionis habuit lucem.*

Hic sensus communis est & commodus; sed  
tropológicus potius videtur, quàm literalis. Nam  
sicut duo anni, quibus dicitur regnasse Saul, sim-  
pliciter pro annis propriè dictis accipiendi sunt;  
sic & vnus ille annus, de quo immediatè antè di-  
citur: *Filius vnus anni erat Saul.*

Tertio, ergo nonnulli sic exponunt, quasi dicat:  
*Saul electus in regem vno anno quærit, & domi priuatam  
vitam egit, sed exacto hoc anno regnare cepit.* Ita Eucher.  
Vno, inquit, anno postquam Rex electus est à Samuele, in  
domestica domo sedens, distimulauit se esse Regem: reliquis  
duobus annis publicè indicauit omnem Israëlitem; tenens  
obedientiam cum humilitate. Et Beda: *Postquam,  
inquit, electus est Saul, & oleo sancto perunctus in regem,  
toto anno primo humilis & priuato simula mansit, nec re-*

*gio habitu indit, ceteraq; regni insignia curauit.* Sic quo-  
que Genebr. in Chronol. Verum hoc non videtur  
verum: nam mox ab electione sua Saul, quasi rex,  
gessit bellum contra Naas, regem Ammon, vt au-  
diuimus c. præced. Adde Iosephum asserere, quod  
Saul electus rex, vno tantum mense à regio mune-  
re abstinerit. Denique aliud, est esse filium vnus  
anni, aliud priuatam vitam agere.

Quartò ergo & planissimè, sensus est, q. d. Saul  
parta victoria de Naas; ideoque comparata sibi  
auctoritate & gratia populi, rursus in regem à Sa-  
muele vnctus c. 11. v. vlt. agebat, & fortè exigebat  
primum regni sui annum, ac inchoabat secundum;  
quo exacto, elegit tria millia militum præsidiorum,  
vt sequitur. Ita R. Dauid, Vatabl. Brixianus,  
Serarius & alij.

Hunc sensum exigit phrasis Hebr. quæ ad ver-  
bum sic habet: *Filius vnus anni Saul in regnare ipsam,*  
quasi dicat: iam regnabat Saul vnum annum: iam  
agebat primum regni sui annum. Secundò, ex eo  
quod Naas septimo mense à creatione Saulis in-  
uasit Galaaditas, ac tum Saul ei occurrens eum  
ceciderit, & regnum suum confirmauit & innoua-  
uit, vt patet ex dictis cap. 11. vnde hæc omnia fue-  
re acta anni primi regni Saulis.

Est Hebraismus, Hebræi enim tempori, diei,  
mensi ex anno tribuunt nomen *filius*, vt *filius huius  
annis, diei, vel temporis* dicatur, qui hoc anno, die vel  
tempore natus est. Tempus enim, annus & dies di-  
cuntur, quasi patres, generare eos; qui illo tem-  
pore, anno & die nascuntur: quia scilicet vnus &  
dies adducit causas secundas, puta parentes, qui  
hunc filium generant. Est Metonymia. Sic Ionæ  
4. 10. hederâ in Hebr. vocatur *filiâ noctis*, quia illa  
nocte orta & nata erat. Sic *filius auroræ* est Luci-  
fer, sive stella Veneris, quæ in aurora nascitur.  
Isaïæ 14. 12. Sic *filij prunæ* sunt scintillæ, quæ ex pru-  
nis eliciuntur. Job. 5. 7. Sic *filij Orientis* vocantur in  
Oriente nati. Iudic. 6. 33. Sic *filij terræ* vocantur ter-  
rigenæ. Sic *filij arcus*, sunt sagittæ. Job. 41. 20, quia  
ex arcu violentè emittuntur, & quasi parturitiun-  
tur. Sic *filius aræ* est frumentum, vel palea. Isaïæ 21.  
10. Sic Exodi 12. 3. sancitur vt agnus Paschalis sit  
*anniculus*, Hebr. *בן שנה* *ben scana*, id est *filius anni*.  
Sic quoties in Leuit. & Numer. iubetur immolari  
ouis vel agnus *anniculus*, Hebr. est *ben scana*, id est  
*filius anni*. Simili tropo dicitur veritas *filiâ temporis*,  
quia tempus latentem veritatem sensim educit &  
apetit.

DVOBVS AVTEM ANNIS REGNAVIT SVPER  
ISRAEL. Præter expositiones iam recensitas, non-  
nulli ex hisce verbis censent, Saulem per bien-  
nium dumtaxat fuisse regem, ac in fine biennij in  
prælio occubuisse. Ita Hebræi in Seder Olam c. 13.  
Arias apud Lorinum cap. 13. Achor. Adrichom. &  
Gerardus Mercator in sua Chronol. verum diffi-  
cile creditur est Saulem biennio gessisse omnia, quæ  
deinceps vsque ad finem libri, ac præsertim cap. 14.  
sub finem narrantur: illa enim plures annos exi-  
gunt. Adde S. Paulum asserere Saulem regnasse  
40. annis Act. 13. 21.

Secundò, alij sic exponunt, quasi dicat: *Saul post  
mortem samuelis tantum regnavit duobus annis.* Id ve-  
rum esse patet ex Iosepho lib. 6. Antiq. c. vlt. &  
Clemente Alexand. lib. 1. Strom. Abulenfc & aliis  
passim. Verum cur huius biennij dumtaxat memi-  
nit hic Script. cum per plura capita sequentia re-  
censent acta Saulis viuente adhuc Samuele?

Ter-



Tertio, alij sic explicant, quasi dicat: Saul per biennium dumtaxat regnavit, quia post biennium a Samuele exaudivit, regnum eius imperium abiit in tyrannicum. Ita Lyran. Hugo, Abulen. Vatab. & Pineda lib. 8. in proemio Salom. c. 2. Verum plures quam duos hic intercessisse annos, liquet ex sequent. & demonstrat Mendoza.

Quarto ergo genuine, ad duobus annis regnavit, iunge cum sequentibus, & elegit tria millia, quasi dicat, ait Genebr. anno mundi 3106. Cum, inquit, Saul regnasset duobus annis, sicut habuit vitare invidiam; & se adversus malignas linguas modestia & auctoritate Samuelis tueri. Postea, dum se satis confirmasset, cepit more regio, sese stipare satellitibus. Non quod aliqui duobus tantum annis regnavit. Sic & Tornielus, Baradas, Abul. Hugo, Dion. & Mendoza.

Quot annis regnavit Saul

Quares, quot annis regnavit Saul? Respondent aliqui per 40. annos; hoc enim videtur asserere Paulus Actor. 13. 21. ita Auctor apud S. Hieron. in Quest. Hebr. Serarius in libr. 3. Reg. 6. Propof. 2. & Melchior Canus loco superius citato. Verum ceteri omnes censent, Paulum illis 40. annis quos assignat Sauli, complecti quoque annos Samuelis, quibus ipse praesuit. Ita Eusebius, Iosephus, Seuerus Sulpitius, Beda, Freculphus, Tornielus, Bellarminus, Gordonus, Genebr. Gerardus Mercator & alij in suis Chronicis, Lyran. & Abulen. hic, S. Aug. 1. 17. de Civit. c. 7. Ribera lib. 1. de Templo cap. 1. Pineda lib. 8. de rebus Salom. c. 2. n. 2. Lorinus in cap. 13. Actor. Porro hos 40. annos varij variè inter Saulem & Samuelem partuntur. Nam Clemens Alexand. lib. 1. Strom. c. 11. Sauli cum Samuele tribuit annos 27. deinde mortuo Samuele, soli Sauli alios viginti: sic uniuersim fierent anni 47. cum Apostolus dumtaxat 40. assignet. Rursum Iosephus lib. 6. Antiq. cap. 14. ait: Samuelem solum praesuisse Reipublice annis 12. deinde cum Saule annis 18. Saulem vero post mortem Samuelis annis 20. vt habet idem Iosephus in fine eiusdem libri Texti. & iterum lib. 10. cap. 11. In textu tamen Graeco libri sex-ri habet annos viginti duos, sicut & Zonaras qui Iosephum de more sequitur. Verum sic fierent anni 52. cum fuerint tantum 40. vt dixi. Alij Samuelem dant annos 30. Sauli decem. Alij aliter. Verius Sallianus & alij censent Samuelem solum praesuisse Israel per annos 22. deinde creato rege Saule cum eo praesuisse annis sedecim, mortuo vero Samuele, solum Saulem regnasse biennio dumtaxat. Iunge enim hos annos, & inuenies 40. Hic computus confirmatur ex eo quod Arca capta à Philisthaeis in morte Heli, indeque post septem menses reducta in Cariathiarim, ibi manserit per 20. annos, quibus iam mortuo Heli praerant eius successores Samuel, vt patet cap. 7. 2. ac deinde nonnulla Samuelis & filiorum eius gesta recensentur vsque ad creationem regis Saulis, quae biennium facile requiritur.

Adde, quod Scriptura cap. 8. ait, Samuelem valde senem, pro se filios suos constituisse Iudices. Atqui natus est, inquit nonnulli, Samuel iudicantem Heli sub annum eius quartum; Heli autem iudicauit 40. annis. Adde 20. annos Samuelis, quibus Arca fuit in Cariathiarim; ac deme 4. annos Heli ante natum Samuelem, habebis annos Samuelis 30. quae non est tanta senectus, quanta à Script. tribuitur Samueli. Ergo pluribus annis iudicauit Samuel; ac facile fuit sexaginta annorum, cum praesidio filios constituit Iudices. Quare ipse tunc 22. annos videtur explese in principatu, ac natus anno Heli secundo; sic enim additis huius quatuor annis, conflabuntur Samuelis anni 60. quae iusta est eius senectus: ita Sallianus.

Et elegit sibi Saul tria millia de Israhel. Quares, quando illa elegit? Resp. Abulen. & Caiet. anno primo regni sui, postquam cecidit Naas, & regnum inuauit in Galgalis, c. 11. 15. Melius Beda, Hugo, Dionys. Genebrard. Pineda loco citato, Mendoza, & alij, id Saulem fecisse censent anno secundo regni scilicet postquam duobus annis regnavit, vt praecessit; eò enim haec verba pertinent: vnde Vatab. vertit: tum elegit. Causam cur elegerit dedi ver. i. cui adde, Saulcm elegerit haec tria millia, vt irruentibus more suo repente Philisthinis, Ammonitis, aliisque hostibus vicinis; haberet ea ad manum, quae illis statim opponeret, ne Israels agros vrbesque vastarent.

VERS. 1. RAEL. J. Quares, quando illa elegit? Resp. Abulen. & Caiet. anno primo regni sui, postquam cecidit Naas, & regnum inuauit in Galgalis, c. 11. 15. Melius Beda, Hugo, Dionys. Genebrard. Pineda loco citato, Mendoza, & alij, id Saulem fecisse censent anno secundo regni scilicet postquam duobus annis regnavit, vt praecessit; eò enim haec verba pertinent: vnde Vatab. vertit: tum elegit. Causam cur elegerit dedi ver. i. cui adde, Saulcm elegerit haec tria millia, vt irruentibus more suo repente Philisthinis, Ammonitis, aliisque hostibus vicinis; haberet ea ad manum, quae illis statim opponeret, ne Israels agros vrbesque vastarent.

Addunt nonnulli, Saulem post biennium regni, à primaria innocentia & fiducia in Deum defecisse; ideoque ad humana praesidia respexisse, & haec tria millia conscripsisse: verum defecisse & lapsus Saulis postea contigit, vt audiemus ver. 10.

Mythicè, Beda per tria millia, accipit tres virtutes Theologicas, quae nos contra omnes tentationes & hostes defendunt. Populus fidelium, inquit, sibi de Israell tria millia elegit, quia dum vnitati fidei, sociandam spem & dilectionem cognouerit, mox sibi Doctores, qui eandem fidem, spem & charitatem diligentius se suosque doceant, atque ab hostis irruptione tuteantur, elegit. D. Greg. refert ad tres Ecclesiae status: Tria, inquit, millia esse prohibentur: quia in summâ perfectionis facie, virgines proferunt, iuxta quos & continentes, & veritatis defensores ponunt: dum enim exemplo virginum ad summam incorruptionis alios accendant; dum continentium vitam, alios à seculi corruptionibus auferunt; dum humilium debilitatem per auxilia potentium defendunt, contra hostes sanctae Ecclesiae boni Doctores, quasi cum tribus electorum virorum millibus veniunt.

Porro solerter S. Greg. vrget ad tria millia virorum, quod habent Sept. Quia praedicatores, inquit, veritatis, ad defensionem sanctae Ecclesiae, non infirmos & debiles, sed robustos & validos bellatores ducunt. Et paulò post: Viri, inquit, dicuntur pro fortitudine: de Israell esse referuntur, pro diuina contemplatione. Israell enim Hebr. idem est quod videns Deum, aut potius, preualens Deo.

CVM SAVI DVO MILLIA IN MACHMAS. Machmas, ait Adrichom. Magmas, & Megmas, ciuitas magna satis, cuius multa in scripturis mentio; terminus tribus Ephraim contra Austrum. In hac Ionathas Machabaeus habitauit: atque hic B. Virgo percipit, puerum Iesum non esse in comitatu, sed remansisse in Ierusalem: quam obrem regressa est in Ierusalem ad querendum eum. Vsque hodie, ait Hieronymus, ostenditur vicus grandis, in finibus Aelia, antiquum nomen retinens, ab eà nouem millibus distans, iuxta villam Rama. Nunc Byra dicitur. Et est in dominio fratrum militiae templi, vt Brocar. & Breid. tradunt.

Mythicè S. Greg. Machmas, inquit, ad est humilitas, quid aliud, quam continentium ruborem significat? Nam dum praeterita carnis oblectamenta recolunt, erubescunt. Et paulò post: Dum recolunt quales fuerunt in saeculo, superbi non possunt de eo, quod magnos se vident esse in Deo.

Iam Bethel, id est domus Dei, est Ecclesia, quam Sancti praesules & praedicatores, contra daemones & tyrannorum incursus, quasi validi bellatores propugnant, ait S. Gregor.

MILLE AVTEM CVM IONATHA IN GABAA BENIAMIN. Ionathas Hebr. idem est, quod columba domus; vnde puritatem, purisque denotat, qui in Gabaa, id est in colle sanctitatis degunt. Audi Bedam: Ionathas, columba domus, institutor virginum dicitur: quia incomparabili gratia Spiritus sancti efficitur, vt à manentibus in carne, carnis corruptio nesciatur. Bene, & in sublimi virgines esse dicuntur, quia quod naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est. Vnde & virgo ille dilectus Iesu, locum virginum insinuans ait: Vidi supra montem Iosum agrum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, &c. Virgines enim sunt. Apoc. 14. v. 1. In monte quidem esse cum Agno dicitur, quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt, in suprema Redemptoris gloria sublimantur.

PORRO CETERVM POPVLYM REMISIT VNVMQVEMQVE IN TABERNACVLA SVA. Mythicè S. Greg. in tabernacula, inquit, sua cetera plebs remittitur, ne de altioris vitae temeritate damnetur, & velut debilis, & infirma in bello pereat, dum alta conuersationis fidem spondet, quae alta virtutis robur non habet.

VERS. 3.

ET PERCVSSIT IONATHAS STATIONEM PHILISTHINORVM, QUAE ERAT IN GABAA. Gabaa, erat patria & sedes Saulis ac Ionathae; ideoque Ionathas iuuenis animosus & audax illicò ex ea exturbauit Philisthinorum stationem, id est, vt Sept. Aquila & Theod. vertunt, stationem, id est, praesidium. Philisthaei enim tempore Samsonis & postea dominantes Hebraeis, vt eos sub iugo continerent, ne rebellare auderent; locis Iudaeae altioribus & munitioribus (qualis erat Gabaa) erigebant arcès, siue loca munita, quae yallo cingebant (Itali vocant fortezze) in quibus constituebant milites praesidiarios, ideoque illa vocabantur stationes, siue praesidia militum. ita Ioseph. Theodor. Procop. Abulen. Dion. & alij. Chald. vertit: Percussit Ionathas plantationem Philisthinorum: haec enim stationes erant quasi plantationes non arborum, sed hominù & militum: vnde etiamnum Angli, dum Anglorum suorum colonias in Hyberniam traducunt, dicunt se in ea facere plantationem.

Quares, Quibus armis Ionathas percussit Philisthaeos? Nam ferrea eis ademerant Philisthaei, vt patet v. 19. Resp. arma praesecorum erant brachia: Nam pugnis rem agebani, à quibus pugna dicitur. Inter ipsos adversarios, inquit Cassiodorus l. 1. c. 30. non erant prius armata certamina, sed pugnis se, quamuis feruida, lacebatur intentio, vnde & pugna nomen accepit. Hinc Lucet. lib. 4. p. 188.

Arma prius fuerunt quae?

Arma antiqua, manus, vngues, &c. Postea Belus ferreum gladium primum produxit, à quo & bellum placuit nominari. Ante Belum vtebantur fundis, arcubus, baculis, fustibus, pecticis, sudibus praestis. Audi Virgil. 7. Aeneid.

Hic torre armatus obusto; Stipitis hic grauidi nodis, quod cuique reperitum Rimanti, telum ira facit.

Et paulò post: Stipitis duris agitur sudibusq; praestis.

Portuit quoque Ionathas ignem in stationem inlicere, itaq; eam comburere: portuit insuper incautos, vel dormientes Philisthaeos noctu inuadere, eorumq; arma occupare, iisque ipsosmet obtuncare. Cornel. in lib. Regum.

Mythicè, S. Gregor. Ionathas, inquit, stationem Philisthinorum percussit, quia electa virginitas de carne, continentia arce sublimata, motus turpes extinguit. Bene autem statio Philisthinorum dicitur; quia in corpore virginali, carnales motus non habent requiem delectationis, sed statum certaminis. Stant quippe, quia impugnant; sed requiescere non possunt, quia mentem sanctam minime oblectant.

QUOD CVM AVDISSENT PHILISTHIUM; id est Philisthini non iam casti à Ionatha, sed ceteri qui in Iudaea degebant. Aliqui subaudiunt: conturbati sunt, ita S. Hieron. Hugo & Caiet. sed id licet verum sit, non tamen est necesse hic supplere; nam sensus expletur per id quod subditur: Saul cecinit, quasi dicat: Cum audissent Philisthini suorum stragem factam à Ionatha, ideoque consternarentur; Saul misit circumquaque buccinatores, qui infonantes buccinà, vndique conuocarent Hebraeos, vt Philisthaeos hac clade consternatos inuaderent & mactarent. Ita Abulen. Dion. & alij. Audi S. Hieron. in Quest. Hae buccina signum victoriae & exhortationis fuit: vt audirent & noscerent Hebraei, conturbatos & superatos esse Philisthaeos. D. Gregor. Buccina, inquit, canere, est, & victoriam nunciare, & exemplo victorum, aliorum mentes ad spiritalis belli propositum excitare.

Mythicè, S. Gregor. Ionathas, stationem Philisthinorum percussit; sed Saul tuba canens, se percussisse perhibuit: quia; nimirum, electorum Praedicatorum triumphus adscribitur, quod à subditis occultis aduersarij superantur.

AVDIANT HEBRAEI, J. caesa esse castra Philisthinorum, seque hac buccina vocari ad ceptam victoriam prosequendam, vt plane Philisthaeos è nostra Iudaea eiiciamus. Sept. pro עבריִים ibrim, id est Hebraei, legentes, אבדום abadum, id est serui, vertunt: inobedientes fuerunt serui.

ET EREXIT SE ISRAEL ADVERSVS PHILISTHIUM. Hebr. & feridus (id est odibilis, exosus) factus est Israel in Philisthim. Vatab. Palaesthini abhorrebant ab Israelitis, tanquam à re male olente & putida. Caiet. Fastidierunt Israelem Palaesthini. Noster sensum reddidit. Ideò enim feridus, id est odibilis, Palaesthinis erat Israel; quia contra eos se exerarat, eisque rebellauerat. Vnde Sept. vertunt: Et contempsit Israel Philisthim.

Porro, Septuaginta Romae correcti habent: Et puduit Israel in alienigenas; vnde aptius ex Hebraeis vertas: Et fetorem contraxit Israel à Philisthim, hoc est fetuere Palaesthini Israelitis; Palaesthini fuerunt Israelitis fetori, id est pudori, & abominationis; fetuit & puduit Israelitas, quod tam imbellibus & vilibus Philisthinis seruirent; quodque iugum eorum tam inerme & vile non excuterent. Quare indignitate hac & pudore excitati, animos exerunt, vt eos è finibus suis eiicerent.

Denique mihi magna suspicio est, nostrum pro פנימא nibas, id est fatuit, putidus fuit, legisse פנימא nichas (litterae enim vtriusque sunt similes) id est in aetate, excanduit, spreuit, abominatus est: sic enim videtur legisse Chald. nam vertit: Et concitatus est Israel in Philisthaeos. Et Sept. Contempsit, inquit, Israel Philisthim. Irati enim sunt, & excanduerunt Israelita, quod tam diu tolerassent iugum & tyrannidem Philisthinorum; cum viderent eos tam facile à Ionatha caesos. Quare ira hac excitati exerunt animos, & in praelium contra eos conuolarunt. Ira enim est eos fortitudinis. Vnde milites A a pra-

præliaturi acunt iras in hostem, vt contra eum A generosè decerent, eumque prosterant.

CLAMAVIT ERGO POPVLVS POST SAUL IN GALGALA. ] Dicendo: sequamur Saulem regem nostrum ad prælium contra Philisthæos; cœptam eius de illis victoriam, cum eo communibus animis & viribus prosequamur; eluminemus Philisthæos à terra Israël. Sic enim milites Gedeonis, in prælio contra Madianitas acclamarunt: *Gladus Domini & Gedeonis*. Iudic. 7. 20. Poitò in Galgala, id factum, quia Galgala locus erat religiosus, ob circumcissionem à Iosue c. 5. ibidem peractam, vt piè & religiosè in eodem loco inuocata Dei ope ad prælium animosè pergerent.

Moraliter, discite hic illud Job. c. 7. 1. *Militia est vita hominis super terram*; id de corporali militia sapè verum, de spiritali semper. Nam Hebræi victo Naas, illicò à Philisthæis lacerati acrius cum eis bellum gesserunt. Vnde S. Greg. *Quoribus*, inquit, *alios hostes vincimus, necesse est, vt ad aliorum deuincenda certamina prepareremur*. Omnipotens enim Deus, quia electos suos copiosius remunerat, eos semper vult in pugna consistere, vt ipsi semper possint sibi æterni muneris dona preparare. Et inferius: *Deus, inquit, magna prælia permittit, que vincant: leuia excitat, in quibus cadant: vt victoria fortium magna sit, casus innocens: vt cadentes, se facile erigant: & eos fortia, in quibus victores steterant, non extollant.*

VERS. 5. ET PHILISTHIM CONGREGATI SVNT TRIGINTA MILLIA VIRRVVM. ] Olim enim Syri, Arabes & Asiatici de curribus depugnabant. Mysticè, Beda: *Crescente, inquit, in bonis ardore virtutis agende, crescit & in mundis spiritibus ardor eiusdem impedienda ac refringenda virtutis, qui videntes fidelium cõtra se amicos erectos, hos colles, insidiarum deceptionumque variarum copias expugnare contendunt.*

VERS. 6. ABSCONDERVNT SE IN SPELVNCIS. ] quibus abundat Iudæa, teste Iosepho lib. 1. de bello c. 12. Vnde & Dauid fugiens Saulem, abdidit se in spelunca. I. Reg. 24. & Iosue c. 10. occidit quinque reges latentes in spelunca.

IN ABDITIS. ] Hebr. & Chald. in munitionibus. Vatablus: *inter spineta*. Caietanus: *in cissuris montium*. Abulen. explicat, hæc *abdita*, esse loca secreta tam vrbium, quàm domorum. Tales sunt Romæ criptæ & cœmeteria S. Priscillæ, S. Sebastiani, S. Laurentij, S. Pancratij, &c. in quibus tempore persecutionum se abdebant Christiani, quæ ego sæpius subintrans, vidi subterraneam ciuitatem & Romanam, vidi, & obstupui. Mysticè Dion. Carth. *Sic, inquit, aliqui Christiani euentes se vndique à diabolo, mundo & carne tentari, in foramine petrae, in fossa humo, id est in Christi vulneribus, & in Dominica passionis memoria salubriter se occultant: & in proprio humilitationis profundo se celant, atque in tantum parui pendunt, & quasi nihil se reputant quod à demonibus nequeunt tangi*. Et Beda: *Cum viderint, inquit, fideles, antiqui hostis insidias, &c. Præsidia mox necesse est lectionum spiritualium, ieiuniorum, elemosynarum, orationum, ceterarumque virtutum, quibus defendantur, addeant, abscondanturque in eis à contradictione linguarum, vt pater, qui vider in abscondito, miseratur & adiuet.*

VERS. 7. HEBRÆI AVTEM TRANSIERVNT IORDANEM. ] Est Paranomasia in Hebr. עברו *ibrim*, id est Hebræi, & עברו *aberi*, id est transferunt: עברו *ibri* enim, id est Hebræus, dicitur ab עבר *abar*, id est transiit, eò quod Abraham veniens ex Chaldæa in

Palæsthinam transierit Euphratem; vt dixi Genes. 14. 13. vbi Abraham vocatur *Hebræus*, id est *transitor* Euphratis, inde que eius posteri vocati sunt *Hebræi*. Sicut Romæ omnes Germani, Galli, Hispani, &c. vocantur *Transmontani*, siue *Transalpini*.

Probabiliter cenet Abulen. hos Hebræos quibus transierunt Iordanem, fuisse Rubenitas, Gaditas & Manassenses, qui trans Iordanem habitabant, quasi dicat: hi audito aduentu Philisthinorum ex Galgalis, transito Iordane diõmum redierunt, quasi suo Iordane tuti, & à Palæstina separati.

Addit Auctor Quæst. apud S. Hieron. ac S. Greg. Rabanus, Hugo Victorin. & alij, eos ad Philisthæos transfugisse: id enim innui videtur v. 21. c. 14. licet id negent Lyran. Abulen. & Dion.

ET EXPECTAVIT SEPTEM DIEBUS Iuxta PLACITVM (id est constitutum & decretum) SAMVELIS. ] Iusserat Samuel Sauli c. 10. vt ingruente hoste vel periculo, iret in Galgala, ibique nuntio ad se misso, suum aduentum præsolaretur per septem dies integros; vt inuocato Deo, ab iplo audiret, quid agendum foret. Paruit Saul, misitque nuntium ad Samuelem, eiusque aduentum expectauit per septem dies; sed septimo diè inchoato, & necdum exacto, videns populum metu Philisthæorum diffluere; non expectato vltius Samuele, sacrificium obtulit, vt Deo propitiato, ab eo disceret quid factò foret opus, ab eoque robur ad præliandum acciperet. Atque hac in re peccauit, quòd scilicet non expectarit finem diè septimæ, vti iusserat Samuel. Nam ante eius finem samuel aduenit, qui videns Saulem sacrificasse; acriter eum de inobedientia reprehendit. Ita S. Greg. Lyran. Abulen. Caiet. Serarius. Audi S. Gregor. *Idcirco per inobedientiam cecidit, quia integris septem diebus, sicut iussus fuerat, non expectauit. Et postea: Ecce septem diebus prophetam sustinuit, sed dum præsolari eum in fine diè desit, gloriam tantæ dignitatis amisit.*

VERS. 8. SAUL HEC INUITIUM NON EXPECTAVIT. ] Iussus Samuelis, vt inchoato die septimo, siue ad constitutum diem, quem nimirum constituere tibi placuit. Hinc putant aliqui Saulem, expectasse Samuelem per septem dies integros, sed malè eos computasse, vt dixi v. 8. Melius alij dicant, hanc excusationem ab eo obtendi, quòd expectarit vsque ad septimum diem inchoatum, sed non perfectum. Quasi dicat expectauit te vsque ad septimum diem, & videns te non venire iuxta tuam promissam, putabam te non venturum, ideoque instante hoste, & dilabente exercitu, obtuli holocaustum, vt Deum mihi facerem propitium. Auxit peccatum Saul, quòd culpam non agnouerit & veniam petierit, sed illam excecavit, & quasi in ipsum Samuelem retorserit: Causam dat S. Greg. *Quia, inquit, ex radice superbia, ipsa culpa inobedientia nascitur, sole inobedientes reatus sui magnitudinem audire, sed non humiliter confitendo satisfacere. Nam, cum sublimes videri appetunt, lapsus suos ostendere dedignantur: & ideo excusationes proferunt: iustitiam præcedunt, quia apparere peccatores erubescunt.*

VERS. 9. PORRO QUAM GRAUE SIT & EXOSUM DEO, CULPAM EXCUSARE, docet S. Bern. tract. de precepto & dispensatione de Adæ peccato & excusatione: *Antiqua illa, inquit, tam nota, & tam noxia præuicatio, facile vt creditur, indulgentiam consequeretur, dummodò confesio, & non defensio sequeretur. Neque enim tantum nocuit simplicis actionis quamuis ex deliberatione, transgressio: quantum adiuncta excusatione, cum præmeditatione obfinitio.*

VERS. 10. NECESSITATE COMPVLSVS. ] Saul, inquit Dion. *mendosè se excusauit: quia non erat necessitas vera, absoluta, sufficiens; talisq; usurpata oblatio, fuit magis offensua Dei, quàm placatiua. De hoc enim sacrificio dici potest, quod D. Bernard. Serm. 24. in Cant. dixit de sacrificio Caini: *Animus, inquit, mortuum offert Deo, sed peccat.**

VERS. 11. DIXITQUE SAMVEL AD SAUL: STVLTE EGISTI (Hebr. טולטל *niscalta*, id est stultus factus es) NEC CVSTODISTI MANDATA DOMINI DEI TVI, QVÆ PRÆCEPIT TIBI; ] vt scilicet expectares meum aduentum per septem integros dies, ac per me sacrificares, & consuleres Deum, vti tibi Deus per me præceperat. Ita Angelom, *Cornel. in lib. Regum.*

VERS. 12. SED NEQVAVQVAM REGNVM TVVM VLTRA CONSVRGET; ] vt post te in filios tuos transeat; transibit enim ad Dauidem. Nam aliqui Saul non fuit priuatus regno: imò tota vita sua mansit rex, sed eo moriente Deus regnum à filiis Saulis transfudit ad Dauidem. Vnde ex hoc loco euinci non potest, Saulem hic peccasse mortaliter, eò quòd priuatus sit regno: poterat enim Deus sine omni eius culpa regnum ab eius posteris transferre ad Dauidem. Ergo multò magis id facere poterat ob venialem eius culpam; quia scilicet non plenè obediebat Deo & Samueli. Sic Angelus, id est

VERS. 13. ANGELVS, id est Cornelius in lib. Regum.

defectu patientiæ & perseverantiæ horarie, temporale regnum amittit, ac paulatim eò decidit, vt tandem amitteret quoque æternum. Volebat enim Deus, vt Saul dirigeretur à Samuele, ac rex à Sacerdote & propheta; vt doceret temporalem potestatem & principatum debere dirigi à spiritali & Ecclesiastica. Vnde S. Ignatius epist. 6. ad Magnes. *Saul, inquit, honore priuatur regio, non expectans summum sacerdotem Samuelem: oportet itaque & nos reuereri præstantiores; decetque non modò vocari Christianos, sed esse. Nec enim dici, sed esse, deos facit. Si qui Episcopum appellant, & sine eo omnia faciunt: huiusmodi dicit ipse, qui verus & primus Episcopus est: Quid me vocatis, Domine, & non facitis, que dico? Tales enim non bona conscientia mihi præditi esse videntur, sed esse simulatores & personati.*

ET EGRESSVS EST SAUL OBVIAM EI. ] Causas dat Dion. *Honorauit, inquit, Samuelem propter eius senectutem & sanctitatem, prophetalemq; gratiam; & quoniam ante eum Iudex fuerat populi, & suis orationibus ac meritis multa bona à Deo obtinuit populo: sed & hac vice sperauit inuari per Samuelem.*

VERS. 14. ET TV NON VENERAS Iuxta PLACITOS DIES. ] Hebr. *ad statutos dies*, quibus scilicet te venturum promiseras & constitueras, siue ad constitutum diem, quem nimirum constituere tibi placuit. Hinc putant aliqui Saulem, expectasse Samuelem per septem dies integros, sed malè eos computasse, vt dixi v. 8. Melius alij dicant, hanc excusationem ab eo obtendi, quòd expectarit vsque ad septimum diem inchoatum, sed non perfectum. Quasi dicat expectauit te vsque ad septimum diem, & videns te non venire iuxta tuam promissam, putabam te non venturum, ideoque instante hoste, & dilabente exercitu, obtuli holocaustum, vt Deum mihi facerem propitium. Auxit peccatum Saul, quòd culpam non agnouerit & veniam petierit, sed illam excecavit, & quasi in ipsum Samuelem retorserit: Causam dat S. Greg. *Quia, inquit, ex radice superbia, ipsa culpa inobedientia nascitur, sole inobedientes reatus sui magnitudinem audire, sed non humiliter confitendo satisfacere. Nam, cum sublimes videri appetunt, lapsus suos ostendere dedignantur: & ideo excusationes proferunt: iustitiam præcedunt, quia apparere peccatores erubescunt.*

VERS. 15. ANGELVS, id est Cornelius in lib. Regum.

VERS. 16. ANGELVS, id est Cornelius in lib. Regum.

VERS. 17. ANGELVS, id est Cornelius in lib. Regum.

VERS. 18. ANGELVS, id est Cornelius in lib. Regum.

Abulen. Caiet. & alij. Scultissimum enim est, mandatis Dei non obedite; itaque eius offensam, iram & vindictam in se prouocare. Singula verba habent auxelium & emphasium, peccatum Saulis aggrauantem. Nam & solerter expendit S. Greg. *Aus magne transgressionis esset, si ille, cuius mandata despicis, tantum Dominus tuus, non etiam Deus existeret. Quantum ergo est, quod committitur, cum Dei, ac Domini mandata negliguntur.*

Secundò vrget S. Gregor. *Dei tui, quasi dicat: Eius præceptum contempsisti, qui, dum te de imo extulit; dum super alios te constituit; dum Regem fecit; per impositionem tantorum munerum velus specialiter eius fuit.*

Tertiò premit quæ præcepit, non omnibus generatim, sed tibi speciatim, quasi dicat: *Illi Dei, & Domini tui mandata contempsisti, que non velut communia omnibus, sed velut propria, & soli tibi singulariter credita, obseruare debuisti.*

Tropol. S. Chrysol. ostendit peccatorem esse stultum, quia ex homine rationali se facit quasi bestiam irrationalem. Audi eum hom. 12. in Genes. *Homo, mansuetum animal & rationales mores suos in ferinos vertit. Idcirco Scriptura, interdum canes vocat, ob impudentiam. Isai. 59. ver. 10. equos, ob libidinem. Ierem. 5. ver. 8. asinos, ob stupiditatem & ruditatem. Psal. 48. ver. 13. Leones & pardos, ob rapacitatem & habendi auaritatem. Osæ 13. ver. 7. & 8. aspides ob fraudulentiam. Psal. 13. ver. 3. Serpentes & viperas, ob lateatis venenum & militiam. Psal. 139. ver. 4. & Matth. 3. ver. 7. & alia afflictionibus respondentia nomina imponit, vt sic vel tandem confusi, ad suam aliquando redeant nobilitatem, & suo generi confunderentur.*

VERS. 19. QVOD SI NON FECISSES, IAM NVNC PRÆPARASSET DOMINVS REGVM TVVM SVPER ISRAEL IN SEMPTERNVM. ] Præparasset, Hebr. *יכין* *hechin*, id est firmasset, stabiliuisset. Sic sæpe in Script. *preparare*, sumitur pro *confirmare*, vt Psal. 88. *In æternum preparabo sinem tuum*, id est confirmabo postgris tuis regnum, vt in eo, continuà generationum serie tibi succedant. In *sempternum*, non absolute, sed respectuè; quamdiu scilicet durabit Respubl. & regnum Israël. Dices, quomodò hæc sententia concordat cum illa Genes. 29. 10. *Non auferetur sceptrum de Iudæ: sibi enim Deus promittit regnum perpetuum Iudæ; hic verò Sauli, qui non erat à tribu Iudæ, sed Benjamin; Respon. Deus primò decreuerat Sauli & posteris eius perpetuare regnum, si illi per omnia sibi fuissent obedientes: Verum quia præuidebat id Saulem non facturum, hinc decreuit ab eo transferre Sceptrum ad Iudam, & Dauidem. Prophetia ergo illa Iacobi de regno Iudæ, præsupponit præuisionem culpæ & reiectionis Saulis, licet post aliquot sæcula futuræ: Hoc enim euincit hæc Samuelis de regno Saulis continuandò assertio.*

VERS. 20. SED NEQVAVQVAM REGNVM TVVM VLTRA CONSVRGET; ] vt post te in filios tuos transeat; transibit enim ad Dauidem. Nam aliqui Saul non fuit priuatus regno: imò tota vita sua mansit rex, sed eo moriente Deus regnum à filiis Saulis transfudit ad Dauidem. Vnde ex hoc loco euinci non potest, Saulem hic peccasse mortaliter, eò quòd priuatus sit regno: poterat enim Deus sine omni eius culpa regnum ab eius posteris transferre ad Dauidem. Ergo multò magis id facere poterat ob venialem eius culpam; quia scilicet non plenè obediebat Deo & Samueli. Sic Angelus, id est

est Episcopus Ephesi, putat S. Timotheus audiuit a Christo. Apoc. 2. 4. Chyritatem tuam primam reliquisti. &c. Prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & monebo candelabrum tuum de loco suo; hoc est amovebo te a tuo candelabro, id est priuabo te tuo Episcopatu. Vide ibi dicta.

Saul regno priuatur ob inobedientiam

Apposuit ergo priuatur Saul regno; quia Deo regi suo, a quo rex erat constitutus, non obediuit. Sic Vice-rex officio spoliatur, si regi suo non obtemperet. Homo ergo, ut possit imperare, debet Deo esse subiectus; ait S. Ambr. in Psalm. 118. serm. 10. Et S. August. in Psalm. 143. ad illa: Qui docet manus meas ad prelium. Expedi, inquit, ut ille, qui sibi subiciit vult quod est inferius, se subiciat superiori suo. Agnosce ordinem. Tu Deo, tibi caro; quid iustus? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi; serui tu ei, qui fecit te, ut tibi seruiat, quod factum est propter te. Si autem contemnis tu seruire Deo; numquam efficiet ut tibi caro. Qui non obtemperas Domino, torqueris a seruo.

Et S. Gregor. lib. 1. Dialog. c. 1. P. sus quidem, inquit, recta conuersationis est, ut praesse non audeat, qui subesse non didicerit: nec obedientiam subiectis imperet, quam Praelatis non nouit exhibere.

Vir secundum cor Dei quis

Quasi uir dominus sibi uirum iuxta cor suum. scilicet iuxta suum gustum & uotum; iuxta suum placitum & desiderium; qui scilicet cor, id est mentem & uoluntatem suam, planè & plenè conformet cordi, id est menti & uoluntati suae; qui scilicet faciat omnes uoluntates meas, ut explicat S. Paulus Actor. 13. 22. Hic est Dauid: quod enim uult cor meum, hoc uult & cor Dauidis; ac proinde in eo cor, id est mens mea se plenè oblectat & conuiescit: cum in te, o Saul, non conuiescit; ed quod mea praeccepta non plenè, sed ex parte dumtaxat expleueris. Ita S. Gregor. Per Dei cor, inquit, in sacro eloquio, inima eius uoluntas designatur. Iuxta eam uero sumus, quando hanc & per intellectum agnosimus, & per amorem custodimus. Et paulò post: Potest, inquit, intelligi uir, pro fortitudine; secundum cor Dei, pro interna charitate. Quando igitur necessitas exigit, ad curam sanctae Ecclesiae queratur uir, ut sit conuersatione fortis: queratur secundum cor Dei; ut per affectum magni amoris quasi uir sit diuina uoluntati. Et inferius: Idè eum quaesuit, quia tu iuxta cor suum esse noluit. Vnde merito exclamat S. Chryl. hom. de Dauide & Goliath: O beatus Dauidis sanctissimi meritum, quod laudat Deus, praedicat Dominus, Index praesert summus, dum enim Dauid sanctissimus, homo secundum cor Dei, quidquid Deus cogitat, gerit; quidquid mente concipit, perficit: Dum, inquam, Dauid cordi Dei, cor proprium iungit, & menti eius, mentem suam adnectit; hoc est, ut quae uult Deus, uelit; & quae non uult, similiter nolit: sic eum Dominus inuidiuo amore & coniuncta charitate dilexit.

Hinc morale dogma utilissimum & sanctissimum elicit B. Petrus Damiani lib. 5. epist. 3. quae in ordine est 72. Vnum, inquit, est, quod mens cuiusque fidelis debet solerter attendere, & intra semetipsam sollicita semper inquisitione versare, scilicet, utrum placeat Deo, quod agit; & an eius uita Deus, uel operibus delectetur. Quid enim prodest, quidquid homo faciat, si hoc non placeat Deo? sic de Dauid dicitur: Quaesuit sibi Deus uirum iuxta cor suum. Nam, si nunc Conditor non delectatur in homine, homo postmodum delectari non poterit in Conditore.

Potro S. Hilari. in Psalm. 53. & S. Bern. Serm. 34. in Cant. docent Dauidem maxime fuisse uirum secundum cor Dei, ed quod in inimicos fuerit adeo

beniuolus. Sic & S. Dion. epist. 8. ad Demophilum: Quid, inquit, Dauidem illum Dei parentem, fecit diuinam amicitiam dignum? Nempe, cum esset bonus, atque in hostes benignus. Inueni, inquit, ille summè bonus ac benignitatis amator, hominem secundum cor meum.

Et praecipit ei Dominus ut esset dux super populum suum. Praecipit, id est ordinauit, apud se constituit, in corde suo edixit & quasi praecceptum sanxit, sed illud necdum promulgauit. Sic Deus ait Eliae; Coris praecipit, id est statui, ordinauit, ut pascant te. 3. Reg. 17. 4. Causam dat S. Gregor. Ille, inquit, alius utiliter praecipit, qui obediens Deo perfectè iam nouit; qui solum hoc praecipit, quod ex consilio procedit inima ueritatis.

Addit S. Gregor. Praelatum non debere ambire imperium, sed ad illud praeccepto quasi cogi. Quia, inquit, electi uiri ad honorem primatus non ex ambitione ueniunt, sed coacti perducuntur; bene dictum: Et praecipit ei ut esset dux, quasi dicat: In honorem praelationis, non per ambitionem subit, sed coactus ascendit. Deinde iubens, ut ad publicum honorem perferat, dicitur: Quisquis diligeret diligenter queratur, subicit: Praecipitur ei, ut sit dux: quatenus sublimitatis ordinem ascendere ex cupiditate non ambiat; sed ex humilitate peritescat, sicq; sibi humilis metuat, ut subditi praeccepto Dei deuotius agnoscat.

Et quod non seruaueris quae praecipit Dominus. Tota ergo causa, cur Deus a Saulis stirpe abstulerit regnum, fuit, quod Saul non plenè & plenè accommodasset cor & uoluntatem suam, cordi & uoluntati Dei, quam ei explicauerat Samuel; ut scilicet se expectaret, & per se sacrificaret, Deumque consuleret. Volebat enim Deus, ut Saul honoraret Samuelem, quasi suum sacerdotem & prophetam; ut is internuntius esset inter Saulem & Deum: sicut Deus iusserat Iosue nil agere, nisi ex Eleazari pontificis consilio, & oraculo. Num. 34. v. 13.

Moraliter, discere hic primò, quàm plenè & perfectè Deus, ut omnium Dominus, sibi suisque uelit obediri ad litteram, sine excusatione & interpretatione. Vnde tam grauius puniuit Saulem, qui id non fecit; ed quod ipse esset primus Rex Israelis a se constitutus, priuando eum regno: ut Dauid & ceteri deinde reges eius exemplo saperent, discerentque Deo & Pontifici per omnia plenè obedire.

Sic primus homo, Adam, comedens pomum uetitum, punitus fuit morte sua & posterorum; ut illi eius exemplo discerent, Deo plenè obtemperare. Sic primus Angelus Lucifer, nolens Deo se humiliare & obedire, cecidit in tartara. Vide ergo, hic quàm primatus sit periculosus; discere eum non ambire. In primis enim Deus statuit exempla posterorum: quare primos uult esse exactos, ut sint speculum sequentibus; speculum, inquam, uirtutis, aut castigationis suae. Nam ut ait Poeta.

Principiis obsta; sero medicina paratur, Cum mala per longas inualuere moras.

Non ergo primo loco, at medio tutissimus ibis. Primogenitus Abraham Ismael, vexans iuniorum Isaac, domo Abraham expulsum fuit. Primogenitus Isaac fuit Esau, qui iure primogeniturae spoliatus est a fratre Jacobo. Primogenitus Jacobi fuit Ruben, qui ob incestum, gradu suo deiectus est. Primogenitus Aed fuit Cain, qui Abelem fratrem occidens, factus est uagus & profugus. Primogenitus Dauidis fuit Amnon, qui ob incestum cum

In primis Deus statuit exempla

cum sorore sua Thamar, ab Absalone fratre uicini occubuit, 2. Reg. 23. 2. r. & sequent.

Sic primatus Ecclesiasticus, siue pontificatus, est omnis uerum, ait S. Leo, & ex eo B. Petrus Damiani lib. 1. epist. 20. qui scribens ad Cadaldum ambientem Papatum, imò Antipapam (qui se Honorium II. uocabat) Ennuerò, inquit, cum religiosus quisque uir, subire tam laboriosa sedis omni abhorreat, illicq; uix vltu hominum precibus constitit acquiescat; cur tu omis onerum, ut sanctus Leo Papa dicebat, non modo non paras auferere, sed vltro etiam preces & pretia offerendo, anxie te conaris intrudere?

S. Gregorius hic lib. 4. cap. 4. loquens de Saule electo in regem, & se domi abscondente: Videtur, inquit, sacerdos, qua mente fugiendum sit culmen sanctae Ecclesiae, si culmen sacri conscendere, tam caute Reges fugerunt. Ita fugit ipse S. Gregorius; se seque abscondit, donec eolumna ignea ealitus proditus, raptus fuit ad Pontificatum. Sic de S. Cornelio Pontifice scribit S. Cyprian. lib. 4. epist. 2. Qui Episcopatum ipsum, nec postulat, nec uoluit; nec uir, ut ceteros, quos arrogancia & superbia sua tumor inflat, inuasit, sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, vim passus est, ut Episcopatum coactus exciperet.

Porro omis onerum, quòd subit Pontifex, ita declarat S. Bernard. lib. 2. de Consid. ad Eugèn. Pontif. Tu es, cui clauis tradita, cui omnes credita sunt. Sunt quidem & alij cali ianitores, & gregum Pastores. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos; tibi uero credidi, non uis, uisus. Nec modò quum, sed & pastorum, tu unus omnium pastor. Quòd si ita est, quanta erit sarcina, quantum onus, totum, ut ita dicam, orbem terrarum humeris sustinere.

Idem lib. 4. Te ipsum, inquit, considera; formam iustitiae, sanctimoniam speculum, pietatis exemplar, assertorem ueritatis, fidei defensorem, Doctorem gentium, Christianorum ducem, amicam sporti, Cleri ordinatorem, Pastorem plebium, Magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, spem miserorum, tutorem pupillarum, iudicem uiduarum, oculum caecorum, linguam mutorum, baculum senum, vitorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, uirgam potentum, malleum tyrannorum, regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, sal terra, orbis lumen, sacerdotem Altissimi, Vicarium Christi. Quis non timeat & tremat haec audiens, ut Pontificatus onus Angelicis humeris formidabile ambire audeat?

Denique S. Chryst. (uel quisquis est Auctor) in opere imperfecto in March. homil. 35. Primatum, inquit, Ecclesiasticum concupiscere, neque ratio est, neque causa; quia neque iustum est, neque uile. Quis enim sapiens vltro se subicere festinat seruituti, labori, dolori, & quod maius est periculo tali, ut det rationem pro omni Ecclesia, apud iustum iudicem, nisi forte qui nec credit iudicium Dei, nec timet vii, abutens primatu suo Ecclesiastico, ut saeculari, & conuertat eum in saecularem.

VERS. 15.

SURREXIT AUTEM SAMUEL, ET ASCENDIT DE GALGALIS, IN GABAA BENIAMIN. Eodem pergebat Saul cum exercitu, ut sequeretur; sed Samuel praecessit, & se a Saule ob cultam admittam separauit, ut se iratum ostenderet, & Saulem ad culpae agnitionem & poenitentiam fleteret. Quia scilicet, ut ait S. Gregorius, in rege quem arguerat, humilitatem poenitentis, qua Cornel. in lib. Regum.

nerè cogatur, minime cognoit, &c. Rex in ministerio relinquitur, ut ipsa Propheta separatione corrigatur: quia plerumque quos Praedicatoris uerba non corrigunt, diuini a Praedicatorum familiaritate, uel a sanctae Ecclesiae unitate, peritescunt. Iuxta Praedicores, duri sunt, sed separati respiciunt.

Iuit autem Samuel in Gabaa, ut se iungeret Prophetis ibidem habitantibus, ut dictum est cap. 10. 5. cum usque Dei laudibus vacaret, ac pro Israele oraret, ac populum cum Saule eodem pergentem ad praedium contra Philisthaeos, sua saltem praesentia ad fortiter pugnandum animaret. Mystice, S. Gregor. Quid est, inquit, quod de Samuele dicitur: surrexit & ascendit, nisi quòd in perfectioribus uiribus aspicimus, qui sic nostra iniquitamenta respiciunt; ut ab eis nequaquam sardidetur? sic nobis irascuntur; ut quieti intus, secreti sui alsa conscendere uelociter possint. Fortis namque & potentis sunt, & qui magna & fortia sua laeuer ferunt, nostris infirmitatibus non grauantur.

Et reliqui populi, id est de populo reliqui: non enim populi, non est nominatiuus pluralis, sed genitiuus singularis, ait Abulen. Haec uerba de sunt in Hebr. Chald. & Septuag. Regis & Comp. suntque obscura & implexa: sensus tamen eorum hic esse uideretur, quasi dicat: Reliqui, qui ceteris metu Philisthinorum diffidentibus manserant in castris, hi cum Saule ascenderunt de Galgalis in Gabaa, quae erat urbs sita in colle tribus Benjamin.

Obuiam populo, Philisthinorum hostium, qui è vicino oppido Machmas (ut dicitur u. sequenti) excursiones faciebant, & expugnabant eos; scilicet Hebraeos, uenientes de Galgala in Gabaa: Ionathas enim expugnauerat stationem Philisthinorum in Gabaa, ut dictum est u. 3. Quare multi Hebraeorum è Galgalis pergebant in Gabaa: hos è latere inuadebant & caedebant Philisthini, degentes in vicina urbe; Machmas: ut ergo hoc iter suis securum redderet Saul, cum suis contra eos ascendit; ac simul ut se cum Ionatha degente in Gabaa coniungeret; ut de facto ibi se coniunxit, ut sequitur.

ET EGRESSI SUNT AD PREDANDUM DE CASTRIS PHILISTHINORVM TRES CUNEI. Hebraea tria capita. Chald. tres turmae. Septuag. tria principia. Vatabl. tria agmina. Cuneus, propter est ferrum acutum, quod sensum crassecit, quo in fissuras inserto ligna finduntur. Vnde illud: malo nodo, malus quarendus est cuneus. Hinc per Metaphoram, cuneus significat peditum multitudinem in cunei formam redactam, quae in acie angustior & quasi acutior, deinde latior denique procedit, ait Vegetus lib. 2. de re milit. Vnde Virgil. 12. Aeneid.

Densi, cuneis se quisque coactis Agglomerant.

PORRO FABER FERRARIUS NON INVENIETUR. VERS. 19: BATVR IN OMNI TERRA ISRAEL: CAVERANT ENIM PHILISTHINI, NE FORTE FACERENT HEBRAEI GLADIVM AUT LANCEAM. ut eos sub suo iugo continerent, ne rebellare possent. Sic seruis a Romanis olim uetita fuere arma, ne heros suos inuaderet; nisi in extrema necessitate, qualis fuit post Cannensem cladem: tunc enim contra Hannibalem armauit seruos, teste Valer. Max. lib. 7. cap. 6. Sic admetida esse seruis arma docet Arist. 2. Polit. 2. Sic Cyrus Lydis contra se rebellantibus ademit arma, teste Iustino lib. 1.



Verum Deus elusit cautionem & prudentiam Philistinorum, dum per Samuelem, Hebraeis dedit victoriam sine ferro & armis ferreis. Vnde S. Gregor. armati, inquit, ab inimicis victi sunt, ut totum quod vincitur, omnipotentis Dei laudibus tribuatur.

Faber est meditans mysticis.

Mysticè faber, est orans & meditans, qui solle discursus sui in officina ferraria, id est in meditatione excitat ignem deuotionis, charitatis, iuxta illud: In meditatione mea exardescet ignis. Audi F. Barthol. Martyr. Archiep. Braccarensem in insigni suo doctrinae spiritualis compendio cap. 27. p. 285: Faber ferrarius ignicum ferrum de igne extrahens, icibus mollire satagit, sed antequam penitus frigescat, ad ignem reducit, ut iterum facilius ignescat: sic etiam spiritus noster ad feruorem deuotionis extrahitur & occupationis terrena icibus percussus ne omnino frigescat atque induretur, ad fornacem deuotionis est reducendus. Nam qui studiose curant deuotionem nutrire quotidie, facile conseruant ac tuncur: si vero, licet paucis diebus, ab officio recedant, difficulter ad exercitij interioris feruorem redire solent. Quapropter illud maxime curandum est, ut orationis assiduitate cor semper Deo pateat.

Tropol. faber est praedicator.

Tropol. Faber ferrarius, est praedicator, praepor, & quibus alius castigator vitiatorum: hunc tollere conantur, Philisthaei, id est daemones, ut homines inermes, eorum tentationibus resistere nequeant. Audi Beat. Petrum Damiani libr. 1. Epistol. 18. quae ordine est 106. Spirituali quisquis conuenit, si fratrem Zeli frequenter correptione non vitur, Israelitica plebis mystica laborat inopia, quae, videlicet incipiente Saul Regis imperio, Fabrum ferrarium non habebat. Et paulo post: Philisthaei, inquit, de terra Israel Fabros ferrarios tollunt, cum maligni spiritus, falsa pietatis obtentu Zelum correptionis de fratrum labiis auferunt. Causam subiicit: Sicut ferrum reliqua metalla fortiter edomat, ita correptionis malleus vitia delinquentium reprimat, & quasi cuedendo rigide mentis duritiam frangit. Ex quibus concludit: si de sacro conuenit, correptionum censura subtrahitur, disciplina vigor funditus enervatur, & Religio tota destruitur: quia, dum vnusquisque propria sequitur voluntatis arbitrium, ad secularia rediens, spiritualis obseruancia violat institutum. Deinde ad praxim cuique hoc pium dat monitum: Vnde quisquis est, cui regularis vita feruor inestuat, correptiones libenter amplectitur: & tunc etiam, cum innocens est, suis reprehensionibus delectatur: non, ut cum conscientia peccasse remordeat, sed quoniam hoc prodesse ceteris audientibus sperat: ut vnde ipse innocens, & mundis arguitur, alij qui vel lapsi, vel lapsuri foret sunt corrigantur.

Nam vt ait Eccles. c. 12. v. 11. Verba sapientum, sicut stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quae per magistrorum consilium data sunt a pastore vno. Hinc & illud Ieremie 23. 29. Numquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petram? Sic & S. Greg. Euch. Beda, Hugo: qui & addunt, daemone adlimere fidelibus Fabros ferrarios, id est bonos praedicatores, vitiatorum castigatores, cum facit ut ipsi subtilia, philosophica, poetica, vana, elegantia & placencia populo praedicent, ac planium populi quarent, non planctum, vt ait S. Bern.

Rursum Fabri ferrarii, sunt magistri & doctores qui docent Philosophiam, Rhetoricam, Mathematicam, Poesin, &c. quae fidei & doctrinae sacrae subferunt, vt eam contra Haereticos, Gentiles & impios defendant. Hos aufert Sachanas, dum sagat vt Religiosi, Clerici & Sacerdotes is non flu-

deant; sed indocti otio torpeant: inde enim orta fuit haeresis Lutheri & posteriorum eius, aequae ac praecorum Haereticorum. Ita S. Gregor. & Cyril. Alex. lib. 7. contra Iulian.

Denique, arma ferrea, sunt mortificationes & poenitentiae, quibus concupiscentia carnis retunditur, & contunditur.

RETUSITAQUE ERANT ACIES VOMERYM,] VERS. 11. quia continua aratione fulcando terram, eius resistentiâ & renitentiâ retundebantur & hebetabantur, ac Hebraeis difficile erat, ad eas auendas, toties ite in Philisthim.

VSQUE AD STIMVLYM CORRIGENDVM,] quasi dicat: adeo retulae erant acies instrumentorum ruralium, vt ne exiguis quidem stimulus, quo boves pungerentur, superesset, qui non esset hebetatus; ideoque corrigi & acui deberet. Ita Lyran. Aut cum Abulenſi refer hanc superius ad v. 20. Descebat ergo omnis Israel ad Philisthim, vt acueret vnusquisque vomerem suum & ligonem, &c. vsque ad stimulum corrigendum, quasi dicat: non tantum ad maiora instrumenta auenda, sed etiam ad minimos stimulos corrigendos & acuendos, oportebat ire in Philisthaem; quia in Israel non erat faber, qui eos acueret.

CVMQVE VENISSET DIES PRÆLIJ, NON EST INVENTVS ENSIS.] VERS. 12. Populus ergo & milites sequentes Saul, armabatur arcibus, fundis (Gabaath enim erant optimi fundibularij, vt patet Iudic. 20. 16.) peticis, fustibus, vt dixi v. 3. haec enim sunt armamentaria & praesca: item ligonibus, falcibus, tridentibus, stimulis, malleis, securibus, ferris, baculis siue flagellis, quibus tritulantur & excutuntur frumenta, ceterisque instrumentis rusticis: ac forte ea igne liquando constabant in peticas, pugiones & gladios, sed rudes & impolitos; iuxta illud Virgil. Et curua rigidum falces constanter in enses. Sic Sanga Iudex vomere aratri, occidit sexcentos Philisthaeos. Iudic. 3. 31. Et Samson carens ense, mandibula asini occidit mille viros. Iudic. 15. 15. Ex quibus liquet, antiquam fuisse hanc Philistinorum cautionem, ne Israelitae haberent arma & fabros ferrarios.

EXCEPTO SAUL ET IONATHA.] Mysticè, Dion. Carthus, Praelati, inquit, & eius Vicarij, debent tanta esse perfectionis, quod quantumcumque subditi spiritualibus armis priuentur, & passionum immoderantius agitentur; ipsi tamen in omni virtute, in rationis splendore, in luce sapientiae perseuerent firmissimè & mala vincant in bono, suamque probitate, aliorum defectuositates repriment, ac reforment: quoniam ipsi sunt velut mensura & regula subditorum.

Porrò Hebraei dicunt vel fingunt, Sauli & Ionathae allatos esse hos enses caelitus ab Angelis. Planius dicas, ipsos hos enses occultasse, vel occulte sibi à locis vicinis comparasse.

EGRESSA EST AVTEM STATIO PHILISTHINORVM, VT TRANSCENDERET IN MACHMAS.] VERS. 13. Iam ipsa erat in Machmas, vt dictum est v. 5. rō ergo in Machmas, vel referendum est ad statio, non ad transcenderet, quasi dicat: statio Philistinorum, quae erat in Machmas, transcendit Machmas, iuitque ulterius obuiam Sauli & Hebraeis ad praeliandum cum eis: vel certe in Machmas, id est vltra Machmas, vt vertunt Sept. Hebr. Egressa est statio Philistinorum ad transitum (Chald. vadum) Machmas. Vatab. in vltiore parte, quae erat inter Machmas & Gabaa, stationem siue praesidium transulerunt.

CAPVT

CAPVT DECIMVM QVARTVM. SYNOPSIS CAPITIS.

Ionathas solus cum armigero inuadit castra Philistinorum: Deus illis terrorem & perturbationem inicit: vnde ipsi mutua se caede trucidant. Audit eorum tumultum Saul v. 19. edicitque, ne quis vsque ad vesperam comedat, donec hostes fugientes persequatur, & conficiat. Ionathas edictum ignorans, melin sylua repertum comedit. Milites defaigati & esurientes v. 32. contra legem comedunt carnem eum sanguine. Vnde Saul statuta petra, iubet, vt in ea sanguinem effundant. Mox v. 36. Saul noctu irrupturus in castra hostium, consulit Dominum: sed Dominus non responderet. Quare Saul iacit sortem, vt cuius culpa iratus sit Deus, exquirat. Sortes denotat Ionatham v. 42. Ille fatetur se mel comedis. Quare a patre morti addicitur, sed populus eum liberat. Inde v. 47. Saul debellat Ammonitas, Moabitas, Idumeos, aliosque per circuitum hostes. Denique v. 49. filij Saul recensentur.

ET accidit quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni, & transeamus ad stationem Philistinorum, quae est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsi non indicauit. 2. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa, sub malo granato, quae erat in Magron: & erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum. 3. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quod isset Ionathas. 4. Erant autem inter ascensus; per quos nitabatur Ionathas transire ad stationem Philistinorum, eminentes petrae ex vtraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc & inde praerupti, nomen vni Boses, & nomen alteri Sene: 5. vnus scopulus prominens ad Aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa. 6. Dixit autem Ionathas ad adolescentem armigerum suum: Veni, transeamus ad stationem incircumforsorum horum, si forte faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile saluare, vel in multis, vel in paucis. 7. Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quae placent animo tuo: perge quod cupis, & ero tecum vbicumque volueris. 8. Et ait Ionathas: Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis, 9. si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. 10. Si autem dixerint: Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manus nostras: hoc erit nobis signum. 11. Apparuit igitur vterque stationi Philistinorum: dixeruntque Philisthim: En Hebraei egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant. 12. Et locuti sunt viri de statione ad Ionatham, & ad armigerum eius, dixeruntque: Ascendite ad nos: & ostendemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armigerum suum: Ascendamus, sequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Israel. 13. Ascendit autem Ionathas & manibus & pedibus reptans, & armiger eius post eum. Itaque alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat sequens eum. 14. Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum, in media parte iugeri: quam par boum in die arare consuevit. 15. Et factum est miraculum in castris, per agros: sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad praedandum, obstupuit, & conturbata est terra, & accidit quasi miraculum à Deo. 16. Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Benjamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illucque diffugiens. 17. Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirit, & videte quis abierit ex nobis. Cumque requisissent, repertum est non adesse Ionatham, & armigerum eius. 18. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel.) 19. Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum: crescebatque paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam. 20. Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & venerunt vsque ad locum certaminis: & ecce verius fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum, & caedes magna nimis. 21. Sed & Hebraei qui fuerant cum Philisthim heri & nudius tertius, ascenderantque cum eis in castris, reuersi sunt vt essent cum Israel, qui erant cum Saul & Ionatha. 22. Omnes quoque Israelitae qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quod fugissent

A a 4

scit Philisthæi, sociauerunt se cum suis in prælio. Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum. 23. Et saluauit Dominus in die illa Israel. Pugna autem peruenit vsque ad Bethauen. 24. Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniversus populus panem: 25. omneque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. 26. Ingressusque est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum. Timebat enim populus iuramentum. 27. Porro Ionathas non audierat, cum adiuraret pater eius populum: extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauam mellis: & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. 28. Respondensque vnus de populis ait: Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem hodie. (Defecerat autem populus.) 29. Dixitque Ionathas: Turbauit pater meus terram: vidistis quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto: 30. Quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nonne maior plaga facta fuisset in Philisthæis? 31. Percusserunt ergo in die illa Philisthæos a Machmis vsque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis: 32. & versus ad prædam, tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditque populus cum sanguine. 33. Nuntiauerunt autem Sauli dicentes, quod populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait: Præuariatati estis: voluite ad me iam nunc saxum grande. 34. Et dixit Saul: Dispergimini in vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me vnusquisque bouem suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctem: & occiderunt ibi. 35. Edificauit autem Saul altare Domino, tuncque primum cepit edificare altare Domino. 36. Et dixit Saul: Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos vsquedum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus: Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos: Accedamus huc ad Deum. 37. Et consulit Saul Dominum: Num persequar Philisthæum? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. 38. Dixitque Saul: Applicate huc vniversos angulos populi: & scitote, & videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie. 39. Viuit Dominus saluator Israel, quia si per Ionatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. 40. Et ait ad vniversum Israel: Separamini vos in partem vnâ, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Responditque populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. 41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel: Domine Deus Israel da indicium: quid est quod non responderis seruo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem: aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autem exiuit. 42. Et ait Saul: Mittite sortem inter me, & inter Ionatham filium meum. Et captus est Ionathas. 43. Dixit autem Saul ad Ionatham: Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Gustans gustasti in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior. 44. Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. 45. Dixitque populus ad Saul: Ergone Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est: viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionatham, vt non moreretur. 46. Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthæum: porrò Philisthæi abierunt in loca sua. 47. Et Saul, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos: & quocumque se verterat, superabat. 48. Congregatoque exercitu, percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorum eius. 49. Fuerunt autem filii Saul, Ionathas, & Iessui, & Melchisua: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. 50. Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. 51. Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. 52. Erat autem bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

VENI

VERS. 1.

Ionathas  
Dei in  
Philisthæis

VENI, ET TRANSEAMVS AD STATIONEM PHILISTHINORVM.] Dixit hoc, & fecit ea quæ sequuntur Ionathas peculiari instinctu Dei, vt patet ex victoria miraculosa, quam ab eo obtinuit: alioqui temerarius fuisset, si solus cum vno armigero, inuasisset tota hostium castra. Deus ergo illi, vt id faceret, suggestit: ammosque illi addidit ac fiduciam victoriæ tam miræ consequendæ. Ideoque id Ionathas patri non indicauit, ne is illud impediret. Qui enim a Deo regitur, regis alterius regimine non eget. Ita Theod. Procop. Abuleni Caiet. & alij.

Mira cum  
fortitudo.

Mira ergo hic celebratur Ionathæ fortitudo, qui Deo nixus, tantum periculum solus adiit, certus aut vincere, aut vinci & pro patria mori gloriosè. Vnde S. Bern. Serm. ad Milites templi cap. i. ens comparat cum Martyribus; si vincant, coronantur corona triumphantis; si vincantur, martyrij laurea. Quam gloriose, ait, reuertuntur victores de prælio, quam beati moriantur martyres in prælio! Et c. 3. Secum, inquit, præliantur, nequaquam metuentes, aut de hostium cade peccatum, aut de sua nece periculum. Miles Christi securus interimit, securior interit, sibi præstare cum interit; Christo, cum interimit. Cum occidit malefactorum, non homicidæ, sed vt ita dixerim, malicida reputatur. Cum occidit ipse, non perit, sed peruenisse cognoscitur. Mors ergo quam irrogat, Christi est lucrum, quam excipit, suum. Et c. 4. eorum armis recensitis: Imminente bello, ait, fide intus, fors ferro, non auro muniantur: quatenus armati, & non ornati, hostibus metum incutiant, non promouent auaritiâ. Equos habere cupiunt fortes & veloces, non coloratas, aut phaleratas; pugnam quippe non pompam; victoriam non gloriam, cogitantes; & studentes magis esse formidini, quam admirationi.

VERS. 2.

PORRO SAUL MORABATVR IN EXTREMA PARTE GABAA SVB MALOGRANATO, QUÆ ERAT IN MAGRON.] Ita Hebr. Chald. & alij: sed Sept. pro 7 legentes affine 7 vertunt in Magdon. Erat locus hic iuxta Gabaa, quæ erat patria & sedes Saulis; cuius meminit & Isaias c. 10. 28. non ergo erat in ipsa vrbe Gabaa, sed in agro Gabaa, vti hic legunt Biblia Regia, Glossa, Hugo, Abuleni Dion. Vatab.

Pro malo granato, Hebr. est Remmon, quod, vt nomen proprium loci, retinet Vatab. qui alibi vocatur collis, vel terra Remmon; in quem, vt locum munitum & tutum, se receperunt sexcenti de clade tribus Benjamin superflites, & reliqui. Iudic. 20. 27. ideoque & Saul ibidem castra locauit. Sic nobilis illa Hispaniæ ciuitas, regnæque caput, dicta est Granata, à malogranatorum copia vel figura. Sic hic locus Hebr. dictus est Remmon, à malogranatorum præstantia & abundantia. Sic Iericho dicta est, ciuitas palmarum, ab eorum fertilitate; pluresque aliæ ciuitates dictæ sunt, Thamar, id est palma, à palmetis quibus abundant. Sic Bethel prius dicta est Luz, à nucibus, corylis & amygdalis. Genes. 28. 19.

Malogranatum  
speciem habet  
vege.

Appositè Saul rex confedit sub malogranato; quia hoc speciem habet regis & regni. Nam vt aduertit Mendoza, primò, malogranatum in suo flore elegantem purpuream coronam; in pomo autem, purpuram; in granis, coronam in vertice ostentat; vt planè videatur regem purpuratum & coronatum representare. Secundò, quia, dum multa grana sub vno cortice complectitur; vel significat multitudinem negotiorum & consiliorum, quæ à Regibus fido

A silentio occultantur, vt S. Ambrosius lib. 3. Hexam. c. 13. insinuat; vel significat concentum omnium virtutum, quibus æquum est, vt Regum animi exornentur, vt S. Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum explicat; vel significat prudentiam gubernatricem, quæ Reges suos subditos, & moribus & honoribus disidentes, in officio continent, & in gyrum rationis circumuersant; vt Theodoretus lib. 3. in Cant. indicat; vel significat animorum charitatem, quam Reges suo in regno curare & conseruare debent, vt idem Theodoretus clariùs significat. Qua de re multa dixi Cantic. 4. v. 3. & 13.

Tertiò, Quia sicut malum granatum pulchrum apparet, cum satiscit; nam tunc interna grana, quæ sub vilis cortice latebant, Pyropis imitata expanduntur: ita Reges quod maioribus difficultatibus scinduntur ac destruantur in suorum præsidium ac tutamen populorum; eo clariora præbent omnium oculis, suarum spectacula virtutum.

Quocirca Henricus IV. Hispaniæ Rex malogranatum pro insigni regio delegit cum epigraphe, Acredulce: vt significaret in optimo Rege ita severitatem & humanitatem temperandas, vt nunquam Rex, aut sine severitate ignauus, aut sine humanitate crudelis videretur: Non immeritò igitur Saul sub malogranato morabatur, vt ab ipsa arbore admoneretur regie dignitatis & potestatis, aut sanctitatis quam in rebus arduis, difficultibus, temporibus exercere oportebat.

ET ERAT CVM EO POPVLVS, QUASI SEXCENTORVM VIRORVM,] præter mille qui erant cum Ionatha: Nam duo millia, quæ sibi delegerat Saul c. 13. 2. metu Philisthinorum deflexerant & fugerant; ita vt cum Saule ex iis tantum remanserint sexcenti, inique viri fortes & constantes, qui proinde licet pauci, tantas tamen victorias contra Philisthæos plurimos obtinuerunt, quantæ in sequent. narrantur.

Moraliter, Discite hic quantum valeat virtus paucorum generosorum. Sic Gedeon cum trecentis prostravit numerosissima castra Madian. Causam dat Iosephus lib. 5. Antiq. c. 8. vel iuxta aliam editionem 10. Imbellem, inquit, naturam hominum sibi Dominus placere declarauit, vt populus victoriam non sibi, sed Deo deputaret. Iudas Machabæus cum paucis superauit copias Antiochi. Dauid superauit Goliath, omnesque Philisthæos. Duodecim Apostoli sua virtute subiugarunt Christo totum orbem. S. Bern. S. Dominicus, S. Franciscus, & nuper S. Ignatius fundator Societatis Iesu cum paucis sociis, quanta vbique terrarum effecere? virtus ergo non in numero, sed in paucitate generosa consistit. Nam vt ait Isaias c. 9. 3. Multiplicasti gentem, non magnificasti latitiam. Vide ibi dicta. Tritum est illud: Virtus vnita fortior diuisa. Et illud: Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. 1. Corin. 1. Et illud: Virtus Dei in nostra infirmitate perficitur. 2. Corin. 12.

ET ACHIAS FILIUS ACHITOB FRATRIS VERS. 3.

ICHABOD FILII PHINEES, QUI ORTVS FVERAT EX HELI SACERDOTE (Pontifice) DOMINI IN SILO, PORTABAT EPHOD,] id est pontificalem amictum quasi Pontifex, secum deferrebat ad pontificatu fungendum; vt per Vrim & Tummim, quæ erant in Rationali & Ephod, pro Saule consuleret Dominum, quid in bello tam accipiti & periculoso agendum foret. Hinc patet Samuelem non fuisse Pontificem, vt vult Serarius & alij, sed Achiam: hic enim portabat vestem pontificalem, & recta linea descendebat ab Heli pontifice. Heli enim non Samuel genuit

Achias fuit  
Summus  
Pontifex,  
linea enim non Samuel  
genuit





Ab aliquibus arguitur.

Sed est forte hoc de ieiunio fieri dicitur, sicut dicitur in ista.

Septuaginta hic aliquid addit.

Lyranus verò putat Saulem malè id sanxisse & A iurasse, ac peius implese; eò quòd non esset tanta necessitas hostis insequendi, ac in lege hac sita, necessitatis casum excipere debuisset, qualis fuit in Ionatha, & aliis pluribus, præ inedia deficientibus; qui utique maiorem hostium stragem edidissent, si eos profèquendo, simul aliquid cibi raptim sumpsissent; verbi gratia, mel obuium in sylua, vti fecit Ionathas; vt valentiores ad gradiendum & pugnandum euaderent. Denique, quòd lex hac dederit occasionem Ionatham occidendi, & populò sanguinem lege veritum comedendi, v. 33. Fauer Lyrano Iosephus, S. Gregor. hic & S. Chrysof. hom. 1. 4. ad popul. & noster Sanchez, qui hoc præceptum Saulis, vt nimis seuerum & stultum damnant. Verum esto feruentior fuerit militaris duraque hæc Saulis sanctio, & aliquid discretions in ea desideretur: tamen in se iusta sanctaque fuit, ob causas iam dictas. Vnde populis totus eam probauit & acceptauit: quibus adde, si peccasset Saul, debuisset eum fors v. 41. Indicare: aut certè filere: ibi autem fors non indicauit Saulem præcipientem; sed Ionatham præceptum transgredientem. Vnde Saulem dilaudat Tertull. lib. de ieiunio c. 10. vbi Saulis ieiunio, ait à Deo præstitam auctoritatem. Ac S. Ambros. serm. 36. (in veteri editione est 25.) post Dominicam primam Quadragesimæ: *Bonus planè rex, qui hostes suos non tam armis, quàm deuotione vincebat; & plus dimicabat religione, quàm telis. Cum ergo Saul abstinentiam diei suis omnibus indixisset, & Ionathas eius filius præcepti nescius, inter medias hostium acies victor incedens, sauum mellis inuictræ sceptri summitate gustasset, tanta indignatio repente commota est, vt & disserteret victoria, & diuinitas læderetur.*

Hinc & Ionathas culpam suam fatetur v. 43. *Gustavi, inquit, paululum mellis, & ecce ego morior. Chald. morti obnoxius sum. Et S. Hieron. lib. 2. contra Iouin. post mediū: In Exodo, inquit, aduersus Amalec oratione Moysi, & totius populi, vsque ad vesperam ieiunio dimicatum est. Iesus, filius Naue, stationem impetrauit soli & luna, & mediam plus quam vnus dies victoris exercitus protelauit. Saul, sicut in Regnorum primo libro scribitur, Maledictus, inquit, qui ederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar me de inimicis meis: & non gustauit omnis populus eius, & tota terra prandeat. Tantiq; fuit auctoritas stationis semel Domino destinata, vt Ionathas, qui causa victoria extiterat, deprehenderetur sorte, & ignorantia crimen declinare non posset, patrisq; in se contineret manum, & vix populi precibus saluaretur. Stationis, id est ieiunij. Stationes enim à Tertull. Cassiano & S. Ambros. vocantur, stati orationis & ieiunij dies; quòd in eis stantes & commorantes inimicos repellimus; & sicut Hebræi per 40. mansiones, sive stationes, peruenerunt in terram promissam; sic Christiani per 40. dies Quadragesimæ, perueniunt ad Pascha & resurrectionem Christi. Ita Baron. anno Christi 57. c. 155. & Pamelius in Tertul. ad finem libri de oratione: imò ipse S. Ambros. initio serm. 36. iam citati.*

Moraliter, discit hic ieiunium parere victoriam hostium corporaliū, æquè ac spiritalium.

Dices: Septuag. hic addunt: *Et ignorauit Saul ignorantiam magnam.* Ergo peccauit. Resp. ignorantiam intelligunt, quæ Saul ignorabat futurum, vt ex hac sanctione Ionathas periculum capitis adiret: sed ignorantia hæc in Saule fuit inuincibilis & inculpata: vnde enim scire poterat Ionatham comesturum mel?

Hinc apparet Saulem fuisse virum pium, æquè ac fortem, ac Deum ei fuisse, dedisseque ei victorias, vt omnès per circuitum hostes superaret, vt tu hactenus dicitur v. 47. Quare esto Deus cap. præced. ob non expectatum Samuelem, eius quali minùs perfectè obediens posteros regno priuarii; tamen eum non abiecit, sed direxit & adiuit, donec grauius inobedientiæ crimen, non cædendo planè pleneque Amalecitas, vt Deus iusserat, committens, à Deo abiectus fuit; ac Dauid in eius locum à Samuele in regem vnctus, de quo c. 15. & 16.

VVLGVS VENIT IN SALTVM, IN QVO ERAT MEL. ] Apes enim syluestres in syluis mellificant, vt videre est in Polonia & Moscouia; vbi proinde cum vris syluestribus depugnant: Vri enim mellis inhiant, itaque arbores in quibus sunt faui scandere nituntur; sed apes in naves vrisorum inuolantes, aculeisque suis pungentes, eos facillè deturbant: Vri enim debili sunt capite in naso.

Myrticè, S. Ambros. serm. 36. *Nec in abstinentia positi, inquit, declinemus ad fauim. Fauis enim quedam mundus est voluptas, seu vitia qua, vt scriptum est Proverb. 5. ad tempus quidam impingunt fauces, sed nouissima amariora sunt felle.*

NVLVSQVE MANVM AD OS APPLICAVIT. TIMEBAT ENIM POPVLVS IVRAMENTVM. ] id est adiurationem & execrationem regis dicentis: *Maledictus vir, qui comederit, &c. v. 21. Myrticè S. Gregor. Mel, inquit, stans, quia dulcis fama sanctorum, dulciter velociterq; currit, sed in manus ad os nullus ducit, quia de opere bono dulcedinem laudis non accipit. Manum quidem cum melle ad os applicare, est tandem operis sui grauius accipere. Decurrat ergo mel, & nemo ad os manum applicet: vt sanctorum fama dulciter fluat; & ipsos à quibus defluit, non extollat. Fluat, vt alios satiet, sed non sumatur, ne mortem propinet.*

ET ILLUMINATI SUNT OCULI EIVS. ] qui scilicet priùs præ inedia, labore & fame, deficientibus spiritibus opticus caligabat: iam autem sumpto melle restauratis spiritibus, illuminati, refocillari & reuiuiscere videbantur, vt fortior & promptior esset, ad hostes insequendum. Hinc ieiunantium visus caligat, qui sumpto cibo restauratur. Ita Angelo, Caiet. Vatab. & alij. Aliter Beda, qui illuminatos oculos ait Ionathæ, vti fuere: aperti oculi Adæ, cum se nudum vidit, & culpam agnouit; Genes. 3.

DEFECERAT AVTEM POPVLVS. ] Heb. & Chald. defatigatus est, scilicet labore insequendi, ac inedia; vt deficientibus viribus agrè insequi posset.

TVRBAUIT PATER MEVS TERRAM. ] Iuueni- liter hoc dixit Ionathas; verumque fuisse, nisi mortis comedendi, impedimento fuisset presentaneæ persecutioni hostium. Ita Abulen. & Caiet. Non peccauit ergo Ionathas mel comedendo, quia prohibitionem patris ignorabat: peccauit tamen, patris prohibitionem publicè reprehendendo, ideoque fors culpæ eum attigit v. 41. Quia etsi indiscretus fuisset hæc sanctio patris; tamen Ionathæ erat eam non culpate, sed potiùs excusate, ne populus contra suum regem concitaretur, & tumultuaretur: quòd in castris summum solet creare periculum.

DEFATIGATVS EST AVTEM POPVLVS NIMIS. ] Defatigatus est ieiunio, tum ex labore continuo insequendi & cædendi Philisthæos.

COMEDITQVE POPVLVS CVM SANGVINE. ] quia præ fame non expectabat, donec sanguis & bobus

Saul vir pius & fortis, post hæc peccauit grauius inobedientia.

Apes in syluis mellificant.

Mel est mundus est voluptas, seu vitia qua, vt scriptum est Proverb. 5. ad tempus quidam impingunt fauces, sed nouissima amariora sunt felle.

VERS. 27.

VERS. 28.

VERS. 29.

VERS. 31.

VERS. 32.

bobus mactatis efflueret; sed illicò mactatorum A carnes sanguine conspersas coquebat; imò crudas vel semicrudas, non tam comedebat, quàm vorabat instar luporum, præ fame & auiditate comedendù. Venerat Deus edi sanguinem, ob causas quas recensui, Genes. 9. 4. & passim in Leuitico; sed famis vehementia valdè hoc eorum peccatum imminuit. Ita Abulen.

VERS. 33. VOLVITE AD ME VNVC SAXVM GRANDE. ] Iussit Saul, ait Abulen. vt eleuaretur magnus lapis, super quem occiderentur omnia animalia, à militibus comedenda; vt ex eo pendente capite cuiuscumque iugulati pecoris, sanguis vniuersus statim efflueret: priùs autem in terra plana illa iugulabant, vbi sanguis agrè, nec nisi lentè tardeque effluere poterat; quod ipsi præ festinatione & fame expectare nequibant. Ita Caiet.

VERS. 35. EDIFICAVIT AVTEM SAUL ALTARE DOMINO. ] tum vt hoc esset quasi monumentum victoriæ de Philistinis adeptæ; vti fuit altare à Mose erectum, ob partem de Amalec victoriam, Exodi 17. 15. tum vt in eo offerret hostias pacificas, in gratiarum actionem pro victoria accepta, ac in propitiationem: vt scilicet Deum sibi suisque redderet propitium, ad bella plura quæ supererant, simili felicitate conficienda.

TVNCOVE PRIMVM COEPIT EDIFICARE ALTARE DOMINO. ] Dices, iam antè Saul edificarat altare c. 13. v. 9. cum ante aduentum Samuelis in eo sacrificauit, ideoque à Samuele fuit reprehensus. Respond. Primò, S. Hieron. in Tradit. Angel. Glossa, Lyrano & Hugo, hoc primum fuisse altare Deo gratum, quod Saul erexit. Nam illud c. 13. fuit Deo ingratum, ex culpa inobedientiæ. Secundò, Abulen. Caiet. Hugo, Lyrano & Sanchez respondent, altare illud c. 13. 9. aliena manu, & opera populis fuisse erectum; hoc propriè iussu & opera Saulis. Nam, vt rectè aduertit Lyrano, illud in Galgalis, diu antè fuit erectum à Gaditis, Rubenitis & Manassensibus tempore Iosue c. 22. 10.

VERS. 36. ACCEDAMVS HVC AD DEVM. ] id est ad arcam, in qua residet Deus; vt eum consulamus, an hac nocte in castra hostium irruere debeamus. Trop. S. Gregor. Ad Dominum, inquit, accedere, est eius voluntatem secreta contemplatione cognoscere. Et bene accessus dicitur, quia ab exterioribus ad interna tendimus, quando operis nostri exitum in diuina voluntate cognoscere tentamus. Nam qui occulta & intima querit, & exteriora non deserit, ea que nescit adire, non inuenit. Quando ergo à nobis de occultis rebus consilium queritur, ad Dominum accedamus; vt tunc demum quod agendum est, proponatur, cum in diuina voluntate cognoscitur. Multa enim videntur bona esse, & non sunt. Pleraque etiam facienda sunt, sed vitiosus sunt si congruo tempore referuntur. Quædam quoque alij facere debent, alij verò non debent. Que nimirum si electus quilibet in secreto meditationis videre negligit, ea vti que recto ordine non disponit.

ET CONSVLVIT SAUL DOMINVM. ] per Achiam Pontificem indutum Ephod, in quo erat Vrim & Tummim; qui nomine Saulis, Deum in arca residentem interrogauit, quid hic factò foret opus. Antiquitùs, ait S. Chrysof. hom. 14. ad popul. Deus dux erat bellorum; & absque illius sententia numquam attingere pugnam ausi fuissent. & bellum ipsi pietatis materia fiebat: nec enim ex corporis infirmitate, sed à peccato vincebantur, si quando & victi fuissent: nec potentia & fortitudine, sed superna beneuolentia vincebant, quandoque vincebant. Audiant hoc & imitentur nostri Cornel. in lib. Regum.

castorum Duces, si obtinere volunt victoriam. Hæc enim propriè datur à Deo, vt alibi ostendi.

ET NON RESPONDIT EI IN DIE ILLA. ] tacuit Deus consultus, vt se subitatum ostenderet. At cui & cur? Respondet S. Chrysof. hom. 14. iam citata, Deum Sauli fuisse offensum, ob temeritatem qua legem de ieiunio nimis rigidam & stultam sanxerat. S. Gregor. verò germaniùs ob eius hypocrisis: *Nam Deus, inquit, in simili cogitationis luce non cernitur, qui semper in claritate virtutis inuenitur.* Addit deinde aliam causam: quia Saul ita volebat Philisthæos perimere, vt eorum nullus vltra mouere bella potuisset. Magna quidem hæc dies mentis est, qua sic æterna quaruntur, vt temporalis hostis nullus à cæde relinquatur; sed quia nulli conceditur sic temporaliter vincere, vt non debeat omni tempore pugnare, meritò dicitur: *Non respondit ei Dominus in die illa.*

Abulen. Caietan. Serarius & alij censent Deum tacuisse vt indicaret ieiunium à Saule sancitum, non fuisse à Ionatha seruatum. Esto enim Ionathas sanctionem patris ignorasset, ideoque non violasset eam formaliter, sed tantum materialiter; tamen multi hoc è populo nesciebant, qui potuissent scandalizari: idcirco Deus voluit hoc suo silentio, inquiri prodiq; Ionatham; vt ipse patefaciendo suam legis ignorantiam, se excusaret: ne videretur Deus, vel Saul esse personarum acceptor; ait Abulen. Addit Caiet. Deum voluisse Ionatham, non propter factum, hoc est violatum ieiunium; sed propter defensionem facti sui, quæ ad factum erat impertinens, qua scilicet Patris, in lege ieiunij sancitum indicetionem culpauit, publicè voluisse hac nota humiliare; vt deinceps in loquendo de edictis regis esset modestior & cautior.

Vide hic, vt Deus punit totam Rempub. ob vnus cuius peccatum: sicut punit tota castra ob vnus Iosue c. 6. & 7. ob furtum vnus Achan. Vnde in orthodoxorum Archimandritarum libello Syn. Constant. apud Bar. 7. an. 336. legitur: *Communicant anathemati, habentes in medio anathema sicut ostendit nobis antiqua scriptura in Achan & Ionathan, qui scienter & ignoranter inciderunt in anathema; &c.* Nam, vt ait S. Ambros. loco citato: *Vnius culpa cunctis confertur ignavia; vnus delicto cunctis generatur infirmitas.* Sic & S. Gregor. Angel. & alij.

APPLICATE HVC VNIVERSOS ANGVLOS PAVLI. ] Angulos, id est præfectos vicorum vel platearum: sic Heluetij suos pagos vocant Cantones, id est angulos. Nam quod sunt anguli in domo, hoc sunt principes in populo, ait Vatab. quia sicut angulus domus sic populus principibus inmittitur. Igitur sicut Græci vrbis partes, pagos, Latini vicos appellant, sic Hebræi angulos vocant: ac sicut à Græcis Præfecti pagorum, pagite nuncupabantur; sic & apud Hebræos, qui angulis, id est vicis præerant, Anguli quoque appellabantur: simile est Iudic. 20. v. 2.

VIVIT DOMINVS SALVATOR ISRAEL: QVIA SUPER IONATHAM FILIVM MEVM FACTVM EST (hoc Dei irati silentiū) ABSQVE RETRACTATIONE MORIETVR. ] Ita Rom. licet S. Gregor. legat: *sine retractione morietur.* Hebr. est, morte morietur, id est certò & infallibiliter morietur. Chald. occidendo occidetur; id est sine remissione certò occidetur. Culpar hoc Saulis iuramentum S. Chrysof. hom. 14. citata, vt temerarium & patriciale, ideoque à diabolo suggestum, vt pote qui eum in filij tanti tamque innocentis cadem impelleret. Et pater, inquit, factus est filij carnifex, & ante examinationem

Restit. tota ob vnus peccatum punitur.

VERS. 38.

VERS. 39.

Iuramentū Saulis.

damnationis procul sententiam. Addit Saullem sua hac temeraria ieiunij sanctione, multorum periorum fuisse causam: *Eta igitur, inquit, numeremus commissam periuriam. Temeratum est primum Saulis iuramentum a filio: secundum rursus, & tertium ipsius Saulis de filij cade. Et visus est populus verè iurasse: sed si quis diligenter rem examinet, & hi rursus omnes periurij criminibus obnoxij facti sunt. Ipsius enim Ionatha patrem peiorare coegerunt, patri filium non dederunt: vides quot homines, tum volentes, tum inuitos periurio obnoxios vnum fecit iuramentum, quot mala molitum est, quot cades patrauit?*

Verum S. Ambros. S. Hieron. Abulen. Caiet. Saliatus, Serarius & alij hoc iuramentum Saulis vt religiosum laudant; & sacrificio Abrahæ volentis suum filium Isaac immolare, comparant. Fuit enim profectum ex magno offensi Dei placandi studio & zelo.

Incautum.

Fuit tamen incautum. Nam primò, Ionathas comedens mel contra sanctionem patris, nullam admiserat culpam, quia sanctionem ignorabat. Ergo iustè occidi non poterat; vt pote immunitis à culpa & innocens. Neque silentium Dei arguebat culpam esse in Ionatha, sed alias ob causas, quas recensui, contigit. Secundò, etiam si Ionathas sanctionem patris sciuisset, tamen transgressio eius erat leuis & exilis, vt pote gustus exigui mellis, in graui vel extrema necessitate famis, idque sine graui scandalo: quare ipse hoc gustatu non merebatur mortem. Tertid, licet daremus Ionatham mortali in hac comestione peccasse, tamen adhuc melius erat peccanti parcere, quam eum vt reum punire & occidere. Erat enim Ionathas miles fortissimus, qui causa victoria partem extiterat. Erat filius regis, illi in regnum successurus. Erat regia indole & moribus, quare longè utilior & penè necessaria erat eius vita toti Israel, quam mors ad faciendam disciplinam militarem. Vnde iuramentum hoc Saulis de occidendo non obligabat, quia vergebat in deteriorem partem, ac in nocumentum damnumque graue totius regni. Quocirca meritò populus Sauli regi contradixit, nec permisit Ionatham occidi, illique tandem Saul assensus est.

VERS. 41.

DA SANCTITATEM, id est, Reuela nobis sanctam veritatem, scilicet culpam esse in certa persona è populo. Pro toto hoc versu Hebr. habet dumtaxat: *Domine Deus Israel, da Tummim*, id est, per Vrim & Tummim, occultum reum nobis indica. Sept. Compl. *da manifestationes*. Chald. *venire fac sortem pro veritate*, id est, fac vt fors cadat super peccatorem. Vatab. *da perfectionem*, id est sortem veram & perfectam. Habent tamen Sept. Romani hæc omnia, quæ habet hic editio vulgata; sed videntur esse congesta ex variis interpretationibus rei eiusdem, vt aduertunt Card. Caraffa, Franc. Lucas in Notis & Serarius hic.

Quæres, Cur veritas vocatur *sanctitas*? Resp. Quia sanctitas, vt ait S. Dionys. est ipsa puritas. Veritas autem est purissima & sincerissima, ipsaque puritas & sinceritas. Vnde de sapientia siue veritate aeterna dicitur Sapient. 7. 25. *Candor est lucis aeternæ, & speculum sine macula, &c.*

Veritas est sanctitas.

Secundò, quia futurorum contingentium & arcanorum cognitio (quæ hæc à Saule quærebatur) adeò sublimis est, vt hominum & Angelorū intellectum transcendat, soli que Deo, qui Sanctus Sanctorum est, sit propria. *Annuntiate que ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dixit isis vos*, ait Isaias c. 41. 23.

Tertid, Quia oraculum veritatis hæc à Saule quærebatur à sacra persona; puta à Pontifice sacris vestibus, in quibus erant *Vrim & Tummim*, id est illuminationes & perfectiones, siue vt noster verit. Exodi 28. 28. *Doctrina & veritas*, induto. Veritas ergo hæc quærebatur à sanctitate, id est à Deo sanctissimo, per sanctum eius Pontificem: iure ergo ipsa vocatur *sanctitas*, q. d. Da Domine Tummim, id est per facrum Pontificem, perque sacrum Ephod & tummim, da sanctum sanctæ veritatis oraculum.

Quartò, Quia veritas auctoris, qui crimen commiserat, hic quærebatur, vt Deo offenso per eius castigationem iustamque vindictam satisfieret; itaque sanctitas Dei, quali læsa exterioris, redintegretur. Quærebatur enim hic veritas iustitiæ, iustitia autem est sanctitas. Sensus ergo est quasi dicat: *Da sanctitatem*, id est iudica nobis Domine reum qui te offendit; vt eum iustè castigemus & emendemus, itaque tuæ sanctitati offensa, per sanctam vindictam satisficiamus. Hinc patet indicare reum Superiori, vt is eum corrigat, esse actum sanctitatis, id est iustitiæ & charitatis. Vnde in nonnullis Religionibus sanctum, vt Religiosi suorum sociorum errata & lapsus ad superiorem deferant, vt is eos emendet. Hic enim est actus sanctitatis, puta correctionis fraternæ, imò paternæ. Tria enim opera sancta in ea peraguntur. 1. Satisfit Deo offenso; qui est actus poenitentia & iustitiæ vindictiua: 2. lapsus corrigat & sanctificatur; qui est actus charitatis; tollitur scandalum, caueturque ne culpa ad alios proferat, ne scilicet illi vitium, quod à superiore vident non castigari, sed tolerari, sequantur & imitentur; qui est actus iustitiæ pariter & charitatis.

Symbolicè, Deus qui est prima summaque sanctitas, est pariter prima summaque veritas. Ac Filius Dei est vi suæ origines & generationis, est verbum, id est vera notio & intellectio Patris. Vnde à S. Ioanne sæpè ipse vocatur, *veritas*, vt cap. 1. *Erat lux vera qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et: *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est*.

Symb.

Ethicè, ipsa virtus & sanctitas, est ipsa prudentia & veritas practica. Nam quid aliud sunt virtutes nisi lumina veritatis? Hoc enim honestum & sanctum est, quod practicè verum est; siue quod conforme est veritati & legi aeternæ, quæ est in mente; quodque ipsa recta ratio verè faciendum esse dicit. Hinc S. Ioannes in Euangel. c. 8. de diabolo ait: *ille in veritate*, id est sanctitate non stetit. Et passim ipse, æquè ac S. Paulus, & David in Psalmis, iubet vt faciamus *veritatem*, id est opera virtutis & sanctitatis.

Ethic.

Rursus, quid est veritas, nisi vera fides, spes & charitas? & quid hæc tria sunt, nisi ipsa sanctitas? Denique Christus ait Pilato, se venisse in hunc mundum, vt doceret *veritatem*, scilicet fidei, & morum, id est veram fidem & sanctitatem. Matth. 27. Veritas ergo est ipsa sanctitas. Vnde qui confitetur veritatem, dicitur Deum sanctificare & glorificare. Sic Iosue cap. 7. v. 19. dixit Achan: *Da gloriam Deo*, id est confitere tuum furtum, Deumque esse veracem, qui te furti reum per sortem significauit; vt ipsi sanctitas, laus & decus veritatis ab omnibus tribuatur.

ET DEPREHENSUS EST (per sortem de qua sequitur) IONATHAS ET SAUL, esse in culpa, dedisseque Deo causam silendi & non respondendi:

dendi: POPVLVS AVTEM EXIUIT, liber & immunis à culpa, q. d. Sors non tetigit populum; sed eum quali insolente præteriti: tetigit autem Saul & Ionatham, ac tandem Ionatham: quæ in re est solus Ionathas vltimò deprehensus sit, & notatus directè: indirectè tamen & Saul notatus est, castigatusque in suo dilectissimo Ionathæ, taciteque monitus, vt mitiora deinceps, vtiliora & obseruatu faciliora edicta ederet; nec suis impetiosè dominaretur, sed modeste confuleret vt patet: alioqui in iis ipsis, quasi suis filiis puniendus & castigandus.

VERS. 42.

ET AIT SAUL, MITTITE SORTEM INTER ME ET IONATHAM. Nonnulli censent has sortes, vt pote diuinatorias, fuisse superstitionas & illicitas, quia earum diuinatio expectabatur à demone. Vnde S. Chrysof. hom. 14. ad populum ait, demone infigasse Saulem ad captandas has sortes; vt is peccatum peccato addeat, ac iuramentum malè conceptum, peius impleat, atque paricidium Ionathæ, mente destinatum re ipsa patret. Verum mitius meliusque censent alij, scilicet Saulem has sortes captasse à Deo: nam paulò antè v. 41. Deum inuocauit, vt sortem dirigeret, ac per eam reum manifestaret. Quare Deus videtur eum mouisse ad has sortes capessendas, easque direxisse, vt reum indicarent Ionatham. Hac enim de causa Deus Sauli, Deum per Pontificem consulenti non respondit, vt daretur occasio fortibus, vt per eas Ionathas deprehenderetur. Ita Abulen. Serarius, & alij. Audi S. Ambros. serm. 36. iam citato: *Denique nec bello sine imponitur, nec regi responsum propheticum datur. Vnde intelligimus, quod Saul hostes non tam virtute militum, quam abstinentia superabat. Denique vnius culpa cunctis confertur ignavia, & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit enim virtus in exercitu, vt deficit in obseruatione ieiunium. Quod vt peccatum Saul, ex ipsa diuinitatis officina cognouit, statim Ionathæ dixit non esse parcendum, sed peccatum admittunt effusione eius sanguinis expiandum.*

ET CAPTYS EST IONATHAS, ob causas quas superius recensui. Quibus adde, licet nesciret Ionathas patris legem, scire tamen aliquo modo potuit; eum enim videret tam multos quos secum habebat, nihil omnino, et si valde famentes & fatigatos obuij mellis gustasse; facile suspicari potuit, causam aliquam subesse quam interrogando facillimè intellexisset. v. 27. & 28. Indicat enim textus ipsius ordo, populum ante ipsum iussisse. Ita Serarius, Adiunge, in Ionathæ hic voluisse Deum ostendere, quam subditi Superiorum mandata, licet rigidiora & seueriora reuereri debeant, nec eis obloqui, vt oblocutus erat Ionathas, sed iis humiliter & animosè se subdere, ac fortiter illa capessere & exequi. Si quid enim temeritate peccabat Saul, Ionathæ erat non illum traducere apud populum; sed Samuelem certiorè facere, vt eum secretò admoneret & instrueret; sicut in Religionibus, Prouincialium Vfsitatorum est admonere Rectores, si quid in subditis nimia austeritate vel lenitate peccent; cum subditorum sit tacere & obedire, ac dicere cum Psalmista: *Propter te mortificamur tota die*.

Rursus, voluit Deus ostendere, quam metuendæ sint Saulis, id est Superiorum execrationes, & vt Theod. ait. *anathemata*, licet leuiori de causa irrogata. Ita Theod. Procop. & alij.

VERS. 43.

ET ECCE EGO MORIOR. Hebr. *Ego moriar*, id est *Cornel. in lib. Regum.*

est occidat à patre. Chald. *Ecce ego obligatus ad mortem*, q. d. Ego gustavi tantillum mellis; si tunc propter eam reus mortis? An pro gutta mellis occidat? Miserabili hac voce & lamentatione Ionathas populo mouit compassionem, vt se morti eriperet. Aliter Ionathæ animam verbaque explicat Iosephus lib. 6. Antiq. c. 7. scilicet, Ionatham id dixisse, ex constantia & mortis contemptu: *Saul*, inquit, *iurat eum se occisurum, plus quam genus, aut naturam, aut affectum, insurandum faciens. Ille mortis minus non terretus, magno ac generoso animo se præbuit. Nihil, inquam, deprecor, Pater, libenter enim hanc mortem feram qua tereligionem soluat; dum prius tam magnificam victoriam videre contigit. Maximum enim mihi fuerit solatiū, Palesthinorum insolentiam ab Hebræis esse perditam. His omnis multitudo ad dolorem & miserationem flexa est, inuicem, non laturos se vt occidatur Ionathas, auctor victoria: atque ita eum diris patris eripiunt, & vota Deo pro iuene faciunt, vt ipsum immunem à peccato faciat.* Verum solet Iosephus suorum Hebræorum gesta dictaque ornare & phalerare vt ea Vespasiano & Romanis ad pompam ostentet.

VERS. 44.

MORTE MORIENS IONATHA. Accusat S. Chrysof. hom. 14. citata Saulem, quasi paricidam: excusant Abulen. Serarius & alij, vt religiosum Abrahæ imitatore, qui filium morti pro iustitia, & disciplina militari faciendæ deuouerit; vt Titus Manlius apud Romanos filium iniussu suo pugnantem occidit. Vnde ab hoc Manlio, ait Gellius lib. 9. c. 13. *imperia aspera & immittia, Manliana dicta sunt: quam bello postea aduersus Latinos, cum esset Consul, filium suum securi percussit, qui speculatum ab eo missus, ne pugnaret, interdictus, hostem à quo, prouocatus fuerat, occidit. Sed Manlio religio sior fuit Saul, qui Deo offenso filium reum pro victima immolare destituit. Audi S. Ambros. serm. 36. *Videret quanta apud Saul regem fuerit religionis obseruantia: qui offensum Deum optauit etiam paricidio mitigare: & quanta sit resoluti culpa ieiunij, qua non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Ionathas indictum à Patre ieiunium, quia resoluere, morti addidit, qui sciens indictum à Christo resolut, quid meretur? Ergo fratres statutum nobis custodiamus omni obseruatione ieiunium, vt hostes nostros spirituales carnalesque vincamus.**

VERS. 45.

DIXITQUE POPVLVS AD SAUL: ERGONE IONATHAS MORIETVR, QUI FECIT SALVTEM HANC MAGNAM IN ISRAEL? Meritò populus Ionatham Patris ira & mortis decreto eripuit, ob causas superius recensitas. Erat enim Ionathas robur, æquè ac amor populi.

QUIA CVM DEO OPERATVS EST HODIE, id est quia per miram Dei opem hodie tantam hostium stragem edidit. Sept. Rom. pro *im*, id est eum, alio puncto legentes *am*, id est populus, vertunt: *Populus Dei fecit diem hanc*, pro quo Compl. pro *laud*, id est populus, corrupte legentes *laud*, id est misericordiam, vertunt: *Quia misericordiam Dei fecit in hac die*. Porro aliò desecit Chald. *Quia ante Dominum manifestum est*, inquit, *quod in ignorantia fecit hodie*.

VERS. 47.

ET SAUL CONFIRMATO REGNO SVPER ISRAEL PVGNABAT PER CIRCVITVM, ADVERSVS OMNES INIMICOS, & C. ET QVOCVMQVE SE VERTERAT, SVPERABAT. Vide hic fortitudinem Saulis, & felicitatem illi à Deo datam. Vnde patet eum nondū omninò Dei fauore & gratia excidisse, etsi postea eius Deus regnum iam abstulerat.

VERS. 49.

FVERVNT AVTEM FILII SAUL IONATHAS ET IESSVI

ISSVI ET MELCHISVA.] Iessui c.31. 2. & 1. Paral.8. A 33.vocatur Aminadab.(à Iosepho,Iesus) vbi & addi- tur quartus eius filius Ebaal, qui alio nomine di- ctus est Ioboth. 1.Reg.2.8. Fortè is hic omittitur, quia Sauli fuit superstes, cum ceteri tres cum Sau- le occuberint. c.31.

VERS.50.

ET NOMEN VXORIS SAUL ACHINOAM.] Hæc erat primaria vxor & Regina. Præter hanc Saul habuit concubinam, id est secundariam vxorem, nomine Respha, ex qua genuit Armoni & Miphiboseth. 2.Reg.21.

ABNER FILIUS NER, PATRVELIS SAUL: J. Etat ergo Cæ pater Saulis frater Ner patris Abner, ideo-

que Saul elegit Abner patrualem suum in princi- pem militiæ. Porro Cis & Ner vpoter fratres eum- dem habebant patrem nomine Abiel, vt patet de Ner hoc loco, de Cis vero c.1.

NAM QUÆCUMQUE VIDERAT SAUL VIRVM FORTEM ET APTVM AD PRÆLIVM, SOCIABAT SIBI.] Idem faciunt magni Castrorum Duces. Tropol. idem facit Episcopus & Prælatus. Vnde S.Gregor..Eligat, inquit, doctores milites Christi eligat fortes, vt dum carnem fortiter domant, immundos spiri- tus potenter vincant. Eligat ergo aptos ad prælum; vt dum inter dona fortitudinis non superbiunt, triumphii gloria in celestibus sublimentur.

VERS.51.

CAPVT DECIMUM QVINTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Saul iussus delere Amalec, parat Agag regi, & melioribus iumentis: quare à Samuele increpatur, & regno priuatur. Ille v.20.se excusat, ac tandem frigide ait, peccauit; vt Samuel honorem regum illi coram populo deferat. Samuel vers.32.subet Agag regem in frustra concidi: ac ingiter vsque ad mortem iugat Saulis casum.

1. ET dixit Samuel ad Saul: Me misit Dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel, nunc ergo audi vocem Domini: 2. Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Ægypto. 3. Nunc ergo vade, & percutere Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à virò vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum. 4. Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda. 5. Cumque venisset Saul vsque ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. 6. Dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite, atque descendite ab Amalec: ne fortè inuoluam te cum eo: tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. 7. Percussitque Saul Amalec, ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ est regione Ægypti. 8. Et apprehendit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. 9. Et pepercit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea: quidquid verò vile fuit & reprobum; hoc demoliti sunt. 10. Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens: 11. Pœnitent me quod constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatusque est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. 12. Cumque de nocte surrexisset Samuel, vt irer ad Saul mane, nuntiatum est Samueli, eò quod venisset Saul in Carmelum, & crexisset sibi fornitem triumphalem, & reuersus transisset, descenderetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino, de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec. 13. Et cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini. 14. Dixitque Samuel: & quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio? 15. Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo; reliqua verò occidimus. 16. Ait autem Samuel ad Saul: Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me de nocte. Dixitque ei: Loquere. 17. Et ait Samuel: Nonne cū paruulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es, vnxitque te Dominus in regem super Israel, 18. & misit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum. 19. Quare ergo non audisti vocem Domini: sed reuersus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini? 20. Et ait Saul ad Samuelem: Imò audiui vocem Domini, & ambulavi in via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. 21. Tulit autem de præda populus oues & boues, primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Domino Deo suo in Galgalis. 22. Et ait Samuel: Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & nõ potius vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quam victimas: & auscultare magis quam offerre adipem arietum. 23. quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatricæ, nolle acquiescere.

scere. Pro eo ergo quod abiicisti sermonem Domini, abiicit te Dominus ne sis rex: 24. Dixitque ad Samuelem: Peccauit, quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. 25. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum. 26. Et ait Samuel ad Saul: Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Dominus ne sis rex super Israel. 27. Et conuersus est Samuel vt abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est. 28. Et ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Israel à te hodiè, & tradidit illud proximo tuo meliori te. 29. Porro Triumphator in Israel non parcat, & pœnitentia non flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentiam. 30. At ille ait: Peccauit: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. 31. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem: & adorauit Saul Dominum. 32. Dixitque Samuel: Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguisimus, & tremens. Et dixit Agag: Siccine separata amara mors? 33. Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frustra concepit eum Samuel coram Domino in Galgalis. 34. Abiit autem Samuel in Ramatha: Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa. 35. Et non vidit Samuel vltra Saul vsque ad diem mortis suæ: verum tamen lucebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quod constituerat eum regem super Israel.

VERS.1.

DOMINVS MISIT ME, non tam per motum localem (non enim Samuel iuit ad Saulem, sed Saul venit ad Samuelem; eum consulturus de animis) quam per instinctum internum; vt vngerem te in regem.] Causas vñctionis superius dedit; quibus adde S.Chrythoim. 4. in Epist. ad Philip. in moral. Idcirco, ait, sacerdotes, reges & propheta vngentur, quia diuina benignitatis symbolum habebat oleum: quanta autem debeat esse benignitas hæc in regibus subiungit dicens: Si quis Principem laudare velit, nihil illi adeo decorum adscribet, atque misericordiam. Principatus enim proprium est misereri. Et post multa: Pretiosum, inquit, vix misereri: imò misereri, est Deum esse.

Porro S.Gregor. Rex Saul, inquit, demoliri Amalecitas præcipitur, vt si mandatum Domini, eiusdem cæde gentis, persecutus prioris inobedientia nexus enodaret.

NUNC ERGO AUDI VOCEM DOMINI.] Deus iussit ter delere omnino Amalec. Primò, Exodi 17.14. Secundò; Deuter. 25.17. Tertio hæc; vt offenderet quam ex animo & omnino id vellent fieri: quocirca grauis fuit culpa Saulis, hoc Dei præceptum præuaricantis. Vnde Rupert. lib.1. in Deuter. c.4. Non igitur mirum, inquit, aut iniustum, quod ralem ob culpam irreuerabiliter proiectus est Saul, quia præuaricari ausus est quod ex lege semel atque iterum, imò & tertio, tanta cum grauitate præceptum est.

Superioribus inobediens non obediens.

Tropol. Rex & Rector obediatur Deo, suisque Superioribus si velit sibi à subditis obediri. Innuic ergo, quasi dicat: Deus te fecit regem & rectorem: Ergo Deo tuo gratus & obediens esto, ac rege iuxta eius voluntatem. Nam vt ait S. August. Deum alloquens Soliloq. cap.18. Sicque nulla est hora vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non vtar; sic nullum debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos, in mea memoria; & te non diligam ex omni fortitudine mea. Audi S. Bern. epist. 42. Vt securè præesse possitis, subesse & vos: si cui debetis, non dedignemini. Dignatio quippe subiectionis, pralatione reddit indignum. Videant in vobis subditi, quod redhibeant. Hoc est quod Dauid Salomoni filio, nouo regi præcepit: Obserua, inquit, custodias Domini Dei tui, vt ambules in viis eius, vt custodias caeremonias eius, & præcepta eius & iudicia & testimonia. 3. Reg. 2. v.3. Quocirca sapienter S. Gregor. lib.1. Dialog. c.1. Vix quidem, Cornel. in lib. Regum.

A inquit, velle conuersationis est, vt præesse non audeat, qui subesse non didicerit: nec obedientiam subiectis imperet, quam Prælati non debent exhibere.

RECENSUS QUÆCUMQUE FECIT AMALEC VERS.2. ISRAELI.] Chald. Recordatus sum. Orig. homil. 19. in Numer. recognoui. Hebr. visitauit. Sep. nunc ego visitat. Deus enim in memoria sua tenacissima recondit peccata hominum, vt suo tempore vlciscatur: nisi ab homine per pœnitentiam deleantur. Audi Ierem. c.17.1. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantinò, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Vide ibi dicta. Sapienter S. August. In Psal. 102. v.8. Non sic, ait, tibi videatur Deus misericors, vt non videatur & iustus. Et mox: Cum tibi thesaurizaueris iram in die ire, nonne experieris iustum, quem contempsisti benignum? S. Hier. vel quisquis est Auctor (multi enim tribuunt Rabano) in illud Thren. 3.12. Tetendit arcum suum. In arcu, ait, quanto longius trahitur chorda, tanto de eo distriictior excubit sagitta: sic extrema iudicij dies quanto longius differtur vt veniat, tanto cum venerit, de illo distriictior sententia protedet.

Causam dat S. Laurent. Iustinian. in ligno vitæ, cap.4. dicens: Lenro gradu ad vindictam tui procedit ira diuina, tarditatemque supplicij grauitate compensat. Altissimus enim est patiens redditor, quia quos diu, vt conuertantur, tolerat; non conuersos durius damnat: & quanto diutius expectat, vt emendentur; tanto grauius iudicabit, si neglexerint. Quocirca Pfaltès: Misericordiam, inquit, & iudicium cantabo tibi Domine. Psal. 101.1.

AMALEC, Jd est Amalecitarum prognati ab Amalec nepote Èlau; qui Hebræorum iter in terram sanctam impedire omnibus modis sunt conati; ideoque cæsi fuere à Iosue Exodi 17. vide ibi dicta. Mysticè, ex Origene & S. Gregor. Beda: Amalec, inquit, qui in anso mari rubro, resistit Israeli, ea peccata demonstret, quæ nobis post vndam Baptismi, ne ad promissa celestis patriæ regna perueniamus, obstitunt: quæ omnia demoliri, neque eis parere iubemur.

Porro Amalec. Hebr. idem est, quod populus linguens; vnde notat gulosos & carnales: item demones, ait S. Greg. Nam eorum, inquit, est lambere, id est mentem ad peccandum carnis blandimento delinire: velut etiam lingue tactu lambere ambiunt, cum leuibus suggestionibus mentem tangunt.

VERS.2.

VERS.3.



INTERFICE A VIRO VSQVE AD MULIEREM A ET PARVVLVM ET LACTENTEM.] Iusserat Deus, qui est necis vitæque omnium Dominus, deleri planè Amalecitas, non solum homines, sed & iumenta; adeoque eorum memoriam aboleri: hæc autem memoria in posteris (est) ipsi iniuriam non fecissent) perdurabat, quare iussit eos funditus excindi; præsertim quia ipsi parentum odia in ludæos induerant, aliaque eorum peccata imitabantur. Idcirco enim Samuel occidit Agag regem Amalec, dicens v. 33. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Parvuli quoque ob peccatum originale rei erant mortis, eisque cita mors erat beneficium potius, quam supplicium; ne si adolescerent, grauius peccarent, ideoque acris in gehenna punirentur. Vnde S. Ambros. lib. 2. de Cain c. 9. Longuitas Caino indulta, inquit, vindicta est. Satius est enim peccatores citò mori, ne culpam & gehennam sibi adaugeant. Vnde idem S. Ambros. lib. de Interpret. David: Viuendo, inquit, damna contrahimus innocentia: morte finem erroris adipiscimur. Lucrum ergo morte acquiritur, vitæ autem vsu, tamquam miseris debitoribus vsurarij nominis, ad reatum senus augetur.

Cita mors beneficium peccatoris.

Hoc est quod apud Balaam varicinatus est: Principium gentium Amalec, cuius extrema perduntur. Num. 24. 20. vide ibi dicta. Quocirca S. Chrys. homil. 25. in Genes. quærens cur Deus atatem hominum ad 120. annos coarctauerit. Resp. id fecisse ex misericordia; ne diutius viuendo, diutius miserias huius vitæ sentirent, ac cupiditates sectando, grauius peccarent; ideoque acris punirentur. Et Orig. homil. 1. in Numer. Bonitatis Dei indicium est, inquit, inimica celestis regna destrueret, & bellando cum sua gente euertere nationes.

Deus iussit deleri Amalec, cur?

Propria autem & potissima causa, cur Deus tam seuerè iusserit deleri Amalecitas; fuit quod ipsi populum Hebræorum, iam recenter Deo in Sina copulatum, & velut in fide & religione nouitium, ac Deum in columna nubis, quasi ducem præeuntem, per omnia sequentem in terram promissam, ab eo auertere; imò totum hoc Dei opus euertere sint conati. Erant enim ipsi posteri Esau, qui proinde videntes tantum Hebræorum exercitum, timebant ne iam impleteretur propheta illa Genes. 25. 23. Maior seruiet minori, id est posteri Esau maioris, seruiet posteri Iacob minoris: quare timebant, ne ab Hebræis sub iugum mitterentur, eisque seruire cogentur. Idcirco quasi pro libertate pugnantes, extrema quæque contra Hebræos tentarunt. Hinc disce, quàm grauius ferat, puniatque Deus eos, qui nouitios in fide vel religione scandalizant, & ab ea auertere satagunt. Hi enim in eis nascentem quasi Deum Christumque occidunt; ac proinde sunt quasi Decidæ & Christicide. Ob hoc ergo scelus iussit Deus Amalecitas cum omnibus suis stirpitibus excindi, ac fieri *cherem*, id est *anathema*, imò statui sacculis omnibus futuris viuam & perenne acris iræ & vindictæ Dei exemplum, in nitar Sodomæ & Gomorrhæ. Ita Abulen.

Huc facit terribilis Prætextata pœna, quam recenset S. Hier. epist. 7. ad Latam: Prætextata, inquit, nobilissima quondam femina, iubente viro Hymettio, qui patruus Eustochij virginis fuit, habitum eius cultumque mutauit; & neglectum crimem mundano more texuit; sibi, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad

se Angelum, terribili voce minuantem pœnas, & hæc verba frangentem: Tunc ausa es viri imperium præferre Christo: tu caput virginis Dei, tuis sacrilegis attritæ manibus qua iam nunc arcescit; vt sentias excruciatam, quid feceris; & finito mense quinto ad inferna duceris. Sin autem perseveraueris in scelere, & marito simul orbaberis & filius. Omnia per ordinem expleta sunt; & seram misericordiam penitentiam velox signavit interitus. Sic vicissim Christus violatores templi sui: sic gemmas & pretiosissima ornamenta defendit.

Audi S. Anselm. epist. ad Goffridum: Si qui separat pretiosum à vili, nempe animam à seculo, erit tanquam os Dei: ille cuius os, & manus extrahat animam adherentem Deo ad seculum, quid erit? Nonne super eum cadet, quod Dominus dicit: Qui non colligit mecum dispergit, & qui non est mecum, contra me est.

Audi & S. Bern. ep. 111. parentes filium Eliam à Religione auocantes, acriter obiurgantem: O durum Patrem! ò saua matrem! ò parentes crudeles & impios! imò non parentes, sed pemptores, quorum dolor, salus pignoris, quorum consolatio, mors filij est. Qui me malunt perire cum eis, quam regnare sine eis. Mira abusus. Domus ardet, ignis instat à tergo, & fugienti prohibetur egressi, euadenti suadetur regressi. Et hæc ab his, qui in incendio positi sunt, & obstinatissima dementia, & dementiissima obstinatione fugere periculum nolunt. Proh furor! Si vos contemnitis mortem vestram, cur etiam appetitis meam? Si inquam negligitis salutem vestram, quid iuvat etiam persequi meam? Denique hoc crimen valdè exaggerat S. Chryso. lib. 3. contra vituperat. vitæ monast.

ET RECENSUIT EOS QVASI AGNOS.] q. d. VERS. 4 Saul recensuit suos milites, sicut pastor recensere & numerare solet suos agnos. Legit Interpret *בטלים* *battelaïm*, iam legunt *בטלים* *battelaïm*, quod Vatab. accipit vt nomen proprium loci; vertitque: in *Thelaim*. Vnde & Sept. & Ioseph. vertunt: in *Galgalis*, quasi *Thelaim* fuerit locus vicinus *Galgalis*, sed iis obscurior. Verum alij accipiunt *telaim*, vt nomen cõmune significans agnos. Vnde Chald. vertit: in agnis *Paschalis*. Rabbini: *Recensuit eos in agnis*; quod sic explicant, quasi quisque miles adduxerit agnum; vt ex agnorum numero, constaret numerus militum. Rationem addunt, quod à Deo vetitum erat, populum secundum se numerare; quare numeratos hic esse milites non vitium per se, sed per agnos, quos singuli sigillatim adducebant. Sed hoc triuolum est, æquè ac falsum de militibus; hi enim passim in Scriptura numerantur. Sensus ergo est, quem initio dedi

Porro, appositè milites comparat agnis, vt notet militum tum simplicitatem, facilitatem & obedientiam, quod vt agni sequantur suum regem; tum mansuetudinem, vnionem & concordiam, quod sicut agni mansueti gregatim incedunt, & quod vnus præit, eò sequuntur & ceteri, sic vnirentur & milites Saulis, vt quod ipse præcederet, eò omnes sequerentur. Præclare Tertul. lib. ad Martyres cum diabolo decertantes: *Pos, inquit, inueniat munitos & concordia armatos; quia pax vestra, bellum est illi.*

DVCENTA MILLIA.] Minus verè Iosephus habet, *Quadragesima millia*. Sept. Correcti, *Quadragesima millia*. ET DECEM MILLIA VIRORVM IYDA.] Hi scorsim numerantur, quia validiores & bellicosiores erant, inquit Hugo, Abulen. & Dion.

DIXITQUE SAUL CINÆO.] Cinai erant poster

VERS. 6.

steri Iethro focii Moysi; ideoque eius & Hebræorum amici: erantque viri Religiosi & pij: quocirca eos Amalecitis euocat Saul, ne cum eis, contumgentis excidio inuoluantur. Vide dicta Exodi 18. Iudic. 1. 16. & Numer. 29. 21.

TV ENIM FECISTI MISERICORDIAM CVM OMNIBVS FILIIS ISRAEL, CVM ASCENDERENT DE ÆGYPTO.] Quam, quando & ubi Resp. nonnulli, quando Iethro suscepit Moysen fugientem ex Ægypto in Madian, eumque aluit, & filiam Saphoram ei uxorem despondit. Exodi 2. 20. ita Rabanus, Hugo & Auctor tradit. apud S. Hier. Verum hæc misericordia facta est soli Moysi, non omnibus filiis Israel; cum ipsi adhuc degerent in Ægypto, ante egressum ex ea: hæc autem dicitur facta, cum ipsi ascenderent, id est, exiret de Ægypto. Secundo, alij aiunt respici hic ad Iahel Cinæam, quæ occidit Sisaram hostem Iudæorum. Iudic. 4. 21. Verum hoc factum est non in ascensu, id est exitu Hebræorum ex Ægypto, sed diu post ingressum eorum in Chanaan.

Tertio, ergo & genuinè, id factum est quando Hobab filius Iethro, Cinæus venit ad Moysen & Hebræos in deserto peregrinantes, eosque suo consilio direxit, & per omnia adiuit. Vnde Moyses ei volenti in Madian ad suos redire, ait Num. 10. v. 29. & 31. Noli nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster; non vt nobis ostendas viam in Chanaa: hanc enim ostendit Angelus in columna nubis castra præcedens, & viæ dux; sed vt demonstrares nobis, ubi in hoc deserto sint fontes ad bibendum, passua ad pascendum pecora nostra, ligna ad ignem & fabricam. Erat enim desertum hoc vicinum Madian, è qua oriundus erat Hobab. Vnde desertum hoc eiusque fontes, passua & sylvas sat notat. Ita Abulen. Hugo, Dion. Mendoza & alij.

VERS. 9.

ET PEPERCIT SAUL ET POPVLVS AGAG,] vel ex superbia; vt de eo triumpharet, ait Serarius; vel potius ex auaritia, vt ingens ab eo lytrum, & thesauros absconditos extorqueret, ait Lyrar. Vt Hispani ante centum annos, ab Ataliba rege America capto, pro lytro extorserunt cubiculum auro plenum; sed cum illud eò vsque plenum quousque promiserat, præstare non posset, ab eis occisus est: vel denique ex humana erga regem commiseratione, ait Abul. Vnde Ioseph. ait, Saulem regi Agag vitam condonasse, ob corporis eius præstantiam, & ob fortunæ regis similitudinem: sed præposterè: Nam Deus v. 3. iusserat eum cum omnibus suis occidi. Inobediens ergo fuit Deo Saul, qui suam cupiditatem vel commiserationem prætulit Dei iudicio & præcepto. Vnde in eo impleta est propheta Balaam. Num. 24. 7. *Tolleur propter Agag rex eius, (Saul) & auferetur regnum illius.* Vide ibi dicta.

Suis seculi inobedientia.

ET OPTIMIS GREGIBVS OVIVM ET ARMEN-TORVM, ET VESTIBVS, ET ARIETIBVS ET VNIVERSIS QVÆ PVLCERRA ERANT (repete pepercit) NEC VOLVERVNT DISPERDERE EA: QVOD VERO VILE FVIT ET REPROBVM, HOC DEMOLITI SVNT.] Ecce hic noua Saulis & populi inobedientia, profecta ex cupiditate & auaritia, quæ exæcabat eorum iudicium, vt iudicarent latius esse ea seruari ad humanos vsus, quam comburi vel demoliri; esto Deus id præcepit. Iudicium ergo suum Saul, Dei iudicio & decreto prætulit; ideoque grauius eum offendit, eiusque iram

in se concitauit, vt regno & tandem vita priuaretur. Deus enim clarè v. 3. præceperat dicens: *Demolite vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & parvulum atque lactentem, bouem & ovem, camelum & asinum.* Quid expressius dici iuberique poterat! Nullus ergo hic tergiversationi vel excusationi erat locus; sed mera elucet cupiditas & inobediencia. Cupiditas ergo spoliatorum & prædæ tam optime exæcavit Saulem & populum, vt peiora mactaret, meliora sibi reseruaret; equè ac Cain peiora Deo obtulit, meliora sibi arrogauit, ideoque à Deo cum donis suis reiectus est. Genes. 4. Deus enim volebat Amalecitas statui *cherem*, id est *anathema*, ac funditus excindi, æquè ac fecerat Ierichunti Iosue. c. 6. v. 7. Quare sicut Achan ex ea suffurans nonnulla, fuit sacrilegus, ideoque ipse factus est anathema; sic & Saul immemor ipsius Achan, ait Theod. & Procop. Vide hic miserabilem lapsu Saulis, qui reprobationis eius causa extitit: quia scilicet, bene cæperat, sed in cõptis non perseuerauit, ideoque periit, cunctaque perdidit. Parthenicè S. Bern. ep. 112. iuuenem à bene cõceptis, feruidisque suis desiderijs dilabentem, ita deplorat & coarguit: *Doleo super te fili mi Gaufride, doleo super te: & merito. Quis enim non doloat florem iuuentutis tuæ, quem letantibus Angelis Deo illibatam obruleras in odore suauitatis, nunc à demonijs conculari, vitiorum spurcitijs & sacris serdibus inquinari? Quomodo qui vocatus eras à Deo, reuocatum diaboli sequor: & quem Christus trahere cõperat post se, repente pedem ab ipso introitu gloria retraxisti?*

ET VESTIBVS.] Hebr. *בגדין* *vestibus*, quod Pagnin. vertit: *pinguibus*, quasi, *missum* per Metathesin idem sit, quod *בשרים* *missum*, id est *pinguibus*. R. Salomon vertit: *duplicatorum*, id est qui sunt duplicati carne & pinguedine, id est *pinguium*. Alij vertunt: *anniculorum*, à *Scana*, id est *annus*: Noster rectè vertit: *duplicium*, scilicet vestium: hæ enim erant meliores & pulchriores.

POENITET ME, QUOD CONSTITVERIM SAUL VERS. 11. REGEM.] Loquitur antropopathos, siue humano more: nam propriè in Deum, cum ipse sit immutabilis, sapientissimus, futurorum omnium conscius & præcius, æquè ac beatissimus, nullus cadit dolor, nulla pœnitentia. Vnde v. 29. de eo dicitur: *Porro triumphator in Israel non parces, & pœnitentia non steterit: neque enim homo est, vt agat pœnitentiam.* Pœnitet ergo Deum, cum decreta sua ob hominum culpam mutat; cum beneficia sua retractat, cum dona sua ab ingratis & indignis reuocat, v. g. cum Saulem hinc regno, quod ei contulerat, ob inobedientiam eius spoliat & priuat. Ita S. Greg. Theod. Procop. & alij. Vnde S. Hier. in Ezech. c. 2. *Electio Iudæ, & Saulis vinctio*, inquit, *non arguunt Deum ignorantia futurorum, sed præsentium monstrant esse Iudicem.* Sic cum Deus diluuii vindicaturus esset peccata hominum, dicitur de eo Genes. 6. 6. *Pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra. Et tãtus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quem creavi à facie terra.* vide ibi dicta. Præclare S. Aug. l. 1. Conf. c. 4. Deum alloquens: *Amas, inquit, nec astuas; zelus, & securus es; pœnitet te, & non doles; irasceris, & tranquillus es. opera mutas, nec mutas consilium; vt mutat homo facti pœnitens.* Et Tertul. docès quæ & qualis sit in Deo pœnitentia lib. 2. contra Marc. c. 24. *Nihil, inquit, aliud intelligitur, quàm simplex conuersio sententiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione eius possit admitti etiam in homine, nedum in Deo, cuius omnis sententia caret culpa.*

Bb 4 Nam

Nam & in Greco sono penitentia nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione composuit est. Hanc enim significat Græcè μετάνοια, id est penitentia.

CONTRISTATUSQUE EST SAMUEL ET CLAMAVIT AD DOMINUM TOTÂ NOCTE, ut Saul veniam impetraret, sed frustra; tum quia Saul manebat in suo scelere obliuatus, eratque impoenitens, imò illud excusabat & defendebat, ut patet y. 20. & seq. tum quia licet Saul verè sceleris pœnituisse, Deus quidem illi suam gratiam, sed non regnum restituisse. Iam enim ob secundam eius inobedientiam tam clarâ, omnino & irrevocabiliter decreverat eum regno priuare, illudque ad Dauidem transferre. Hoc enim Deus hac nocte respondisse Samueli, narrat ipse Samuel v. 16. & 17.

VERS. 12.

CVMQUE DE NOCTE SVRREXISSET SAMUEL, UT IRET AD SAUL MANE, Vide hic & imitare celerem obedientiam, vigilantiam, strenuitatem Samuelis nocte surgentis, ut manè rehi peragat. Hæc enim duo tempora, scilicet nox siue vespera, & manè, inaximè obseruanda & ordinanda sunt. Audi F. Barth. de Martÿr. Archiep. Braccarensem in insigni suo Doctrinæ spiritualis Compendio c. 17. Doce faculares cum cubitum eum hæc meditari: vitam in morte terminari, sicut dies declinauit in noctem, & corpus exclusa anima in sepulchro collocandum, sicut exuta veste in lecto te collocas: cum autem manè experseris, recogita quam acutè vigilare oporteat in die iudicii, ubi huius sæculi nox terminabitur: accersis à sepulchro, rursus indues animam, ut coram Deo in iudicio stes, operum tuorum omnium rationem redditurus. Hæc consideratio assidue versetur ob oculos, nempe quo pacto te Dominus ab æterno eligerit, quasi quam plurimum bonarum actionum instrumentum, ut tuis potentis, sensibus, ac membris, beneplacitum eius in multis bonis operibus adimpleres: post creationem se tibi aliis insinuauit, expetique in te ac per te opera, quibus gloria eius imoiescat exercere: tu verò quasi refractarium instrumentum, tanto beneficiorum pondere non cedis, imò resistis, idque curare videris, ne voluntas Domini in te perficiatur.

NUNTIATVM EST SAMVELI, EO QVOD VENISSET SAUL IN CARMELVM, &c. Clare Hebræa: Nuntiatum est Samueli dicendo: Venit Saul in Carmelum: & statuit sibi manum, & conuersus transiit iuque in Galgala. Ita Sept. Chald. Vatab. & alij. Porò manus metonymicè vocatur infigne opus manus, siue manufactum, putà acus triumphalis. Vatab. tropheum, de relata ab Amalecitis victoria.

VERS. 13.

BENEDICTVS TV DOMINO, hoc est, à Domino vel apud Dominum. Chald. ante Dominum, q. d. Deus te plurimum diligit, teque magno favore prosequitur, ac suis benedictionibus, id est donis & beneficiis cumulat. Adulatur Saul Samueli, cum laudando, ut inobedientiam suam abscondat, vel terret os Samueli claudat, ne eum redarguat.

VERS. 15.

PERECIT ENIM POPVLVS MELIORIBVS OVI- BVVS ET ARMENTIS, VT IMMOLARENTVR DOMINO. Velat Saul suam inobedientiam per speciem religionis & sacrificij, cum reuera eius causa fuerit auaritia. Nam ut dictum est v. 9. meliora sibi seruituit, deteriora occidit; partem tamen aliquam & prædæ primitias obtulit & immolauit Deo: sed etiam omnia Deo immolasset, inobedientia crimen, Deique offensam non euasisset, vti cin sequent, exprobrat Samuel.

VERS. 17.

NONNE CVM PARVVLVS ESSES IN OCVLIS TVIS, CAPVT (REX) IN TRIBVVS ISRAEL FACTVS ES? Nota hic fr. et. m. humilitatis, Deus

enim ob eam Saulem euexit ad regnum. Ipse enim humiles exaltat, superbos humiliat, vti crebro clamat S. Script. Vrger S. Gregor. nō in oculis tuis, q. d. qui se clarè cognoscit, si vilescit: superbia enim oritur ex cæcitate & sui ignorantia. Idem Greg. hom. 7. in Euang. sic clarè & neruose explicat, q. d. Cum tu te parvulum aspiceres, ego te præ ceteris magnum feci, quia verò tu te magnum conspicias, à me parvus estimaris. Vnde concludit: Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento puluerem portat.

VERS. 19.

QVARE ERGO NON AVDISTI VOCEM DOMINI? quâsi dicat: cur non perstitisti in primæ tuâ humilitate? sic enim pariter perstitisses in primæ tuæ obedientia: sed quia elatus ad regnum, defecisti ab humilitate; defecisti pariter ab obedientia; hoc est, superbus indeque inobediens euasisti. Præclare S. Bern. epist. 253. Vera, ait, virtus sine nequitia, tempore non claudatur, charitas nunquam excidit. Numquam iustus arbitratur se comprehensisse: nunquam dicit, Satis est; sed semper esurit, sicut q. iustitiam: ita ut si semper viueret, semper, quantum in se est, iustior esse contenderet, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur: non enim ad annum, vel ad tempus instat mercenarius, sed in æternum diuino se manipulat: iustitiam, iuxta illud: inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum. Pal. l. 18. v. 112.

Radix ergo lapsus Saulis fuit, quòd ipse nimis sui iudicij esset tenax, nec illud Dei iudicij & voluntati submitteret. Iudicabat enim satius esse, seruire prædæ Amalec, ad suos suorumque usus, quam illam disperdere sine fructu. Deus autem iudicabat & volebat contrarium. Accessit, imò præcessit auaritia & cupiditas spoliolum tam optimorum ex Amalec. Quare S. Chrysost. ait Saulem esse lapsum, eò quòd totum cor suum non tradidisset Deo; sed partim Deo, partim suis affectionibus & cupiditatibus: cum è contrario David cor suum totum tradidisset Deo; ideoque esset vir fequidum cor Deo: quare eum Deus antè Saule regem creauit.

VERS. 20.

ET AIT SAUL AD SAMVELEM: IMO AVDIVI VOCEM DOMINI. Inobedientia crimen hæc excusat & defendit Saul; quia excusatione valde illud adauget, itaque Dei in se confirmat, magisque accendit: quòd si scelus agnouisset & pœnituisse, veniam consecutus fuisset, licet non regnū, ut dixi.

ET AMALEC (Amalecitas) INTERFECIT. Porò, non omnes Amalecitas fuisse interfectos, sed nonnullos absentes vel fuga lapsos, qui rursus excreuerint, patet ex eo quòd postea David eisdem inuaserit, ut dicitur c. 29. & 30.

VERS. 22.

MELIOR EST OBEDIENTIA QVAM VICTIMÆ. Quasi dicat: Melius est facere quod Deus iussit, omissis victimis quas non iussit; quam omisso eo quod iussit, offerre victimas voluntarias, aut etiam prohibitas, vti fecit offerrens oues & boues Amalecitarum, quos omnes iusserat Deus in bello mactari, non in templo immolari. Illos enim execrabatur quasi anathemata.

Dices, Religio, cuius officium est offerre victimas Deo, præstantior est c. m. n. virtutibus moralibus: Ergo etiam præstat obedientia. Religio enim proximè circa Deum versatur, illique debetur cultus, adoratio, & sacrificium defert: Obedientia verò versatur circa præcepta Dei & Superiorum, ac illa adimplet. Resp. Religio in se melior maiorque est virtus, quam sit obedientia. Obe-

Obediencia melior virtuti.

1.

Obedientia tamen dicitur melior, quia magis necessaria, & in praxi præponenda religioni. Quod enim Deus iussit, hoc absolute faciendum est, eique obediendum: actus verò religionis, ut victimæ & sacrificia, sunt liberi: quare obedientia cædant oportet. Nam liberum debet cedere necessario, & consilium præcepto. Melior ergo est obediencia quam victima, hoc est, ut habent Hebr. Melius est obedire, quam victimas offerre: obedire enim est necessarium & præceptum; victimas verò offerre, est liberum & spontaneum. Ita S. Greg. Theod. Angel. Beda & alij.

Adde, licet ratione obiecti, religio sit virtus præstantior quam obediencia; tamen obediencia etiam liberè assumpta, præsertim continua & perpetua, vti fit in monasterio, in multis præstat Religioni. Primò, quia ut ait S. Gregor. 35. Moral. 10. Per victimas aliena caro, per obediencia voluntas propria mactatur. Quare quantum voluntas hominis excellit oues & boues, tantum obediencia præcellit victimis. Vnde S. Bern. lib. de ordine vitæ: Transiit quisque Deum, inquit, citius placat, quam ante oculos eius repressa arbitrij superbia, gladio præcepti se immolat.

Secundò, quia per obediencia voluntas nostra conformatur voluntati diuinæ, quæ est sanctissima, ac norma & regula omnis virtutis & sanctitatis. Quare illi propriè competit id, quòd Deus ait per Isaiam cap. 62. 4. Vocaberis voluntas mea in ea.

2.

Tertiò, quia obediencia facit voluntatem quasi viuam & perenne Dei sacrificium: in victimis verò mortua animalium caro Deo offertur. Quocirca obediencia mysticum quidem, sed nobilissimum est holocaustum, quod totum hominem Deo deuouet. Vnde S. Hieron. in Isaiam c. 43. Nō exegi, inquit, à te oblationes, nec thura quasisti, &c. Sed obediencia, quæ est sacrificium, de quo David Psal. 50. sacrificium Deo spiritus contribulatus. Quare in hoc sacrificio, voluntas quasi victima immolatur & moritur: sed tamen viuat, ideoque est mortua, simul & viuæ; nimirum mortua sibi, & viuens Deo diuinæque voluntati. Hæc enim in ea viuat & operatur. Audi S. August. lib. 10. de Ciuit. c. 6. Ipse homo Dei nomini consecratus ac deuotus, in quantum mundo moritur, ut Deo viuat: sacrificium est, & corpus etiam nostrum cum temperantia castigamus, si hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ Deo sacrificium est. Si ergo corpus, quo inferiore tamquam famulo vel instrumento vitur anima, cum eius bonus & rectus usus ad Dominum refertur, sacrificium est: quomò magis, anima ipsa cum se refert in Deum, ut igne amoris eius accensa, formam concupiscentia secularis amittat, eiq. tamquam incommutabili forme subdita reformetur: hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, sit sacrificium.

3.

Prestitus S. Gregor. hom. 12. in Ezech. Qui, inquit, sic operantur ea quæ Dei sunt, ut tamen & quadam, quæ sunt sæculi, non relinquunt, nimirum sacrificium & non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta quæ mundi sunt, deserunt, & totam mentem igne diuini amoris accendant, hi nimirum omnipotenti Domino sacrificium & holocaustum sunt. Quocirca S. Thom. 2. 2. q. 186. art. 7. docet statum religiois non aliud esse, quam holocaustum, eò quòd omnia suo Deo tradat: & qui se huic statui dicat, is tum interiora, tum exteriora omnia Creatori suo obtulerit. D. Thom. sequitur Thomas Waldensis insignis Theologus de Sacrament. tit. 9. c. 89. ubi vitam religiois non tantum sacrificium,

4.

Religiois status est holocaustum.

sed altum sacrificium esse demonstrat; eò quòd actus omnes carnis & mentis, per religionis ingressum perenniter Deo consecret.

Denique obediencia, fidem, spem, charitatem, religionem, ceteraque virtutes secum adducit, vti rectè ostendit Hier. Platus lib. 3. de bono status religiois. c. 9. Simili de causa ait Deus: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hinc S. Gregor. & ex eo S. Bern. tract. de ordine vitæ: Solus, inquit, obediencia virtus est, quæ virtutes ceteras menti inserit, insertasq. custodit. Quocirca ut idem alibi ait, Christus perdidit vitam, ne perderet obediencia, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Mysticè, S. Gregor. Victimæ, inquit, ad magnæ conuersationis austeritatem; holocausta ad compunctionem vitæ secretioris referenda sunt. Melior est enim obediencia quam victima; & auscultare, magis quam offerre arietum adipem: quia longè altioris est meritum, propriam voluntatem aliena semper voluntati subicere, quam magnis ieiunij corpus atterere, aut per compunctionem se in secretiori sacrificio mactare. Quid est enim adeps arietum, nisi pinguis & interna deuotio? Melior est tamen obediencia, quia qui perfectè voluntatem præceptoris sui implere didicit, in caelesti regno & abstinentibus & stentibus excellit.

QVONIAM QVASI PECCATVM ARIOLANDI

VERS. 23.

EST REPVGNARE; ET QVASI SCELVS IDOLOLATRIÆ, NOLLE ACQVIESCERE. Hebr. Quia peccatum diuinationis est rebellio, & iniquitas Theraphim, abrumper, vel auellere se à Dei voluntate & mandato. Vatab. Quoniam contumacia est peccatum magiæ, & inobediencia obfirmare animum, est peccatum idololatriæ. Nota, lo-

solatra. Quamquam contumacia est peccatum magiæ, & inobediencia obfirmare animum, est peccatum idololatriæ. Nota, lo-

solatra. Nota, lo-

solatra. Nota, lo-

solatra. Nota, lo-

idolum facit. Et dum conceptum mentis propositum se a-  
cturum deliberat, quasi ad adorandum simulacrum se  
inclinat. Quasi er. scelus idololatrie est, nolle acquiescere:  
quia quisquis in propria deliberatione obstinatus est, idcir-  
co foris in maiorum contemptum erigitur, quia intus eis  
que fingendo statuit, propositi sub simulachris incuruatur.

Et ariolo.

Inobediens ergo est similis ariolo, quia com-  
ecat de voluntate Dei; ex mendacibus rationis &  
iudicii sui conceptibus & figmentis; sicut ariolus  
coniectat de futuris, ex garritu & voblatu anium.  
Imò voluntati Dei sibi reuelata & cognita suam  
anteponit, quasi illa sit sapientior & melior diuina;  
ideoque Deo se sapientior, prudentior &  
melior astatimat. Quare negat Dei omniscien-  
tiam, omnipotentiam, omnibonitatem; ideoque  
tacite negat Deum esse Deum, ac se suumque iu-  
diciu & volitum facit Deum, suumque idolum.

ET QUASI SCELVS IDOLOLATRIÆ, NCLLE  
ACQUIESCERE.] Hebr. און ותרפים המצא auen  
veraphim hapsar, id est, iniquitas vel idolum, & the-  
raphim est veni & repugnare: sicut enim idolum est  
mendax Deus, Theraphim est mendax oraculum sic  
inobediens suum iudiciu & voluntatem prefe-  
rens diuina, illud quasi fidem suam idolum colit,  
illudque quasi suum prudentia oraculum, sed fal-  
sum & mendax, consulit & sequitur. Porro rō  
hapsar, varij variè vertunt. Cicer. Marcius & alij  
vertunt: cogere, compellere, vim facere, q. d. Scelus ido-  
lolatrie est, cogere mandatum Domini, illique  
vim facere, ac illud ad sui cerēbri figmentum de-  
torquere, vti fecit Saul, ac facit omnis inobediens.  
Chald. vertit: rebellare, quasi dicat: inobediens Deo  
rebellans, similis est idololatræ. Sept. vertunt: do-  
lorem & labores inducere: hos enim sibi suisque creat  
inobediens transgreditur Dei iussu, sicut idolola-  
tra. Alij magis præcisè vertunt: abrumperē, vi auelle-  
re, quasi dicat: inobediens pugnant cum Deo, est si-  
milis gigantibus cum Deo; & Titanibus cum Ioue  
pugnantibus, vt eo de celo & folio diuinitatis de-  
iecto, se ipsos facerent Deos: qui enim spera Dei  
voluntate suam illi aduersam sequitur, cum Deo  
pugnat, & seipsum quasi facit Deum. Sicut enim  
gulosus Deus est venter, luxuriosus Venus, ambitio-  
sus honor, auaro aurum; sic inobediens Deus est  
propriu iudiciu & propria voluntas; ad hanc  
enim omnes suas actiones refert, vt huic satisfaciat  
totis viribus laborat: hanc omnium suorum labo-  
rum finem metamque statuit: hanc summum suū  
esse bonum astatimat, huic se suaque omnia dicat &  
tradit. Quid hoc est aliud quam illam suam facere  
Deum?

Vnde moral. S. Bern. lib. de Ordine vitæ: *Cernis*,  
inquit, quantum malum, quod idololatria magis  
comparatur artibus. Adolescentes, qui tali repleti sunt ma-  
lo, subditi senioribus designantur, facta verò eorum aut di-  
na, tumida & erecta ceruice non obseruant, sed diuidi-  
cant, non venerando exaltant, sed spernendo subsannant:  
sed non impune. Inde enim euidenter desciunt, vnde mi-  
seri proficere debuerunt. Causam deinde subiicit: Hoc  
autem vult Deus, vt homo per hominem doceatur, & mi-  
nor maior subdatur. Si enim Angelus Angelo imperat, &  
inter iubentem & obediētem summa manet semper con-  
cordia: videat ille quam grauius peccat, qui debitam ex-  
hibere suis maioribus reuerentiam non curat. Et pluribus  
interiectis, hanc obediētiæ palmam assignat: *Sola*  
obediētia est, quæ fidei meritum possidet, sine qua quis-  
que infidelis conuincitur, est fidelis esse videatur. Hinc per

A Salomonem dicitur in ostensione obediētiæ: Vir obediens  
loquetur victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur,  
quia dum aliene voci humiliter subdimur, nosmetipsos in  
corde superamus.

Plura de obediētiæ præstantia dixi alibi, ac  
præsertim Prouerb. 21. v. 28. iam citato.

PRO EO ERGO QUOD ABIECISTI SERMO-  
NEM DOMINI, ABIECIT TE DOMINVS, NE SIS  
REX.] quia spernit, vt reprobasti verbum Do-  
mini, ipse, vel reprobauit te Dominus, ne sis rex.  
Iusta & congrua est hæc pœna Saulis, vt qui Deo  
suo subesse noluit, priuerit regno ab eo dato, ne  
quis subditorum ei subit, sed illi ei rebellent, sicut  
ipse rebellauit Deo: perinde ac Adam inobediens  
Deo comedendo pomum veritum, sensit anima-  
lia, imò membra sua sensusque omnes sibi inobe-  
dientes & rebellantes.

NE SIS REX.] Putant nonnulli Saulē hic à  
Deo priuari regno, vt amplius non fuerit rex, sed  
Israēlis rex fuerit Dauid: nam ipse cap. sequenti à  
Samuele vnctus fuit in regem. Fauet S. Chryost.  
hom. de Dauid cum Goliath, dicens: *Saulē regem*  
*putari, Dauidem verò esse.*

Melius alij censent Saulē hie priuari regno,  
quasi in actu primo non secundo, hoc est potestate  
regia illum deici, sed permitti tamen ei illius vsum  
& administrationem ad vitam. Aut potius denun-  
tari ei priuationem regni, cuius priuationis realis  
executio paulò post faciēda erat in eius clade &  
morte: sicut Hæretici aliique similes, lege Ecclesia-  
stica priuantur suis bonis, sed tamen iis vti permi-  
tuntur, donec huius pœnæ & sententiæ executio fiat  
à principe; vt per eius Fiscalem re ipsa confiscetur  
& fisco addicantur.

Nam Saulē mansisse regem vsque ad mor-  
tem, patet primo, quia ipse eo vsque regnum con-  
tinuò gubernauit, perinde vt fecerat antè. Secun-  
dò, quia populus eum vt regem suum habuit &  
coluit. Tertio, quia Dauid semper professus Sau-  
lem esse regem, se verò ad regnum ius non habe-  
re, nisi post eius mortem. Nec aliq. voluit Chry-  
dicens, Dauidem regem esse; scilicet à Deo desi-  
gnatum vt Sauli abdicato morienti succederet, ac  
regnum ad posteros transmitteret, in iusque per-  
petuaret. Denique ipse Samuel post hanc regni  
priuationem, Sauli honorem regium detulit, eum-  
que vt regem secutus est v. 32. alioqui enim Israēl  
caruisset rege & principe: nec enim Dauid rex  
ante mortem Saulis. Quod ergo ait Samuel: *abiecit*  
*te, ne sis rex*, hoc est abiecit te, ne diu in regno per-  
seueres: decreuit enim tibi regnum cum vita, breui  
auferre, illudque in Dauidem transferre: quare  
non tui, sed Dauidis posterum regnum succedent;  
eruntque reges continuò Israēlis.

DIXITQUE SAUL AD SAMUELEM: PECCAUI.] *VERS. 24.*  
Pœnitentia hæc Saulis non fuit vera, & seria, ex ve-  
ro cordis dolore ob Deum offensum profecta, sed  
labialis dumtaxat & oralis ex metu perdendi re-  
gni, & infamiae publicae pmanans. Hoc enim est  
quod ipse mentem suam explicans ait vers. 30. *Pecca-*  
*ui; sed nunc honora me coram Senioribus populi mei &*  
*coram Israēl; ne illi me quasi à Deo per te reproba-*  
*tum reprobent, & re ipsa regno deiciant.* Ita Ru-  
pert. in Apocal. cap. 2. *Humilitatem primam*, inquit,  
*reliquit Saul, neque pœnitentiam egit, dixit quidem: pec-*  
*caui; sed non humiliter dixit aut sensit. Addit enim: sed*  
*nunc honora me: honorem ergo vel gloriam non Dei, sed*  
*suam ista confessione mercari voluit, dicendo: Peccaui.*

Et

Et S. Bern. ferm. 16. in Cant. Numquid, ait, profuit  
Sauli, quod se ad increpationem Samuelis peccasse con-  
fessus est? Culpabilis procul dubio fuit illa confessio, qua  
culpam non diluit. Quomodo enim humilem contemne-  
ret confessionem humilitatis magister? & cui humilibus  
dare gratiam certè ingenitum est, omnino non poterat  
non placari; si que in ore sanuit, in corde radiaffer humi-  
litas.

VERS. 25.

SED NVNC PORTA QUÆSO PECCATVM MEVM.]  
Porta, id est suffer, tolera, distimula, ignosce, par-  
ce, condona. Ita Ioseph. Chald. Pagnin. Vatab. &  
alij.

ET REVERTERE MECVM in Galgala v. 12. VT  
ADOREM DOMINVM;] vt coram te & per te sacri-  
ficem Domino; itaque populus videat, me non  
proiectum à Deo, sed illi tibi que esse reconcilia-  
tum.

VERS. 27.

ILLE AVTEM APPREHENDIT SYMMITATEM  
PALLII EIUS, QUÆ SCISSA EST.] Ille, scilicet Sa-  
muel, inquit Rabbinii nonnulli, apprehendit  
pallium suum, vel certè pallium Saulis, illudque  
scidit; vt significaret scissum & separatum ab eo  
esse regnum. Verum dico, ille, scilicet Saul apprehen-  
dit pallium Samuelis, illudque renitente Sa-  
muele scissum est, vt significaretur scissio & sepa-  
ratio regni à Saule eiusque posteritate. Ita Sept. Io-  
seph. & S. Aug. 17. Ciuit. 7. vbi contendit ex Sept.  
hic prædici regnum à Iudæis transferendum ad  
Christum & Christianos. Sic enim habent Sept.  
*Scidit Dominus regnum tuum ab Israēl de manu tua ho-*  
*die; & dabit illud proximo tuo magis bono quam tu.* Et  
*scindetur Israēl in duo, & non reuertetur, neque pœni-*  
*tentiam ager Sanctus Israēl.* Nam regnum non est  
scissum ab Israēle, nisi in Christo & per Christum,  
ait S. August. qui fuit melior Saule, id est Iudæis  
quorum rex erat Saul: tuncque scissum est in duo:  
quia pars vna Iudæorum conuersa est ad Chri-  
stum, altera verò mansit obstinata in sua increduli-  
tate & Iudæismo. Et hoc Dei decretum erit æter-  
num, vt amplius Iudæi non habeant regem & re-  
gnum, quia in Deum non cadit facti pœnitentia.  
Hæc S. August. & rectè in sensu allegorico, non  
literaliter. Nam ad litteram, scissum est hic regnum  
à Saule, cum datum fuit Dauidi, qui erat obedi-  
tior & melior Saule; tuncque regnum scissum est in  
duo; quia sola tribus Iuda adhæsit Dauidi, quasi  
regi suo, reliquis tribus Abner dux militia; re-  
gem constituit Ithobeth filium Saulis, idque per  
septem annos, donec occiso Ithobeth, omnes tri-  
bus Dauidem in regem acceptarunt, vt patet 2.  
Reg. 2. 4. & seq.

Simili modo Ahias propheta pallium suum sci-  
dit in duodecim partes, ac decem partes dedit Ie-  
roboam; hoc symbolo significans eum fore regem  
decem tribuum, duas verò tribus reliquas, scilicet  
Iuda & Benjamin, adhæsuras Salomoni eiusque  
filio Roboam. 3. Reg. 11. v. 30. Scissio ergo hæc  
pallij, repræsentabat scissionem regni Salomonis  
ob eius idololatriam.

VERS. 28.

ET TRADIDIT.] id est tradere decreuit signifi-  
catur enim actus inchoatus & destinatus, non  
perfectus. Sic, scidit, id est scindere decreuit, re-  
gnum Israēl à te, vt tradat illud meliori te, scilicet Da-  
uidi.

VERS. 29.

PORRO TRIUMPHATOR IN ISRAEL NON  
PARCET.] Chald. Decretum est super te à Domino vi-  
ctoriarum Israēl, q. d. Lata est absoluta & irreuocabi-  
lis Dei sententia super te, vt priueris regno. Vocat

A Deum triumphatorem in Israēl, vt pungat Saulē,  
q. d. Tu tuis victoriis contra Amalec aliosque hos-  
tes superbis & triumphas, ideoque Deo rebellas:  
sed scito illas victorias non esse tuas, nec tuis viti-  
bus partas, sed à Deo tibi concessas. Ipse enim est  
rex & triumphator in Israēl, qui pro Israēle fideli  
populo suo pugnant, eum vincere & triumphare  
facit de hostibus. Hebr. Et etiam victoria Israēl non  
mentietur, id est, Deus qui fuit causa huius victo-  
riæ & ceterarum Israēlis, non retractabit suum  
dictum de auferendo tibi regno. Ita Noster. Alij:  
non mentietur, vt scilicet promissionem regni Da-  
uidi decretam, reuocet ac fallat. Vatab. verò q. d.  
Deus virtutem Israēli datam non faciet irritam;  
Deus non destituet Israēlem pristina virtute.

VERS. 30.

AT ILLE AIT: PECCAUI; SED NVNC HONORA  
ME (quasi regem) CORAM SENIORIBVS POPVLI  
MEI, ET CORAM ISRAEL;] id est coram relicto  
Israēlis populo, ne ille me à te speratam spernat &  
regno spoliēt. Vides hic pœnitentiam Saulis fuisse  
humanam, & metu regni perdendi extortam. Vn-  
de S. Bern. in Declamat. vers. finem: Ad quid, in-  
quit, tibi hæc honoratio miser? Hæcine tota erat illa sup-  
plicatio, Peccaui, ora Dominum pro me; Meritò sane non  
peperit, qui intuebatur cor falsa non poterat supplicatio-  
ne moueri. Vix adhuc dixerat Dauid: Peccaui; & respon-  
sum illi est: Dominus transiit peccatum tuum à te. Sic  
nimirum, sic vsque hodie dilectissimi, cuius ad alias con-  
solationes mens inhiat, & penitus in caducis & transito-  
riis non renuit consolari, ipse sibi profectò celestis subtra-  
hit gratiam consolationis. Quam si digna deuotione, pleno  
affectu, desiderio vehementi, petere, querere, pulsare sata-  
geret; sine dubio petens acciperet, querens inueniret, pul-  
santi aperiretur.

Audi S. Greg. hic lib. 6. c. 2. *Liquet quam penitenti-*  
*nam gerat, qui adhuc honorari desiderat. Nam si sui pec-*  
*cati hunc veraciter pœniteret; inhonorari potius, quam*  
*honorari concupisceret, &c.* Angelomus quoque. In  
eo quod ait: *honora me coram Senioribus populi mei; vere-*  
*cundiam passus, ac superbia detentus locutus est: quia ti-*  
*mebat honores amittere, & idcirco non obtinuit quod petiit,*  
*dicens: Peccaui. Quisquis enim sub specie confessionis hu-*  
*manas adhuc honores amittere rimet, iste indulgentiam,*  
*quam fides humilitas postulat, à Deo adipisci non valet,*  
*&c.*

VERS. 31.

REVERSVS ERGO SAMVEL SECVTVS EST SAU-  
LEM.] Cessit Samuel Saulis petitioni, ne eum in  
desperationem vel furorē adigeret; ac vt eius  
honorem coram populo tueretur, ne is eum sper-  
neret & regno pelleret. Hoc modicum consola-  
tionis Sauli indulsit, vt regni priuationem lenius  
ferret, & ne ad peiora delaberetur: Nam, vt ait S.  
Gregor. *Fortasse si abiectus rex secum ad adorandum*  
*Dominum, reuertentem prophetiam non cerneret, demo-*  
*num simulachra adoraret. Et proicit ergo eum, & cum*  
*eo reuertitur; quia in potentibus huius sæculi sic est dam-*  
*nanda iniquitas, vt bonum quod habent, exasperati non*  
*perdant.* Vnde colligit: Bene ergo Samuel cum abiecto  
rege reuertitur; quia electi predicatores, sæculi potentes,  
& pro iniquitate percutiunt, & pro exemplo bona agere  
quadam sinunt.

Addunt Hebræi apud S. Hier. Samuelem pri-  
mum locum Sauli, quasi regi honoris causa dedis-  
se: sed Iosephus ait in eo tantum Sauli detulisse ho-  
norem, quod eum non deseruerit.

Quæres, Quando miserabilis hic Saulis casus  
contigerit? Nonnulli censent eum contigisse anno  
3. regni Saulis, ex eo quod c. 13. v. 1. dicitur ipse  
duo-



duobus annis regnasse super Israel: quod multi intelligunt sic, vt innocenter, iuste & probe regnarit per biennium, ac consequenter tertio anno sit lapsus. Verum alius illius loci magis genuinus est sensus, vt ibi dixi.

Lapsus Saul anno septimo regni.

Alij aliter: probabilis est sententia nostri Sali- ni: Saulem esse lapsum anno septimo regni sui, ita vt octauo regni eius anno, Dauid à Samuele vnctus sit in regem, vt dicitur c. sequenti; ac deinde Saul adhuc regnarit decem annos. Vniuersim enim regnauit annis octodecim, cum Samuel ante eum iudicasset Israel per annos 22. Sic enim anni Saulis & Samuelis simul iuncti constant 40. quos ei tribuit Paulus Actor. 13. Vnde sequitur lapsus hunc Saulis accidisse anno 29. à morte Heli, & ab initio principatus Samuelis, qui immediate successit Heli. Sic enim apposita gesta tam præcedentia, quam sequentia Saulis per hos annos octodecim compartemur, etsi ex Scriptura nil certi definiti possit, quid quolibet anno gestum sit. Coniectura ergo hic opus est.

VERS. 32. DIXITQUE SAMUEL: ADDVCITE AD ME AGAG REGEM,] vt quem Saul noluit occidere, ego occidam, itaque Dei voluntatem expleam in vindicta & anathemate Amalecitarum.

ET OBLATUS EST EI AGAG PINGVISSIMVS ET TREMENS] præ pinguedine, quasi dicat: Adeo pinguis vt tremulo & vacillanti gressu incederet. Nā Hebr. est Agag מן מן Maadannoth, quod Chald. vertit: Agag deliciosus. Pagnin. Vatab. & alij: Agag deliciarum, id est Agag deliciis saginatus & impinguatus, ideoque tremulus. Minus rectè ergo nonnulli sic exponunt, quasi dicat: Oblatus est Samueli Agag cum deliciis, hoc est gradiens deliciosè, incessu regio & superbo. Alij: gaudens de morte, eò quod mortem seruituti præferret: vel vt R. Kimchi quod à Samuele benigno vitam speraret. Alij vertunt: cum vinculis. Ita qui à vulgata discidunt, abeunt in diuersa.

Aman ex stirpe Agag.

Porrò Aman, hostis Iudæorum ab Assuero suspensus Esther 3. v. 1. & 10. dicitur fuisse de stirpe Agag. Vnde ab hoc Agag rege Amalec eum prognatum fuisse censent Ioseph. lib. 10. Ant. c. 6. Hebræi. Chaldeus, Lyran. Caiet. Serarius & Ruper. lib. 8. de Victor. Verbi Dei c. 4. Hinc & Aman Esther cap. 12. vocatur Bugaus, quasi Benagagaus, vel Bengogaus, id est filius Agag, vel Gog. Nam Sept. Num. 24. 7. Agag per per Apharesin vocant, Gog, aut Bugaus, quasi Gogaus: subinde enim littera B. mutatur in G. Ezech. 27. 9. Senes Giblij vertunt Sept. Biblios, & ipsa ciuitas vocatur Giblus & Beblus teste S. Hieron. de locis Hebræicis, ita etiam Lin B. cum duellum bellum, duellius bellius, ait Cicero in Oratore. Vide Angelum Caninium in Hellenismis. Esto enim Aman fuerit Macedo, tamen fieri potuit, vt aliquis ex Amalec & stirpe Agag migraret in Macedoniam, ex quo ibidem prognatus sit Aman. Verum potuit alius esse Agag pater vel Auus Amani diuersus ab Agag rege Amalec: vnde nil certi in hac re statui potest. Verisimile tamen est hunc eundem fuisse, tum quia hic fuit celebris, nec alius hoc nomine in Scriptura reperitur; tum quia hic fuit superbus, deliciosus & crudelis, æquè ac fuit Aman, vt in eum hosce suos mores cum semine transfudisse videatur. Et hoc innuit Aman de stirpe Agag.

ET DIXIT AGAG: SICCINE SEPARAT AMARA MORS?] quasi dicat: O quam amara est mihi deli-

catò & in deliciis enutrito ista mors imminens, & quam statui meo regali, opibus, honoribus & deliciis abundanti indigna. Sperabam enim in istis quibus assueueram, vitam concludere. Ita Abulens. Hoc est quod ait Eccles. 4. 1. O mors quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius via directa sunt in omnibus. Vide ibi dicta.

Minus aptè ergo Vatab. Pagnin. & alij vertunt: Recessit à me amaritudo mortis, quasi Agag generoso & regali animo contemnens mortem id dixerit, aut viso Samuele, ab eo vitam sperarit.

Hebr. enim מן סר, id est recessit, in Cal. more Hebr. sumitur pro Hiphil, id est pro recedere facit, siue vt Noster vertit, separat. Sensus ergo est: Itane mihi moriendum est, tam amara, misera & violenta morte? Itane separanda est anima à corpore; sensus à deliciis suis, Agag à regno suo? aut vt Serarius vertit: Declinauit ad me amaritudo mortis, quasi dicat: actum est de vita mea: imminet mihi amara & acerba mors.

Tropol. S. Gregor. Recens conuersi, ait, dum à solitis suis voluptatibus separantur, dolorem instar mortis sentiunt: vnde hac tentatione pulsantur: sic enim me separat à meis deliciis amara mors penitentia & sancta vita? Quia in eis, inquit, carnalitas sine magna tribulatione minime necatur. Quasi enim visis austeritatibus, quibus subdenda est, dicit menti sensualitas sua: Lata pro tam tristibus spernis?

ET AIT SAMUEL: SICVT FECIT ABSQVE LIBERIS MULIERES GLADIVS TVVS, SIC ABSQVE LIBERIS ERIT INTER MULIERES MATER TVA,] quasi dicat: Ego matrem tuam te occidendo faciam viduam sine liberis, quia tu multas fecisti viduas, necando eorum filios. Nimirum iuste occideris, quia iniuste alios occidisti. Eterna enim Dei lege sanctum est, vt homicida occidatur. Nota, deliciosos qualis erat Agag, sæpè esse crudeliter: quia omnem amorem quem habent, sibi ipsis impendunt, ac proinde in alios non nisi odia expromunt; imò alios fraudant & spoliant, vt plura habeant, quibus delicientur. Omnia enim sibi appetunt, aliis nihil.

Figmenta sunt quæ scribit Philo Biblicus: scilicet Deum iussisse Samueli, vt Agag regi daret vitæ inducias per sequentem noctem; qua proinde Agag uxorem suam gravidam effecerit, indeque natus sit filius nomine Edab, qui fuerit Amalecites ille, qui Saulem se occidisse asseruit Dauidi c. 31. vt per filium Agag iusto Dei iudicio occisus sit Saul; eò quod ipse Agag non occidisset, vt iusserat Deus. Hæc enim est talionis pœna.

ET IN FRVSTA CONCIDIT EVM SAMVEL, non per se, vt vult Serarius, sed per suos, ait Iosephus. CORAM DOMINO,] quasi sceleratum in victimam anathematis iustitiæ diuinæ sacrificans; idque non ex sauitia, sed ex zelo iustæ vindictæ; qualem habuit Phinees occidens principem fornicantem. Num. 25. & Elias occidens Sacerdotes Baal. 3. Reg. 18. 18.

Tropol. cum superbia & vitiiis dimicantes, debemus ea frustratim concidere, & nihil ex eis relinquere, quod nouum nobis bellum moueat. Ita Beda.

ET NON VIDIT SAMVEL VLTRA SAUL,] id est, non inuisit Samuel Saulem amplius, non eum adit honoris causa, vt fecerat prius, non colloctus est cum eo, non eum direxit, admonuit, reprehendit.

prehendit, vt facere solebat. Hunc esse sensum patet ex Hebræo: nam aliqui postea Samuel vidit Saulem inter prophetas prophetantem. c. 19. 24.

LVGEBAT SAMVEL SAULEM,] quia dolebat Saulem à se vnctum, regno; ac Israel, rege tam forti & felici priuari: atque nesciebat, quis & qualis ei successurus esset. Adde, timebat Saulem non tantum regno, sed & vita ac salute æterna priuandū: licet enim hic tantum à Deo regno spoliaretur; tamen rō abiecit, & Hebr. reprobauit te Deus, innuit eum à Deo derelictum, in maiora scelera ruiturum, in iisque moriturum ac damnandum, vt respiciat contigisse videtur. Lugebat autem, & simul lugens orabat pro Saule, vt vel regno restitueretur, vel certè in vltiora mala non decideret. Sperabat enim Dei decretum de abiectione Saulis nō

esse omnino absolutum & irremocabile, sed comminatorium, ac precibus flexi mutarique posse. Vnde Deus cap. seq. v. 1. asserit id esse absolutum; veratque ne amplius lugeat Saulem; sed eius loco in regem vngat Dauidem.

Nota hic & imitare misericordiam & charitatem Samuelis erga Saulem sibi Deoque inobediētem. Audi S. Gregor. Quid est quod luges quem cernere designatur; nisi quia & cum zelo reuerentia, sancti Doctores habent affectum magna charitatis, ipsa autem charitatis magnitudo ostenditur, quia proiectum regem plangere perhibetur. Quò ergo affectu electorum subditorum peccata plangunt, qui pro proiectis reprobis plangere tam affectuose didicerunt? instantia namq, luctus ostenditur; quia subiunctum est: Vsq; quod tu luges Saul!

CAPVT DECIMVMSEXTVM. SYNOPSIS CAPITIS.

SAMUEL vngit Dauidem in regem, vt Sauli mortuo succedat. Mox v. 14. Spiritus Dei à Saul transit ad Dauidem, ac Saulem exagitat spiritus malus, quem Dauid pellit pulsanda citharam. Vnde v. 21. eum diligit Saul, factiq, suum armigerum.

Dixitque Dominus ad Samuelem: Vsq; quod tu luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet super Israel? Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. 2. Et ait Samuel: Quo modo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Domino veni. 3. Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid facias, & vnges quemcumque monstrauero tibi. 4. Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus. Venitque in Bethlehemitem, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntque: Pacificusne est ingressus tuus? 5. Et ait: Pacificus: ad immolandum Domino veni; sanctificamini & venite mecum in immole. Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. 6. Cumque ingressi essent, vidit Eliab, & ait: Num coram Domino est Christus eius? 7. Et dixit Dominus ad Samuelem: Ne respicias vultum eius, neque altitudinem stature eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico; homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. 8. Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. 9. Adduxit autem Isai Samma, de quo ait: Etiam hunc non elegit Dominus. 10. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis. 11. Dixitque Samuel ad Isai: Numquid iam completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oves. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus prius quam huc ille veniat. 12. Misit ergo, & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraque facte, & ait Dominus: Surge, vnge eum; ipse est enim! 13. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius: & directus est Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: surgensque Samuel abiit in Ramatha. 14. Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam, à Domino. 15. Dixeruntque serui Saul ad eum: Ecce spiritus Deimalus exagitat te. 16. Iubeat dominus noster, & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. 17. Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquid bene psallentem, & adducite eum ad me. 18. Et respondens vnus de pueris, ait: Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo. 19. Misit ergo Saul nuntios ad Isai, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum; qui est in pascuis. 20. Tulit itaque Isai asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœc eum de capris vnum, & misit per manum Dauid filij sui Sauli. 21. Et ven-

Corne l. in lib. Regum.

Cc

nit

nit David ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. 22. Misitque Saul ad Isai dicens: Stet David in conspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis. 23. Igitur quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus.

VERS. 1.

V. S. Q. V. E. T. V. L. G. E. S. S. A. V. L. (& lugendo oras pro eo restituendo) CUM EGO PROIECERIM EVM, utpote inobedientem, obstinatum & impotentem, NE REGNET SVPER ISRAEL? Cur enim, ut ait S. Gregor. proieci persona plangitur, cum melior subrogatur? Audi S. Chryl. hom. 5. de penitentia: Multum exhauste temporis beatus Samuel pro Saule deprecans, noctesq. multas transegit infomes pro delinquentis salute. Deus autem tempus repulians (non enim cum propheta oratione peccatoris conuenit penitentia) dicit ad prophetam, vsquequid tu ploras? vsquequid ostendit tempus, ac perseverantiam deprecantis. Et rephit Delis tempus deprecationis propheta. Non enim cum iusti interuentu, regis penitentia stetit. Et S. Bernard. Serm. 12. in Cant. Samuel ait, lugebat Saul, qui se q. h. rebat occidere, ad ignem charitatis incaliente peccatore, liquefactus intus pietatis adeps foras emanabat per oculos. Subiicit Chryl. fecus fuisse in Dauide, qui a Nathan correctus de adulterio & homicidio, serid penituit, ideoque ab eo illic audiuit: Transiit Dominus peccatum tuum. 2. Reg. 12.

Cur Deus non nominari regem uolens.

PROVIDENIM IN FILIIS EIVS MIHI REGEM, id est destinavi unum de filiis Isai creare regem, qui Sauli succedat. Sed cur cum non designat nec nominat? Causam dat S. Chryl. in Psal. 50. Attendite, inquit, diligenter. Non dixit ad Samuelem, uade, ut Davidem mihi unge: sed uade, unge mihi unum ex filiis Isae. Ne, uidelicet, idem Davidi accideret, quod prius Iosepho, ut enim fratres, cum regem eum fore intellexissent, insidias ipsi struxerunt, eodem modo periculum erat, ne isti quoque idem facinus perpetrarent. Idem etiam Theod. expreflit q. 37. in Reg. Nam, inquit, cum etiam sic facta electione, aperuerunt fratres suam inuidiam, fratrem conspiciati in acie, quid non fecissent, si non facta esset hoc modus?

VERS. 4.

ADMIRATI SVNT SENIORES, & simul perterriti; quod insolitum erat tantum prophetam & Iudicem solum venire; tum quia ex inopinato, nullo premonito aderat: unde timebant, ne iratum Saulem fugeret, eiusque iram in Bethlehemitas, quasi Samuelem recipientes deuolueret; aut ne triste aliquid praenuntiaret. Tropol. S. Greg. Electi Doctores, inquit, risu quando uideri in publico debent, esse frequentes in secreto, negotiis civilibus vacui, spiritualibus pleni.

VERS. 5.

SANCTIFICAVIT ERGO ISAI ET FILIOS EIVS, ET VOCAVIT EOS AD SACRIFICIUM. Sanctificauit, id est iussit eos sanctificari, siue purificari per scubitum, id est abstinentiam, perq. spartionem aque Iustitiae; ut si quam irregularitatem legalem contraxissent, illam hac lustratione expiant. Vide dicta Num. 19. Idem imitari sunt Gentiles, iuxta illud: Casta placent Superis, pura cum veste uenite. Et: Donec me lumine uiuo abluero. Unde illa lex apud Cicronem lib. 2. de legibus: Caste Deus aduenit. Hinc argumento a minori ad

maius colligit S. Gregor. aitque: Si interesse sacrificiis non audent, nisi sanctificati; quid de sacrificantibus censendum? sanctificare enim, purgare est. Quantum ergo purus decet esse Pontifices, ubi inuitate ad sacrificium, non nisi sanctificata admittende sunt plebes? sanctificatio quippe corporis, pudicitia est; sanctificatio mentis, charitas & humilitas.

CUMQUE INGRESSI ESSENT, ad prandium ex peracto Samuelis sacrificio instructum: non enim in sacrificio, utpote publico coram senioribus, sed in prandio coram Isai & fratribus, Samuel secretò vixit Davidem in regem; ne Saul rem intelligeret, & vtrique, scilicet tam Samueli quam Davidi necem machinaretur.

VIDIT ELIAB, ET AIT: NYM CORAM DOMINO EST CHRISTVS EIVS? quasi dicat: Domine Eliab primogenitum Isai stitit & obtulit Samuel, eumque interrogatit: Hicne est Domine quem elegisti in regem, ut inbeas eum a me vngi, itaque ipse fiat Christus, id est vnctus Domini?

ET DIXIT DOMINVS AD SAMUELEM: NE RESPICIAS VULTVM EIVS (virilem, grandem & elegantem) NEQUE ALITVDINEM: ST ATVH E EIVS (uti Saul rex ab humero fursum eminebat tot populo) QUONIAM ABIECI EVM. Hebr. ויבטחני אביעיו, id est, reprobaui eum. Sept. Quoniam contempsti eum. Chald. elongaui, scilicet a regno, quasi dicat: abieci Eliab, licet primogenitum, pulchrum & procerum, ne sit rex. Ita S. Gregor. Abulen. Hugo, Lyran. & Dion. Alij, quasi dicat: abieci eum, id est Christum mentem, quem scilicet a te vngi volo in regem, puta Davidem feci abiectum, id est inuenem & minimum natu inter filios Isai.

HOMO ENIM VIDET EA QUAE PARENT, DOMINVS AVTEM INTVETVR COR. Hebr. Homo videt (& videndo iudicat) secundum oculos (iuxta apparentiam externorum oculorum) Deus autem videt (& videndo iudicat) secundum cor. Quare homines saepe falluntur. Oculi enim & vultus sapè mentiuntur, & indicant mentem sapientem vel probam, qua insipiens est & improba. Cor autem, id est mens & voluntas mentiri & fallere nequit; quia aliud se esse quam reuera sit fingere nequit. Deus ergo est Cardinagostes, id est cordis inspector; imò Dominus & possessor. Sensus est quasi dicat: Deus videt cor Davidis, melius esse corde Eliab; esto vultus & forma Eliab melior & grandior sit, quam vultus & forma Davidis: hac de causa non Eliab, sed Davidi regnum assignabit. Hinc Sept. vertunt. Quoniam homo videbit in faciem, Deus autem in cor, puta arcana & intima cordis. Et Chald. Quia filij hominis vident in ocula suis, & ante Dominum manifeste sunt cogitationes cordis.

ADDVXIT ITAQUE ISAI SEPTEM FILIOS SVOS. Habuit ego Isai, siue Iesse (Hac enim duo nomina apud Hebraeos vnum idemque sunt) vniuersim octo filios. Nam David abiens, erat octauus. Dices, i. Paral. 3. cum Dauide numerantur septem dumtaxat filij Isai siue Iesse. Resp. ibi non omnes numerari, sed vnum praetermitti ob causam nobis incognitam: forte ed quòd octauus genitus

nitus sit ex concubina, vel vxore secundaria; sicut c. 14. 49. Saulis filij numerantur tres, & omititur quartus, scilicet Ithobeth, de quo 2. Reg. 2.

Aliter Lyran. Caiet. & Dion. dicunt enim nomen tertij filij fuisse Nathan, siue Ionatham, eumque omitti; ed quòd filius esset adoptiuus, non naturalis. Verum de hac eius adoptione nil vsquam legimus. Hinc liquet, Samuelem reuelasse Isai Dei consilium de eligendo vno ex filiis eius in regem, eoque vngendo. Ideo enim Isai omnes filios ordine natiuitatis adduxit ad Samuelem, ut videret quem ex eis vnum Deus eligeret.

VERS. 11.

Alia iudicia Dei, alia hominum.

ADHVC RELIQVVS EST PARVVLVS. Vide hic, quam diuersa sunt iudicia Dei & hominum. Isai enim Davidem vt iuuenem & minimum, ideoque omnes pacentem parvi aestimabat, nec dignum conspectu Samuelis; unde eum non adduxit: Deus autem eum fratribus omnipbus praetulit, regemque creauit. Vnde S. Ambros. Serm. 18. in Psal. 118. Patris, ait, oues pascebat vili ablegatus obsequio, non est oblatu sacerdoti (Samueli) quasi indignus, qui vngere-tur in regnum.

PARVVLVS. Hinc & magis ex cap. 17. v. 23. 42. 58. multi censent Davidem, cum vnctus fuit in regem, aetate puerum extitisse, imò puertulum, vt ait S. Chryl. in Psal. 50. sic & Iosephus, Serarius, & alij.

Ex aduerso Hebraei in Seder Olam c. 13. censent Davidem hoc tempore fuisse 29. annorum; ed quòd putent Saulem duos dumtaxat annos regnasse & vixisse; quo mortuo statim ei successit David, cum esset triginta annorum, vt dicitur 2. Reg. 5. v. 4.

David vnctus rex annorum viginti.

Media sententia est verior, scilicet Davidem, cum vnctus fuit, fuisse viginti circiter annorum. Hac enim aetas apta est regno, & media inter puertitiam & virilem aetatem. Probatur primo, quia David v. 18. vocatur fortissimus robore, vir bellicosus & prudens in verbis. Ergo facile erat viginti annorum. Secundo, quia vt dixi cap. praeced. Saul per inobedientiam parendo Agag anno septimo regni sui, eo à Samuele priuatus est: mox autem anno sequenti, puta octauo Saulis, pro eo iam reiecto vnxit Davidem: Saul autem posthac regnavit adhuc decem annis: vniuersim enim regnavit 18. annis. Quare cum post decem annos mortuus sit Saul, eique in regnum succedens David, fuerit tunc triginta annorum; dicere oportet eum hoc anno quo primùm secretò vnctus est, fuisse 20. annorum. Ita Abulen. Dion. Sallianus, & alij. Adde, quòd Saul v. 21. Davidem fecit suum armigerum: armigeri autem solent esse iuuenes, non pueri.

Dices, Quomodo ergo David hic vocatur paruulus? Respon. quia respectu fratrum omnium erat paruulus, id est minimus natu, ideoque opilio. Vnde pro paruulus Hebr. est קטן katans, id est, paruus, vt vertit Chald. Hinc Sept. vertunt: minor, id est minimus fratrum. Sic Benjamin vocatur paruulus, id est natu minimus filiorum Iacob, Genes. 43. 29. cum tamen iam tunc genuisset decem filios, vt patet Genes. 46. 21.

Principes autem agricolae & pastores.

ET PASCE OVES. Sic olim Patriarchae & Principes fuerunt agricolae & pastores ouium, & ex ouibus didicerunt pacere, regereque homines. Tales fuerunt Adam, Abel, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moses. Tales quoque fuerunt Romani, de quibus Ouid. lib. 1. Fastor.

Cornelin lib. Regum.

Iura dabat populo postea modo Praetor aratro, Pascebatq. suas ipse Senator oues.

Vide dicta cap. 11. v. 5.

MITTE ET ADDVC EVM: NEC ENIM DISGVMBEMVS PRIVS QUAM HVC ILLE VENIAT. Hinc patet ante prandium vnctum fuisse Davidem, tum quia ante prandium res arduae tractari solent; tum quia propheta zelosi, qualis erat Samuel, Dei praecpta vrgent, illaque illic ante res alias exequuntur; tum quia, vt ait S. Gregor. In obseruatione ieiunij celebranda sunt sacramenta vnctionis. Vnde & sanctum est, vt non nisi ieiuni sacrum Christina in Confirmatione accipiant.

ERAT AVTEM RVFVS. Hebr. אדמוני admoni, id est rubicundus, sanguineus, rufus, quasi esset alter Adam, ait Theod. ideoque typus & figura Christi. Rufi enim sunt pulchri & sapè insigni indole. Vnde Cedrenus scribit Valentianum Imperatorem Rufum.

habitus Davidi similem, ed quòd rubicundus esset, rufis capillis, oculis caeliis & pulchris. Rufus enim color accedit ad fulvum, qualis est Leonis, qui fortitudinae superat omnia animalia, eorumque est rex. Addit Aristoteles in Physiognom. c. 10. Quibus color ruber est, acuti sunt: quoniam omnia qua secundum corpus sunt, a motu calefacta rubescunt.

SVRGE, VNGE EVM: IPSE EST ENIM, quem in regem elegi, & a te vngi volo. Porro S. Athanas. in vita S. Antonij ait, Davidem à Samuele agnatum fuisse ex laetitia vultus, aequè ac ex eadem ab omnibus agnoscebatur Antonius inter mille Monachos: Si quis enim ignarus eius, inter multitudinem Monachorum eum videre desiderasset, nullo indicante ceteris praetermissis ad Antonium currebat, & anime puritatem agnoscebat ex vultu, & per speculum corporis, gratiam sanctae mentis inuebatur. Nam semper hilarem faciem gerens, liquidò ostendebat se de calefibus cogitare, sicut Scriptura ait: Corde letante vultus floret, sed in maerore continuo tristatur, ait S. Athanas. Sic Samuel, inquit, agnouit Davidem: Letificatos enim habebat oculos, & dentes sicut lac candidos.

Alleg. David fuit typus Christi, qui fuit rufus, David typus ait S. Greg. quia lancea vulneratus: rufus quia ex passione rubicundus. Vnde & per prophetam ei dicitur: Quare rubrum est indumentum tuum? Rufus quippe extitit, qui candorem tanta innocentiae pretiosus sanguinis robore colorauit. Pulcher etiam aspectu fuit, quia & resurgendo immortalitatis pulchritudinem induit; & mortales nos ex magna charitate respexit. Et inferius: Rufus ergo in saeculo fuit, pulcher in paradiso, decora facie perennis in colo: potest & omnia hac trina pulchritudo in hac praesentis vitae eius conuersatione cognosci. Rufus quippe extitit; quia seruentur amauit eos, pro quibus animam posuit: pulcher aspectu fuit; quia omnia nosit, Decora facie, quia omnia bona fecit.

TVLIT ERGO SAMVEL CORNV OLEI, ET VNxit EVM IN MEDIO FRATRVM EIVS. Non, vt ait Iosephus, quasi in ipsius aurem insusurravit Samuel: sed vt fratres omnes vnctionem viderent & intelligerent, utq. ve pluris ipsium deinceps facerent, minoresq. inuidia laborarent, cum sibi eum praeferrere viderent, ait Theodor. q. 37.

Porro vnctus est, non vt statim regnaret, sed vt Sauli morienti in regno succederet. Hinc patet patrem & fratres Davidis cognouisse eum à Samuele vngi in regem. Ita Abulen. licet id neget Caietanus. Ter vnctus fuit David: Primò, hic priuatum; secundò, publicè, cum factus est rex tribus Iuda. Tertio cum factus est rex omnium tribuum

Ruforum laus.

David agnitus ex laetitia vultus.

VERS. 13.

Ter vnctus David.

buum 2. Reg. c. 2. & 5. In Græcis codicibus Psal-  
terij additur Psalm. 151. qui de hac vñctione agit,  
vbi David de se sic canit: *Parius eram in fratribus  
meis; & iunior in domo patris mei: pascebam oves patris  
mei, &c. Ipse emisit Angelum suum, & tulit me de ouib;  
patris mei: & vñxit me oleo vñctionis sue. Fratres  
mei pulchri & magni, & non bene sensit in eis Dominus.*  
Tropol. S. Greg. *Cornu olei tollitur, inquit, ut in excel-  
lenti liquore, magister Ecclesie vir esse studeat magna mi-  
sericordie. Oleo vngitur caput regis, quia lucere super  
candelabrum debet per flammam verbi. Cornu oleum re-  
cipit, ut increpando purget: & miserando per blandimen-  
tum trahat. Cornu etiam recipit in sublimitate ordinis  
oleum ad fomenta virtutis. Sed pleno cornu vngitur, ut  
virtus Pontificis plena doceatur. Cornu namq; plenum in  
vñctione sua habet, si tam in virtute misericordie, quam  
charitatis & verbi perfectus est: plenum etiam cornu in  
vñctione sua habere cognoscitur, cuius omni potestas per  
misericordiam dispensatur. Et post plura: *Oleo quippe  
in medio aliorum vngitur, quia qui in aliorum exem-  
plum positus est, nullam sui partem habere obscuram de-  
bet, ut hunc omnes aspiciant: & ab eo lucis exemplum su-  
mant. Et paucis interiectis: *Vel in medio fratrum vngi-  
tur, ut vñctum & medium se esse semper arbitretur.*  
Agnoscat ergo dignitatem suam, & vim dignitatis exer-  
ceat: quia vñctus est, videat se medium, & communis cõ-  
ditionis hominem, ut pares sibi esse eos quibus eminet, re-  
cognoscat. In medio ergo fratrum vngitur, ut sit humilis  
& sublimis, sublimis ordine, humilis estimatione. In medio  
idem vngitur, ut se priuato amore non diligit, sed ex om-  
ni quod præcinit, lucra aliorum querat. Atque hic fi-  
nit S. Gregor. suam expositionem moralem in lib.  
Regum.**

ET DIRECTVS EST SPIRITVS DOMINI A DIE  
ILLA IN DAVIDE] Quæres, Quis fuit hic spiritus?  
R. Primò, fuit spiritus fortitudinis tum animi, tum  
corporis, qui eum bellicosum & victoriosum effe-  
cit: vnde post hanc vñctionem David tam Leonem  
& vrsum, quam Goliath gigantem interfecit.  
Hinc Sept. vertunt: *Institit in eum spiritus Domini,*  
sicut institit in Samsonem, irruitque, quoties is  
aliquod heroicum fortitudinis opus aggrediebatur.  
Ita Lyran. Abulens. & Vatab. qui vñxit: *Agita-  
re eum cepit spiritus Domini.* Chald. *Mansit spiritus  
fortitudinis à Deo super David.*

Secundò, fuit spiritus animi magni & regij.  
Sicut enim Deus Saulem ab afinis vocans ad re-  
gnum, ei cor rusticum mutauit in magnanimum  
& regium; sic iam eundem spiritum à Saule tran-  
tulit in Dauidem; vt qui prius non nisi de ouibus  
pascendis cogitaret, iam de toto Israele gubernân-  
do & propugnando cogitaret: magnos ergo no-  
uosque animos, nouos spiritus, nouas cogitatio-  
nes, noua consilia, noua desideria & vota illi in-  
didit: hoc enim significat Hebr. *הבין*.

Tertiò, fuit spiritus Poëticæ & Musicæ, putà  
psallendi psalmosque dictandi & canendi: nam ab  
vñctione cepit psallere & psalmos componere.  
Ita Abulens. Dion. & alij.

Quartò fuit spiritus prudentiæ, vt in omni-  
bus dictis factisque mirè esset prudens, discretus,  
prouidus, illaque non se suamque familiam dum-  
taxat, sed & totum regnum sapientissimè guber-  
naret. Vnde eandem à Deo postulauit & obtri-  
nuit Salomon Dauidis filius 3. Reg. 3. 12. Denique  
Hebr. *ישלח*, quod Noster vertit: *directus es*, cum  
Marino & aliis veritas: *prospexit*, fortunauit, ad  
felicem effectum direxit; vt scilicet Dauid omnia

Spiritus  
Domini  
David  
quis?  
Resp. 1.

A prudenter & feliciter conficeret, ac ad optatum  
finem perduceret.

Quintò, fuit spiritus prophetæ: Dauid enim  
fuit propheta, ac in Psalmis non tantum psallit, sed  
& propheta de Christo, Christi que vita, morte,  
Apostolis, Ecclesia, &c. Ita S. Hieron. Ioseph.  
& alij.

Porro spiritus hic non pertransiit, sed constan-  
ter mansit in Dauid; saltè quoad aliquas eius  
operationes. Hoc enim significat *ad die illa & de-*  
inceps. Ita S. Gregor.

Subitò ergo Dauid per vñctionem Dei & Sa-  
muelis hic ex abiecto pastoreulo ouum, fa-  
ctus est rex fortissimus & prudentissimus, ac Psal-  
tes & propheta diuinus: nam si antea aliquid ho-  
rum habuisset: vtique pater & fratres eum non  
ita abiessent ad oues; sed plures fecissent.

IN DAVID; ] Dauid ab amore nominatus est,  
quasi *amabilis*. Dauid enim Hebr. idem est quod  
*דוד*, id est dilectus, vel amor & dilectio; iuxta il-  
lud Cant. 1. *Meliores sunt amores tui* (Hebr. *דוד*  
*דוד*) vino. Hinc & Salomon filius eius idem no-  
men à Deo accepit, vocatusque est *Iedidia*, id est  
*amabilis Domino*. 2. Reg. 12. 25. Porro S. August. lib. 22.  
contra Faust. c. 87. & in Psalm. 34. *Dauid*, ait, idem  
est quod, *manu sortis vel desiderabilis*, vt Dauid dicatur  
quasi *דוד*, *דוד יאד*, id est *sufficiens* (hoc est validus,  
potens) manu.

Audi S. Chryl. hom. de Dauid & Goliath, Da-  
uidem cum Saule conferentem & preferentem:  
*Inueni mihi Dauid, virum secundum cor meum qui faciet  
omnem voluntatem meam. O beatum Dauid sanctissi-  
mi meritum, quod laudat Deus, prædicat Dominus, iu-  
dex præfert summus! Dum enim Dauid sanctissimus, ho-  
mo est secundum cor Dei, quidquid Deus cogitat gerit,  
quidquid mente concepit, perficit: Dum enim, inquam,  
Dauid cordi Dei cor proprium iungit, & menti eius men-  
tem suam annectit, hoc est, ut que vult Deus, velit; &  
qua non vult, similiter nolit; sic eum Dominus in diuino  
amore & coniuncta charitate dilexit. Et paucis inter-  
iectis. *Hic ad ouibus ad regnum deligitur; ille à regno ad  
gladium destinatur. Hunc sancta vita promouit; illum  
mandatorum despectio reprobat. Dauid adhuc pastor  
debellat leonem, interficit vrsum; Saul contemnendo Do-  
minum, malum in se prouocat spiritum. Regnat Dauid  
sanctissimus sed latenter; Saul reprobus efficitur euiden-  
ter. Hic iam rex est; ille putatur: hic iam obtinet; ille  
tantummodò dicitur: hic occultam possidet dignitatem;  
ille habet publicam regni imaginem. A Deo Dauid sancto  
Spiritu inundatur, Saul verò spiritu isto deseritur. Deni-  
que Saul Dauid persequitur innocentem; Dauid verò tra-  
ditum sibi, illum exhibet peccatorem: vt & in Dauid Spi-  
ritus sanctus miseret; & in Saule malus spiritus in in-  
nocentem sauiet, vt vito diuersitas, diuersa iam merita  
demonstraret, & cause iste hominibus deputarent non  
Deo, qui malè vel bene gerentibus regnum, aut tollerent,  
aut conferrent.**

SPIRITVS AVTEM DOMINI RECESSIT A  
SAUL.] putà spiritus fortitudinis, bonitatis, pru-  
dentiæ, magnanimitatis, animi liberalis & regij  
&c. recessit à Saul, ac recidit ipse in primæuam  
suam animi paruitatem, deiectionem, impruden-  
tiam, vilitatem, pusillanimitatem: Vnde qui prius  
in bellis erat acer & victor, deinceps extitit im-  
bellis, ignauus, iners, nec quidquam præclarè  
gessit.

ET EXAGITABAT EVM SPIRITVS NEQVAM  
A DOMINO.] Quæres, Quis fuit hic spiritus nequam  
exagi-

exagians Saulem] Primò, Hebræi, Iosephus, Caiet.  
Genebr. in Chron. anno mundi 3066. Delirio lib. 3.  
Magic. c. 4. censent fuisse atram bilem, siue melan-  
cholicam & maniam, quæ Sauli tristes creabat ima-  
gines, suspiciones, inuidias, mærores, anxietates,  
desperationes, furores, deliria, amentias: hæc  
enim concepit ex eo, quod vidit se à Deo reiectum,  
& à Samuele regno priuatum. Primò probatur,  
quia Sept. vertunt: *Suffocabat eum spiritus malus.*  
Chald. *terruit eum.* Vatab. *turbauit eum.* Secundo, quia  
à Iosepho spiritus hic vocatur *perturbatio & morbus*  
*à demone inflatus, qui suffocationes & strangulationes illi  
creabat.* Tertiò, quia hoc spiritu agitatùs inuidit  
Dauidi successionem in regnum, ideoq; eum vo-  
luit occidere c. 8. 19. Quartò, quia morbus hic Sau-  
lis leuabat per Musicam Dauidis pullantis ci-  
tharam; quia scilicet Musica exilarat, itaque fugat  
tristitiam.

Porro, quam malignus sit humor melanchol-  
icus, docent Galenus, Fernelius & Leuinus Lem-  
nius Medic. lib. de Complexionibus sub finem  
pag. 162. vbi mira melancholicorum phantasmata  
& curationes recenset. *Primus enim, inquit, sibi per-  
suaserat nasum sibi excreuisse instar Angelicis clephan-  
tis. Medicus sarcimen naribus eius admoxit, illudq; &  
tandem vltimam nasi pelliculam cultro abscedit: itaq;  
imaginarium illi nasum auulsi. Secundus credebat vanas  
& bufones intestina sua perterere. Medicus clystere per  
alium eum purgauit, ac excrementa pelui excipiens, in  
eamdem vanas & bufones coniecit. En, inquit, vanas &  
bufones ventris tui: cito te iam is liberatum: itaq; phan-  
tasma hoc suum illi excussit. Tertius imaginabatur sibi se-  
mora esse ex vitro, quare nec sedere, nec quid tangere au-  
debat, ne illa collisa dissiliret. Quartus opinabatur se se-  
ptem dies ieiunius persequebat (diem autem septimum in-  
die Medici lethalem autumant) Medicus personatos quos-  
dam, lineaminibus obvolutos in eius cubiculum immisit,  
qui se dicerent mortuos, & tamen coram eo laute epula-  
rentur. Inuitus ille & voce epulantium & nidore deli-  
ciarum, cepit gustare & tandem comedere affluenti-  
peracta autem cena somnus illi salutaris obrepit, in eum  
vsu confectio liquamine: itaq; ad vitam & mentem re-  
diit. Hic sensus verus est; sed hoc loco non suf-  
ficit.*

Secundò, alij censent fuisse Angelum bonum, à  
Deo Sauli immisissum, ad eum affligendum, vt ius-  
tas ab eo inobediencie pœnas exigeret.

Tertiò, & verius alij censent fuisse diabolum,  
qui non tantum exterius vexauit Saulem, vt ve-  
xauit S. Iob; sed etiam interius eum possederit,  
eumque diris phantasmatibus, tristitiis, mærori-  
bus, anxietatibus, doloribus afflixerit, & per vices  
exagitari; hic enim propriè est & vocatur spiritus  
nequam: ab eo ergo possessus fuit Saul, factusque  
energumenus & demoniacus, ita vt per vices ab  
eo exagitatus deliraret, insaniret, fureret, vt au-  
diemus c. seq. v. 10. & seq. ita censent Iosephus, Ru-  
per. Isidor. Eucher. Lyran. Hugo, Abulens. Dion.  
Vatab. Serarius, Sanchez hic, & S. Gregor. lib. 2.  
Moral. c. 6. ac Theod. hic q. 38. *Cum diuinus, inquit,  
recessisset spiritus, locum est sortitus malus spiritus: sic  
cum Apostolica gratia Iudam reliquisset, in eum ingressus  
est diabolus.*

Porro, spiritus hic vocatur Domini, quia à Deo  
Sauli fuit immisissus vel permissus ad castiganda  
eius peccata. Sic Paulus 2. Corin. 2. fornicarium  
tradidit Satanæ. Audi S. Gregor. *Ideo idem spiritus, &  
Cornel. in lib. Regum.*

Melancho-  
licorum mi-  
sophoma-  
nia quo-  
modo cu-  
runt?

Domini appellatur, & malus: Domini per licentiam in-  
sta potestatis malus, per desiderium iniuste potestatis. Hæc  
enim potestas ex parte Dei punientis Saulem per  
diabolum, erat iusta; ex parte verò diaboli tyran-  
ni & tyrannicè Saulem exercuciantis, erat iniusta.  
Diabolus autem in Saulem nil poterat, nisi potes-  
tate à Deo accepta, qui illam limitarat, vt tantum  
& non amplius eum affligere posset; vt fecit in  
S. Iob.

PSALLAT MANV SVA, ET LEVIVS FE- VERS. 16.  
RAS.] Quomodo psallendo fugetur demon, di-  
cam v. 23.

FORTISSIMVM ROBORE ET VIRVM BELLI- VERS. 18.  
COSVM.] Rabbini apud S. Hier. in Quæst. & Lyran.  
censent Doeg Idumæum infensum Dauidi, hoc di-  
xisse & finxisse, scilicet hostiliter Dauidem lauda-  
se, vt illi, dum ante furentem Saulem staret, vitæ  
periculum crearet; sed necdum Dauidis virtus &  
fama adeò increbuerat, vt eum nosse & odisse  
posset Doeg. Hinc ergo paret Dauidem accepto in  
vñctione sua spiritu fortitudinis, illud fortitudi-  
nem suam eximiam exeruisse ad intuentium stu-  
porem, ac insignia quædam fortitudinis bellicæ  
opera edidisse; quæ qui viderunt, ad Saulem detu-  
lerunt, eique Dauidem commendarunt.

QVI EST IN PASCVIS.] Vide hic modestiam VERS. 19.  
Dauidis, qui licet iam vñctus esset in regem, ac de-  
stinatus Saulis successor, tamen illicò rediit ad oues  
suas, factusque est Opilio, æquè ac Saul vñctus li-  
cet in regem, rediit tamen ad suos boues & ara-  
tra c. 11. 5.

DAVID TOLLEBAT CITHARÀM, ET PËR- VERS. 23.  
CVTIEBAT MANV SVA, ET REFOCILLABATVR  
SAVL, ET LEVIVS HABEBAT.] quia scilicet exhi-  
larabatur musica, itaque minuebatur eius melan-  
cholia, indeque sequentes angores & præuæ ani-  
mæ passiones. Ad has enim mitigandas vel pel-  
lendas mirè valet Musica. Cassiodorus lib. 2. varia-  
rum c. 40. *Musica, inquit, tristitiam noxiam iucundat,  
tundos furores attenuat, cruentam scitiam efficit blan-  
dam, excitat ignauam soporantemq; languorem, vigilan-  
tibus reddit saluberrimam quietem, sanat mentis radium  
bonis cogitationibus semper aduersum.*

S. August. lib. 10. Confess. c. 33. asserit: *Omnes affe-  
ctus spiritus nostri pro sui diuersitate habere proprios mo-  
dos in voce & cantu, quorum nescio qua occulta familia-  
ritate excitentur.*  
Quin & Seneca ex Pythagora lib. 3. de ira cap. 9. *Musica ex-  
citât animi  
affectus.*  
Pythagoras, inquit, perturbationes animi lyra compone-  
bat. Quis autem ignorat lituos & tubas, concitantem  
esse; sicut quosdam cantus, blandimenta quibus mens re-  
soluatur.

Alepiades Medicus *ad h. id est* passiones mor-  
bosque animi Musica lenire ac sedare consuevit.  
Timotheus excellens fidicen, fides pullando Alex-  
andrum Magnum ita concitabat, vt ad arma pro-  
curreret. Vide Alexand. ab Alexandro lib. 2. Ge-  
nial. c. 17. *Græcorum ciuitates*, ait Martianus Capella,  
*sanxerunt vt animorum corporumq; morbi ad lyra modu-  
los curarentur. Vnde qui egyptis remedia præstabant, olim  
dicebantur præcinere, inquit Macrobius, & Xenocrates  
lymphatos carminum modulis à dementia liberauit. Pa-  
racelsus ait Ischiaticorum dolores lenibus tibiarum Phry-  
gia modulis sedari, tibicinemq; modulatè canentem vipe-  
rarum moribus mederi.*

Atque vt cetera fileam, illud quod Saulis per  
citharæ pullum curationi affine est, commemora-  
bo. Experientia continua & quotidiana Italos, præ-  
C c 3 ser-



Stupor ex tarantula morsu musca cithara.

David citharam pellis damonera qua vit Rep. 1.

ferrim in Apulia docuit & docet, eos quos mordit tarantula & stupefecit, vt lethargo correpti somnum lethalem dormiant ni euigilent, nulla medicorum arte excitari posse, nisi carmine modulato, quod in varios numeros & harmoniam flectunt, donec illam inueniant, qua morbo & stupori huic, quasi medela respondeat: illi deinde canendo insunt: excitatur aeger in vigiliam & tripudium, saltu sudorem elicit, itaque venenum omne dispellit, ac sibi mentique & sanitati restituitur. Miraculum hoc Musicae & carminis quis non admittetur?

Sed quid potuit Musica & cithara Davidis in demonem agitantem Saulem? Respondent Platonici, ac eos secuti Caiet. in c.2. ad Ephes. Aug. Niphus lib.3. de Dæmon. c.3. & sequen. Eugubinus lib.8. de perenni Phil. c.26. dæmones habere corpus aliquod subtile, ideoque Musicam audire, eaque commoueri. Verum hic iam est error. Certum est enim Angelos ac dæmones esse planè incorporeos, ac puros merosque spiritus.

Secundò, aliqui censent Deum posse subicere, imò de facto subicere dæmones nonnullis rebus corporeis, v.g. melodice, fumo iecoris. Tob.c.6. hyperico, rosmarino, &c. Ita Leuinus Lemnius, & Franciscus Valefius sacre Philof.c.28. Iecori piscis Tobia, inquit, virtus supernaturalis tributa est, illuminandi oculos Tobia; vi igni inferni tributa est vis torquendi dæmones; & aqua benedicta data est vis eisdem fugandi, & animam à culpis abluendi. Addit Valefius, aitque, Dicunt Exorcista nonnulli, pelles dæmones suffitu cornu ceruini, & cuiusvis stercoreis, presertim humanis; item ruta & hyperico; duobus prioribus, eò quòd se contemni non ferat, dæmon vapore superbisimus. Ego verò, inquit ipse, eos venisse in hanc opinionem puto, eò quòd Medici omnes referunt, illarum rerum suffitu epilepsiam manifestari. Statim ergo vt epilepticus illarum suffitum sentit, Epilepsia paroxysmo, membrorumque, omnium agitatione & iactatione corripitur, aut si eius paroxysmo iam laborat, ingrauescit: Exorcista verò illi hoc dæmoni tribuunt, eumque vitari aut manare. Rutam verò & hypericum salutare esse Epilepsie curande, patet ex eo quòd status abigant, qui cerebrum Epilepticorum agitant. Verum licet certum sit Deum posse subicere dæmones rei corporeæ, vt Musica; tamen incertum est, an de facto eos illi subiecerit.

Tertiò ergo, verius est, Dauidem psallendo fugasse dæmonem Saulis vi partim naturali, partim supernaturali. Naturali, quia Musica exhilarat, itaque pellit melancholiam, qua dæmon vtebatur ad Saulem cruciandum. Nullus enim humor magis quam hic, opportunus est dæmoni, vt homines vexet, tenet, incitetque ad mærorem, inuidiam, iram, desperationem. Quare dæmon qui agit per causas naturales, maximè vitur humore melancholico ad homines adigendum in angores, scrupulos, diffidentias, dissensiones, auersiones, odia, fixas, cædes, &c. Talis fuit Lunaticus ille à Christo curatus, qui cum Luna crescente melancholia & mania, magis agitabatur à dæmone. Matt.17.14.

Melancholia valde vitur dæmonibus.

Hinc Franc. Valefius S.Phil.c.28. Dæmones, ait, melancholicos inuadunt, aut melancholicos morbos hominibus inferunt; quia melancholicus succus maximè omnium paratus est, hominem in insaniam & desperationem adigere: quod maximè nequam illi spiritus exoptant. Humor enim melancholicus cor deprimit, grauatur, contristatur, ac cerebrum atra fuligine, quasi caligine obnubilat, vt per

eam omnia atra, tristitia, noxia, inimica, horrida videantur. Quocirca qui tentationes diaboli euadere cupit, caueat à melancholia; si à natura vel casu tristitiam habet, contra eam pugnet, omnibusque eius imaginationibus & suggestionibus, viriliter & constanter resistat. v.g. cum suspitiones, timores, angores, scrupulos ingerit, dicat: non credo vobis; vos enim proceditis à meo hoste, scilicet à dæmone & melancholia: falsa sunt, inepta, stulta, quæ mihi repræsentatis; contraria ergo, quæ vera sunt, apta, & prudentia amplectar. Sic enim dicimus illi, qui laborans vertigine putat omnia verti & gyrare: falleret amice, nihil gyratur nisi tuum cerebrum, eiusque vertigine quæ te gyrat, fit vt omnia quæ quiescunt, tibi gyris agitato gyri videantur. Hinc S. Antonius teste S. Athanasio aiebat, nihil effectius esse ad vincendo dæmones, quam latitiam spirituum: oret; Aequo animo est psallat. Hac de causa in officio diuino vitur Ecclesia cantu & musica, vt fideles excitet ad deuotionem, alacritatem, letitiam, quibus Deo seruiant, diabolo resistant, & ad omne opus virtutis alacres procedant. Id in se expertus S. Aug. initio conuersionis suæ sic ait lib.9. Confes. c.6. Quantum seui in hymnis & canticis tuis, suauis sonantis Ecclesie tue vocibus commotus acriter. Voces illa influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea astuabat inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat cum eis.

Et S. Basilus in Proœmio Psalmodum: Psalmiti, inquit, est prostrigendis dæmonibus ac depellendis quoddam amuletum, Angelice tutelæ conciliator, scutum securitatis inter timores nocturnos, diuoriorum requies laborum, infantium tutelaris protectio, consistorium in ætatis flore decus, & ornamentum, senum solamen. Denique mundus est mulieribus exornandis appositisissimus. Et nonnullis interiectis: Psalmus est animarum tranquillitas, arbiter inuenda pacis, cuius annutu exundantes ac tumultuarie cogitationes se contrahunt & conquiescunt, &c. Psalmus, est opus Angelorum, spirituale ephymia. Atque vt alios plures præteream; S. Ambr. Præfat. in Psalm. Psalmus, inquit, benedictio populi est; Dei laus, plebis laudatio, plausus omnium, sermo vniuersorum, vox Ecclesie, fidei canora confessio, auctoritatis plena deuotio, libertatis letitia, clamor incunditatis, letitia resuscitatio. Iracundiam mitigat, sollicitudinem abdicat, mærorem alleuat. Nocturna arma, diurna magisteria. Scutum in timore, festum in sanctitate. Imago tranquillitatis, pignus pacis atque concordie; cithara modo ex diuersis & disparibus vocibus vnâ exprimens cantilenam. Diei ortus psalmum resulat, psalmum resonat occasus.

Hac de causa Elisæus parans se ad excipiendam à Deo prophetiam, iussit adduci Psalter, vt eius psalmodia mens sua in Deum eleuaretur, aptareturque ad illuminationem diuinam 4.Reg.3.

Vis ergo naturalis musices & citharæ Davidis leniens melancholiam Saulis, consistebat in duobus. Primò, quòd diuenteret eius phantasmata à tristitium rerum cogitatione, ad attendendum lætis musices sonis & canticis. Secundò, quòd ipsa voluptas cantus eum exhilararet, itaque melancholiam abigeret vel minueret. Ita Lyran. Abulenf. Valefius, Sanchez, Serarius, & alij.

Verum potior vis huius citharæ erat supernaturalis; nimirum quòd Dauid citharæ pulsus mentem suam excitabat (æquè ac fuit Elisæus, vt dixi) vt feruentius oraret Deum pro Saulis salute: Vnde Deus eum exaudiens, ob Davidis feruentes preces

Vi supernatur. cithara.

Cithara typus crucis Christi.

ces & merita abigebat dæmonem à Saule, & Saulem sibi mentique restituebat. Ita Iosephus (qui addit Dauidem citharizando, psalmos recitasse) Theod. Lyran. Abulen. Serarius. Simili modo S. Franciscus Senensium animos in mutua odia à dæmone excitatos, per canticum solis (quod recensui Eccles. 43. v.2.) sedauit & ad pristinam concordiam redegit.

Allegor. Cithara repræsentat crucem Christi: si cutenim chordæ in cithara distenduntur, sic Christus distensus fuit in cruce. Audi Angelomum: Non enim illius tanta virtus erat, sed mysterium crucis Christi per lignum extensione neruorum mysticè gerebatur, in qua etiam passio cantabatur. Sic & Prosper parte 2. Prædic. c.25. Imò Angelomus, Bacherius & Beda censent, malum spiritum pulsus Saule virtute crucis Christi futuræ, cuius typus erat cithara Davidis; sicut Hebræi liberati sunt ab Angelo percutiente & Aegypto per sanguinem Agni Paschalis, qui erat typus sanguinis Christi in cruce immolandi.

Hinc S. August. Sermon. 3. de Tempore. docet citharam repræsentare carnem Christi. Audi eum: adhuc citharam respice, vt musicum melos sonis dulcibus reddat, tria pariter adesse videtur, ars, manus, & chorda; & tamen vnus sonus auditur: ars dicat, manus tangit, resonat chorda. Triâ pariter operantur, sed sola chorda personat quod audiatur: nec ars, nec manus sonum reddunt, sed eam chorda pariter operantur: sic nec Pater, nec Spiritus sanctus susceperunt carnem, & tamen cum filio pariter operantur, sonum sola chorda excutit, carnem solus Christus accepit; operatio in tribus consistit, sed quoniam ad solam pertinet chordam soni redditio, sic pertinet ad solum Christum carnis humane susceptio.

Idem August. in Psalm. 36. ad illa: Exurge Psalterium & cithara: In Psalterio, ait, chorda desuper sonum accipiunt, in cithara autem ex inferiore parte: sic per carnem suam duo genera factorum operatus est, miracula & passiones. Miracula desuper fuerunt; passiones de inferiori fuerunt. Illa enim quæ fecit miracula, diuina fuerunt, sed per corpus fecit, per carnem fecit. Caro ergo diuina operans, Psalterium est: Caro humana patiens, cithara est. Sonet Psalterium, illuminentur cæci, audiant surdi, fringantur paralytici, ambulent claudis, surgant egroti, resurgant mortui: iste est sonus Psalterij. Sonet & cithara: suriat, sicut, dormiat, teneatur, flagelletur, irrideatur, crucifigatur, sepe-liatur.

Hinc & sancti, qui vel martyrium subierunt, vel carnem mortificauerunt & vitium crucifixerunt, citharizant Deo in citharis suis Apocal. 14.2. Vide ibi dicta.

Symbol. Rupert. Per citharam accipit dulcedinem prædicationis Euangelij: hæc enim sua suauitate ad se rapuit omnes gentes. Mouit Amphion lapides canendo: multo magis faxea corda fregit Christus prædicando.

Tropol. Spiritus cithara est sermo lenis &

Tropol. cithara.

A blandus: item docta & pia concio vel exhortatio: adhæc psalmodia & oratio, quibus leniuntur & flectuntur ad pietatem diuæ, superba, irata & auaræ hominum mentes, iuxta illud Prou. 15. v.1. & 4. Responso mollis frangit iram; lingua placabilis, lignum vite. Vir mansuetus medicus est cordis. Et Eccl. 1.6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Sic de Iudæis Christum audientibus ait Lucas c.4. 22. Mirabantur in verbis gratia, qua procedebam de ore ipsius. Ita Angelomus: Cùm solus potentium, inquit, per elationem in furorem vertitur, dignum est, vt ad salutem mentis, locutionis nostræ tranquillitate, quasi dulcedine citharæ reuertatur. Idem iisdem verbis habet Eucherius.

B Denique qui tam in aduersis, quam prosperis Deum laudat, eique gratias agit, hic Deo & hominibus citharizat. Audi S. Aug. in Psalm. 32. Consiere Domino in cithara: sive tibi abundet aliquid, gratias age illi, qui dedit: sive tibi defuit, sive forte dæmo tibi auferatur aliquid, cithariza securus. Non est enim ille tibi ablati qui dedit; quamuis tibi ablatum fuerit quod dedit. Etiam sic, inquam, cithariza securus, certus in Deo tuo, tange chordas in corde tuo, & dic tamquam in cithara in inférieure parte bene sonante: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

RECEDEBAT ENIM AB EO SPIRITVS MA-  
DVS.] Videtur ergo dæmon, qui prius ad pulsam citharæ Davidis, remiserat de sua sæuitia vexandi Saulem, eodem pulsu sepius iterato & continuo tandem planè victus, à Saule recessisse. Pro reuerebat enim Hebr. & Græca habent; recessit, ideoque Saul iam sanatus, Dauidem ad Patrem Iesse domum remisit. Vnde cap. sequenti Saul Dauidem ad se redeuntem non agnouit, sed parta à Dauide contra Goliath victoria, audiens populum illi acclamare: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia; inuidia & odio in eum exardescens, rursum à dæmone agitari cepit, vt patet cap. 18. 10. nec deinceps cessauit. Sed postea iterum post ab eo liberatus legitur; quia Dauidem, quasi æmulum, euitque citharam amplius non ferebat.

Potè, Dauid à Saule dimissus, ad Patrem & oues suas rediit; non eò quòd immineret bellum Sauli à Philisthæis, vt ait Ioseph. & Abulenf. sed quia Saul iam curatus, Dauide non egebat; ac Dauid magis caulam, quam aulam, id est vitam priuatam, quam aulicam diligebat. Tunc verò, ait Chryf. hom. in Psalm. 50. Dauid adolescens ciuitates quidem ac turbas aufugens, per eremum verò philosophatus nihil commune secularium habens, non negotiationes, non facerationes, non aliquid difficile mundi huius, sed & parua ætate in deserto silentij habitabat; & sicut in portu tranquillo, in eremo sedens & ouium curam habens, regnum caeleste meditabatur: ac non robore corporis, sed virtute fidei viros & leones gregem suum inuadentes occidebat, vt ipse ait c. seq. v. 35. & 36.

Saul liberatus à dæmone per citharam Davidis.

Sed postea iterum post ab eo liberatus legitur.

## CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**D** bellum Davidis cum Goliath, in quo David eum funda v. 49 prostravit, & gladio proprio caput amputavit. Vnde fugiunt v. 52. Philisthai, ac cadunt eos insequentes Hebraei. Denique v. 57. Abner Davidem triumphantem & manu gestantem caput Goliath ad Saulem deducit.

1. **C**ongregantes autem Philisthim agmina sua in praelium, conuenerunt in Socho Iudæ: & castrametati sunt inter Socho & Azeca, in finibus Dommim.  
 2. Porro Saul & filij Israel congregati venerunt in Vallem Terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthim.  
 3. Et Philisthim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte: vallisque erat inter eos.  
 4. Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum, nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmi: 5. & cassis ærea super caput eius, & lorica squamata induebatur. Porro pondus lorice eius, quinque millia siclorum æris erat: 6. & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. 7. Hastile autem haste eius, erat quasi licitorium textentium. Ipsum autem ferrum haste eius, sexcentos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. 8. Stansque clamabat aduersum phalngas Israel, & dicebat eis: Quare venistis parati ad praelium? Numquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. 9. si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui: si autem ego præualuero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. 10. Et aiebat Philisthæus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie: Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. 11. Audiens autem Saul, & omnes Israelitæ, sermones Philisthæi huiusmodi, stupebant, & meruebant nimis. 12. David autem erat filius viri Ephrathæi, de quo supra dictum est, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex, & grandæuus inter viros. 13. Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in praelium: & nomina trium filiorum eius, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertiusque Samma. 14. David autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem, 15. abiit David, & reuersus est ad Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem. 16. Procedebat verò Philisthæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus. 17. Dixit autem Isai ad David filium suum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, 18. & decem formellas casei has deferes ad tribunum: & fratres tuos visitabis, si rectè agant: & cū quibus ordinati sunt, disce. 19. Saul autem, & illi, & omnes filij Israel in Valle terebinthi pugnabant aduersum Philisthim. 20. Surrexit itaque David mane, & commendauit gregem custodi: & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locū Magala, & ad exercitum, qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. 21. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philisthim ex aduerso fuerant præparati. 22. Derelinquens ergo David vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat si omnia rectè agerentur erga fratres suos. 23. Cumque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorum: & loquente eo hæc eadem verba audiuit David. 24. Omnes autem Israelitæ, cū vidissent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. 25. Et dixit vnus quispiam de Israel: Num vidisti virum hunc qui ascendit? ad exprobandum enim Israeli ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, dabit rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. 26. Et ait David ad viros qui stabant secum, dicens: Quid dabitur viro, qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis enim est hic Philisthæus incircūcisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? 27. Respondebat autem ei populus eundem sermonem, dicens: Hæc dabuntur viro, qui percusserit eum. 28. Quod cū audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cū aliis, iratus est contra David, & ait: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiā tuam, & nequitiam cordis tui: quia ut videres praelium, descendisti. 29. Et dixit David: Quid feci? numquid non verbum est? 30. Et declinavit paululū ab eo ad alium: dixitque eundem

dem sermonē. Et respondit ei populus verbum sicut prius. 31. Audita sunt autē verba, quæ locutus est David, & annuntiata in conspectu Saul. 32. Ad quem cū fuisset adductus, locutus est ei: Non concidat cor cuiusquam in eo: ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersum Philisthæum. 33. Et ait Saul ad David: Nō vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersum eum: quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. 34. Dixitque David ad Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: 35. & persequabar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebā mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. 36. Nam & leonem & vrsū interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircūcisus, quasi vnus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi: quoniam quis est iste Philisthæus incircūcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viuentis? 37. Et ait David: Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad David: Vade, & Dominus recum sit. 38. Et induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica. 39. Accinctus ergo David gladio eius super vestem suam, cepit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat cōsuetudinem. Dixitque David ad Saul: Non possum sic incedere, quia non vsum habeo. Et deposuit ea, 40. & tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit: & processit aduersum Philisthæum. 41. Ibat autem Philisthæus incedens, & appropinquans aduersum David, & armiger eius ante eum. 42. Cumque inspexisset Philisthæus, & vidisset David, despexit eum. Erat enim adolescens rufus, & pulcher aspectu. 43. Et dixit Philisthæus ad David: Numquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus David in diis suis. 44. dixitque ad David: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli & bestiis terræ. 45. Dixit autem David ad Philisthæum: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti 46. hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthim hodie volatilibus cæli, & bestiis terræ: ut sciat omnis terra, quia est Deus in Israel. 47. Et nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus: ipse enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. 48. Cū ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra David, festinauit David, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi. 49. Et misit manum suam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & circumducens percussit Philisthæum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. 50. Præualuitque David aduersum Philisthæum in funda & lapide, percussitque Philisthæum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu David, 51. cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eum, præciditque caput eius. Videntes autem Philisthim, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. 52. Et confurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos vsque dum venirent in vallem, & vsque ad portas Accaron, cecideruntque vulnerati de Philisthim in via Saraim, & vsque ad Geth, & vsque ad Accaron. 53. Et reuertentes filij Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos, inuaserunt castra eorum. 54. Assumens autem David caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalem: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. 55. Eo autem tempore, quo viderat Saul David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ: De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitque Abner: Viuit anima tua, rex, si noui. 56. Et ait rex: Interroga tu, cuius filius sit iste puer. 57. Cumque regressus esset David, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu. 58. Et ait ad eum Saul: De qua progenie es, o adolescens? Dixitque David: Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

**VERS. 4.** **E**T EGRESSVS EST VIR SPURIUS.] Pro spurio A Secundo, alij *benaim* vertunt: *instar duorum*; Goliath enim tam magnitudine quam robore par erat duobus: Vnde Sept. vertunt: *διωατος*, id est, potens.  
 Tertio, rectè noster vertit: *Spurius*. Nam *benaim*, cū sit duale, ad verbum idem est quod, *inter duos*, scilicet patres conceptus, cuius, scilicet pater

pater est incertus; qui olim S.P. id est, sine patre, A scilicet certo dicebatur; ideoque spurius, ait ex Plutar. Sigonius in nomin. Roman. Quia enim futuri forniciorum amores solent esse vehementes & ardentes, idcirco totos se suaque in generatione effundunt, ac procreant gigantes & monstra. Hæc enim originis gigantum fuit causa, vt dicit Genes. 6. Audi S. Ildor. lib. 9. origin. cap. 5. hæc spurio cyma dantem. *Nobis dicitur, qui de patre nobili & matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen Græcum, & in latinitate deficit. Huic contrarius est spurius, qui de matre nobili & patre ignobili nascitur. Idem spurius patre incerto, matre vidua genitus: velut, tantum spurij filius, quia muliebrem naturam veteres spurium vocabant, velut *ἄσπερος*, hoc est feminis non patris nomine. Eisdem & fruonios appellabant: quia quædam animalia sanonio spiritu hauslo concipere existimantur. Vnde & ij qui non sunt de legitimo matrimonio matrem potius quam patrem sequuntur. Latine autem spurij, quasi extra puritatem, id est quasi immundi.*

Sputius ergo à *σπείρειν*, id est seminare dicitur, ed quod de patre nil habeat nisi semen. Porro Rabbini aiunt vel potius fingunt Goliath ex Orpha prognatum, Dauidem ex Ruth. Idem asserit Philo in Antiq. Biblicis, sed hic est Pseudophilo, & Prudent. in Hammartig. Vide dicta Ruth.

NOMINE GOLIATH.] Goliath Hebr. idem est quod *captiuitas, transmigration, reuolutio*, ait Pagnin. Aprè: Nam ipse captus & cæsus à Dauide, causa fuit quod Philisthai socij sui caperentur & cæderentur ab Hebrais, itaque victoria & imperium à Philisthaiis transfiraret & reuolueretur ad Hebræos, primos Philisthaeorum dominos.

ALTIUDINIS SEX CVBITORVM ET PALMI.] Erat enim de stirpe gigantum, ait Nazianz. Orat. 30. & Philastr. Hæreh. 39.

VERS. 5. ET LORICA SQVAMATA INDVEBATVR.] Regia legunt: *hamata*, sed legendum cum Roman. Chald. Vatablo & Pagnino, *squamata*, id est squamis æreis operta & tecta, ait Vatab. Sept. tamen vertunt: *hamata*, id est hamis, id est catenulis cõtexta, de qua Virgil. 3. Æncid.

Loricam confortam hamis, auroq. trilecem. Porro 2. Reg. v. 19. dicitur Adeodatus Bethlehemitis percussisse Goliath Gethæum, cuius hastile erat quasi liciatorium rezentium. Vbi Chald. Raban. Lyran. Glossa & Rabbini per Adeodatam accipiunt Dauidem, vt sit eadem historia & pugna cum hac quæ hoc capite describitur.

Meliùs Iosephus, Abul. Serarius & alij censent esse diuersam, eò quod 1. Paral. 20. 5. Adeodatus dicatur percussisse fratrem Goliath: quare sicut Dauid percussit Goliath, sic Adeodatus vnus ex fortibus militibus Dauidis percussit fratrem eius, qui pariter vocabatur Goliath; aut certe dicebatur Goliath, quia proceritate & robore, æquæ ac superbia & audacia similis erat Goliatho Dauidis. Sic vulgò dicimus de viro forti: Ille est alter Samson, vel alter Hercules.

VERS. 7. HASTILE AVTEM HASTÆ EIVS ERAT QVASI LICIA TORVM (Chald. & Vatab. quasi iugum) TEXENTIVM.] Licia vocantur fila quibus in pannis textores implicat & intextum stamina, idque circa lignum crassum, quod ab iis liciatorum dicitur vel *ingui*, eò quod textores telâ illi iungat & circa illud conuoluat. Vnde Ouid. 6. Metam. *Tela iugo est iuncta.*

Etymon Goliath.

Loricam squamata quæ?

Adeodatus qui Goliath percussit, non fuit Dauid.

ELIGITE EX VOBIS VIRVM, ET DESCENDAT AD SINGVLARE CERTAMEN.] Subinde licet bellum veterè in duellum: cum id publica auctoritate fit, vt vnus cæde multorum strages redimatur. Sicut Romani bellum cum Albanis veterunt in duellum trium Horatorum cum tribus Curiatidis, vtrinque ter geminis fratribus. Vide Theologos de bello & duello differentes. Verum Goliath hic iniquè & ex fastu duellum hoc ambiuit, & ad illud singulos Hebræos prouocauit, confusus sua proceritate, robore & armatura, putans neminem sibi posse æquari vel resistere: quare merito Deus eius fastum frauit per Dauidem: vt sæpe in duellis prouocantes iusto Dei vindicis iudicio succumbunt & cæduntur. Sic Radulfus Dux Curmiensis, iniuste inuadens Boëmiam, eius regem S. Wenceslaurum prouocauit ad duellum: acceptauit illud rex sanctus, vt bellum duello, & populi periculum suo vnus redimeret. Dum ergo equum conscendit, vidit eum aduersarius ille ab Angèlo hastam porrigi, se verò hac voce cælesti moneari: *Noli ferire: quo viso petteritus, ex equo desiliit, ad pedes S. Wenceslai prociuit, veniam petiit, quam ei rex misit, ad parcendum quam ad vincendum pronior illicò indulit. Ita habet eius vita & Æneas Sylvius c. 15. Boëmæ. Audi S. Ambros. lib. 1. offic. c. 35. Nannquam Dauid nisi læsesitum bellum intulit. Itaque prudentiam, fortitudinem comitem habuit in prelio. Nam & aduersus Goliath, immani mole corporis virum singulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis lacertis magis quam alienis integumentis nititur. Deinde emittis, quod grauius feriret, iclu lapidis hostem interemit: postea nunquam nisi consulto Domino bellum aduersus est. Idem in omnibus victor prelio vsque ad summam senectam manu promptus, bello aduersum Titanas suscepto, ferocibus bellator miscbatur agminibus, gloria cupidus, incuriosus saluti.*

Duellum, Venceslai Boëmia Regu.

ABIERYNT AVTEM TRES FILII HVS MAIORES POST SAUL IN PRÆLIVM.] Ergo Saul iam per Dauidem citharizantem liberatus: erat à spiritu malo: alioqui enim nec inisset ad prelium, nec Dauidem à se dimississet.

ACCIPERE FRATREBUS TVIS EPHI POLENTÆ, & C.] id est vt Chald. & Vatab. Et decem casos lactis; ex lacte enim coagulantur casei in formas rotundas vel quadratas, quæ formelle vocantur.

Allegor. S. Aug. Serm. 197. qui est de Dauide & Goliath, totum hoc caput & duellum explicat de Christo duellante cum diabolo: *Isai, inquit, gessit typum Dei Patris. Isai misit Dauid vt requireret fratres suos; & Deus Pater misit vngentum suum, ex cuius persona scriptum est: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Ad requirendos enim fratres suos venerat Christus, quando dicebat: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Et paulò post: Venit ergo Dauid cum tribus mēsuris, & decem formellis castis, vt fratres suos in prelio positos visitaret; quia venturus erat Christus cum Decalogo legis & mysterio Trinitatis, vt genus humanum de potestate Diaboli liberaret.*

ET CVM QVIBVS ORDINATI SVNT DISCE.] Hebr. *עֲרֻבָתָם* arubbatam, id est missionem eorum accipe, hoc est cognosce cum quibus misit & sociati sunt. Fortè Noster pro *עֲרֻבָתָם* arubbatam, legit vicinū *עֲרֻבָתָם* arucbatam, id est ordinem eorum. vnde vertit: *Cum quibus ordinati sunt disce.* Septuag.

QVIBVS INDIGEANT COGNOSCE. Chald. bonitatem eorum asser. Pagn. Pignus eorum tolle, id est redime. Vatab. *Affer quaedam diuersi generis (quasi misit) qua illis tradas.*

QVIBVS INDIGEANT COGNOSCE. Chald. bonitatem eorum asser. Pagn. Pignus eorum tolle, id est redime. Vatab. *Affer quaedam diuersi generis (quasi misit) qua illis tradas.*

VERS. 20. ET VENIT AD LOCVM MAGALÀ.] Locus ita dictus quasi: *Castrorum vallum à circulari forma huius agor*, enim significat rotundum siue circumvallum; vel à curruum ambitu: hisce enim vallare solent castra, ac cultus rotundis siue circularibus aguntur rotis. Vnde Sept. vertunt: *Et venit in rotunditatem Chald. venit in castra, Vatab. venit in vallum castrorum.*

QVIS ENIM EST HIC PHILISTHÆVS INCIRCVMCISVS, QVI EXPROBRAVIT ACIES DEI VIDENTIS.] Ecce iam spiritu Dei impellente Dauid paritur monomachiam cum Goliath; vt honorem tum Dei, tum Israelis tueatur. Vnde S. Ambros. in Psal. 118. Serm. 17. *Dauid, inquit, petteritis omnibus, aliohyli impetum luse, & singulari certamine summam belli & totius prelij pondus excepit, virtute sua solus commune crimen resellens, & totius reorquens in hostem plebis opprobrium. Et Serm. 18. docet Dauidè hic prælusisse Christo: Gerebat enim typum eius, inquit, qui quasi despectus venturus esset in terras, & sine legato, sine adiutore, sine nuntio totum populum mundi huius, crucis sue prelio liberaret: cui applaudent animæ sanctorum per baptismatis Sacramenta renouata, quod verum illum Goliath reuelatum nobis ac proditum, verbi sui gladio trucidasset. Lacet igitur verus Goliath humilitate filij Dei stratus, amissit caput quod in multas artes vertebat & fraudes. Psallunt secuta iam animæ, quæ ante peccatorum suorum tormenta a desebant. Dicunt tympanis: hoc est corporibus suis peccato mortuis resistentes: Saul triumphauit in millibus, Dauid in decem millibus. Rex ille durus indignatur, & irasitur diabolus, eò quod cernerent inuencula: quia dyrtitia filius paucos decepit, Christus totum mundum redemit.*

QVOD CVM AVDISSET ELIAB FRATER EIVS MAIOR, & C. IRATVS EST CONTRA DAVID, & C.] Vele prudentia humana arguens Dauidis iuuentis curiositatem, superbiam & temeritatem, quasi qui monomachiam cum gigante ambiret; vel id ipsum faciens ex quadam emulatione vel iniuidia, ait Theodor. Vnde Allegor. S. August. Serm. 197. iam citato: *Frater iste senior, inquit, qui Dauid typum Christi gerebant per malitiam increpauit, significauit populum Iudeorum qui per iniudiam Christo Domino, qui pro salute humani generis venerat, detraxerunt, & multis frequenter iniurijs assecerunt. Quare, inquit, dimissisti oues illas & venisti ad prelium? Quasi non tibi videretur per os eius saluti hominum inuidens diabolus loqui: tamquam si diceret Christo: Quare dimissisti nonaginta & nouem oues quæ non errauerunt, & venisti vt vnâ requireres quæ perierat, & eam de manu spiritualis Goliath, id est de potestate diaboli per crucis baculum liberatam ad vtile proprium reuocares: Quare, inquit, dimissisti oues paucas illas?*

NVMQVID NON VERBUM EST? q. d. Non quæ bellare, vt me videris arguere quod ea de causa oues deseruerim, sed tantum sermocinor de communi rumore & loquela, quæ in omnium ore circa hunc giganteum versatur. Ita S. Chryl. hom. 46. in Genes. *Vide, ait, huius prudentiam & mansuetudinem: Nihil temerarium vel asperum iis loquitur, sed reprimens eorum flammam & demulcens inuidiam inquit: Numquid, inquit, vidisti me arma arripere? Numquid vidisti me adordinari ceteris in acie? Tantum videre volui & interrogare, vnde tantum huic infamiae*

AVDITA SVNT AVTEM VERBA QVÆ LOCVTVS EST DAVID] inquirens de premio vincens Goliath; vnde illa audientes cognoscebant eius animositatem & desiderium duellandi cum Goliath illi à Deo immisissim; ideoque rem totam annuntiarunt Sauli, qui Dauidem videns & audiens tanto animo ad duellum cum gigante se offerentem, agnouit in eò aliquid inesse cæleste & diuinum. Nam vt ait S. Chryl. hom. de Dauide & Saule; Dauid non ex superbia vel temeritate, sed accensus zelo & patriæ charitate ad barbarum currit.

NAM ET LEONEM ET VRSVM INTERFECIT.] Allegor. S. August. Serm. 197. *Dauid, id est Christus tuhc leonem & vrsum strangulauit, quando ad inferna descendens omnes de eorum faucibus liberauit. Denique audi prophetam ex persona Domini supplicentem: Erue à fræmca animam meam, & de manu canis vnica meam: libera me ex ore leonis. Et quia vnus in manu fortitudinem habet, & leo in ore, in istis duabus bestiis idem diabolus figuratus est. Hoc ergo ex persona Christi dictum est, vt vnica eius Ecclesia de manu, id est de potestate, vel de ore diaboli tolleretur.*

Tropol. Abbas Præmen rogatus à quodam tentato spiritu fornicationis, vt daret sibi remedium, respondit illud Dauid 1. Reg. 17. *Quia leonem quidem percutiebam, nam & vrsum frequens suffocabam. Hoc autem ita intelligitur, quia furorem ab animo meo abscondebam, fornicationem autem in laboribus affigebam. Ita Rufinus in vitis Patr. lib. 3. num. 16.*

ET INDVIT SAUL DAVID VESTIMENTIS SVIS.] Videbat enim tantos Dauidis animos non posse esse nisi à Deo: illum ergo à Deo agiad hoc duellum censebat. Hinc patet Dauidem procero fuisse corpore; alioqui enim proceri Saulis vestes & arma illi aptari nequiuissent. Minus enim congruum est quod ait Lyran. Serarius & alij, vestes has dici Saulis non quod essent ipsius, sed quod ex vestuario eius essent depromptæ. Peius Rabbini fingunt Deum vestes Saulis adaptasse corpori Dauidis. Fecit hoc Saul; vt Dauidem honoraret & animaret ad duellum.

ET TVLIT BACVLVM SVVM, & C. ET ELEGIT SIBI QVINQVE LIMPIDISSIMOS LAPIDES DE TORRENTE, ET MISIT EOS IN PERAM PASTORALEM.] quali vti solent pastores, vt in ea reculas suas recondant. Minus aprè ergo S. Chryl. S. August. & Rupert. pro *peram* vertunt *stulam* siue *multèram* lactis, in qua pastores solent mulgere lac ex ouibus; Ad quid enim *multèra* in hoc duello?

ET PROCESSIT ADVERSVM PHILISTHÆVM.] Dauid hominibus videbatur inermis; sed gladio diuinitatis erat armatus, ait S. Ambr. ser. 88.

Allegor. S. August. Serm. 197. *Dauid, inquit, gessit typum Christi. Quis enim contra Goliath, id est diabolum pugnare poterat, antequam Christus Dominus genus humanum de potestate diaboli liberaret? Dauid enim interpretatur manu fortis. Quid eò fortius, fratres, qui vnus vnus mundum vicit armatus non ferro sed ligno? Stabant ergo filij Israel contra aduersarios quadraginta diebus. Quadraginta dies propter quatuor tempora & quatuor partes orbis terre, vitam presentem significam, in qua contra Goliath & exercitum eius, id est contra diabolum & angelos Christianorum populus pugnare non desinit. Nec tamen vincere posset, nisi verus Dauid Christus cum baculo, id est cum Crucis mysterio descendisset. Et post nonnulla: Venit ergo Christus & alligauit diabolum. Sed dicit aliquis: Si alligatus est, quare adhuc latuit?*

VERS. 20.

VERS. 38.

VERS. 40.

D

Quæ-



ium preualer? Verum est fratres charissimi, quia multum preualer, sed tepidus & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur: alligatus est enim tamquam innoxius canis catenis, & neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate conuinxerit. Iam videte fratres, quam stultus est homo ille quem canis in catena posuit mordere. Tu te illi per voluntates & cupiditates facilli noli coniungere, & ille ad te non presumat accedere: latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit. Et mox: Dauid tulit baculum, Christus portat crucem.

Tropol. S. Bernard. serm. in Domin. 4. post Penecosten: per quinque lapides Dauidis accipit quinque virtutes, quibus prosternimus Goliath, id est mentis elationem, nimirum comminationem pœnarum, promissionem prœmiorum, dilectionem Dei, imitationem sanctorum, & orationem.

Hinc rursum S. August. in Psalm. 33. Conc. 1. Quod Dauid, ait, prostravit Goliath, Christus est qui occidit diabolum. Quil est autem Christus, qui diabolum occidit humilitas occidit superbiam. Et mox: Piam enim nobis fecit per humilitatem quia per superbiam recesseramus a Deo, redire ad Deum, nisi per humilitatem non poteramus, & quem nobis praeponeremus ad imitandum non habebamus. Omnis enim mortalitas hominum superbi, à tumuerat. Et si existeret aliquis humilis vir in spiritu, sicut erant Prophete, Patriarcha, dedignabatur genus humanum imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari hominem humilem, Deus factus est humilis: ut vel sic superbia generis humani non dedignaretur sequi vestigia Dei.

VERS. 42. DESPEXIT EVM: ERAT ENIM ADOLESCENS RUFVS ET PVLCHER ASPECTV. Despexit Goliath Dauidem, quia ipse erat adolescens, ac penè inermis & pulcher. Despexit ergo eius aetatem, arma & pulchritudinem. Estimabat eum imbellem, eò quòd esset tam pulcher. Bellicosi enim solent esse vultu martio & feroci, non eleganti & pulchro. Vnde Isidorus Clarius: Despexit, inquit, eum quòd non esset vir bellicosus, & pugnis assuetus: nam cernebat eum iuuenem rubicundum, & pulchro aspectu; quales Martiales homines esse non solent, quos radij solares & assidua defatigatio deformes reddunt.

Hinc Tertul. bellum Mellæ de quo dicitur Psalm. 44. 4. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, lib. 4. contra Iudæos c. 9. probat fore spirituale non corporale, eò quòd præcessit v. 3. Spectiosus forma præ filiis hominum. Valde autem, ait Tertul. absurdum est, si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris & laborum gratia blandiebatur.

Vnde Seneca in Hippolyto: Quam grata est, inquit, D species torua viriliter. Aristot. in Ethicis, ait primam pulchritudinis partem esse, ut corpus aptum sit ad ferendos labores: additque requiri quandam in vultu ferociam, ut hostibus terribilis videatur, qualem in Alexandro Magno fuisse docet Rhodiginus lib. 9. c. 2. 4. qualem Cicero lib. 1. de officiis vocat, dignitatem virilem: ac talem in Dauide fuisse, & cum aetate bellique quæ assidue gessit creuisse non est dubium, ut patet ex hoc conflictu cum Goliath, & magis patebit ex sequent. Præstantissima forma, ait Euipeides: digna est imperio. Sicut enim deformitas in Iuliano Apostata, ut refert D Greg. Nazian. orat. 4. contra illum; & in Caligula, Othone, Galba & similibus, ut refert Tranquillus, non obscure prodidit illos pessimos fore Imperatores, ita

Pulchritudo maritima quæ?

A planè dignitas & liberalitas formæ eos optinò imperatoris præmonstrauit. Nam de Iulio Casare, Colore fuisse candido, cerevis membris, ore plenore, vegetisq; oculis. De Augusto, Forma fuisse eximia & per omnes ætatis gradus venustissima. De Tito Vespasiano, Forma egregia, & cui non minus auctoritatis inesset, quam gratiæ, testatur Suetonius in eorum vitis. Idem de Alexandro scribit Plutarch. Polybius lib. 4. laudat Philippum Macedoniæ regem, Alexandri parentem ab specie atque egregio aspectu, addens, non facile fuisse regem reperire pluribus naturæ doriibus ornatum. Et de Scipione Plutarch. in eius vita: Erat, inquit, Scipio animo alisq; virtutibus vehementer excellens, sed præstantiori etiam pulchritudine oris, totiusq; corporis forma conspicuus, læta atque hilaris fronte: quæ plurimum valent ad gratiam conciliandam. Pacatus in Panegyri. ad Theodosium: Augustissima,

B inquit, quæq; species plurimum creditur habere è calo. Et subdit: Virtus tua meruit imperium, sed virtuti addidit forma suffragium: illa præstitit, ut oporteret te Principem fieri; hæc ut deceret.

NVMQVOD CANIS EGO SVM? quasi dicat, ait S. Chrysost. hom. 46. in Genes. Putasti te adhuc apud omnes esse, & canes quosdam persequi? & ita contra me, quasi contra canem instrumentis illis instructus in pugnam venisti? statim experientia discas non tibi cum homine vulgari bellum esse.

Sed verè Goliath impudentia, infidelitate, purcicia erat canis; ideoque vt canis lapide percussus est à Dauide. Audi S. Paulin. natali 5.

Ille gigas pueri funda pastoris obicit Vt canis.

ET MALEDIXIT PHILISTHÆVS DAVID IN DIIS SVIS,] dicendo v.g. perdant te Dij nostri, percutiat te noster Dagon. Porò Dauid, ait Basil. Seleu. Orat. 15. hinc animos & omen victoriæ capiebat dicens: Maledicam inimici linguam victoria pi-gnus teneo: tum quia maledicos punire, tum quia Deos gentium humiliare solet Deus cum suis cultoribus.

DIXIT AVTEM DAVID AD PHILISTHÆVM: TV VENIS AD ME CVM GLADIO, ET HASTA ET CLYPEO; EGO AVTEM VENIO AD TE IN NOMINE DOMINI EXERCITIVM. Hinc patet Dauidem à Deo impulsum suscepisse hoc duellum; alioqui enim temerè iuuenis giganti, inermis armato, imbellis bellicoso se opposuisset. Ita Ioseph. Theodor. & alij. Deus ergo illi animos æquè ac vires indidit, ac spem certam victoriæ. Vnde subdit Dauid:

ET DABIT TE DOMINVS IN MANV MEA,] q. d. Idcirco planè inermis tibi armato occurrò, ut ostendam me vno Deo niti, & in eo omnè victoriæ spem reponere, quòd scilicet ipse te adeò elatum mea manu percutiet & occidet. Sic, sic, ait S. August. serm. 5. de verbis Apostoli: aliter non, omnino aliter non prosternitur inimicus. Qui pugnat viribus suis, antequam pugnet ipse prosternitur. Hæ voces Dauidi inermi victoriam & regnum pepererunt. Vnde Basil. Seleuc. orat. 15. exclamat: O plenas amoris diuini voces, vel ante victoriam potius victoria! O qui palati fecisti fidem ad pugnam armis non indigere! O qui in te ipso palam fecisti fidei vim! tales animas legere nouit gratia: quare & cura gregis distentum vocant ad regnum.

Audi S. Chrysof. hom. de Dauid & Goliath. Dauid dixit ad eum: Tu venis ad me fidens in gladio, ego in Deo; tu terrenis dimicas, ego celestibus pugno; tu in lancea, ego in sile; tu in clypeo, ego in pace; tu venis ad me in armorum virtute, ego in potentissimo genitore. Denique

VERS. 43

Goliath erat canis

VERS. 46

171

in te tua arma vertentur, in te tuus gladius exercetur. Dei est enim hac pugna, Dei erit & ipsa victoria.

Porò Iosephus 6. Antiq. c. 10. Dauidem Goliath dixisse ait: Tu me innadus hastâ tuâ conuisus, & thorace & gladio: mihi verò pro armatura Deus est, qui de ac tuum exercitum hodie nostris manibus deleturus est. Nota ad mihi verò pro armatura Deus est. Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8.

VERS. 49. PERCVSSIT PHILISTHÆVM IN FRONTE: ET INFIXVS EST LAPIS IN FRONTE EIVS, ET CECIDIT IN FACIEM SVAM SVPER TERRAM. Chald. Percussit Philisthæum super domum oculorum eius, & infixus est lapis in domo oculorum eius, & cecidit super narium suam in terram. Ergo Goliath galea sua texerat caput, sed non frontem, præsertim quia Dauidem quasi inermem despiciebat; aut si eam texerat, tam validè Dauid roboratus à Deo lapidem vibrauit, vt galeam perfringeret.

Hinc patet Primò, Dauidem fuisse insignem fundibularium: petit autem frontem Goliath, quia eâ perfractâ lædebat cerebrum Goliath, à quo omnis spiritus, motus & sensus manat: itaque fecit eum quasi exanimem & stupidum in terram corruere. Patet secundò, scilicet hunc Dauidis adeò fuisse validum, vt lapis frontem Goliath terebraret & cerebrum feriret: inde enim quasi motu & sensu delicturus cecidit. Ita Abulen. Et Prudentius in Psychomachia.

Traiectumq; caue, cerebravit vulnere frontem. Patet tertio, primo vnus lapidis ictu Goliath corruisse. Minus ergo benè Glossa & Hugo censent, Goliath ternis lapidibus & ictibus à Dauide prostratum fuisse, vt trinam Christi à diabolo tentati repulsam & victoriam repræsentaret. Addit Chald. Rabbini & Philo, vel potius Pseudophilo in Antiq. Biblicis Dauidem lapidi quo percussit Goliath, inscripsisse nomen Dei & Patriarcharum: Verbis Panthaleon Chortophylax Ecclesiæ Chonenis Hom. de S. Michael e (extrat apud Surium in festo S. Michaelis) asserit Archangelum Michaelèm quasi præfidem Synagogæ & protectore Israël, æquè ac Dauidis regis, per eum percussisse Goliath.

Mythicè S. August. serm. 197. de Tempore: Vide, ait, fratres, vbi Dauid Goliath percussit, in fronte hinc vbi crucis signaculum non habebat. Sicut enim baculus, crucis typum habuit, ita etiam & lapis ille de quo percussus est, Christum Dominum figurabat. Ipse est enim lapis vnus, de quo scriptum est: lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Et inferius Tropologiam afferens: Quod verò, inquit, in fronte percussus est, hoc significat, quod modò in nostris compentibus exercetur, quia quædam Cathecumenus in fronte signatur, spiritibus Goliath percuitur, & diabolus effugatur.

Idem August. hom. 31. inter 50. in fine: Goliath, inquit, de viribus suis superbus, elatus, inflatus, primò totum victoriam vnuerfa parvis suis in se vno constituit. Et quia omnis superbia habet impudentiam frontis, in ipsa fronte lapide veniente deiectus est. Euacuata est frons, quæ habebat impudentiam superbiæ suæ, & vicit frons quæ habebat humilitatem crucis Christi. Propterea & nos signum ipsum crucis in fronte portamus, quia illud intelligimus. Ita S. August. ista homil. cuius titulus est: de Monomachia Dauidis & Goliath.

Tropol. Duellum Dauidis cum Golia repræsentat lucem spiritus cum carne, qui scilicet carnem suâ lapide austeritatis deficit, & gladio mortificationis caput illi abscondit ne prærit, sed subsit. Vnde S. Chrysof. Goliath vocat, turrim car-

Cornel. in lib. Regum.

neam. Rursim subigit sibi frontem, quia in frontis animi indoles & passionis; ac præsertim superbia impudentia & feritas cernitur. Vnde Aristot. lib. 1. de hist. anim. c. 8. Quibus, ait, frons magna est, sunt segnes: quibus parua, mobiles: quibus læta, mentemoueri idone: quibus rotunda, iracundi. Eadem penè ad verbum habet Plinius lib. 11. c. 52. qui & c. 37. addit: Frons & alis (animalibus) sed homini tantum tristitia, hilaritatis, elementia, feritatis index. Denique spiritus validus subigit sibi cerebrum sub fronte lætes, quod est officina omnis prauæ cogitationis & concupiscentia.

ET TVLIT GLADIVM EIVS, &c. PRÆCIDIT. QVÆ CAPVT EIVS. Dauid ergo Goliath suo ipso gladio peremit. Eò gloriosior fuit eius victoria: licet enim Goliath lapide ictus corruerit in terram, non tamen illic mortuus occubuit, sed tunc stemum; cum Dauid illi caput amputauit. Porò Philo vel potius Pseudophilo in Antiq. Biblicis, natrat vel potius fingit, Goliath, cum Dauidem suum in se gladium stringentem videret, dixisse: Festina & interfice me, & exulta. Et dixit ei Dauid: Antequam moriaris aperi oculos tuos, & vide interfectorem tuum, qui te interfecit. Et respiciens Allophylus vidit Angelum, & dixit: Non solus occidisti me, sed qui tecum aderat, cuius species non est sicut species hominû. Et tunc Dauid abstulit caput eius ab eo.

Allegoricè D. August. serm. 197. de Tempore: Quod, inquit, Dauid non habens gladium ascendit super Goliath, & eum proprio interfecit gladio, designatum est, quòd in aduentu Christi suo gladio diabolus victus est, quæ per nequitiam suam & iniustam persecutionem, quam exercuit in Christi, omnium in eum credentium perdidit principatum.

Denique vnctio Samuëlis hinc operabatur: hoc enim duello & victoria Dauid stravit sibi viam ad regnum, ad quod à Deo destinatus; & à Samuele vnctus erat. Vnde Sallianus & alij censent duellum hoc paulò post vnctionem contigisse, scilicet vnctum fuisse Dauidem anno ætatis 20: qui regni Saulis erat octauus, duellum verò hoc inisse anno ætatis 21, qui fuit Saulis decimus.

ASSVMENS AVTEM DAVID CAPVT PHILISTHÆI ATTVLIT ILLVD IN IERVSALEM. Prius illud in castra intulit, deinde per vrbes circumtulit, ac tandem in Ierusalem velut regni Israël caput detulit. Quare merito S. Chrysof. hom. de Dauid cum Goliath deuicit, ei congratulans hoc Epinicium cecinit: Quibus ego te laudibus, quibusq; gloriæ præstam sancte ac religiose puer, qui innocentiâ patres, virtute fortes, senes merito prauenisti: qui potuisti, desistentibus cunctis, immanem bellum vnctere, hostem prosternete, inimicum populi detruicare. Tu enim desiciente rege, rex ipse & dignitate & merito exstitisti. In desistentibus fortibus fortiter in prælium proflisti. Tu formidanti populo & Golia seuitiam molienti, dum fortissimè geris, victoriam de hoste Dei populo tradidisti.

ARMA VERO EIVS POSVIT IN TABERNA-CVLO SVO,] putà in domo patris sui Iesse, quæ erat in Bethlehem; ac post Saulem rex factus, in regiam suam transtulit. Excipè gladium Goliath: hunc enim Dauid sacrauit Deo, & in eius tabernaculo reposuit, vt esset perenne victoriæ huius à Deo acceptæ monumentum: inde enim Dauid fugiens Saulem gladium hunc à Pontifice recepit in vrbe Nobe, vt audiemus c. 21. 8. Basil. Seleuc. orat. 15. Scutum caput, ait, cum scilicet gladio, victoriæ parentis domum offert, & cum qua decesserat, Deo offert, ei victoriam offerat.

D d 7064.

vocat. O qui palam egisti, fidem ad pugnam nullis egeris armis! O qui in te ipso palam fecisti sui vim!

Porrò de gladio hoc ait Dauid Psal. 143. 11. *De gladio maligno eripe me.* Nam Psalms hic à Septuag. inscribitur: *Psalmus contra Goliath.* vnde & Chald. vertit: *A gladio Goliath eripe me.* Quare Dauid ante duellum Psalms hunc composuisse, eoque Dei opem implorasse videtur: vnde mox à Deo animatus, duellum inuit, vicit, triumphauit. Aut potius Psalms hunc parua victoria quasi Epinicium Deo cecinit. Sic enim orditur: *Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum.* Simile Epinicium Dauid cecinit Eccl. c. 47. 4. & seq. vbi & causam victoriæ assignat dicens: *Nam inuocauit Dominum omnipotentem.*

VERS. 55.

Dauidem Saul non agnouit. Cui resp. 1.

2.

3.

DE QVA STIRPE DESCENDIT HIC ADOLESCENS? Videtur Saul non agnouisse Dauidem qui paulò ante fuerat ei familiaris, imò eius armiger & citharædus. Vnde hoc? Respondet Pseudo-philo paulò ante citatus: *Angelus, inquit, Domini erexit faciem Dauid, & nemo agnoscebat eum. Et videns Saul Dauid, interrogauit eum, quis esset? & non erat qui cognosceret eum.* Sed hoc est fabulosum.

Secundò, Caiet. & Tornellus respondent inter duellum hoc & citharizationem Dauidis multos intercessisse annos, quibus vultus Dauidis crescentis ita fuerit immutatus, factusque virilis, vt nec à Saule nec ab Abner fuerit agnitus. Verùm contrarium innuit hic series historiae, in qua citharizationi illiò duellum hoc subiungitur: vnde Sallianus asserit inter vtumque octodecim menses dumtaxat intercessisse.

Tertiò Theodor. & ex eo Procopius respondent Saulem non agnouisse Dauidem, vel quia furibundus cithara ludentem non sentiebat, vel quòd inuidia stimulante diligenter & accuratè cognosce-

re noluit, cuius, & quifnam esset. Verùm necdum audierat Saul voces populi: *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia,* quæ fuit origo inuidiæ; atque à Dauide citharizatione curatus cessantibus furis non poterat rison eum agnoscerè & diligere, vt dictum est c. præced. v. 21.

Quartò Magister histor. Scholast. respondet, Saulem propter exagitationem spiritus maligni factum esse labilis memoriæ, ideoque Dauidis fuisse oblitum. Idem videtur velle Lyan. Verùm etiamsi hoc non sit improbabile, non tamèn omninò satisficit.

Dico ergo varias huius ignorantis in Saule fuisse causas. Prima, quòd Dauid iam grandescens barbâ vestiebatur, quam prius non habuerat, ait S. August. adeoq; vultu erat iam magis virili quàm iuuenili: solent enim iuuenes cum ad virilem aetate accedunt, paruis mensibus valde in vultu mutari. Secunda, quòd Dauid iam vestiebatur habitu pastoritico: veniebat enim ab ouibus; cum in aula Saulis veste vsus fuisset aulica. Tertia, quòd reges tot habeant aulicos & fauulos, totque regni negotia, vt multorù obliuiscantur. Abner quoque militie præfectus sæpius ab aula aberat & in castris versabatur; vnde Dauidè vix videre & nosse poterat.

Addit Lyan. Dion. & Varab. Saulem hic non quærere, quifnam sit Dauid, sed ex qua stirpe & quo patre oriundus, vt sciat an dignus sit cui filiam suam det vxorem, in præmium victoriæ cæfari Goliath à se promissum v. 25, ideoque Dauidem respondere, se esse filium Hæi Berthelemita: id est se esse à tribu Iuda, quæ erat regalis: Iudæ enim Jacob promiserat regnû, sicut Leui Sacerdotium, Gen. 49. Sed iam sciebat Saul Dauidem esse filium Iesse Berthelemita: ab eo enim eum sibi mitti poposcerat c. 16. 22.

Geniit.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Dauid ob Goliath casum populus acclamat. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia: quare Saul illi inuidens, dolensq; eum sibi præferri, cogitat eum occidere. Primò vibrans in eum lanceam vers. 11. Secundò per Philisthæos in bello, cui eum præfecit, vers. 17. Tertiò vers. 25. per filiam suam, quam ipsi despondit poscens ab eo pro illa centum præputia Philisthinorum. sperans illum ab eis tandem aliquando occidendum.

1. ET factum est cum compleffet loqui ad Saul: anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. 2. Tuli que eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. 3. Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam suam. 4. Nam expoliavit se Ionathas tunica, quæ erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua, vsque ad gladium & arcum suum, & vsque ad balteum. 5. Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcumque misisset eum Saul, & prudenter se agebat: posuitque eum Saul super viros belli, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximeque in conspectu famulorum Saul. 6. Porrò cum reuerteretur percussit Philisthæo Dauid, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorosq; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris. 7. Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. 8. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque: Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum? 9. Nō rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps. 10. Post diem autem alteram, mansit spiritus Dei malus Saul, & prophetauit in medio domus

mus suæ: Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies: tenebatque Saul lanceam. 11. & misit eam, putans quòd confingere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundò. 12. Et timuit Saul Dauid, eo quòd Dominus esset cum eo, & à se recessisset. 13. Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros: & egrediebatur & intrabat in conspectu populi. 14. In omnibus quoque visis suis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. 15. Vidit itaque Saul quòd prudens esset nimis, & cepit cauere eum. 16. Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. 17. Dixitque Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantummodò esto vir fortis, & præliare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens: Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum. 18. Ait autem Dauid ad Saul: Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis? 19. Factum est autem tempus, cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor: 20. Dilexit autem Dauid Michol filia Saul altera. Et nuntiatum est Saul, & placuit ei. 21. Dixitque Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalu, & sit super eum manus Philisthinorum. Dixitque Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie. 22. Et mandauit Saul seruis suis: Loquimini ad Dauid clam me, dicentes: Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener regis. 23. Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc. Et ait Dauid: Num parum videtur vobis, generum esse regis? ego autem sum vir pauper & tenuis. 24. Et renuntiauerunt serui Saul, dicentes: Huiusmodi verba locutus est Dauid. 25. Dixit autem Saul: Sic loquimini ad Dauid: Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum. 26. Cumque renuntiaffent serui eius Dauid, verba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. 27. Et post paucos dies surgens Dauid, abiit eum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ducetos viros, & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorè. 28. Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominus esset cū Dauid: Michol autem filia Saul diligebat eum. 29. Et Saul magis cepit timere Dauid: factusque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. 30. Et egressi sunt principes Philisthinorum: à principio autem egressionis eorum, prudentius se gerebat Dauid quàm omnes serui Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

VERS. 1.

ANIMA IONATHÆ CONGLUTINATA EST ANIMÆ DAUID, q. d. Ionathas intimè & tenerimè Dauidem dilexit, ita vt videretur anima ipsius glutino affixa, & quasi in vnum compacta cum anima Dauidis. Amantis enim anima magis est in amato quàm in amante, adeoque amantes vnam eandemque videntur habere animam, mentem & voluntatem. Tales fuere S. Aug. & amicus ille eius, quem non nominat, sed ita describit lib. 4. Cōfess. *Mirabar enim ceteros mortales viuere, quia ille, quem quasi non mortuum dilexeram, mortuus erat; & me magis quia ille alter eram, viuere illo mortuo mirabar. Bene quidam dixit, de amico suo, dimidium anima mea. Nam ego sensi animam meam & animam illius vnam fuisse animam in duobus corporibus, & ideo mihi horrore erat vita, quia nolebam dimidium viuere, & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaueram.*

Tales quoque fuere S. Basilii, & S. Gregor. Nazian. Audi Nazian. orat. 20. in funere S. Basilij: *Vna vtrique anima videbatur duo corpora ferens. Quòd si minor fides iis habenda est, qui omnia in omnibus posita esse dicunt: At nobis certè credendum est, quod vterque in altero, & apud alterum positi eramus.*

Causa amoris fuit similitudo morù & amorum. Ionathas enim æquè ac Dauid, erat candidus, probus, bellicosus & triumphans de Philisthæis, vt iam triumpharat Dauid de Golia. Quare Ionathas cum Dauide fœdus amicitie perpetuè inuit & iuramen-

to (addit Abulen. immolatione quoque victimarum) firmavit. Idque bis renouauit c. 20. & 23.

Ionathas ergo valde dissimilis fuit patri suo Saul: huic enim Dauidis virtus & victoria mouit inuidiam & odium internecinum, Ionathæ verò mouit summum amorem.

PERCVSSIT SAUL MILLE, ET DAVID DE-  
CEM MILLIA: quia Dauid cæfo Golia cecidit tota castra Philisthinorum, in quibus erant plusquam decem millia: hæc enim videndo cæsum esse Goliath, in quo omne suum robur omnemque victoriæ spem collocarant, illiò fugerunt, ac fugiendo cæsa sunt ab Hebræis insequentibus c. 17. v. 52. Porro canticum hoc in proverbium abiit, quo vtimur cum duos ab insigni virtute laudamus, sed vnum alteri præferimus.

Allegor. S. August. serm. 197. de temp. & ex eo Ruper. lib. 2. in lib. Reg. c. 6. *Dauid, ait, id est Christus, maledicti hostis (peccati & diaboli) caput amputauit, id est principatum abstulit, & exinde resurgens ex mortuis in Hierusalem caestem victor ascendit. Hoc auditu excitata per fidem occurrunt anima nostra, victori publicè & priuatim cantantes & ducentes choros lætitiæ. Quid animus, quid confitemur: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia in millibus suis, id est vniuersitatem peccati destruxit in suis virtutibus suis, inquam, quia non aliunde petitis.*

PERCVSSIT SAUL MILLE, ET DAVID DE-  
CEM MILLIA.] Sic Aureliano Imper. qui suam manu.

manu Sarmatas 48. interfecerat, & diuersis diebus ultra nongentos & quinquaginta, acclamatum est a pueris die festo saltitibus militariter. Mille, mille, mille, mille, mille, mille decolauimus, vnus homo mille, mille, mille, mille, mille, mille, viuat, qui mille, mille occidit: tantum vini habet nemo, quantum fundit sanguinis. Ita refert Theoclius Cæsareorum temporum scriptor apud Vopiscum in Aureliano. Addit Vopiscus: Idem (Aurelianus) apud Maguntiacum tribunus legionis sextæ cum Francos per Galliam vagantes valde afflixisset, iterum de eo facta est cætilena: mille Francos, mille Sarmatas occidimus: Mille, mille, mille, mille Persas querimus. Similis est illa ad Sponfam acclamatio. Cant. 4.8. Veni de Libano, sponsa mea, veni coronaberis de capite Amanæ, de vertice Saniæ & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus paradorum.

VERS. 8. IRATUS EST AVTEM SAUL NIMIS, tum populo sic acclamanti, tum Dauidi acclamato; in eumque inuidiam & odium lethale concepit, præsertim quia videbat populum magis fauere Dauidi quam sibi, ac Dauidem se meliorem, fortiorem & feliciorum a Deo ditigi: vnde coniciebat, in illum transferendum esse regnum, quod Samuel sibi abstulerat. Quare ut regnum sibi suisque posteris affectuaret, omnino statuit occidere Dauidem quasi regni sui æmulum, vnde ait:

QVID EI SVPEREST NISI SOLVM REGNVM? q. d. Video Dei gratiam, populi fauorem, virtutem & felicitatem bellicam a me trāsiisse in Dauidem: quid superest, nisi vt regnum meum in illum transferatur? Cupido autem regni in regibus est ardentissima: regnum enim est omnis eorum dignitas, gloria, opulentia & felicitas. Qui ergo illud ambit vel aufert, tangit eorum pupillam; imò cor transfigit. Hęc fuit causa odij immanis & perpetui Saulis in Dauidem: ideoque per na culpæ locia mox eum secuta est. Nam rursus inuasit eum spiritus malus, a quo Dauid per citharam eum liberarat.

Verum ab hoc odio retrahere Saulem debuisse, ait S. Chrysostomus de Dauid & Saule: Primò, quòd vera dicebat populus: verè enim Dauid occidendo Goliath percussit decem millia hostiū, & amplius. Secundo, quòd partem victoriæ daret Sauli dicendo: Percussit Saul mille, cum illa tota deberetur Dauid. Tertio, quòd Dauid ab hac voce populi erat innocens: nec enim eam procurarat, aut scierat futuram. Quarto, Dauidis modestia, quā semper Sauli se obsequentem, subditum & fidelem in bellis præstitit.

VERS. 9. NON RECTIS ERGO OCVLIS, sed limis, acerbis, toruis, inuidis, SAUL ASPICIEBAT DAVID A DIE ILLA ET DEINCEPS.]

VERS. 10. POST DIEM AVTEM ALTERAM INVASIT SPIRITVS DEI MALVS SAUL ET PROPHETABAT, eo modo quo energumini, epileptici, furiosi & abreptitij dicuntur prophetare & diuinare: quia scilicet non loquuntur ex se, sed potius loquuntur per eos mania & furia, scilicet diabolus qui eos corripit & exagitat: & quia tales subinde quædam occulta & abdita homini (sed dæmoni nota) pandunt & reuelant. Ita Theodor. Procop. Abulens. & Auctor Quæst. apud S. Hieron. qui, prophetabat, interpretatur, aliena referebat. Chald. insaniebat, Vatab. despiebat, id est insana & stulta loquebatur, vti faciunt insani & furiosi. Est Catachresis: quia enim propheta sæpe videbatur populo insanire, ac delira & absurda agere vel loqui, hinc & insani ac

Cupido regni in regibus ardentissima.

energumini, qui emota sunt mentis, ac furis vel dæmonibus aguntur, cum insana & delira agunt dicuntque, prophetare dicuntur: imò Turcæ & epilepticos & lunaticos, vt veros prophetas habent & venerantur, eò quòd Mahomet eorum propheta, laborans epilepsia, cum ea correptus fureret, vt morbum hunc apud suos tegeter, dicebat se corripitune a Spiritu diuino, ab eoque reuelationes accipere & prophetare. Prophetabat ergo Saul, id est furebat, bacchabatur, insana agebat & dicebat. Quin & Plato in Timæo, & Plutarchus lib. de oraculis, Enthusiastas, qui spiritu malo acti mira dicunt faciuntque, vocant Prophetas: ac Cicero orat. pro Sextio uacianari & insanire, dixit. Ita Theodor. Pseudopropheta, inquit, agitati a malo spiritu sunt similes furorē percitis Corybantiis. Hoc passus est etiam Saul venatus a dæmone. Sic Seneca ait in Medæa:

Incerta qualis entheos (id est Dei spiritus instincta) cursus tulit.

Cum iam recepto Mentis insanit Deo. Et Virgil. lib. 6. Æneid. de Sybilla. Æneæ: Bacchatur vates, inquit, magnam si pectore possit excussisse Deum: tantò magis ille satigat, Os rabidum, fera corda domans, iungit, præueniendo. Porro Philo Biblicus Saulem hæc de se verè ex spiritu malo prophetaffe narrat. Mansit, inquit, spiritus in Saul, & prophetauit dicens: Quid seduceris Saul aut quem persequeris in vanum? Completum est tempus regni tui. Perge in locum tuum: tu enim morieris, & Dauid regnabit. Nonne tu & filius tuus simul moriemini, & tunc apparebit Dauid regnum? Atque post hæc subiicit: Et abiit Saul, & nesciuit quia prophetauit.

Moral. Dicte hic diabolicum scelus esse inuidiæ, ac inuidos possideri ac torqueri a diabolo, vti contigit Sauli. Inuidia enim propria est diabolo: vnde inuidia diaboli intravit mors in orbem terrarum. Sapient. 2.

DAVID AVTEM PSALLEBAT MANY SYA,] psalterium aut citharam pulsando, vt malum spiritum a Saule abigeret: sed frustra: quia Saule persistente in sua inuidia & odio Dauidis, persistit pariter in eo spiritus malus.

TENERATQUE SAUL LANCEAM,] qua in bellis utebatur, quamque vt regni sui insignie vbique secum circumferebat, vel circumferri curabat, vt alibi regibus præfertur gladius.

ET MISIT EAM, PVTANS QVOD CONFIGERE POSSET DAVID CVM PARIETE. Vide hic quàm inuidia Saulem fecit ingratum, ferum & barbarum in Dauidem, cui vitam & regnum debebat ob cælum Goliath & ob citharizationem. Audi S. Chrysostomus homil. de Dauid & Saule: Per illum vicit rex ac principatum obtinuit, & quam reposuit gratiam? Nam si quis perpendat præclare gestorum magnitudinem, etiam si rex a suo capite detractam coronam Dauid capiti imposuisset, numquam parem reuulisset gratiam, sed ampliore debuisse. Hic enim & vitam & regnum ille donauit, ille verò huic regnum tantum erat cessurus.

Alleg. Sicut Dauid lancea Saulis, sic Christus in cruce lancea militis fuit appetitus: sed Dauid illeceus aufugit, Christus verò ea transfixus ad regnum perrexit. Ita Rupert. lib. 2. in lib. Reg. cap. 7. Nam iste quidem, inquit, in figura patiens, non confusus fugiens, euasit: ille autem, cuius passionis præfiguratur, lancea clausis, confusus quidem est, sed resurgendo euasit.

Hæc est prima persecutio Saulis contra Dauidem, quam multæ aliæ, sed præcipuè sex consecutæ sunt, quas hoc ordine recenset hic Rupert.

Inuidia diabolica.

Passionis eius est gloria.

Septem persecutiones lib. Danielem.

lib. 2. c. 8. Prima est, inquit, vbi nunc mittente Saul lanceam, vt configeret eum cum pariete, declinauit & fugit. Secunda, vbi postquam percussit Philistheos plaga magna, in idem psallentem misus est Saul configere, & eo declinatæ lancea castro vulnere perlata est in parietem. Tertia, vbi cum fugisset Dauid, & venisset ad Achis regem Geth, interfecit Saul propter illum munitauerunt Ziphei, dicentes: Ecce Dauid latitat apud nos; & surrexit Saul, & persecutus est Dauid in desertum Maon. Cùmq; desperaret Dauid se posse euadere, nuntius venit ad Saul, dicens: Festina & veni, quoniam infuderunt se Philistheis super terram. Quinta in deserto Engaddi, vbi cum ingressus speluncam fuisset Saul, vt purgaret ventrem, surrexit Dauid & præcidit oram thlamydis eius stentem. Sexta, vbi iterum munitauerunt Ziphei, dicentes: Ecce Dauid absconditus est in colle Achile, & surrexit Dauid, & descendit in desertum Ziph, vbi cum dormiente illo dixisset Absai: conclusit Deus hodie inimicum tuum in manus tuas. Nunc ergo persequamur eum lancea in terra semel, & secundò opus non erit. Dixit Dauid: Ne interficias eum. Ac deinceps propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam que est ad caput eius, & styphum aquæ, &c. Septima quo & vltima, vbi ait Dauid in corde suo: Aliquando incidam in vna die in manus Saul. Nonne melius est vt fugiam, & saluer in terra Philistinorum, & desperet Saul, refferetq; me querere in cunctis finibus Israel? Fugiam ego manus eius. Et surrexit Dauid, & abiit ipse & sexcenti viri cum eo ad Achis filium Mahog regem Geth.

Prima persecutio recensetur hic. Secunda c. 19. 10. Tertia c. 21. 1. & seq. Quarta c. 23. 19. Quinta c. 24. 3. Sexta c. 26. 1. Septima c. 27. 1. Porro idem Rupert. lib. 2. c. 10. ostendit Deum singulas persecutiones in Dauidis bonum conuertisse, vt ex singulis ipse fortior & gloriofior euaserit, vt patet hic ea quæ singulas persecutiones consecuta sunt legenti: passionis enim comes & allecla est gloria.

Allegor. verò Rupert. c. 8. iam dicto ostendit has septem Dauidis persecutiones representasse septem persecutiones, quas diabolus excitauit contra Christum. Prima fuit, cum Herodes eum cum ceteris infantibus in Bethlehem quæsiuit ad necem. Matth. 2. Secunda, cum Dauid citharicans, id est Christus predicare incipiens in Nazareth ciues offendit, qui eum ciecerunt extra ciuitatē in montem, vt præcipitarent. Lucæ 4. 29. Tertia, cum Iudæis commendans esum carnis suæ, ab eis audiuit: Durus est hic sermo, ideoque ab eis desertus fuit. Ioan. 6. 67. Quarta, cum Principes miserunt suos ministros, vt eum apprehenderent. At illi eo intacto reuertentes dixerunt: Numquam locutus est homo sicut hic homo, Ioan. 7. 46. Quinta, cum Christo dicente: Antequam Abraham fieret, ego sum, Iudæi tulerunt lapides vt iacerent in eum. Ioan. 8. 58. Sexta, cum Christo asserente: Ego & pater vnus sumus, Iudæi iterum voluerunt eum vt blasphemum lapidare. Ioan. 10. 30. Septima, cum eum ceperunt & crucifixerunt. Matth. 26. & 27.

ET DECLINAVIT DAVID A FACIE EIVS,] lancea, ait Rupert. aut potius Saulis vibrantis lanceam, ait Liran. Abulens. Hugo, Dion. Caiet. & alij. rō enim, eius, in Hebræo est masculinum non femininum, ac proinde Saul non lancea congruit.

AMOVIT ERGO EVM SAUL A SE,] tamquam æmulum sibi exosum, ne eius aspectu doleret: Sauli enim inuido, Dauid, quasi regni æmulus & successeur, erat dolor oculorum: ac ne Dauid in aula gratiam sibi aulicorum conciliaret, itaque sensum cre-

scendo se exturbato regnum inuaderet.

ET FECIT EVM TRIBVNVM SVPER MILLE VIROS,] creauit eum Chiliarcham, quem vulgò iam Colonelum vocant: fecit hoc Saul tum vt onus bellandi à se iam fello, ignauro & spiritu malo agitato in Dauidem reiceret: tum vt eum hostibus occidendum obiceret, vt patet versu 17.

ET EGREDIEBATVR ET INTRABAT IN CONSPECTV POPVLI,] quasi dicat: Dauid vbique populo aderat, quasi Dux eum præcedens ad prælium, illoque finito eum victorem domum reducens. Sapienter Velleius lib. 2. Hist. Ipse, (Dux) inquit, prius faciat: nam facere rectè ciues suos princeps optimus faciendo docet; cumq; sit imperio maximus, exemplo maior est.

IN OMNIBVS QVOQVE VITIS SVIS DAVID PRVVENTER AGEBAT,] cauens ne Saulem offenderet, & simul ne in manus hostium incideret, sed ab eis victoriam referret.

ET DOMINVS ERAT CVM EO,] omnes eius actiones & conatus dirigens, prosperans, & ad felicem exitum perducens.

ECCE FILIA MEA MAIOR MEROB, IPSAM DABO TIBI VXOREM,] Promisit eam Saul Dauidi, sed non præstitit: vel quia fidei promissit, vel quia eum penituit: timuit enim ne per filiam regiam vxorem Dauid ad regnum euaderet.

Symbolicam causam dat S. Gregor. lib. 5. in lib. I. Reg. cap. 1. Quid est, inquit, quòd Iacob vtramque vxorem habere iuravit, Dauid autem ad maioris thalamum non peruenit? nisi quia Dauid rex fuit, Iacob verò rex non fuit? Qui ergo regimen animarum suscipit, hunc censura Ecclesiastica gregem deserere, & remota vita otiosu vacare non sinit. Merob enim Hebr. ad est quod, à magistro, ait Pagnin, vnde notat vitam contemplatiuam, cuius magister est Deus & Spiritus sanctus. Michol idem est quod, riuus, vel, decursus aquarum, vnde notat vitam communem, qualis est actiua: vtramque egit Dauid, vnde contemplans edidit prophetias & psalmos tam diuinos: sed vt significaretur, reges alios & ordinarios debere potius actiua vitæ intendere quàm contemplatiua, hinc Dauidi Michol obtigit, non Merob.

SAUL AVTEM REPVTABAT DICENS: NON SIT MANVS MEA IN EVM (non occidam Dauidem manu meâ; ne infamiam & indignationem populi mihi confem: populo enim Dauid erat charissimus) SED SIT SVPER EVM MANVS PHILISTINORVM,] vt assidue eum eis præliando tandem aliquando ab eis occidatur, vti optimi Duces & milites pereunt pugnando in bello, sicut nauæ & nautatores in aqua natando.

Vide hic malignitatem & calliditatem inuidiæ Saul proficiet in peius. Saulis qui semper in peiora dilabitur: per inobedientiam enim cecidit in tristitiam, per tristitiam in inuidiam, per inuidiam in odium implacabile Dauidis, quo vique ad mortem vitæ eius perpetuò infidatus est, eumque miris modis afflixit. Per odium hoc incidit in Dei derelictionem & desperationem, inde in magiam, consulens diabolum per Pythonissam, inde in sui ipsius homicidium, vt eadem manu qua voluerat occidere Dauidem, occideret seipsum.

Nimirum agebat eum suis furis spiritus malus, sed ita vt post agitationis & furoris paroxysmos, Saulem sibi sua que inuidiæ & libero arbitrio relinqueret; ad hoc vt liberius, ideoque grauius peccaret. Poëta vt idipsum pulchro clarioque schemate



mate hominibus repræsentent, fingunt Furias esse Deas infernales, inuidiæ & scelerum vitrices, quæ assidue sceleratos insectentur & crucient: unde aiunt eas esse filias Achærontis & noctis; vtpote quæ secum omnia mala cum cæcitate adducant. Dicunt illas esse tres, scilicet Alecto, Megaram & Thiliphonem. Audi Claudian, libro primo in Ruffi.

Inuidia quondam stimulus incanduit atrox  
Alecto placidas late cum cereret vrbis:  
Protinus infernas ad limina terra sorores,  
Concilium deforme vocat, glomerantur in unum  
Imnumera pestes Erebi, luorq; secundis  
Anxius, & scisso mærens velamine luctus,  
Et timor, & cæco præcepit Audacia vultu.

Vide hic vt David continua & implacabili Saulis inuidia fuerit exagitatus, & assidue ad necem destinatus: idque durauit toto reliquo vitæ Saulis tempore, putâ per integros octo annos; tot enim sunt à decimo Saulis anno, quo David Goliath superauit, vsque ad annutn Saulis 18. quo ipse in prælio misere occubuit.

Quæres, Cur hoc permisit Deus? Resp. vt Davidis patientiam & virtutem exerceret, acueret, solidaret, perficeret, itaque eum ad regnum disponderet. Audi Basil. Seleuc. Orat. 15. Ne tibi paradoxum videatur, si David tante cum esset gratia, Deoq; in deliciis, inuidia iaculis fuerit expositus. Nam cum inuidiam perimere Deus potuisset, inuidente perempto, sententiam non est, nullam iusti rationem, nullam Davidis curam Deum habuisse. Sic enim & Nabal sustulit Deus, Davidi gratificaturus, dum eius iniurias morte vindicauit. Sic ab Absalone commota mentis in patrem penas exegit Deus. Davidem tamen Saulis motibus oblectari permittit Deus, vt athleta ope diuina inuidie victor euadat. Vt infirmos Deus non permittit inuidia, sic fortes & strenuos vocat in stadium, quo possint de inuidia ipsa triumphare. Aufert infirmum ab inuidorum rabie, at fortissimos ededucit vbi inuidie victores euadent. Hinc Iacob extollit præstantiam Iosephi c. 49. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: sibi discurrerunt super mirum: sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntq; illi habentes iacula. Sed in sorti arcus eius, &c.

Simili modo Deus exercuit, promouit & perfecit Iacobum per Esau, Moysen per Pharaonem, Iaiam per Manassen, Machabæos per Antiochum, S. Athanasium per Constantium, S. Chrysostr. per Eudoxiam, S. Ambr. per Iustinam Imper.

VERS. 18. AIT AVTEM DAVID: QVIS EGO SVM, AVT QVÆ EST VITA MEA (quid in vita præclare gessi) &c. VT FIAM GENER REGIS: Mira hic elucet humilitas Davidis; vtpote qui iam reiecto Saule vnctus in regem, Goliath prostrauerat, eratque dux præliorum, assidue triumphans de Philisthæis; ac tamen indignum se estimat matrimonio filie Saulis, vt eius fiat gener. Nimirum certat ipse sua humilitate cum fastu & inuidia Saulis, vt illam frangat & superet, ac præsertim vt illi extundet istum aculeum populi acclamantis: Percussit Saul mille, & David decem millia, q. d. Sauli: Mi Domine rex, non est quod te hæc vox moueat vulgi imprudentis; adeo enim me non mouet nec extollit, vt ego me minimum seruorum tuorum aestimem, & indignum qui fiam tuus gener. Audi S. Chryl. hom. in hæc Davidis verba: Quis ego sum? Quis sum ego, Domine mi, quodd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex omnibus, & assumpsisti me. Vide te quomodo subiunxit humi-

Davidis humilitas.

litati innocentiam, vt cum esset homo, diceret, elegisti me ex omnibus. Demonstrat quia hoc genus pecudis innocens est: significabat enim illum pastorem bonum, qui animam suam ponit pro ouibus suis: Illum agnum Dei qui venturus erat, vt tolleret peccatum mundi. Electus ergo ex omnibus vt pastorem ostenderet, & innocentiam non negaret, dicit: Ego enim minimus fui in tribu mea. Quam suauis est, quam dulce in auditione vera confessionis, vt diceret se minimum in tribu sua: non erubuit quod erat, vt esset quod non erat. Confessio eius adduxit ei non peccatum, sed gloriam & misericordiam. Subdit deinde Davidem hic gessisse typum Christi: Quod dixit: Minimus fui in tribu mea, significabat perfectam Domini humilitatem in mundum venientis, qui formam non ingenui, sed serui assumere voluit. Quid humiliter serui: Tamen hoc Dominus esse dignatus est, vt ex seruis liberòs faceret, vt seruitus ipsius nobis ingenuitatem donaret. Hoc significabat quod dixit: Minimus fui in tribu mea. Eia nunc erigite mentes genus electum, & nolite esse pigri, neque superbi.

DIXITQUE SAUL AD DAVID: IN DVABVS VERBIS REBUS GENER MEVS ERIS HODIE. Hebr. & Sept. habent in duabus, vnde Hebræi subaudiunt: vxoribus, q. d. duas filias meas tibi addixi, itaque duplici titulo eris meus gener. Nam Merob senioris filiam meam tibi despondi (esto ob casum occurrentem illa postea tradita sit alteri) ac Michol iuniorem nunc tibi despondeo & cetero. Pagnin. verò sic explicat: In duabus, id est in vna duarum, scilicet in Michol eris meus gener. Sic & Hugo, Dion. Vatab. & alij.

Verum noster aptius in duabus interpretatur: rebus: nam Hebræi genus femininum vsurpant pro neutro quo carent. In duabus, hoc est in duobus, putâ in duobus punctis, siue in duabus conditionibus & rebus. Duæ hæc res sunt, prior, cædes Goliæ: illum enim occidenti filiam suam promiserat. Saul c. 17. v. 25. posterior, centum præputia Philisthinorum, quæ nunc exegit Saul, vt patet v. 25. ita Angelom. Sanch. & alij. Sic ait Plaltes: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitarem in domo Domini. Vnam, hoc est vnum, siue vnam rem.

Aliter Auctor Quesf. apud S. Hieron. Ruper. Hugo, Glossa, Abulen. Dion. & alij: Duæ res, inquit, sunt ducenta præputia Philisthinorum: hæc enim numerauit David Sauli vers. 27. Quare cum Saul pro Michol tantum exegerit centum præputia, videtur pariter pro Merob priore exegisse centum, quasi dicat Saul: præstitisti mihi ô David centum præputia pro Merob; præsta mihi alia centum, & dabo tibi Michol: sic Laban pro septem annis seruitutis Iacobi substituens Liam, voluit, vt alios septem annos sibi seruiret pro Rachele. Genes. 29. v. 20. & 27.

Porrò olim mariti coëmebant vxores, dando pro eis pretium aut dotem vel dona sponsalia, vti ostendi Exodi 4. vers. 26. Sic Saul ait hic David: non est quod sollicitus sis de dote & pretio, quo Michol vxorem emas: ista enim cum sit filia regis magno pretio aestimanda foret. Nam ego cum sim rex opulentus à te paupere pretium non requiro.

NON HABET REX SPONSALIA NECESSE. Sponsalia vocat dotem, siue pretium sponsæ iam dictum, vt patet ex Hebr.

NISI TANTVM CENTVM PRÆPUTIA PHILISTHINORVM. Cur Saul potius petiit præputia, quam capita Philisthinorum? Respon. ne David

David afferret capita Hebræorum, fingens illa esse capita Philisthinorum: nam præputia Hebræi in Circumcisione deposuerant: quare si David Sauli præputia afferret, certum erat illa non esse Hebræorum, vtpote quibus illa resecta & circumcisa erant, sed Philisthinorum. Ita Theod. & Procop. Adde capita tot asportare fuisse valde difficile, ac regi ea offerre fuisse spectaculum horridum & crudele.

Porrò invidiose fuere hæc nuptiæ, & hæc conditio. Ideo enim præputia hæc centum petiit Saul, vt David cum centum Philisthæis conficiens, ab aliquo eorum occideretur. Ita S. Chrysostr. homil. de Dauide & Saule, S. August. in Psalmum 33. S. Ambros. serm. 18. in Psalm. 118. Rursum Saul dedit suam Michol Davidi, vt illa Davidem vel perderet, vel sibi proderet. Sed Deus Davidi fauens vtrumque discussit, & in Davidis bonum gloriæque conuertit. Nam & David cecidit ducentos Philisthæos magna fortitudine & gloria, ac Michol magis Davidem quam Saulem dilexit, eumque Saulis manibus eripuit, vt audiemus capite sequent

VERS. 27. ET PERCVSSIT (occidit) EX PHILISTHIM DVCENTOS VIROS, vt eorum ducenta præputia offerret Sauli. Saul tantum petierat centum: David verò obtulit ducenta, vt liberalitatem & generositatem suam Sauli ostenderet.

VERS. 30. ET EGRESSI SVNT PRINCIPES PHILISTHINO-

rum, ad præliandum contra Hebræos. Sed cur egressi? Respon. ex antiquo & innato in Hebræos diffidio & odio: illud enim ad continua eos bella excitabat. Adde recentem odij bellique noui causam extitisse, quod ighominiam in cæde Goliæ contractam, restauratis viribus & copiis delere voluerint. Recentior causa fuit, quod David ducentos eorum occidisset, & præputia eorum Sauli obtulisset: quod ingens aestimabant ipsi suum esse probrium & ludibrium. Aliam causam dant Rabbini, scilicet quod David, vtpote nouus sponsus, primo anno nuptiarum abstenturus esset bello, ac vxori & familiæ vacaturus: ac proinde putabant Philisthæi iam tempus esse inuadendi Hebræos, vtpote quiescente Dauide, quem solum timebant. Sic enim sancit Deus Deuteronomi: 24. vers. 5. Cum acceperit homo super vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quidquam necessitatis iniungetur publica: sed vacabit absque culpa domus suæ, vt vno anno lateatur cum vxore sua. Verum hæc lex non vetat nouum sponsum ire ad bellum, sed tantum iubet ne quis eum ad bellum, aliudue onus publicum cogat: hoc enim significat in iniungitur. Quare timere poterant Philisthæi, si arma mouerent, illicò Davideni vtpote Chiliarum generosum eis occursum, vti de facto eis occurrit, vt hic dicitur: sed ipsi Martem solum cum Hebræis tentare voluerunt, sperantes se Davidem tandem aliquando superaturos.

CAPVT DECIMUMNONVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Ionathas Davidem Sauli reconciliat. Secundo, vers. 8. David cadit Philisthæos: vnde Saul inuidia & spiritu malo agitatus lancea conatur eum conficere, sed ictum declinans euasit David. Tertio, vers. 11. Saul mittit satellites qui Davidem domi capiant ad eandem; sed Michol vxor Davidem monet, & dimittit posito in lecto eius simulachro. Quarto, vers. 18. David fugit ad Samuelem: mox mittit Saul satellites suos eodem, qui omnes cum Samuele prophetauit, ac tandem ipse quoque Saul suos sequens, cum Samuele eiusq; sociis prophetauit, vnde prouerbiū: Num & Saul inter prophetas?

1. Locutus est autem Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes fratres suos, vt occiderent David. Porrò Ionathas filius Saul diligebat David valde. 2. Et indicauit Ionathas David, dicens: Querit Saul pater meus occidere te: quapropter obserua te quæso, manè, & manebis clam, & absconderis. 3. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum, & in agro vbicumque fueris: & ego loquar de te ad patrem meum: & quodcumque videro, nuntiabo tibi. 4. Locutus est ergo Ionathas de David bona ad Saul patrem suum: dixitque ad eum: Ne pecces rex in seruum tuum David, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde. 5. Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israeli: vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa? 6. Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Viuit Dominus, quia non occidetur. 7. Vocauit itaque Ionathas David, & indicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas David ad Saul, & fuit ante eum, sicut fuerat heri & nudius tertius. 8. Motum est autem rursum bellum: & egressus David, pugnavit aduersum Philisthim: percussitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. 9. Et factus est spiritus Domini malus in Saul: sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam: porrò David psallebat manu sua. 10. Nisusque est Saul conficere David lancea in pariete, & declinavit David à facie Saul: lancea autem cassio vulnere perlata est in parietem.

tem, & David fugit, & saluatus est nocte illa. 11. Misit ergo Saul satellites suos in domum David, ut custodirent eum, & interficeretur manē. Quod cum annuntiaisset Michol vxor sua, dicens: Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris: 12. deposuit eum per fenestram. porro illē abiit & aufugit, atque saluatus est. 13. Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. 14. Misit autem Saul apparitores, qui raperent David: & responsum est quoddam agrotaret. 15. Rursumque misit Saul nuntios ut viderent David, dicens: Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur. 16. Cumque venissent nuntij, inuentum est simulachrum super lectum, & pellis caprarum ad caput eius. 17. Dixitque Saul ad Michol: Quare sic illustrasti mihi, & dimisisti inimicum meum ut fugeret? Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi: Dimitte me, alioquin interficiam te. 18. David autem fugiens, saluatus est, & venit ad Samuel in Ramatha, & nuntiauit ei omnia quae fecerat sibi Saul: & abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth. 19. Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus: Ecce David in Naioth in Ramatha. 20. Misit ergo Saul lictores, ut raperent David: qui cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare coeperunt etiam ipsi. 21. Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit & alios nuntios: prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios: qui & ipsi prophetauerunt. Et iratus iracundia Saul, 22. abiit etiam ipse in Ramatha: & venit vsque ad cisternam magnam, quae est in Socho, & interrogauit, & dixit: In quo loco sunt Samuel & David? Dictumque est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramatha. 23. Et abiit in Naioth in Ramatha, & factus est etiam super eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetauit vsque dum veniret in Naioth in Ramatha. 24. Et expoliavit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum ceteris coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiit prouerbiū: Num & Saul inter prophetas?

VERS. 11. **L**OCVTVS EST AVTEM SAUL AD IONATHAM FILIUM SVVM, ET AD OMNES SERVOS SVOS, UT OCCIDERENT DAVID.] Crescente virtute & victoris Davidis crescit in eum invidia & odium Saulis. Virtutis enim comes invidia. Quare quem per se non potuit configere, eum per filium Ionatham & seruos suos fidelissimos, ait Iosephus, occidi iubet. Sed omnia sperauit Dei prouidentia protegens Dauidem, ac inuicta Davidis patientia & prudentia, quae eum omnibus superiorem, indeque vbiq̄e gloriosorem effecit. Nam Ionathas magis dilexit Dauidem quam patris impium mandatum: imò Sauli mandanti resistit, eique sua efficaci eloquentia Davidis odium eximens, illud in amore conuertit.

VERS. 5. **E**T POSUIT ANIMAM SVAM IN MANU SVÄ,] hoc est, exposuit se suamque vitam euidenti mortis periculo pro te tuoque regno, dum duellum tam impar & formidabile cum gigante Golia iniit. Tunc enim Hebraeis videbatur David animam, id est vitam suam in manu gestare, eamque offerre Goliae ut eam auferret.

**Q**UARE ERGO PECCAS IN SANGVINE INNOXIO? quasi dicat: Cur peccare proponis? cur delicias & decernis effundere innoxium, imò adeo tibi beneficium sanguinem Davidis; rō ergo, peccas, significat actum destinatum & inchoatum, sed necdum perfectum.

VERS. 6. **Q**UOD CVM AVDISSET SAUL, PLACATVS VOCE IONATHAE IVRAVIT: VIVIT DOMINVS QVIA NON OCCIDETVR.] Vide hic quam efficax fuerit sermo Ionathae, aequè ac patientia, modestia, oratio & virtus Davidis, quae tam immane odium Sauli excussit, illudque in amorem transtulit. Hac est Christi & Sanctorum illustris victoria, qua vincendo in bono malum, aduersarios vincunt,

non eos occidendo, sed ex inimicis amicos efficiendo; quod longè difficilius, gloriosius, & diuinius est. Occiditur enim in homine viuo odium & inimicitia, sique ut in eo viuat amicitia & charitas. Et hoc satagebat peragere David, scilicet non tam ut ipse eadem Saulis euaderet, quam ut Saulē suae menti, rationi, amoti pristino, & gratiae Dei restitueret. Quare David fuit hic typus & praecursor Christi: sicut enim David maleficia Saulis vltus est per beneficia, ideoque eadem suā tolerantia & beneficentia superauit, & in sui amore conuertit: sic & Christus cum Phariseorum & iudeorum odiis certauit incensa sua charitate, ut cum crescerent odia, crescerent pariter eius miracula, curationes & beneficia: quare odiis hisce eorum & persecutionibus se vinci non permisit, sed ipse illā diuinā suā patientia & charitate absorpsit, sustulit, & in se sui que amorem conuertit. Hic est apex virtutis & charitatis Christi: quem ipse Sancto Stephano, Sancto Paulo, aliisque Sanctis illustribus inspirauit. Vnde Sanctus Chrysostomus homil. de David & Saule adducens exemplum Medici, qui pro aegroto contra aegritudinē pugnat; ideoque phrenetico etiam eum conuertenti & verberanti non irascitur, sed condolens satagit ut ei phrenesim eximat, ita concludit: *Tu quoque igitur medicus esto ei, qui te laesit; vnum hoc quaere, quo pacto illi morbum adimas. Id quod fecit hic beatus, egestatem pro diuitiis, solitudinem pro patria, labores periculaque, pro deliciis ac securitate, perpetuum exilium pro terrarum orbe elegit; ut Saulem ab illo in ipsum odio maleuolentiaque liberaret. At ne sic quidem melior factus est Saul; sed persequeretur, sed vbiq̄e circumibat quaerens eum, qui non solum nihil laeserat, sed quum esset laesus, tum maxima, tum innumerabilia pro miris bona reperderat. Ac Saul imprudens post incidi in retia Davidis.*

PER-

VERS. 8. **P**ERCVSSITQUE EOS PLAGA MAGNA.] Vide ut Deus Davidis patientiam noua de Philisthaeis victoria remuneret: sed haec nouam Sauli concitauit inuidiam: vnde sequitur:

VERS. 9. **E**T FACTVS EST SPIRITVS DOMINI MALVS IN SAUL:] quasi dicat: Deus immisit, vel permisit daemōnem intrare Saulem, ut eius inuidiam cruciando castigaret.

VERS. 10. **N**ISVSQUE EST SAUL CONFIGERE DAVID LANCEA.] Conatus est lancea transfigere Dauidem. Vide quam varium & inconstans sit cor hominis, praesertim impij & inuidi qualis erat Saul: hoc enim cum felle rancoris & odij planè sit imbutum, esto ad tempus melle amoris oblinatur, illic eo euaporante ad felleas suas iras, inuidias & noxas inolititas reuertitur.

VERS. 11. **M**ISIT ERGO SAUL SATELLITES SVOS IN DOMVM DAVID, UT CVSTODIRENT EVM (nocte ne per tenebras elaberetur) ET INTERFICERETVR MANE:] ut scilicet manē Dauidem domo sua egredientem comprehenderent, & ad Saulem adducerent, ac coram eo ipsum occiderent, ut Saul certò videns occisum Dauidem, eum amplius non timeret, quod regnum sibi auferret. Addit Iosephus libr. 5. c. 14. & eum securus Abulens. quæst. 11. & 12. Saulem constituisse Iudices, qui Dauidem manē ad iudicium euocatum capite damnarent: ut scilicet videretur non ex priuato Saulis odio, sed iusta iudicium sententia damnatus & occisus: idque satis S. Script. & ratione videtur consonum. Verum prior expositio planior & facilior est.

VERS. 12. **D**EPOSUIT EVM PER FENESTRAM.] Quia satellites Saulis custodiebant ostia, ut Dauidem comprehenderent & necarent: hinc Michol eum per fenestram dimisit. Sic S. Paulus Damasci ab Aretha obfessus, per sportam è muro dimissus euasit. 2. Corinth. 11. Nota hic fidelitatem, prudentiam & amorem Michol in Dauidem maritum. Nam primò, insidias patris ei detexit. Secundò, consilium prudens dedit ut noctu aufugeret ne manē occideretur. Tertio, operam addidit demittens eum per fenestram. Quarto, eius simulachrum posuit in lecto, de quo mox.

VERS. 13. **T**VLIT AVTEM MICHOL STATVAM, ET POSUIT EAM SVPER LECTVM, ET PELLEM PILOSAM CAPRARVM POSUIT AD CAPVT EIVS, ET OPERVIT EAM VESTIMENTIS.] Fecit hoc Michol eo fine, ut David haberet spatium fugiendi & euadendi. Simulauit enim Dauidem agrotare & iacere in lecto, ideoque non fugisse. Si enim satellites sciuisent eum fugisse, illic fugientem persecuti fuissent, & comprehendissent. Dum autem putant eum domi in lecto iacere, tempus commodum ad eum honestè, modestè, sine strepitu & inopinatè egredieretur expectant. Dixit ergo eis Michol Dauidem iacere in lecto & agrotare: hoc enim representabat statua Davidis ab ea in lecto collocata; quā ipsi in cubiculo obscuro eminens intuentes, non statuam sed Dauidē ipsum esse putarunt. Interim Saul misit nouos apparitores ad Dauidem capiendum, quibus idipsum dixit Michol, scilicet Dauidem agrotare. Quare illi idipsum Sauli renuntiant: atque in hoc itu & reditu, item in deliberatione & consiliis multum temporis insumptum est, quo Davidi fugere licuit.

Pro, statuam Hebr. est תרפומ theraphim, quod Abulens. vertit: lignum informe rotundum; alij ver-

tunt, idolum, vel, draculum; alij, astrolabium ad caeli influxus recipiendum compositum: sed certum est theraphim significare statuam, ut vertit nosster, scilicet effigiem hominis; puta Davidis, ut cenfer Theodor. Procop. vide quae de theraphim dixi Osee 3. vers. 4. Iud. 18. vers. 4. & 17. Septuag. vertunt, νεοτόφια, id est, sepulchra inania. Quomodo enim, ut ait Theodoret. mane sepulchrum videtur quidem habere mortuum, sed non habet; ita etiam quod per vestes erat compositum, videbatur quidem esse Dauid agens animam, sed non erat.

Pro Hebr. תרפומ kebir, id est, pellem pilosam, Ioseph. Procop. Theod. & alij multi legentes תרפומ caber, vertunt: hepar caprae, quod occisa capra adhuc palpitare & se motitare solet; ait Theod. & Procop. ut videretur non esse statua, sed verus viuusque homo, puta David respirans, quasi ille videretur agrotare sub stragulis, ibique trahere & agere animam.

Noster eum Septuag. & Chald. melius vertit: pellem pilosam: hanc enim posuit Michol, ut per hosce pilos rufos (in Galaadite enim quae vicina est Ierusalem oues & caprae sunt rufi & fului coloris, ut dixi Cantic. cap. 4. vers. 1.) Davidis capillos rufos representaret. Ita Theod. & Abulens. Aut certè ut molli hac pelle aegroti Davidis caput confouere videretur: vnde Vatabl. vertit: ceruicis, vel puluinar ex pellibus caprarum. Audi S. Hieron. Epist. 103. ad Marcel. Venerunt nuntij, & ecce νεοτόφια, in lecto, pro νεοτόφια in Hebraeo Theraphim, id est, μοετόφια, (iuxta Aquila interpretationem) posita sunt, & non iecur caprarum, ut nostri Codices habent, sed puluillus de caprarum pelle confusus, qui intonsis pilis, caput inuoluti in lectulo hominis mentiretur.

MISIT AVTEM SAUL APPARITORES QVIA REPERENT DAVID.] Saul videret iussisse custodibus, ut Dauidem noctu domi suae custodirent, manē verò domo egredientem comprehenderent & ad se deducerent occidendum. Verum videns custodes tardare, eò quod, ut ipse putabat, David domi se contineret, nec egredieretur, morae impatiens timensque ne David elaberetur, aut (ut suspicax est invidia) ne custodes muneribus vel promissis corrumperet, nouos misit apparitores, qui domū Davidis inuaderent, indeque Dauidem violenta manu ad se abriperent, quod si resisteret, occiderent.

Porro David in hisce angustiis constitutus eò posuit recitauitque Psalmum 58. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Id patet ex eius inscriptione, quae sic habet in versione S. Hieron. Victori, ut non desperat David humilem & simplicem, quando misit Saul ut custodirent domum, ut occiderent eum. Orando ergo & psallendo Dei opem inuocauit: qui proinde Saulis consilia discussit, & Dauidem saluauit. Idem faciamus nos in periculis & ærumnis, atque simile Dei auxilium experiemur.

ET RESPONSVM EST (à Michol vel eius ancillis & famulis) QVOD DAVID AGROTARET.] Ac simul Michol apparitoribus Saulis non credentibus vel dubitantibus, eminens simulachrum Davidis in obscuro angulo lectoque decubens ostendit, quod illi ipsum Dauidem esse rati, rem totam ad Saulem detulerunt. Mentitur hic Michol, sed putabat in tali casu ad saluandam Davidis mariti sui vitam, non tantum licitum, sed & honestum, imò necessarium esse mendacium, uti putarunt obfetrices

trices Egyptiæ Exodi 1. & Raab Iosue 2. aliique permulti etiam putant: qua in re errant.

Audi Iosephum lib. 6. cap. 14. *Parato lecto tamquam agrotanti, stragulis iecur capra recens exemptum subiecit, diluculoq; venientibus, quos pater ad Davidem miserat, ostendit lectum operum, & quod palpitacione iecoris stragula moveri viderent, maritum agrum anhelante persuasit, addens totam noctem inquietam eum egisse.* Sed hepar hoc capra superius ex S. Hier. teieci.

VERS. 18. ECCE DAVID IN NAIOTH IN RAMATHA.] *Naioth*, ait Adrichomius, locus est in vrbe (iuxta urbem) Ramatha siue Rama, tribus Benjamin, sex milliariibus distans ab Ierusalem versus Bethel, vbi David & Samuel manserunt, ac Saul prophetauit. Chald. pro *Naioth* vertit: *domus doctrinae*. Hic enim erat *Ecclesia*, vt aiunt Septuag. & Ioseph. hoc est coetus & Collegium prophetarum, id est virorum religiosorum Deo vacantium.

VERS. 20. QUI CVM VIDISSENT CVM NEVM PROPHETARVM VATICINANTIVM,] id est laudantium Deū solitis hymnis & psalmis. *Prophetare* enim subinde est quod laudare & psallere. Sic 1. Paral. 25. vers. 1. David constituisse dicitur Asaph & Heman qui prophetarent (id est psallerent) in *Citharis & psalteriis*. Simile habetur 2. Paral. 35. 15. vide quæ de his prophetis dixi cap. 10.

ET SAMUELEM STANTEM SVPER EOS,] quasi dicat: Samuel præsidebat eis quasi eorum præcentor & Choragus. Dices, Quomodo ergo dictum est cap. 11. vers. vltim. quod Samuel vltra non viderit Saulem vsque ad diem mortis suæ? Respondent Hebræi apud S. Hieron. Samuelem veniente Saule se abscondisse, aut certe Samuelem non vidisse Saulem in habitu regio, vt antè viderat: Saul enim hic prophetans eo se nudauerat. Sed planius dicimus Samuelem non vidisse, id est inuisisse Saulem vt dixi cap. 15.

FACTVS EST ETIAM SPIRITVS DOMINI IN ILLIS, ET PROPHETARE (psallere) COEPERVNT ETIAM IPSI.] Spiritus hic Dei dictauit eis hymnos quos canerent, putà eosdem quos canebat Samuel cum suis, & simul indidit eis affectum canendi, ac modulos vocis ad scitè canendum. Fecit hoc Deus in gratiam Davidis, vt is haberet tempus efugiendi.

Moral. Disce hic quantum valeat bonorum societas, æquè ac Sanctorum virtus & merita. Nam hi nebulones vel ministri impii Saulis inter prophetas facti sunt prophetae, Deumque laudarunt quasi Samuel & David eis suum spiritum afflissent.

VERS. 24. ET EXPOLIAVIT ETIAM IPSE SE VESTIMENTIS SVIS.] ita vt esset omnino nudus, aiunt nonnulli. Honestius Angelomus, Lyran. & Abulen. censent Saulem nudasse se exterioribus dumtaxat vestimentis regis, non verò intimis, quia spiritus Dei omnem admittit pudorem, ait Vatab. vt liberè Dei laudes deprædicentur: imò spiritus Dei ita Saulem extra se rapuit, vt nesciret quid ageret, ait Aben Ezra. Addit Lyran: Saul, inquit, vestem regiam deposuit, & pro ea vestem religiosam seu diuinis laudibus accommodatam, qualem habebat Samuel & prophetae, induit; vt faciunt subinde Principes, qui S. Francisci habitum, pietatis ergo assumunt.

ET CECIDIT (ita lege cum Roman. Sept. non cecidit, vt legunt nonnulli) NV DVVS (eo modo quo iam dixi) TOTA DIE ILLA ET NOCTE;] vt David

A haberet tempus sufficiens ad fugiendum. Vide hic quam miram Deus Davidis sui habuerit providentiam, & quam mitis modis eum seruauit: hoc merebatur Davidis patientia, confidentia, sanctitas. Cecidit ergo Saul, quia viribus & sensibus destitutus erat, ait Abulen. Aben Ezra & Vatab. vel potius, quia Deum profertrens se in terram cum ceteris prophetis adorabat. 1. Corin. 14. ita Serarius.

NUM ET SAUL INTER PROPHETAS? Idem de Saule dictum audiuius c. 10. sed ibi nouitas, hic autem contrarietas fuit ratio & causa prouerbij. Mirabantur enim omnes Saulem Davidi prophetæ tam infestum inuidumque, subitò ita mutatum, vt inter socios eius prophetaret & ipse, psalleretque.

Addit Auctor mirabilium S. Script. apud S. August. 1. 2. c. 10. Saulem stricto arcu famulos suos insecutum. Porro S. August. in Psalm. 103. ex hoc loco docet etiam improbis (qualis erat Saul) in ipso subinde actu & actu improbitatis dari spiritum prophetiæ: hic enim est gratia gratis data, non gratum faciens vt est charitas. Saul, inquit, non eam persecutus fuisse, sed cum actu persequeretur Davidem, prophetauit, &c. Impleti sunt spiritus prophetiæ qui missi sunt, & prophetauerunt. Sed forte bono illi animo venerant vel ob necessitatem officij sui, vel non facturi quod iustum est. Misit & alios; hoc in eis factum est, & eorum hoc modo animum interpretemur. Cum illi tardarent, venit ipse furens, anhelans eadem, sanguinem stitem innocens sancti, qui etiam ingratus erat, & ipse impletus est spiritu prophetandi & prophetauit. Non ergo se iactent, qui forte sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum, sicut sanctum baptismum; sed videant qualem rationem habuerint cum Deo, qui sanctis non sanctè vtuntur: Ex his erunt qui dicturi sunt; in nomine tuo prophetauimus: non illis dicitur: mentimini, sed dicitur: Non noui vos; Recedite à me qui operamini iniquitatem: quia si habeam omnem prophetiam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Prophetauit autem & Saul, sed operabatur iniquitatem.

Sic Balaam prophetauit in ipso actu impietatis, quo persequeretur Hebræos. Numer. c. 22. & seq. æquè ac Caiphas persequens adigensque Christum ad necem, prophetauit oportere cum mori pro populo Ioann. 11. v. 50.

Moral. Vide & mirare hic Dei in impios etiam obstinatos potentiam, æquè ac clementiam & beneficentiam: vt pote quæ eorum cor ita immutet & eleuet, vt prophetent, itaque eos immutat, vt ad se per penitentiam redeant; sed illi in sua pernicacia se obdurantes, cum Dei clementia sua duritie pugnant & certant. Sic enim fecit hic in Saule. Simile & longè amplius fecit in Saulo; dum eum adhuc spirantem mirarum & cælis in discipulos Domini, in ipso persecutionis itinere & sermone, cælesti luce & voce siderans illic immutauit, ex Saulo Paulum, ex persecutore Apostolum, ex Phariseo Doctorem Gentium effecit. Actor. 9. vt de eo, æquè ac Saule diceretur: *Num & Saulus inter prophetas*; imò inter Apostolos? Hæc mutatio dexteræ Excelsi; sed maior in Saulo, quam in Saule. Nam in Saule mansit cor prauum, inuidia & odio Davidis occæcatum cum prophetia; in Saulo verò cor ferreum, odio Christi & Christianorum accensus, illo à Deo per miraculum exempto, factus est cor sancti, cælesti & diuini, infatigabili Christi & Christianorum amore æstuans & flagrans.

CAPVT

## CAPVT VIGESIMVM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

David cum Ionatha de iniquo patris in se odio expostulans, cum eo fœdus in initum certis patris renouat & confirmat: quare Ionathas v. 18. promittit ei, se patris erga eum animi exploraturum, ac per sagittas eius amorem vel odium, significaturum. Ergo v. 27. Davidem apud patrem excusat: sed pater in eum exarscens lanceam parat. Vnde v. 36. Ionathas ex condito odium implacabile patris per sagittas Davidi significat, ac mox eum lacrymis amplexans in pace dimittit.

1. FUGIT autem David de Naioth, quæ est in Ramatha, veniensque locutus est coram Ionatha: Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam? 2. Qui dixit ei: Absit, non morieris: neque enim faciet pater meus quidquam grande vel paruum, nisi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit me pater meus sermonem tantummodo? nequaquam erit istud. 3. Et iurauit rursus Davidi. Ecille ait: Scit profecto pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicit: Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. Quinimmo viuut Dominus, & viuut anima mea, quia vno tantum (vt ita dicam) gradu, ego motusque diuidimur. 4. Et ait Ionathas ad David: Quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. 5. Dixit autem David ad Ionatham: Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum: dimitte ergo me vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ. 6. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogauit me David, vt iret celeriter in Bethlehém ciuitatem suam: quia vltimæ solennis ibi sunt vniuersis contribulibus suis. 7. Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. 8. Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus Domini me, famulum tuum tecum inire fecisti. Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introduces me. 9. Et ait Ionathas: Absit hoc à te: neque enim fieri potest, vt si certè cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi. 10. Responditque David ad Ionatham: Quis renuntiabit mihi, si quid forte responderit tibi pater tuus dure de me? 11. Et ait Ionathas ad David: Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumque exissent ambo in agrum, 12. ait Ionathas ad David: Dominus Deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie, & aliquid boni fuerit super David, & non statim miserò ad te, & notum tibi fecero; 13. hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc addat: Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te; vt vadas in pace: & sit Dominus tecum; sicut fuit cum patre meo. 14. Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero, 15. non auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum, quando eraditauerit Dominus inimicos David, vnum quemque de terra: auferat Ionatham de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum David. 16. Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo David: & requisit Dominus de manu inimicorum David. 17. Et addidit Ionathas deierare David, eò quod diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum. 18. Dixitque ad eum Ionathas: Cras calendæ sunt, & requireris: 19. requiratur enim sessio tua vsque perendie. Descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es in die qua operarilicer, & sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel. 20. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & faciam quasi exercens me ad signum. 21. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade, & affer sagittas. 22. Si dixerit puer: Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas; tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuut Dominus. Si autem sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te Dominus. 23. De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me & te vsque in sempiternum. 24. Absconditus est ergo David in agro, & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedendum patenti. 25. Cumque sedit rex super cathedram suam (secundum consuetudinem) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit locus David. 26. Et non est locutus Saul quidquam in die illo: cogitabat enim quod forte euenisset ei, vt non esset mundus, nec purificatus. 27. Cumque illuxisset dies secunda post calendæ, rursus



rursus apparuit vacuus locus David: Dixitque Saul ad Ionatham filium suum: Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie, ad vescendum? 28. Responditque Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè, vt iret in Berthehem, 29. & ait: Dimitte me, quoniam sacrificium solemne est in ciuitate; vnus de fratribus meis accersit me: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis. 30. Iratus autem Saul aduersum Ionatham, dixit ei: Fili mulieris virum vltro rapientis, numquid ignoro quia diligis filium Isai, in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? 31. Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte, & adduc cum ad me: quia filius mortis est. 32. Respondens autem Ionathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? quid fecit? 33. Et arripuit Saul lanceam vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas quod desinitum esset à patre suo, vt interficeret David. 34. Surrexit ergo Ionathas à mensa intra furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super David, eò quod confudisset eum pater suus. 35. Cumque illuxisset manè, venit Ionathas in agrum iuxta placitum David, & puer paruulus cum eo, 36. & ait ad puerum suum: Vade, & affer mihi sagittas, quas ego iacio. Cumque puer eucursisset, iecit aliam sagittam trans puerum. 37. Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta porro vltra te. 38. Clamauitque iterum Ionathas post tergum pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum: 39. & quid ageretur, penitus ignorabat: tantummodò enim Ionathas & David rem nouerant. 40. Dedit ergo Ionathas arma sua puerò, & dixit ei: Vade, & defer in ciuitatem. 41. Cumque abiisset puer, surrexit David de loco, qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertio: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, David autem amplius. 42. Dixit ergo Ionathas ad David: Vade in pace: quæcumque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentis: Dominus sit inter me & te, & inter semen meum & semen tuum vsque in sempiternum. 43. Et surrexit David, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

VERS. 3. VNO TANTVM (VT ITA DICAM) GRADV EGO A MORSQVE DIVIDIMVR.] Quasi dicat, vicinus sum morti, instat mihi mors parata à patre tuo: tantum deest illi occasio necis in te patranda, illam quaerit, illaque data certò me occidet. Sic agris & senibus instat mors, vt ab ea vno tantum gradu vel passu distare videantur. Sic nauigantes in mari vno tantum palmo, & vt poeta ait, *quatuor digitis*, distant à morte: palmo enim dumtaxat limbus nauis super mare eminent, quem si mare fluctuans transcendat, eam cum rectoribus submerget. Sic quislibet homo vno gradu distat à morte: si enim vel febrì vel peste corripitur, morietur: imò gutta vna aquæ sine eatharri nocte in fauces defluens eum suffocabit, vti multis accidere vidimus. Et hæc est vita tam eaduca, tam incerta, tam breuis, cui mortales inhiant, & quasi semper duraturæ incumbunt, vt ei opes, honores, delicias sine fine comparent. Quam exigui sunt mortalium termini: & quam exigui sunt mortalium animi! *Fili hominum vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?* Cur non vitam præsentem tam fallacem contemnitis, ac futuram beatam & æternam ambritis?

VERS. 5. ECCE CALENDÆ SVNT CRASTINO, ET EGO EX MORE SEDERE SOLEO IYXTA REGEM AD VESCENDVM: DIMITTE ERGO ME, VT ABSCONDAR IN AGRO VSQVE AD VESPERAM DIEI TERTIÆ.] Calenda erat primus dies mensis, qui apud Hebræos non quidem propriè erat festus, sed tamen sacrificiis celebris: vocabaturque Hebr. *חודש* Chodes, id est innotatio Lunæ & mensis, Græcè *νεμεσις* Nemesis, Latine, *novilunium*. Hebræi enim habebant

mensis lunares, adeoque novilunium, sive primus dies nouæ lunæ & lunationis, erat primus dies mensis, vt dixi Numer. 28. 11. vbi causas huius rei dedit; quare illo die sacrificium, indeque conuiuium cum amicis agitabant. Hac de causa David, quasi gener regis, eo die solebat mensæ Saulis accumbere: sed quia eum sibi adeò infensum expertus erat, non fuit ausus ad eum accedere, ne rursus ab eò lancea feriretur. Ait ergo Ionathas, vt animum patris erga se exploret; se interim mutato habitu latitaturum in agro vicino, vt à Ionatha responsum expectet vsque ad diem tertium; vt si primo die Calendarum Ionathas non habeat occasionem agendi cum patre de Davide, aucupetur illam secundo, ac tertio die eandem sibi significet, vt si videat patrem mitigatum & odium deposuisse, ad mensam eius accedat: si autem, fugæ salutis suæ consulat.

Chaldæus ait fuisse calendæ mensis secundæ, putà Aprilis, & embolismi diem, quo proinde celebrabatur pascha: vt David sic in eo à Saul quæsitus ad necem, fuit typus Christi in Paschate à Iudæis occisi, sed à morte die tertia gloriose resurgentis.

Sic & Romani celebres habebant mensium suorum calendæ. Calenda enim, ait Macrobius *Calenda* lib. 1. Sarurn. c. 16. in fine, *inde sunt dictæ, quod in illis Pontifex calata ad est vocata in Capitolium, plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent pronuntiabat, & quintanis quidem, dicto quinquies verbo vadit, septimanas, reperit septies predicabat.* Græci quoque celebrabant festa *επιμνηστικὰ* Tellæ Turnebo lib. 3. c. 4.

QUA FORBVS DOMINI ME FAMVLVM TVVM VERS. 8.

TECVM INIRE FECISTI.] *Fœdus Domini* vocat fœdus coram Domino, & interposito Domini in iuramento fœderali nomine, initum. Item Dei respectu, venetatione & amore sancitum. Dicit hoc David, vt acrius pungat animum Ionathæ ad fœdus seruandum, & iuxta illud præstandum sibi opem apud patrem; vt pote quam non tantum sibi, sed & Deo quasi promissam præstiturus sit.

SI AVTEM EST INIQUITAS ALIQUA IN ME, TV ME INTERFICE, ET AD PATREM TVVM NE INTRODVCAS ME:] ne ille odio suo inueterato ardens in me sæuiat, meque crudeliter excruciet, q. d. Moriar potius manu amica, quam inimica. Sic Phædra apud Senecam ait Hippolyto suo: *Nimis opto amanti immòri nitamibus.* Similiter ait hic David: si mortem euadere nequeo, si moriendum mihi sit, malo amicâ tuâ manu amicè occumbere, quam inimici hostili & crudeli vindictâ discrucuari. Sciebat David Ionatham, vt pote amicum, id nequaquam facturum: sed vitur hac phrasi ad Pathos, vt cor Ionathæ cruciet, ipsumque adigat ad suam causam apud patrem seriò & efficaciter peragendam. Ita Abulen. Sic enim solent amantes amorem amantium stimulare acueri. Similiter Iapones suos cognatos vel amicos à rege ad mortem damnatos suâ manu obtruncant: ne id fiat per inimicum vel carnificem: hoc enim ipsi infamæ & probrosam putant.

VERS. 9. COMPLETAM ESSE PATRIS MEI MALITIAM CONTRA TE,] vt plenè planèque decreuerit, te ad necem persequi & occidere.

VERS. 12. DOMINE DEVS ISRAEL.] Subaudi, castiga & vindica me, si fidem Davidi meò datam fefellerò. Ionathas enim ex æstu amoris perturbatè, interruptè & incisè loquitur, vti solent facere amantes: Nam inuocat Deum, nec sensum explet, sed per Enallagen personæ, mentem & os à Deo ad Davidem adeò à se amatum conuertit, dicens:

ET NON STATIM MISERO AD TE, ò David mihi Deinde sensum explet dicens: HÆC FACIAT DOMINVS IONATHÆ ET HÆC ADDAT,] quasi dicat: hinc & hinc pœnis me afficiat, & plures addat; pœnasque pœnis accumulat.

VERS. 13. REVELABO AVREM TVAM,] quasi dicat: secretò, sed certò tibi quasi in aurem ingeram & indicabo.

ET SIT DOMINVS TECVM, SICVT FVIT CVM PATRE MEÒ;] vt sicut illum ex humili vilique ad regnum euegit, & tot victoriis cumulauit; ita faciat & tibi. Tacite enim Ionathas hic Davidi regnum vaticinatur. Audi S. Hieron. hic in Tradit. *Sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo, id est, sublimè faciat regnum tuum, sicut sublime fecit patris mei regnum.* Et si vixero, facias mihi misericordiam Domini; vt scilicet sim secundus in regno tuo; & si mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum.

Sic & Angelomus, Lyran. Abulen. & Vatab. idque ita esse, pater ex eo quod Ionathas ait Davidi c. 23. 17. *Et tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus, sed & pater meus Saul sit hoc.*

VERS. 14. ET SI VIXERO, FACIES MIHI MISERICORDIAM DOMINI,] id est coram Domino, Domini que nomine interposito mihi à te in fœdere promissam c. 18. 3. sic enim vocauit fœdus Domini v. 8. Alij *Domini*, id est Domino gratiam & placitum, ait Pagnin. Aut potius *Domini*, id est magnam & insignem, qualem scilicet solet Dominus suis fidelibus *Cornel. in lib. Regum.*

A & amicis exhiberet: quæ enim Domini sunt, magna sunt. Sic dicuntur *Cedri Dei & montes Dei*, id est magni & excelli. Ita Vatab. Sanchez & alij.

Porro Hebræa hic implexa sunt & obscura, & à variis variè vertuntur: sed sic optimè vertas, vt *velo*, id est, *et non*, quod ter repetitur, legas non assertiuè sed interrogatiuè, hoc modo: *Et non, id est, Et nonne eam adhuc fuero viuens, nomine inquam facies mecum misericordiam Domini? Et nonne si moriar non excindes misericordiam à domo mea? quæ si dicat: omninò facies, & non excindes, vt clarè vertit Noster. Sic videntur interpretari Septuag. qui pro *et non*, vertunt: *et si*, hoc est *nonne*; si tamen assertiuè malls legere, post *et non*, subaudiendò *tantum*, sic ad verbum verte cum Pagnini & Vatab. *Et non tantum adhuc me viuente facies mecum misericordiam Domini, & non moriar: sed etiam non excindes misericordiam tuam à domo mea vsque in seculum, nec (tunc quidem) eam exciderit Dominus inimicos David: qui sensus in re idem est eum prioris: Et vtrumque clarè reddit vulgatus Interpres.**

VERS. 15. AVFERAT IONATHAM DE DOMO SVA.] Hæc verba non sunt in Hebræo, sed in Sept. & Latinis Roman. Sensus est quasi dicat: si ego Ionathas tibi ò David fuerim infidus & fœditragus, precor vt Deus me puniat, & meam familiam posteritatemque auferat & subuertat, vtque Deus requirat, vt iudicet, vindicet & vlciscatur inimicos Davidis, & per consequens me meosque, si contra fœdus cum eo initum me eius hostem ostendero. Ita Abulen. Iurat enim Ionathas iuramento execratorio se fidem Davidi datam seruaturum.

VERS. 16. ET REQUISIVIT DOMINVS DE MANU INIMICORVM DAVID.] Interrumpit hic Auctor libri seriem historię & pacti, vt significet ita re ipsa euenisse postea, sicut imprecatus fuerat Ionathas: scilicet Deum requisivisse, id est exegisse vindictam de Saule ceterisque inimicis Davidis, qui eum iniuste persecuti fuerant & afflixerant. Ita Angelomus, qui & alium sensum affert nimirum hunc: *Deus requisivisse*, id est, rationem exegit ab iis, qui noluerunt cum Davide inire fœdus, sicut inierat Ionathas: vt pote cum viderent Dominum stare & pugnare cum Davide.

Porro Sept. Chald. Vatab. ex Hebræo sic appositè vertunt: *Et requirat Dominus de manu inimicorum David: sicque exponunt, vt hæc verba sint quasi materia fœderis, quod Ionathas cum Davide inire, quasi dicat: *Pepigit Ionathas fœdus cum domino Davida* dicendo: *requirat*, id est castiget & vlciscatur Dominus inimicos Davidis, qui eum inique vexant & insectantur, ac consequenter castiget quoque & puniat me meosque, si fidem fallam, eique ex amico fiam inimicus.*

VERS. 19. REQUIRITVR ENIM SESSIO TVA,] id est locus sessionis tuæ in mensa, quasi dicat: quæret Saul cur vacuus sit locus sessionis tuæ, id est cur tu absis à mensa præter solitum. Solebat enim David sæpè, præsertim diebus festis vel celebribus, quales erant calendæ, quasi gener regis illi in mensa assidere tertio loco, aiunt Septuag. & Iosephus. Nam in mensa primus sedebat Saul, secundus à dextris sedebat Ionathas filius, tertius David gener: Abner verò patruelis Saulis & princeps militiæ sedebat secundus à sinistris ex aduerso Ionathæ.

VERS. 20. VSQVE PERENDIE:] primo enim die Calendarum Saul faciebat solemne epulum ex victimis pacificis à se Deo immolatis: secundo verò die

reliquias consumebat iuxta legem Leuit. 7. Quare vsque ad tertium diem locus Davidis in mensa Saulis futurus erat vacuus; & causam absentiae Davidis ex Ionatha. quæ siturus erat Saul.

DESCENDES ERGO FESTINVS; ET VENIES IN LOCVM VBI CELANDVS ES IN DIE QVA OPERARI LICET, ] quasi dicat: primo die post Calendas venies in Ezel; vt ibi lateas: nam ipso die Calendarum operari, & consequenter proficisci & magnum iter facere non licet. Licet enim Calendæ siue Neomenia non esset propriè festum à lege indictum, vt eo operari & proficisci vetaret; tamen populus ex deuotione & consuetudine Neomeniam vt festum colebat, illoque die ab opere cessabat, ac sacrificiis epulisque vacabat. Ita Abulquiu citat S. Augustinum dicentem: Melius facerent Iudæe mulieres, si in Neomeniis nerent, quam in his impudicè saltarem. Fortè etiam Ionathas non loquitur de Calendis, sed de Sabbato, quod tum occurrebat, quo operari non licebat.

ET SEDEBIS IUXTA LAPIDEM CUI NOMEN EST EZEL ] Hebr. Hacyel, hoc est, sedebis iuxta certum lapidem qui vocatur Ezel, id est itinerarius, ait Pagnin. eò quod itinerantibus in biuio demonstrat vtriusque viæ exitum; qualis fuit lapis Mercurij, hic enim erat Deus & index viarum. Ita Lyran. & Vatab. Aut dictus est itinerarius, eò quod viatoribus milliaria & distantiam locorum ostendat. Sic enim postea Romani omnis politie æmuli, in celebrioribus viis statuerunt lapides milliarios: Vnde illæ phrasæ primo ab vrbe lapide, secundo vel tertio ab vrbe lapide. hoc est primo, secundo vel tertio ab vrbe milliario. Lapidis hi etiam num Romæ nonnullis in locis extant. Et talis fuisse videtur lapis hic Ezel. Audi Adrichomium: Lapis Ezel dicitur à viatoribus seu de ambulatione: distat à Ierusalem 150. stadiis, & ab Iordane stadiis sexaginta, teste Iosepho lib. 5. Antiq. c. 4. Idem lapis vel locus à Septuag. dicitur Ergab: Causam dicam v. 41.

VERS. 20. ET IACIAM QVASI EXERCENS ME AD SIGNVM. ] vt scopum sagitta cõfigam. Ita Sept. Chald. Aquila, Symmach. Theodor. & alij.

VERS. 22. DIMISIT TE DOMINVS, ] liberum scilicet, liberauit te Deus de manu Saulis, fecitque vt cognito per me eius in te odio liber aufereres & abires.

VERS. 23. DE VERBO AVTEM QVOD LOCVTI SVMS EGO ET TV; SIT DOMINVS INTER ME ET TE. ] testis scilicet, quasi dicat: soli nos duo hoc fœdus iniimus; quare nullus eius est testis nisi Deus, qui vnus p̄r omnibus; sufficit; vt iugiter memores nos reddat huius fœderis coram se initi, adigatque ad illud exactè seruandum.

VERS. 25. CVMQVE SEDISSET REX SVPER CATHEDRAM SVAM. ] Hinc videtur Saul sedisse ad mensam, non discubuisse: quare mos discumbendi apud Hebræos posteriùs introductus videtur.

SURREXIT IONATHAS, ] id est assurrexit venienti Abner honoris causâ, ait Vatab. Porro Chald. versit: stetit Ionathas. Sept. praueniit eum Ionathas: quia enim cathedra Saulis adhærebat patrieti, hinc priùs transire debebat Ionathas ad locum suum, quam Saul sessione sua locum illi ad transiendum occluderet. Aut surrexit Ionathas, scilicet vt ad locum suum in mensa pergeret, illumque sedendo occuparet.

VERS. 26. NEC PVRIFICATVS. ] Hinc videtur, quod conuiuium hoc regis Saulis in Calendis instructum fuerit ex victimis pacificis, hoc est pro pace, pro-

speritate, & felicitate totius mensis Deo oblati; vt scilicet Deus hunc mensis sibi suoque regno faceret fœstum & salutarem. Nam immundi poterant vesci communibus cibis, & istenæ regni accumbere: nec enim arcebantur communicatione hominum, sed sacrorum, putâ ingressu templi. Cogitabar ergo Saul Dauidem ex cæde aliquis Philisthæi, aliâue simili re contraxisse immunditiam legalem, nec ab ea se adhuc purificasse, ideoque absentare à mensa regis, in qua carnes Deo oblatae apponebantur, quibus immundi vesci non poterant.

VERS. 27. CVR NON VENIT FILIUS ISAI? ] Ecce hic fel Saulis se exerit: non enim Dauidem nomine suo nuncupat, sed contemptum eum vocat filium Isai, hominis plebei.

VERS. 28. ROGAVIT ME OBNIKE VT IRET IN BETHLEHEM. ] Mentitur Ionathas, sed officiosè, putans id sibi licere ad excusandum Dauidem amicum suum.

FILI MULIERIS VIRVM VLTRO RAPIENTIS, ] VERS. 30. id est fili meretricis: hæc enim viros ambit & ad scelus allicit. Sic & Septuag. Fili, inquit, puellarum sponte venientium; vnde videtur legitur nãroth, id est, puellarum, per yam legunt per nãuath. Vnde cum Pagnin. vertunt: Fili peruersa rebellio; hanc enim significat מרדו, pro quo Noster cum Septuag. aliis punctis legit מרדו maredoth, id est descendendum ad viros, & vltro se iis ingentium: מרדו iarad enim significat, descendere. Aut Noster legit מרדו maridot, id est dominantium, quæ scilicet viros sua illecebra & forma dominantur, à radice rada, id est dominari. Sensus ergo est quasi dicat Saul: Videris mihi ð Ionatha non esse filius meus, sed marris adulteræ, eò quod nõ pareas nec fateas mihi, sed Dauidem magis ames quam me, quasi ille vel aliquis eius cognatus sit pater tuus, non ego; & quasi mater tua non ex me, sed ex Dauide te conceperit & genuerit; ideoque nõ me, sed Dauidis amorem tibi ingenerarit. Vnde sequitur:

IN CONFUSIONEM MATRIS TVÆ, ] quasi dicat: hoc ipso quod ad eò amas Dauidem, confundis te & matrem tuam: ostendis enim ipsam non ex me, sed ex amico aliquo Dauidis concepisse.

FILIUS MORTIS EST, ] id est reus mortis est, dignus est morte, ideoque à me morti destinatus. Allegor. Angelomus: Dauid, inquit, absconditus in agro est; Christus celatus. In mundo (inquit Ioannes) erat, & mundus eum non cognouit. Iuxta lapidem sedebat, quia in tabulis legis scriptus erat. Eum Saul odio habens, & inter epulas sedens, filium mortis iudicabat: & Iudaica plebs, in Pascha epulis conuiuans, de nece Christi tractabat.

VERS. 41. DE LOCO (lapidis Ezel) QUI VERGEBAT AD AVSTRVM. ] Hebr. נגב negab, id est ad meridiem, siue Austrum. Porro Sept. retinuerunt nomen negab, quasi proprium, sed illud à descriptioibus deprauarum est, vt pro negab, legatur: Ergab vel Argag, vel Argaph, vel Annegab. Audi S. Hieron. in locis Hebr. Ergab, ad quem locum Ionathas filius Saul veru direxit, militaribus iaculis se exercens. Pro quo Aquila & Symmachus interpretati sunt lapidem, licet Symmachus in alio loco pro hoc πᾶσι πᾶσι, id est ambitum dixerit.

PORRO VERU S. Hieron. vocat telum vel iaculum, ad veru similitudinem factum æquè ac Virgil. 7. Aneid. dicens:

Et tereti pugnans mucrone veruq; Sabello.

PRO-

PRONVS IN TERRAM ADORAVIT TERTIO, ] A congruens dolentibus: hi enim ex dolore multa id est tertio se in terram prostravit, itaque reuerentiam Ionathæ exhibuit.

VERS. 42. QVÆCVMQVE IVR AVIMVS, IN NOMINE DOMINI, ] scilicet rata firmaque sint; vel eorum simus semper memores. Est Ellipsis & Reticentia mirè

subticit: dolor enim eis os fauceque occludit, vt verba frangant, & sententiam dimidient vel incidant. Tale est illud Christi desentis excidium Ierusalem: Si cognovisset & tu. Lucæ 19. 42.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM. SYNOPSIS CAPITIS.

DAUID fugit ad Achimelech Pont. in Nobè, ab eoq; petit & accipit panes propositionis, & gladium Golia. Inde v. 10. videns in Iudæa, ut ipse Sauli subiecta, se latere non posse, fugit ad Achis regem Geth, apud quem proditus & accusatus, simulat se stultum, itaq; liber euadit.

- 1. VENIT autem Dauid in Nobè ad Achimelech sacerdotem; & obstupuit Achimelech, eò quod venisset Dauid. Et dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum? 2. Et ait Dauid ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem, & dixit: Nemo sciat rem, propter quam missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illum & illum locum. 3. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inueneris. 4. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus? 5. Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Equidem, si de mulieribus agitur: continuimus nos ab heri & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasapuerorum sancta. Porro via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. 6. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi. 7. Erat autem ibi vir quidam de seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. 8. Dixit autem Dauid ad Achimelech: Si habes hæc ad manum hastam, aut gladium? quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum. Sermo enim regis vrgebat. 9. Et dixit Sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quæ percussisti in Valle terebinthi, est inuolutus pallio post Ephod: si istum vis tollere, tolle. Neque enim hæc est alius absque eo. Et ait Dauid: Non est huic alter similis, da mihi eum. 10. Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul: & venit ad Achis regem Geth. 11. dixeruntque serui Achis ad eum, cum vidissent Dauid: Numquid non iste est Dauid rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? 12. Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. 13. Et immutauit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saluæ eius in barbam. 14. Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me? 15. An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum, vt fureret me præsentem? hiccine ingredietur domum meam?

VERS. I. VENIT AVTEM DAVID IN NOBE AD ACHIMELECH SACERDOTE, ] summum siue Pontificem. Erat enim Achimelech filius Achis, filij Achitob, filij Phinees, filij Heli, Pontificis. S. Marcus c. 2. v. 26. ait Dauidem venisse ad Abiathar, siue quia Abiathar filius Achimelechi patre absente vel ærotante, vices eius obibat; siue quia nomen vtrumque tam filio quam patri erat commune, vti ibidem ostendi. Dauid initio persecutionis Saulis fugiens, secundò & tertio ad eum rediit, sperans eum sibi reconciliare. At vbi à Ionatha cognouit implacabile eius contra se odium, fugit, nec amplius ad Saulem rediit.

IN NOBE. ] Ciuitas hæc cessit sacerdotibus occasione, vt videtur, Tabernaculi fœderis eò translati. Nam Iosue cap. 21. inter vrbes sacerdotales non recensetur Nobè. Post Iosue ergo data fuit sa-

Cornel. in lib. Regum

cerdotibus, cum Tabernaculum in illam fuit delatum. Tabernaculo enim deseruire debebant sacerdotes. Porro duæ erant vrbes dictæ Nobè: vna in confinio tribus Iuda & Benjamin cis Iordanè, altera trans Iordanem in dimidia tribu Manasse. Numer. 32. 42. & Iudic. 8. 11. Multi priorem Nobè hæc accipiunt: Serarius verò posteriorem, eò quod prior illa vicina esset Gabaa Saulis, Dauid verò hæc v. 1. dicat se illinc egressum non eodem die, sed ab heri & nudius tertius: ergo intelligit Nobè trans Iordanem sitam: hæc enim longius distabat à Gabaa, vbi habitabat Saul & Dauid.

Nota, Tabernaculum fœderis continens Arcæ, quod Moles fabricauit, fuit in Silo, ibique mansit vsque dum caperetur Arca à Philisthæis, à quibus post septem menses remissa, collocata fuit Arca in Cariathiarim: inde translata fuit in domum

Ec 2

Obede-

Obededon: inde à Dauide in Sion : inde à Salomone in templum ab eo erectum. Tabernaculum verò Moſaicum captâ arcâ videtur delatum in Nobe ; quâ à Saule ſubuerſâ , vt audiemus cap. ſequenti, tranſlatum fuit in Gabaon: inde à Salomone traductum in templum. 3. Reg. 8.

Porro Sacerdotes & Pontifices facificia offerreant eo loci vbi erat Tabernaculum; quia in eo erat altare holocauſtorum, in quo offerendæ erant victimæ. Paralip. 21. 29. ſubinde tamen Samuel aliq̄ue ob graues cauſas diſpenſante Deo aliis in locis ſacificarunt; donec Deus elegit ſibi ſtabilem locum in templo Salomonis.

Dices, Dauid dicitur tetendiſſe arcæ Tabernaculum in Sion. 2. Reg. 6. 17. Reſp. hoc Tabernaculum non fuit illud priſcum à Moſe fabricatum, ſed nouum à Dauide in Sion ad honorem Arcæ erectum.

ET OBSTVPIT ACHIMELECH, EO QVOD VENISSET DAVID;] quia videbat eum ſolum & inermem, ſed nouum à Dauide in Sion ad honorem Arcæ erectum.

ET OBSTVPIT ACHIMELECH, EO QVOD VENISSET DAVID;] quia videbat eum ſolum & inermem, ſed nouum à Dauide in Sion ad honorem Arcæ erectum.

VERS. 2.

REX PRÆCEPIT MIHI SERMONEM.] Mentitur Dauid officioſè ad tutandam vitam ſuam: ne ſcilicet ſi diceret ſe fugere Saulem ſibi inſenſum, Achimelech metuens iram Saulis, non auderet panes ſibi dare. Rurſum ne ipſi Achimelech crearet periculum vitæ apud Saulem. Erat enim ibi Doeg, Sauli addiſtus, qui nihilominus Achimelech apud Saulem accuſauit, ideoque cauſa fuit, cur ab eo tot Sacerdotes occiderentur, vt audiemus cap. ſequenti.

ET PVERIS (famulis) CONDIXI IN ILLVM ET ILLVM LOCVM.] Hinc videtur quòd Dauid ſolus rectâ facie ne agnoſceretur à Doeg, ingreſſus ſit ad Achimelech, ſamulos verò ſuos iam antè eum à Ionatha diſcederet, vel per ſe adiens, vel per Ionatham, ait Abul. euocans iuſſerit ſe in loco condito iuxta Nobe expectare: quare ab Achimelech accepit panes: eoſque ad ſamulos & ſocios in locum conditum expectantes detuliſſe: omnes enim laborabant ex biduitinere, inedia & fame: quare omnes ex panibus ſanctificatis famem expleuerunt, vt ait Chriſtus Matth. 12. 3. quia aliunde panes communes ob metum Saulis habere non poterant. Neceſſitas enim non habet legem. Ita S. Hier. Hilar. S. Thom. Maldon. in Matth. 12. S. Ambroſ. & Toletus in Lucæ c. 6. Lyran. Dion. Abul. & alij hic. Allegor. Angelomus: Dauid, ait, ad Achimelech ſolus venit; & Chriſtus in paſſione ſua, ſolus relictus eſt. Quod autem ait Dauid, illo & illo in loco condixi pueris meis, hoc indicabat, quòd Dominus Apoſtolos ſuos ante paſſionem ſuam informans ait: Poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galliam. Dauid ab Achimelech quinque panes quaſiuit, ſed vnum accepit: quia in quinque libris Moſaice legis vitas retinetur.

VERS. 4.

SI MVNDI SVNT PVERI MAXIME A MVLIERTIVS?] quantò magis in lege noua maritos ab vſu vxorum abſtinerè decet eo dic, quo panem non

propoſitionis, ſed diuinum, puta Euchariftiam ſumere volunt. Ita Theologi.

ET PVERVNT VASA PVERORVM SANCTA.] Vt ſe, id eſt corpora fuerunt munda à mulieribus & impolluta. Sic Apoſtolus. 1. Theſſ. 4. 4. iubet vt quiſque vas, id eſt corpus ſuum poſideat in honore & ſanctitate, id eſt puritate. Ita Abulen. Aliter Vatab. qui per vaſa, accipit veſtes, quaſi dicat: veſtes habemus puras & mundas, quibus ſanctum propoſitionis panem excipiamus.

PORRO VIA HÆC POLLVTA EST, SED ET IPSA HODIE SANCTIFICABITVR IN VASIS.] Hebr. 777 deruch, id eſt, via, ſæpè ſumitur pro more, vſu & conſuetudine: hac enim res teritur, perinde ac pedibus teritur via ſæpius reperita. Eſt Metaphora, quaſi dicat: via hæc, id eſt mos hic laicus, immundus & pollutus eſt; quòd ſcilicet laici veſcantur panibus propoſitionis, quos non niſi Sacerdotibus ex lege comedere licet: ſed ſanctificabitur in vaſis, q. d. Panis hic ſanctus non polluetur, ſed ſanctè, id eſt purè recipietur in ſanctis, id eſt puris corporibus noſtris, in hac graui neceſſitate famis, quâ etiam laici licet panibus ſanctis veſci: quare panis hic mundus non polluetur nec profanabitur, ſed à mundis famentibus mundè comedetur. Ita S. Hieron. Lyran. Abulen. Secundò Vatab. pro via hæc, mallet legi, panis hic, quaſi dicat: panis hic pollutus eſt profanus, eò quòd à conſpectu Domini & Tabernaculo ſit remotus: quare nobis laicis eum comedere licet. Tertio alij, quaſi dicat: Via hæc polluta eſt aliis quibusdam inconuenientibus, ſed excubabitur propter munditiam à mulieribus. Quarto alij, quaſi dicat: licet via hæc polluta, & laica ſit, id eſt laici negotij cauſa ſuſcepta; propter tamen veſtium corporumque ſanctitatem ſanctificabitur, id eſt in neceſſitate iſta inſtar ſanctæ habebitur; panis iſte quaſi à mundis comedetur. Quintò Angelom. quaſi dicat: mentiendo via & iter polluitur, dum à rege miſſum me ſingo, & hoc neceſſitate mortis, ſed ſanctificabitur in illis, quorum cauſa etiam fugio, quia illorum non ſolum mei periculi cauſa mentior: nam ipſi huius rei cauſa ſaluabuntur. Prima explicatio vti ſimplicior, ſic & congruentior videtur.

Allegor. Idem Angelomus: Dauid, ait, per viam pollutam ſe veniſſe ad Achimelech proſeſſus eſt, quia & Chriſtus Dominus inter immundas Iudeorum actiones, impollutus pertranſiit. Quod autem ait: Sed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis meis, hoc indicabat, quòd ſancti Apoſtoli, qui Dominum vaſa erant, à contagione Iudeorum, ſide purgante corda, ſanctificabuntur.

Porro Chaldaeus in Bibliis Regiis habet contrariè: Et ipſe non in via polluta fuit ambulans. Ipſe, ſcilicet panis, quaſi dicat: licet via, id eſt conſuetudo hæc comedendi, ſcilicet panem ſanctum, à laicis ſit polluta; tamen hic & nunc apud nos non erit polluta, ob cauſam iam dictam. Verùm Codices Veneti & Baſilienſes delent, & non, & ſic planè conſentit Chaldaeus cum Hebræo, Sept. & Latinâ vulgatâ.

NEQUE ENIM ERAT IBI PANIS, NISI TANTVM PANES PROPOSITIONIS.] Quomodo Achimelech Pontifex in domo ſua non habuit panes communes? Reſp. Abulen. Cauſam fuiſſe quòd ipſe iam poſuerat in menſa panum propoſitionis panes recentis, ideoque iuxta legem veteres ſuſtulerat ad victum ſuum & ſuorum; neque coxerat alios, eò quòd illi ſufficerent. Verùm panes propoſitionis comeduntur.

Allegor. Idem Angelomus: Dauid, ait, per viam pollutam ſe veniſſe ad Achimelech proſeſſus eſt, quia & Chriſtus Dominus inter immundas Iudeorum actiones, impollutus pertranſiit. Quod autem ait: Sed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis meis, hoc indicabat, quòd ſancti Apoſtoli, qui Dominum vaſa erant, à contagione Iudeorum, ſide purgante corda, ſanctificabuntur.

Porro Chaldaeus in Bibliis Regiis habet contrariè: Et ipſe non in via polluta fuit ambulans. Ipſe, ſcilicet panis, quaſi dicat: licet via, id eſt conſuetudo hæc comedendi, ſcilicet panem ſanctum, à laicis ſit polluta; tamen hic & nunc apud nos non erit polluta, ob cauſam iam dictam. Verùm Codices Veneti & Baſilienſes delent, & non, & ſic planè conſentit Chaldaeus cum Hebræo, Sept. & Latinâ vulgatâ.

NEQUE ENIM ERAT IBI PANIS, NISI TANTVM PANES PROPOSITIONIS.] Quomodo Achimelech Pontifex in domo ſua non habuit panes communes? Reſp. Abulen. Cauſam fuiſſe quòd ipſe iam poſuerat in menſa panum propoſitionis panes recentis, ideoque iuxta legem veteres ſuſtulerat ad victum ſuum & ſuorum; neque coxerat alios, eò quòd illi ſufficerent. Verùm panes propoſitionis comeduntur.

NEQUE ENIM ERAT IBI PANIS, NISI TANTVM PANES PROPOSITIONIS.] Quomodo Achimelech Pontifex in domo ſua non habuit panes communes? Reſp. Abulen. Cauſam fuiſſe quòd ipſe iam poſuerat in menſa panum propoſitionis panes recentis, ideoque iuxta legem veteres ſuſtulerat ad victum ſuum & ſuorum; neque coxerat alios, eò quòd illi ſufficerent. Verùm panes propoſitionis comeduntur.

NEQUE ENIM ERAT IBI PANIS, NISI TANTVM PANES PROPOSITIONIS.] Quomodo Achimelech Pontifex in domo ſua non habuit panes communes? Reſp. Abulen. Cauſam fuiſſe quòd ipſe iam poſuerat in menſa panum propoſitionis panes recentis, ideoque iuxta legem veteres ſuſtulerat ad victum ſuum & ſuorum; neque coxerat alios, eò quòd illi ſufficerent. Verùm panes propoſitionis comeduntur.

NEQUE ENIM ERAT IBI PANIS, NISI TANTVM PANES PROPOSITIONIS.] Quomodo Achimelech Pontifex in domo ſua non habuit panes communes? Reſp. Abulen. Cauſam fuiſſe quòd ipſe iam poſuerat in menſa panum propoſitionis panes recentis, ideoque iuxta legem veteres ſuſtulerat ad victum ſuum & ſuorum; neque coxerat alios, eò quòd illi ſufficerent. Verùm panes propoſitionis comeduntur.

NEQUE ENIM ERAT IBI PANIS, NISI TANTVM PANES PROPOSITIONIS.] Quomodo Achimelech Pontifex in domo ſua non habuit panes communes? Reſp. Abulen. Cauſam fuiſſe quòd ipſe iam poſuerat in menſa panum propoſitionis panes recentis, ideoque iuxta legem veteres ſuſtulerat ad victum ſuum & ſuorum; neque coxerat alios, eò quòd illi ſufficerent. Verùm panes propoſitionis comeduntur.

NEQUE ENIM ERAT IBI PANIS, NISI TANTVM PANES PROPOSITIONIS.] Quomodo Achimelech Pontifex in domo ſua non habuit panes communes? Reſp. Abulen. Cauſam fuiſſe quòd ipſe iam poſuerat in menſa panum propoſitionis panes recentis, ideoque iuxta legem veteres ſuſtulerat ad victum ſuum & ſuorum; neque coxerat alios, eò quòd illi ſufficerent. Verùm panes propoſitionis comeduntur.

comedere poterant ſoli ( vt dixi Leuit. 24. ) ſacerdotes eorumque filij maſculi, non verò feminæ & filia: quare pro iis Achimelech debebat habere panes communes, quos Dauidi dare poterat & debebat. Quare planius dicas Dauidem hic rem ſuam egiſſe cum Achimelech non in domo, ſed in Tabernaculo, vbi alij non erant panes quàm propoſitionis. Dauid enim ſimulabat feſtinationem & vrgens negotium, ne fuga ipſius percrebreſceret, itaque ipſe caperetur vel occideretur à miniſtris Saulis. Symb. S. Aug. in Pfal. 51. docet, Dauidem hinc non tantum regis, ſed & ſacerdotis perſonam figurare, dum panes ſanctos ſacerdotibus propoſitos comedit, itaque repræſentare Chriſtum, qui fuit ſacerdos æquè ac rex.

Dauid cum Achimelech egit, non in eius domo, ſed in Tabernaculo.

VERS. 7.

ERAT AVTEM IBI VEX QVODAM DESERVIS SAUL IN DIE ILLA, INTVS IN TABERNACVLO.] Pro intus, Serarius vult legendum tentus, hoc eſt detentus. Sic enim habent Hebræi, Sept. Chald. S. Hier. Vatab. & alij: nimirum obligatus erat voto, quo vouerat ſe per aliquot dies in Tabernaculo manſurum, vt orationi & legi Dei legendæ & audiendæ vacaret. Ita Rabanus & ex eo Gloſſa. Aut vt Theod. tenebatur in Tabernaculo, quia torquebatur à quodam dæmone: aut tenebatur morbo, & ideo in tabernaculo orabat, vt eo liberaretur.

ET NOMEN EIVS DOEG IDVMÆVS:] quia in Idumæa habitabat, nam Joſephus ait eum fuiſſe Syru. Hebræi apud S. Hier. tradunt eum fuiſſe armigerum Saulis: qui Saule ſe occidente etiam ipſe ſe occidit c. 31. ſed hoc incertum, & à Rabbis cõfictum videtur. Prodidit hic Doeg Dauidem & Achimelech Sauli, vt audiemus c. ſequenti: ideoque fuit typus Iudæ proditoris prodentis Chriſtum Iudæis. Ita S. Auguſt. in Pfal. 51.

POTENTISSIMVS PASTORVM SAUL, ] id eſt vt Chald. Præſectus Paſtorum Saulis. Sept. verunt Paſſens mulas Saulis: vnde hoc ex Sept. traductum in nonnullis codicibus Latinis legitur, æquè ac apud Joſephus. Verùm id rectè ſuſtulere Romani, vt oſtendit hic Franc. Lucas in Notationibus.

VERS. 9.

ECCE HIC GLADIVS GOLIATH, & C. EST INVOLVTVS PALLIO POST EPHOD:] nimirum Dauid gladium hunc quo Goliath trunçarat, obtulerat & conſecrauerat Deo, quaſi victoriæ auctori in Tabernaculo. Ita Abul. Serarius & alij; licet id neget Lyran.

POST EPHOD, ] id eſt poſt locum ſiue poſt veſtiarium, in quo Ephod & veſtes ſacerdotales aſſeruabantur, ait Vatab. Aliter Chald. Gladius Goliath, inquit, operus pallio, poſtquam quaſiuit illi in Ephod, quaſi dicat: gladius hic oblarus fuit Deo per oraculum, quo Dauid conſulens Deum per Pontificem indutum Ephod, in quo erant Vr̄im & Tumim, vbi vellet reponi hunc gladium; ab eo audiuit illum ſibi dicandum in Tabernaculo. Sic & Serarius qui id colligit ex cap. 22. v. 10. 13. 15.

Anathemata in templo Deo dicanda.

Hinc colligit Abulen. rectè in templis dicari Deo gladios, arma, vexilla, ſimiliaque anathemata in memoriam & gratitudinem ſanctitatum, victoriarum, aliorumque beneficiorum à Deo & Sanctis receptorum.

ET AIT DAVID: NON EST HVIC ALTER SIMILIS, DA MIHI EVM.] Hinc patet Dauidem proceſſo vatoque fuiſſe corpore; vtpote qui gladio Goliath vteretur & pugnaret.

Alleg. Angelomus: Dauid, ait, Goliath gladium ſuſtulit. Cornel. in lib. Regum.

lit, quia & Chriſtus Dominus diaboli arma abſtulit. Fortis enim ipſe ſpolia diripuit.

SVRREXIT ITAQVE DAVID, ET FVGIT IN DIE ILLA A FACIE SAUL, ET VENIT AD ACHIS REGEM GETH.] Dauid dimiſſis aliò ſamulis ſolus fugit, & venit ad Achis, vt melius lateret incognitus; ne ſi cognoſceretur tot ſtragum auctore occideretur; vt patet ex ſequent. Nam Goliath occiſus à Dauide erat ex Geth; cuius rex erat Achis. Porro Achis hic in titulo Pfalm. 33. vocatur Abimelech, aut potiùs Achimelech, id eſt Achis rex, vt vertunt Theodotion, Symmachus, ſicque explicat ibidem S. Auguſt.

NVMQVOD NON ISTE EST DAVID REX TERRE PHILISTINÆ?] qui vbiq̄ue præliatur, vincit & dominatur; aut vt Vatab. rex terre, id eſt huius regionis noſtræ: ad eum enim regnum terræ noſtræ pertinere videtur propter deuictum Goliath: ea enim lege pugnatum erat, vt victor poſſideret regionem victi, quaſi dicat: cum ad Dauidem regnũ tuũ videatur pertinere ò Achis, cur eum in illud admittis?

POSVIT AVTEM DAVID SERMONES ISTOS IN CORDE SVO, ] cogitans modum & rationem accuſationem hanc reſellendi vel declinandi, & euadendi tam præſens vitæ periculum. Vnde tunc orauit & compoſuit Pfalm. 55. in quo petit ab hoſtibus maledicis liberari, & paulò poſt dictauit Pfalm. 33. illius enim hic eſt titulus: Dauid cum in monte Sion mutauit vultum ſuum coram Achimelech, & dimiſit eum tempore & abiit, 1. Reg. 21. vnde videtur Dauid Pfalmum hunc dictaſſe non initio accuſationis & periculi, ſed poſtquam ab Achis dimiſſus liber euaiſt. Nam Deo pro liberatione gratias agens cecinit: Benedicam Dominum in omni tempore, Dauid enim Goliath Gethæum, multoſque alios Gethæos & Philiſthinos occiderat, vnde eis erat odio ac terrori: Geth enim erat vna ex quinque Satrapiis Philiſthino-rũ, cuius Satrapa ſiue rex, id eſt regulus erat Achis. Geth Hebr. idem eſt quod torcular, idque hic appoſitum eſt. Dauid enim metu Saulis coactus fuit fugere ad Philiſthæos coniuſtatos Iſraelis & ſuos hoſtes; vnde ibi quaſi in torculari pauoris & angoris preſſus fuit: Geth tempore S. Hieron. Dio-caſarea dicebatur. Sita eſt iuxta Gazam & Accaron. Ita Adrichom.

ET IMMVTAVIT OS SVVM CORAM EIS.] Pro, os ſuum Hebr. eſt. 1. 2. 3. id eſt guſtum ſuum, hoc eſt ſenſum ſuum, puta mentem ſuam, hoc eſt: Dauid qui priùs erat ſenſatus, finxit ſe inſanum. Ita Vatab. Secundò Pagnin. vertit: ſermonem ſuum, quaſi dicat: Dauid immutabat ſermonem, maxime quoad pronuntiationem & accentum; ac ne Iudæus videretur, alia dialecto & pronuntiatione utebatur. Ita Serarius. Tertio & planè, guſtum, id eſt habitum oris & faciei ſuæ: ore enim & facie oſtenditur guſtus tum corporis tum mentis; quid ſcilicet homo guſtet, quid ei placeat, quid eum oblectet, quidue ei diſpliceat, eumque contriſtet. Dauid ergo mutauit guſtum, id eſt habitum oris & vultus ſui, illum detorquendo, contrahendo, dilatando, & in varias formas geſtuſque os, oculos, nares & labia transformando, vt faciunt ſtulti, cum quid eis placet vel diſplicet.

Alleg. Angelomus: Dauid, ait, id eſt Chriſtus mutauit os ſuum, dum aliam legem, aliud reſtamentũ, alia præcepta & Sacramenta quàm fuerant legis veteris, in lege noua inſtituit; præſertim Euchariftiam: mutauit enim ipſe facificia boum & taurorum in facificium Eucharifticũ corporis & ſanguinis ſui. Ita & S. Aug. in titulo Pfal. 33. qui &

addit: E c 3



addit: Insanire Christus videbatur Iudæis, dum diceret: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vnde dicebant: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Ioan. 6.

ET COLLABEBATUR INTER MANVS EORVM. ] Hebr. שׁוּנְוּיּוּ iitholel, quod Pagnin. vertit: insaniebat. Vatab. simulabat se stultum. Chald. Et stultus factus est in manu eorum, scilicet Dauid iactando brachia, diuaticando tibias, titubando, & cadendo in terram fingebat se insanum vel epilepticum.

Allegor. Christus collapsus est in manibus Iudeorum, quando ab eis crucifixus fuit. Ita Angel. Glossa, & ex ea S. Tho. 2. 2. q. 11. art. 1. ad 2. Septuag. vertunt: πνευματι οὐκ ἔμελλεν, id est delirabat, id est, delira faciebat & delirum se fingebat in manibus suis: πνευματι enim est, mentis error & deliratio, teste Galeno & Suida, qui πνευματι quoque appellat Dæmoniacū, vt Dauid hic representat Christum, qui à Iudæis habitus est vt delirus & dæmoniacus, ac ab Herode veste albā, quasi stultus, indutus est. Vnde & S. August. in Psalm. 33. qui est de hac re: Psalmus, inquit, ostendit sanam & sobriam ebrietatem. Idem tamen ibidem vertit: ferebatur in manibus suis, idque aptat Christo, qui in vltima cœna instituit Eucharistiam, eam gestans manibus suis portabat. Quod enim πνευματι proprie dicitur de fœculis, cum in trichinium mensaque inferuntur. Ferebatur, ait S. August. Christus in manibus suis, quando comedens ipsum corpus suum ait: Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis.

ET IMPINGEBAT IN OSTIA PORTÆ. ] Hebr. יִתְּאוּ ietau, quod Chald. vertit: lineas super vacuas portas, quasi dicat: rectā lineā in ostia ferebatur & arietabat vti faciunt arietes; aut lineas formabat in ostio. Pagnin. designabat in ostiis porta. Vatab. Exaruit in quibus in valuis portarum: vel pingebat sive scribebat in ostiis porta, sicut fatui in ostiis solent digitis suis pingere, & varias lineas describere.

Porrò S. August. in titulo Psalm. 33. ex Sept. legit: affectabat & tympanizabat ad ostia ciuitatis, hoc est tam crebrò & fortiter in ostia impingebat, vt tympanum pullare videretur, aut tympana & alia ludicra in ostio pingebat.

Allegor. verò S. August. id ipsum de Christo criticifixo explicans: Affectauit, inquit, id est compassus & miseratus est nos & supremis; & quoniam qui crucifigitur in ligno extenditur; vt autem tympanum fiat, caro, id est eorum in ligno extenditur dicitur est: & tympanizabat, id est crucifigebatur, in ligno extendebatur. Affectabat, id est affectum in nos habebat, vt animam suam poneret pro euibus suis. Tympanizabat, Quomodo ad ostium ciuitatis. Ostium nobis est, quod aperitur vt credamus in Deum. Clauferamus ostia contra Christum, & aperueramus diabolo, contra vitam eternam: clausum cor habebamus, ille autem Dominus Deus noster, quia clausum cor habebamus homines aduersus vitam eternam, nec poteramus videre verbum quod vident Angeli, cruce aperiebat corda mortalium, hoc est, tympanizabat ad ostium Ciuitatis.

Hinc Hebr. ietau, verti potest: delineabat litteram tau, id est formabat figuram crucis: hanc enim exhibet littera tau. Denique Septuag. pro ietau, videtur legisse: iatof, id est tympanizabat; ἡ τὸ τὸφ enim est tympanum: ita dictum à sono tympani per Onomatopœiam.

DEFLEBANT QUÆ SALIVÆ EIVS IN BARBAM, ] vti fit in Epilepticis, phreneticis, stupidis & stultis. Allegor. id de Christo explicat S. August. in ti-

tulo Psalm. 33. in fine: Quid, inquit, sunt salivæ enim currunt infantibus. Nomen erat tanquam infantilia verba, manducate carnem meam & bibe sanguinem meum: sed ista infantilia verba tegebant virtutem ipsius. Virtus enim in barba intelligitur. Saliva igitur decurrens super barbam eius, quid sunt, nisi verba infirma virtutem eius regentia? Sic quoque Beda, Eucherius, Angelom. & Rabanus, qui more suo S. Augustinum sequuntur.

Quæres, An Dauid peccarit fingendo se stultum? Affirmant nonnulli: ratio est, quia vt docet S. Thom. 2. 2. q. 11. art. 1. ad 2. Fictio est mendacium non verbi, sed facti; mendacium autem est peccatum. Vnde D. Thom. ibidem ad 2. Dauidem non aliter excusat, quam quòd fictio hæc fuerit figuralis; fuit enim figura Christi, qui cum esset Deus aliam se esse quali simulauit, cum carnem nostram assumpsit, & in ea tot labores & dolores ipsamque crucem subiit.

Miriū, veriusque Abulen. & alij censent, Dauidem non peccasse: tum quia videtur ad hoc motus à Deo: vnde & paulò post recedens ab Achis, Dei instinctu composuit elegantem psalmum 33. Benedicam Dominum in omni tempore: tum quia Dauid impingens in ostia, aliasque actiones delicias faciens ipso facto non dicebat se esse stultum, sed se id dumtaxat simulare ob instans periculum; hoc autem erat verum. Porrò sic simulare non est mendacium, sed silentium dumtaxat veritatis, siue dissimulatio quā quis aliam quasi personam, alios gestus moreque induit iustā de causā, vt tegat veritatem ad euadendum periculum. Sic Samuel finxit se ire ad immolandum in Bethlehem, cum iret ad vngendum Dauidem in regem cap. 16. 2. sic Iosue cap. 8. 5. finxit se pauidum fugere ciues Hai, vt eos ex vrbe eliceret & mactaret. Sic Gedeon Iudic. 7. 20. cum trecentis, complosione lagenarum & effulguratione lampadarum finxit se magnum habere militum numerum, vt Madianitas innumeros consterneret. Idem sensere & fecere Gentiles. Vnde Horatius lib. 4. Carm. Ode 12. Misce, ait, stultitiam consilio breuem. Dulce est desipere in loco. Et Cato.

Insipiens esto, cum tempus postulat aut res. Stultitiam simulare loco prudentia summa est.

Et Aufonius lib. 2. Distichorum. Sic Solon vnus è septem Græcorum sapientibus, & Atheniensium legislator finxit se delirum, vt Atheniensibus persuaderet recuperare Salaminam Insulam. Capitale enim erat ea de re loqui. Ita Plutar. in Solone. Denique S. Simeon cognomento salus, id est stultus; S. Franciscus (qui se nominabat fatuellum mundi) multique alij Sancti simulauerunt se stultos; tum ad insignem humilitatem; tum vt docerent honoris mundi que contemptum, ac mundi sapientiam metam esse stultitiam. Vnde S. Paulus 1. Corin. 4. Nos, inquit, stulti propter Christum. Et noster S. Ignatius: Sis, ait, mundo demens, vt sapias Domino: quia quòd stultum est Dei sapientius est hominibus. 1. Corin. 1. 25. Vide ibi dicta.

AN DESVNT NOBIS FVRTIOSI? ] quia sicut nuncquam desunt agrotantes corpore, sic nec agritudine: præsertim quia mentis agritudo & delitium pendet ex agritudine corporis & cerebri; quod si minimum lædatur, minuat, vel distorqueatur, creat epilepsias, phrenesés, deliria, furores, &c. Fabulantur Rabbini vxorem & filiam regis Achis laborasse delirio.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

DAVID fugit in speluncam Odollam, inde v. 5. monente Gad propheta redit in terram Iuda. Audit id Saul suosque incitat vt eum prosequantur, sibiq. prodant & tradant. Mox v. 9. Doeg accusat Achimelech Pontificem, quòd Dauidi dederit panes & gladiū Goliath. Quare v. 18. eum cum 85. sociis Doeg iussu Saulis occidit.

1. Abiit ergo Dauid inde, & fugit in speluncam Odollam. Quod cum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. 2. Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. 3. Et profectus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus. 4. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manseruntque apud eum cunctis diebus, quibus Dauid fuit in præsidio. 5. Dixitque Gad propheta ad Dauid: Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in Terram Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in saltum Harec. 6. Et audiuit Saul quòd apparuisset Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & esset in nemore, quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique serui eius circumstantent eum, 7. ait ad seruos suos qui assistebant ei: Audite nunc filij Iemini, numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: 8. quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maximè cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi eò quòd suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi vsque hodie. 9. Respondens autem Doeg Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul: Vidi, inquit, filium Isai in Nobe, apud Achimelech filium Achitob sacerdotem. 10. Qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi. 11. Misit ergo rex ad accersendum Achimelech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius, sacerdotum, qui erant in Nobe, qui vniuersi venerunt ad regem. 12. Et ait Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob. Qui respondit: Præsto sum Domine. 13. Dixitque ad eum Saul: Quare coniurastis aduersum me, tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consulisti pro eo Deum, vt consurgeret aduersum me; insidiator vsque hodie permansit? 14. Respondensque Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus seruis tuis; sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? 15. Num hodie cœpi pro eo consulere Deum? absit hoc à me: ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiusmodi, in vniuersa domo patris mei: non enim sciuit seruus tuus quidquam super hoc negotio, vel modicum vel grande. 16. Dixitque rex: Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui. 17. Et ait rex emissariis, qui circumstantabant eum: Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid est: scientes quòd fugisser, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini. 18. Et ait rex ad Doeg: Conuertere tu; & irruere in sacerdotes. Conuersusque Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaque viros vestitos ephod lineo. 19. Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemque & asinum, & ouem in ore gladij. 20. Euadens autem vnus filius Achimelech, filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, 21. & annuntiauit ei quòd occidisset Saul sacerdotes Domini. 22. Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebam in die illa, quòd cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli: ego sum reus omnium animarum patris tui. 23. Mane mecum; ne timeas: si quis quaesierit animam meam, quaeret & animam tuam, mecumque seruaberis.

VERS. 1. ABIIT ERGO DAVID INDE, ET FUGIT IN ASPELUNCAM ODOLLAM. ] Odollam erat vicus in tribu Iuda, ad dexteram euntibus ex Ierusalem in Hebron. Audi ex S. Hieron. Guilielmo Tyrio & aliis Adrichomium in tribu Iuda num. 201. Spelunca Odollam, in ipsa petra fuit, locus natura tuus, Ec 4 com-

Descriptio spelunca Odollam.

communis, in quam cum David fugisset a facie Saul, ibiq, multos angustia & ere alieno oppressos ad se confugientes susciperet, factus est princeps quadringentorum virorum. Habuit eundem usum spelunca hac tempore Christianorum: Nam Turce cum ad ea loca populabundi deuenissent, fugerunt habitatores vicinorum locorum, & sese cum vxoribus, liberis, armentis & gregibus huc contulerunt.

Vnde appositè Odollam, vel vt Hebr. est Adulain, idem est quod congregatio, transitus vel præda eorum, ait Pagnin. in nom. Hebr.

Symbol. Angelomus & Eucherius: Spelunca hæc, inquit, repræsentat carnem Christi, in qua quali in spelunca abscondita delituit diuinitas Christi. Aut sepulchrum Christi, quod testimoniū (hoc enim Hebr. significat Odollam, ait Beda) fuit Christum esse Deum, cum ipse tertio die ex illo corpore suum rediituum & gloriosum suscitauit.

VERS. 2.

ET CONVENERVNT AD EVM OMNES, QUI ERANT IN ANGVSTIA CONSTITVTI, ET OPPRESSI ÈRE ALIENO. Dices, Quomodo illos admittit David in præiudicium creditorum, ne eos cogere possent ad soluendum sibi debita? Respon. Caietanus illos cessisse bonis, vel impotentes fuisse ad soluendum: vnde ipsa impotentia excusabantur à soluendo, vsque dum ad pinguiorem fortunam euaderent, quod futurum erat per societatem & prudentiam Davidis, qui hostium spoliis omnes suos ditauit, vt patet 2. Reg. 2. & 15.

David ad se confugientes optime instruxit.

Quod enim David omnes ad se confugientes optime ad omnem iustitiam & honestatem instruxit, patet ex Psal. 33. quem tum composuit. Hic enim Psalmus ad litteram continet doctrinam, quam David ibidem dedit suis sociis & militibus: vnde eos alloquens v. 12. ait: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Item ex eo quod David secum habebat Gad prophetam & virum sanctum.

Allegor. David fuit typus Christi, ad quem confugebant omnes ægri, afflicti, pœnitentes: Vnde ipse eos aduocans ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Marth. II. ita Angelomus.

VERS. 3.

ET PROPECTVS EST DAVID, IN MASPHE, QVÆ EST MOAB, id est quæ est vrbs regionis Moabitidis ad Moabitam non ad Iudæos pertinens. Fugit enim David ex Iudæa, vtpote Sauli subdita in terram Moab, in quam nil poterat Saul. Porro alia erat Maspha in Iudæa, vbi Samuel conuentum populi egit c. 7. 6.

MANEAT, ORO, PATER MEVS ET MATER MEA VOBIS CVM. Hinc collige Saulem non solum Dauidem, sed & eius parentes & cognatos persecutum fuisse; vel certe illos persecutionem Saulis metuentes extra Iudæam in Moabitidem profugisse.

VERS. 4.

QVIBVS DAVID FVIT IN PRÆSIDIO, id est in arce vel loco munito terræ Moab. Hunc enim significat Hebr. מַסְפָּה maspha.

VERS. 5.

DIXITQVE GAD PROPHETA, & C. VADE IN TERRAM IVDÆ, quia mansio Davidis in Iudæa multis fuit utilis, & plurimum Davidi attulit auctoritatis, vt ad regnum illic ad tribu Iudæa promoveretur, vti re ipsa euenisse audiemus in sequent. ita Caietan.

ET VENIT IN SALTVM HARET, qui locus desertus erat, inuis & incultus, non nisi sentibus, & vepribus perhorrescens. Nihilominus, inquit Rabbi

A Salomon, diuina virtute factus est idem locus abundans fructibus, & animalibus, & irriguus fontibus, vt Dauidem & viros eius non solum sustentaret, sed etiam mirifice recrearet. Quod alludens David: Dominus, inquit, regit me, seu vt est in Hebræo, pacificus me: in loco pascua ibi me collocauit: super aquam refectiois edocauit me. Psal. 22. v. 1. vbi vides aridas & spinosas vias amantibus commutari in floridas & amœnas.

AVDITE NVNC FILII IEMINI, id est filij Benjamin, contribules, & cognati mei, agite, certate pro me æquè ac pro vobis, ne regnum à me vestraque tribu ad tribum Iudæ & Dauidem transferatur.

QVI CONSVLVIT PRO EO DOMINVM, per Ephod in quo erant Vrim & Tummim, de quibus dixi Exodi 28. 30. Hinc pater Achimelech pro Dauid petiisse & accepisse à Deo oraculum, quæ viâ pergere, & quid agere deberet Dauid, & quis rerum suarum futurus esset exitus, prosper, an aduersus; licet Hugo putet Doeg id fingere, & mentiri vt maiorem iram Sauli contra Dauidem & Achimelech concitaret: nec enim eum pro Dauid eöfuluisse Deum.

Moraliter. Nota hæc varias, continuas & acres persecutiones, errores, fugas, pericula quibus per decem annos assidue à Saule exagitatus fuit Dauid: idque ob suam virtutem quæ Goliath occiderat, & Itæalem liberarant. Nam primò, Saul Dauidem pulsantem citharam, itaque se liberantem à spiritu malo bis lanceâ vibratâ confingere voluit c. 18. 11. c. 19. 10. Secundò, eundem contra Philisthæos misit, vt ab eis occideretur, ibidem v. 17. & 25. Tertio, submisit satellites, qui Dauidem domi caperent ad necem; sed Michol eum per fenestram dimisit c. 19. 11. Quarto, Dauid fugit ad Samuelem in Ramatha, ibidem v. 18. Quintò, c. 20. abiit ad Ionatham qui eum Sauli reconciliare conatus est, sed frustra. Sextò, fugit in Nobæ ad Achimelech Pontificem c. 21. v. 2. Septimò, ex Nobæ fugit in Gerth ad Achis regem, ibidem v. 10. Octauò, latuit in spelunca Odollam c. 22. 1. Nonò, inde secessit in Maspha vrbem Moab, ibidem v. 3. Decimò, inde transit in saltum Haret, ibidem v. 5. Vndecimò, perrexit in Ceilam, eamque à Philisthæis liberantem c. 23. 1. Duodecimò, abscondit se in monte Ziph, colle Hachila, & deserto Maon, c. 23. v. 14. 19. & 24. Decimotertio, delituit in deserto Engaddi c. 24. 1. vbi oram chlamydis Saulis abscondit eo illæso. Decimoquarto, abdidit se in desertum Ziph, vbi scyphum & hastam Sauli dormienti abstulit eo intacto c. 26. 2. Decimoquinto, fugit ad Achis regem Geth c. 27. 2. Hi sunt omnes errores & fugæ Dauidis, quas ordine suo digessi.

Verum has omnes inuictâ suâ patientiâ & magnanimitate tolerauit & superauit Dauid; ideoque ex singulis fortior & gloriosior euasit; adeoque per has omnes, quasi per totidem gradus ad apicem gloriæ regnumque conscendit.

Alleg. ergo David repræsentauit Christum, qui prædicans, hominesque à morbis animæ & corporis liberans, assiduas persecutiones, contradictiones, conuicia, blasphemias Scribarum, Phariseorum, Pontificum, inuictâ constantiâ, æquè ac benignitate sustinuit vsque ad mortem Crucis; idcoque gloriam & regnum æternum in cælis non tantum sibi, sed & omnibus fidelibus sanctisque suis peperit & acquisiuit.

Tro-

Trop. deu. iustitiae persecutiois.

Tropol. Christum & Dauidem imitetur Christianus, vt sibi persuadeat eadem viâ, scilicet persecutionis & crucis sibi incedendum, si ad culmen sanctitatis, gloriæ & felicitatis æternæ peruenire velit. Æternâ enim Dei lege sanctum est: Omnes qui volum piè viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. 2. Timoth. 3. 12. Sic S. Athanasius per 46. annos persecutiones assiduas ab Arrianis passus, vagus & erro totum quasi orbem fugiendo obiit; sed suâ heroicâ virtute de omnibus victor triumphauit. Si ergo ob fidem, pietatem, virtutem, pateris, cogita te esse Dauidem, & cum eo animos non demitte, sed attolle, sciens tuum Saulem, tuum persecutorem tibi fabricare coronam gloriæ & diademâ regni æterni. Si innocentia es Abel, necesse est vt eam probet & exercet inuidijs Cain. Si simplicitate es Iacob, oportet vt hirfatus Esau te stimulet. Si castitate es Ioseph, oportet vt impudica heret te tentet. Si mansuetudine & generositate es Moses, contemnit vt tuus tæ Pharaon exagitet, attollat, perficiat. Audi S. Ioan. Apoc. 7. 14. Martyrum sub Antichristo agones & coronas describentem: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni: id est ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius, & qui sedet in throno, habitabit super illos, &c.

De nobis inuidijs.

Denique vide hæc quantum malum sit inuidia; quæ Saulem assidue torfit, & in tot cædes & scelestas adegit; vt tandem ipse sibi mortem conscisceret. Audi S. Cyprianum Saulis & cuiuslibet inuidiosæ & damna recentem Serm. de Zelo & liuore: Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus auctiorem, zelo exaccante sensus nostros, atque in diuisionem suam mentis arcana religente. Dei timor spernitur, misericordia Christi negligitur, iudicij dies non prouidetur. Inflatur superbia, exacerbatur sententia, perfidia præuacatur, impatiencia concutitur, furit discordia, ira feruescit, nec se iam potest cohibere vel regere, qui factus est potestatis alienæ. Hinc Dominica pacis vinculum rumpitur, hinc charitas fraternâ violatur, hinc adulteratur veritas, vnitas scinditur, ad hereses atque ad schismata profilitur. Et paucis interiectis inuidiam graphicè depingens: Qualis, inquit, est anima lineæ, quæ cogitationum tabes, pectoris quantâ rubigine, zelare in altero vel virtutem eius, vel felicitatem; id est, odisse in eo, vel merita propria, vel beneficia diuina; in malum proprium bona aliena conuertere, illustrum prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam penam, velut quosdam pectori suo adiuuere carnifices, cogitationibus & sensibus suis adhibere tortores, qui se inuestis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta malivolentia vngulis pulsent, non cibus talibus latus, non potus potest esse iucundus, suspiratur semper & ingemiscitur & doletur.

VERS. 15.

NVM HODIE COEPI PRO EO CONSVLERE DEV V? quasi dicat: iam antè sepè pro eo, itaq, consensu & iussu consului Dominum, cum scilicet Dauid educturus esset tuas copias in prælium, an id futurum esset felici successu, an aduerso? non ergo iam primùm pro Dauid nunc tibi suspecto & exoso, vti ex verbis tuis colligo, cepti consulere Dominum, q. d. nesciebam te iram & odium gere-re contra Dauidem paulò antè tibi aded amicum & fidelem: quare noli ad culpam & penam mihi meæque domui imputare, quod panes & gladium ei dederim: non enim illa dedi ipsi, nisi vt iis ad tuum seruitium (quod ipse se exequi asserebat) vteretur. Nam de tua in eum offensa hucusque nil omninò sciui nec paruum, nec magnum.

A DIXITQVE REX: MORTE MORIERIS ACHIMELECH TV ET OMNIS DOMVS PATRIS TVI. Vide hæc summam crudelitatem, impietatem & Saule barbariam Saulis in insontem Pontificem & summam crudelitatem: imò in omnes ciues Nobæ, quos innoxios trucidari iussit cum omnibus familiaribus, feminis & armentis, v. 19. Hæc, inquit Theodor. 3. 33. maior aliis & Cedrenus; Saulis cædes fuit omnibus aliis eius peccatis magis impia. Vnde & Iosephus lib. 6. 6. vlt. inter Saulis mortis causas hanc etiam reponit, & copiosè Auth. Trad. apud S. Hier. lib. 2. Reg. c. 1.

Quare Saul fuit hic typus & præcursor Herodis, occidentis partiuolos in Bethlehem propter Christum. Hic expletum fuit oraculum Dei contra Heli editum c. 2. v. 33. Omnes enim hi Sacerdotes erant posteri vel cognati Heli.

ET AIT REX EMISSARIIS, id est cursoribus, qui quasi satellites Saulis Achimelech & Sacerdotes ex Nobæ ad Saulem in Gabaa euocarant & adduxerant.

NAM MANVS EORVM CVM DAVID EST, q. d. fouent iuuantque Dauidem meum hostem & regni amulum.

NOLVERVNT AVTEM SERVI, Laudandi sunt hi serui, quod Sauli obedire, & manus suas sanguine Sacerdotum fedare nolu erint. Ita Theod. S. Chryl. rami in Psal. 134. reprehendit eos, quod posituè & efficaciter non egerint causam Sacerdotum apud Saulem, vt eorum cædem impediterent, sicut c. 14. intercesserant pro Ionathâ, cuiusque necem, discusserant. Sed alia erat causa Ionathæ filij Saulis, alia Sacerdotum, quos quasi Dauidi fauente cædè mactare decreuerat Saul.

CONVERSVSQVE DOEG (Doeg Hebr. idem est quod, sollicitus, scilicet Saulem ad necem Dauidis & Sacerdotum) IDVMÆVS, IRRVIT IN SACERDOTES ET TRVCIDAVIT IN DIE ILLA OCTOGINTA QVINQUE (ita Hebr. Chald. Roman. Septuag. Compl. Minus rectè ergo Septuag. Vaticani numerant 305. Theodor. verò peius numerat 350) VIROS VESTITOS EPHOD LINEO, id est Sacerdotes & Leuitas: hi enim gestabant Ephod lineum, cum Pontifex gestaret Ephod gemmeum & polymitum.

Ecce Doeg accusator & calumniator Davidis & Achimelech in scelere profecit, fitque eius & Sacerdotum sacrilegus carnifex, vt crimen quod cepit perficiat. Ita scelestus ex vno crimine in aliud, ex minori ad maius prolabitur. Porro Angelomus in 1. 2. c. 21. tradit duos Saulis filios paruulos Armoni & Miphibosech ex Respha concubina, cum Doego manus illis attulisset, ideoque; etiam propterea à Gabonitis crucifixos.

Quocirca Philo Biblicus asserit Doeg hoc triste à Deo accepisse oraculum: Ad Doeg Syrum hæc dicit Dominus: Ecce dies veniunt tuis, & ascendet vermis igneus in linguam eius, & calcifera faciet eum, & erit habitatio eius cum Cain in igne inextinguibili semper. Verius est hoc tempore Dauidem tunc composuisse psalmum. 51. Quid gloriarius in malitia, qui potens es in iniquitate: tota die inuasi cogitauit lingua tua, &c. Propterea Deus destruxit te in finem. Titulus enim illius Psalms est hic: In finem intellectus David, cum veni Doeg Iudæus, & nuntiavit Sauli: Venit David in domum Achimelech. Hinc Doeg, ait Eucherius & Angelomus, fuit typus & præcursor tum Iudæ proditoris, tum Antichristi, qui Sacerdotes Christi maximè persequetur, eoque martyrio afficiet.

Try-

TRUCIDAVIT IN DIE ILLA OCTOGINTA A  
QUINQUE VIROS.] Afferunt vel potius fabulantur  
Rabbini, & ex iis Philo Biblicus, hos Sacerdotes &  
Leuitas posteros vel cognatos Heli Pontificis sce-  
lera filiorum Heli imitatos esse, ac sacrificia vio-  
lasse, ideoque neci huic à Deo destinatos.

Verius est Heli eiusq; filios sceleratos in hisce suis  
nepotibus innoxii fuisse punitos, hicque imple-  
tum esse illud oraculum Dei contra eos c. 2. 33. *Pars  
magna domus tua morietur, cum ad virilem aetatem ve-  
nerit.* Nam hi Sacerdotes & Leuita à Saule per  
Doeg interfecti, videntur euasisse martyres; quia  
occuli sunt pro virtute misericordiae & charitatis,  
quam exhibuerant sancto, sed misero, profugo &  
famelico Dauidi, dando ei panes. Sicut enim qui  
pro castitate occiditur, fit martyr; sic & qui pro  
charitate aliaque virtute trucidatur, martyr est.  
Vnde S. Bacharius tomo 1. Biblioth. SS. Patrum,  
Sacerdotes hos pro innocenti Dauide occisos in  
martyrum Catalogum refert, & Beda in Allegoriis  
non tantum Sacerdotes, sed & omnes ciues No-  
be ob Dauidem trucidatos inter martyres collo-  
cat: *Nobe ciuitas, inquit, propter susceptum Dauidem cum  
suis omnibus martyrium passus est.*

VERS. 19. NOBE AVTEM CIVITATEM SACERDOTVM  
PERCVSSIT (id est percuti & occidi iussit, scilicet  
impious Saul in odium Dauidis) IN ORE (in acie)  
GLADII, VIROS ET MULIERES, ET PARVULOS ET  
LACTENTES, BOVEM QVE ET ASINVM ET  
OVEM.] Statuit ergo eam in *Cherem*, siue *anathema*,  
quia eam plane exitio excidioque addixit, & ra-  
bie & furore in Dauidem, quo eum exagitabat spi-

ritus malus, siue diabolus à quo possidebatur &  
regebatur.

EVADENS AVTEM VNVS FILIVS ACHIME-  
LECH, & C. CVIVS NOMEN ABIATHAR, FUGIT  
AD DAVID.] Hic *Abiathar* patri Achimelech suc-  
cessit in Pontificatu, quo functus est toto tempore  
Dauidis, sed eo priuatus à Salomone, eò quòd cò-  
tra ipsum fauisset Adoni regnum inuadenti, ideo-  
que Salomon Pontificatum ab *Abiathar*, qui erat  
de familia & posteris Heli & *Ithamar*, transtulit  
& reduxit ad *Sadoe*, qui erat ex posteris *Eleazar*. 3.  
Reg. 2.

EGO SVM REVS OMNIVM ANIMARVM PA-  
TRIS TVI,] quasi dicat: Ego non causa sed occa-  
sio (ita Chald. Hebr. & Septuag.) fui mortis fi-  
liorum & cognatorum patris tui; cum scilicet  
anima, id est vita singulari à Saule sit adempta.  
Occasio, inquam, sed inuoluntaria & còtra meam  
intentionem, ideoque sine mea culpa: Nam caui  
eis eorumque vitæ quantum potui, simulando cor-  
ram eis me non profugum, sed à Saule missum:  
vnde licet scirem Doeg id Sauli renuntiatum, ta-  
men probabiliter credebam vel sperabam Saulem  
Sacerdotibus innoxii non irasciturum, aut cerè  
tam crudele facinus cordis Sacerdotum non at-  
tentaturum. Reus ergo fuit Dauid non formaliter,  
sed materialiter; quia materiam & occasio-  
nem dedit Sauli occidendi eos, sed prater, imò cò-  
tra mètem suam, necessitate famis adactus. Mortis  
enim eorum causa propria & directa fuit impro-  
bitas Saulis.

## CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

**D**avid liberat Ceilam à Philisthæis. Saul id audiens destinat eum ibidem cingere & capere.  
Quare David vers. 12. consulens Dominum, audit se à Ceilanis tradendum Sauli: quocir-  
ca fugit ipse in montem Ziph, ubi eum visitat & confortat Ionathas. Mox vers. 19. Ziphæi in-  
dicant Sauli Dauidem apud se latere: sequitur ergo eos Saul cum copiis, cingitq; Dauidem,  
cumq; iam eum capturus esset, nuntius occurrit dicens, Philisthæos inuasisse Iudæam: unde Saul  
ut eis resistat, Dauidem persequi desinit.

1. **E**t annuntiauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philisthæi oppugnant Ceilam &  
diripiunt areas. 2. Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens: Num vadam,  
& percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philis-  
thæos, & Ceilam saluabis. 3. Et dixerunt viri, qui erant cum Dauid, ad eum: Ec-  
ce nos hic in Iudæa consistentes timemus: quanto magis si ierimus in Ceilam ad-  
uersum agmina Philisthinorum? 4. Rursum ergo Dauid consuluit Dominum.  
Qui respondens, ait ei: Surge & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos in ma-  
nu tua. 5. Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnavit aduersum Philis-  
thæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluavit Dauid ha-  
bitatores Ceilæ. 6. Porro eo tempore, quo fugiebat *Abiathar* filius *Achimelech*  
ad Dauid in Ceilam, ephod secum habens descenderat. 7. Nuntiatum est autem  
Sauli quòd venisset Dauid in Ceilam: & ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas,  
conclususque est, introgressus urbem in qua portæ & seræ sunt. 8. Et præcepit  
Saul omni populo, ut ad pugnam descenderet in Ceilam: & obsideret Dauid, & vi-  
ros eius. 9. Quod cum Dauid rescisset, quia præpararet ei Saul clam malum, di-  
xit ad *Abiathar* sacerdotem: Applica ephod. 10. Et ait Dauid: Domine Deus Is-  
rael, audiuit famam seruus tuus, quòd disponat Saul venire in Ceilam, ut euertat  
urbem propter me. 11. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet  
Saul,

Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Domi-  
nus: Descendet. 12. Dixitque Dauid: Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt  
me cum, in manus Saul? Et dixit Dominus: Tradent. 13. Surrexit ergo Dauid &  
viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nun-  
tiatumque est Sauli quòd fugisset Dauid de Ceila, & saluatus esset: quam ob rem  
dissimulauit exire. 14. Morabatur autem Dauid in deserto in locis firmissimis;  
mansitque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco: quærebatur eum tamen  
Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Deus in manibus eius. 15. Et vidit  
Dauid quòd egressus esset Saul, ut quæreretur animam eius: Porro Dauid erat in  
deserto Ziph in filua. 16. Et surrexit *Ionathas* filius Saul, & abiit ad Dauid in  
filuam, & confortauit manus eius in Deo: dixitque ei: 17. Ne timeas: neque  
enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero ti-  
bi secundus, sed & Saul pater meus scit hoc. 18. Percussit ergo vterque foedus co-  
ram Domino: mansitque Dauid in filua: *Ionathas* autem reuersus est in domum  
suam. 19. Ascenderunt autem locum Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce  
Dauid latitat apud nos in acie tutissimis filuæ, in Colle *Hachila*, quæ est ad dexte-  
ram deserti? 20. Nunc ergo, sicut desiderauit anima tua ut descenderes, descen-  
de: nostrum autem erit ut tradamus eum in manus regis. 21. Dixitque Saul: Be-  
nedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam. 22. Abite ergo, oro, & dili-  
gentius præparate, & curiosius agite, & considerate locum ubi sit pes eius, vel quis  
viderit eum ibi: recogitatur enim de me, quòd callidè insidier ei. 23. Considerate  
& videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem  
certam, ut vadam vobiscum: quòd si etiam in terram se abstruserit, persequar  
eum in cunctis millibus Iudæ. 24. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul:  
Dauid autem & viri eius erant in deserto Maon, in campestribus, ad dexteram *Iesi-  
mon*. 25. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendum eum: & nuntiatum est Dauid;  
statimque descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon: quod cum audisset  
Saul, persequutus est Dauid in deserto Maon. 26. Et ibat Saul ad latus montis ex  
parte vna: Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera: porro Da-  
uid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaque Saul & viri eius, in modum coro-  
næ cingebant Dauid & viros eius, ut caperent eos. 27. Et nuntius venit ad Saul,  
dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se *Philisthæi* super terram. 28. Re-  
uersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum *Philisthino-  
rum*: propter hoc vocauerunt locum illum, *Petram diuidentem*.

VERS. 1. PHILISTHIM OPPUGNANT CEILAM.] *Ceilam*,  
ait S. Hieron. Eusebius & *Adrichom.* in locis  
Hebr. Ciuitas est in tribu Iudæ, quondam sedes Dauid:  
Et nunc villula Ceila ad Orientalem plagam *Eleuthero-  
polis* pergentibus *Hebron*, quasi octauo milliario: in qua  
sepulchrum *Habacuc* propheta demonstratur.

ET DIRIPIUNT AREAS.] Vatab. *Horrea*, id est  
diripiunt messem & frumenta in arvis & horreis  
reposita.

VERS. 2. CONSULUIT ERGO DAVID DOMINVM,]  
per *Abiathar* Pontificem ad se profugum, ut pa-  
ter v. 6.

VERS. 5. ET SALVAUIT DAVID HABITATORES CEI-  
LÆ,] quasi contribules & ciues suos, erant enim  
vtrique ex tribu Iudæ. Meruit ergo hic Dauid co-  
ronam ciuicam liberando ciues suos à *Philisthæis*,  
ideoque paulò post mortuo Saule Dauid è tribu  
Iudæ euectus est ad regnum 2. Reg. 2.

VERS. 6. EPHOD SECVM HABENS,] q. d. *Abiathar* fugiens  
Saulem venit ad Dauidem portans vestem Pontifi-  
ciam, in qua erat *Ephod* cum *Vrim* & *Tummim*, ut  
patre *Achimelech* iam occiso à Saule, eius loco in  
Pontificatum succederet, ac Deum pro Dauide  
per *Ephod* consuleret.

DIXIT (Dauid) AD ABIATHAR SACERDO-  
TEM: APPLICA EPHOD,] id est explica & induc  
te *Ephod*, ut per eius *Vrim* & *Tummim* consulas  
Dominum, quid in tanto periculo & tam arcta

Saulis persecutione mihi facta sit opus. Hinc *Abi-  
thar* Hebr. idem est quod, pater explorationis vel con-  
templationis; quia ipse orando consuluit Dominum,  
eiusque voluntatem & consilium explorauit pro  
Dauidis salute. Vide hic pietatem Dauidis erga  
Deum; utpote qui in arctis confugit ad Deum: Itè  
erga ciues suos Ceilanos, utpote eos liberans à Phi-  
listhæis: adhuc erga Saulem, utpote fugiens eius fu-  
rorem quasi subditus, nec ei resistens, sed ei par-  
cens cum eum haberet in manibus cap. 24. 5. Quo-  
circa rectè Dauidi in virtutibus omnibus consum-  
mato hoc tribuatur elogium, quod nuper *Stephano  
Bartolæo* insigni *Poloniae* regni assignauit *Bonifa-  
cius Vannocius* in *Miscellaneis* Epist.

In templo fuit plusquam Sacerdos.

In Repub. plusquam Rex.

In Sententia dicenda, plusquam Senator.

In iudicio, plusquam Iurisconsultus.

In exercitu, plusquam Imperator.

In acie, plusquam Miles.

In aduersis perferendis iniurijs, condonandis,  
plusquam vir.

In publica libertate tuenda, plusquam Ciuis.

In amicitia colenda, plusquam amicus.

In conuictu, plusquam familiaris.

In venatione ferijs, domandis, plusquam Leo.

In tota reliqua vita, plusquam Philosophus.

SI TRADENT ME VIRI CEILÆ, & C. IN MA- VERS. 11



NVS SAUL ET DIXIT DOMINVS: TRADENT.] A gno sumptuum impendio, & famæ meæ dependio.  
 SAUL PERSECVTVS EST DAVID IN DESERTO MAON.] Maon, vtrâ S. Hieron. in locis Hebr. & ex eo Adrichom. erat ciuitas in tribu Iuda, sita in campestribus ad dexteram Iesimon, contra solis ortum Daromæiuxta urbem desertum erat nemorosum & cauernis plenum, in quo delituit Dauid: confine est deserto Carmeli, & deserto Pharan. Quare minus rectè nonnulli putant Maon fuisse in Arabia, & Dauidem relicta Iudæa ob Saulis metum fugisse ad Arabes, idque significare Psal. 119. vers. 3. cum ait: *Hec mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar*, id est cum Cedarensi sive Agarensi, hoc est, Arabibus.

Sciētia Dei conditiona-  
ta.

VERS. 13. Descriptio ciuitatis & deserti Ziph.

VERS. 16.

VERS. 19.

Hoc tempore compositus Psal. 53.

VERS. 23.

DAVID DESPERABAT SE POSSE EVADERE A FACIE SAUL.] sua virtute & sapientia, sperabat tamen se Dei opē euasurum. Sciebat enim se à Deo vinctum in regem, vt Sauli in regno succederet.

ET NVNTIVS VENIT AD SAUL DICENS: FERSTINA ET VENI, QUONIAM INFVDERVNT SE PHILISTHIM SVPER TERRAM.] Vide hic quam opportunè Deus in archis, suis fidelibus optuleret, & è periculis liberet, quod vulgo dicitur: *Deus ex machina*. Vnde Philo missus à Iudæis ad Caium Imper. ne Iudæos cogeret se adorare vt Deum, cum à Caio sperneretur, conuersus ad suos dixit: *Considite socj: nam tunc vicinum est Dei auxilium cum deest humanum*, itaque factum: nam pauld post Caius interiit, ita refert ipse in Legat. ad Caium. Ecce tibi hic Dauid vndique cinctus à Saule, & iam iam ab eo capiendus, à Deo liberatur miro modo, nimirum immittendo Sauli nuntium & cogitationem de Philisthinis arcendis, itaque eum à Dauide diuertendo, & ad Philisthinos persequendos conuertendo. Fecit ergo Deus, perinde ac faciunt Hispani in agitatione tauri: dum enim taurus aliquem furibundus insequitur vt eum laniet, illicò à tergo alius taurum stimulo pungit, cogitque taurum retrorsum conuerti. Ita fecit hic Deus Sauli, qui quasi taurus furebat in Dauidem. Audi S. Chryl. hom. 46. in Genes. *Maxima securitas & inexpugnabilis murus est gratia Dei*. Videamus quomodo Dauid de loco in locum transiens, & quasi erraticus vagans, manu supernâ munitus fuerit: *Saul autem cum esset in medijs ciuitatibus, & tantum secum duceret exercitum, & satellites habens & armigeros, quotidie timebat & tremebat inimicorum insidias*. 1. Reg. 18. vers. 12. & 29. Et ille quidem, qui solus erat, non indigebat humano presidio: hic verò coronatus & purpura indutus, illius auxilio indigebat; & regi opus erat pastoris opera; & diademate redimito, priuati adiumentum.

CA.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

DAVID fugit in desertum Engaddi: insequitur eum Saul, cumq; in spelunca purgaret ventrem, Dauid in ea latens oram chlamydis eius abscindit: mox vers. 9. eam Sauli ostendans, cum illo exposulat, quod se innoxium iniuste persequatur: si enim ei nocere voluisset, in spelunca eum occidisset. Quare vers. 17. Saul compunctus & flens: iustior, inquit, tu es, quam ego; asseritq; ipsum post se regnaturum: Quare ab eo iuramentum exigit, quod non delebit suam stirpem, itaq; eum liberum dimittit.

1. Ascendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis turtissimis Engaddi. 2. Cumque reuersus esset Saul, postquam persecutus est Philisthæos, nuntiauerunt ei, dicentes: Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. 3. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. 4. Er venit ad caualas ouium, quæ se offerebant vianti; eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul; vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte speluncæ latebant. 5. Et dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcudit oram chlamydis Saul silenter. 6. Post hæc percussit cor suum Dauid, & quod abscidisset oram chlamydis Saul. 7. Dixitque ad viros suos: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, christo Domini, vt mittam manum meam in eum; quia christus Domini est. 8. Et confregit Dauid viros suos sermonibus, & non permisit eos vt confurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cepto itinere. 9. Surrexit autem & Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se Dauid pronus in terram adorauit. 10. dixitque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium; Dauid quærit malum aduersum te. Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitavi vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum; quia christus Domini est. 12. Quin potius pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te: animaduerte, & vide, quoniam non est in manu meâ malum, neque iniquitas, neque peccatum in te: tu autem insidiaris animæ meæ vt auferas eam. 13. Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. 14. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur: AB IMPIS egredietur impietas: manus ergo mea non sit in te. 15. Quem persequeris, rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. 16. Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. 17. Cum autem compleretur Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul: Numquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit. 18. dixitque ad Dauid: Iustior tu es quam ego: tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. 19. Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me. 20. Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. 21. Et nunc quia scio quod certissimè regnaturus sis; & habiturus in manu tua regnum Israel: 22. iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. 23. Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam: & Dauid & viri eius ascenderunt ad turtiora loca.

VERS. 3. Maximilianus I. ab Angelo in vnam redactus.

SVPER ABRVPTISSIMAS PETRAS QUÆ SOLIS IBICIBVS PERVIÆ SVNT.] Ibez est species caprarum syluestrium, quæ in rupes præruptas aufugit: vnde tales venando insectans Maximilianus primus Imperator, in rupes iniuas deductus cum descendere nequiret, ductu Angeli, vt creditur, Cornel. in lib. Regum.

A descensum reperit: ideoque crucein eò loci in perenne monumentum erigi iussit. Extat hæc crux iuxta Oenipontum, vbi cum Romam pergerem, illa mihi ostensa fuit. Audi Plinium lib. 8. cap. 53. Capra in plurimas species transfiguratur. Sunt caprae sunt rupicaprae, sunt ibices pernicitatis miranda, quamquam

F f

onerato capite, vastis cornibus, gladiorumq, vaginis, in hac se sibi vult. vt tormento aliquo rotati, in petras potissimum e monte aliquo in alium transfire querentes, atque recessu pernicis quod libuerit exultant.

VERS. 4. ET VENIT AD CAVLAS OVIVM QVA SE OFFEREBANT VIANTE, id est, viam facienti, itineranti, per viam eunq, Vnde Hebr. Chald. & Sept. habent; que erant in via.

PORRO DAVID ET VIRI EIVS IN INTERIORE PARTE SPELYNCAE LATEBANT. Clamabo, inquit David, ad Deum altissimum, Deum, qui benefecit mihi. Psalm. 56. v. 3. Chaldaeus transfert: Ad Deum, qui accersit aranearum, vt conficeret in ore spelunca telam propter me: quasi sic interpretetur, vt David fugiens Saulem, in speluncam se abdidit, cuius aditum subitibus aranearum telis ita Deus pertexerit, vt Saul nullum ibi latibulum suspicatus, irritus praeteriret. Quomodo modum & aliquando in lege gratia Martyrem Felicem in angusto loco latitantem, aranearum tela diuinitus expana ab insequenti- bus hostibus occultauit.

Et aërio celsit vis ferrea silo. Ait S. Paulinus Natali 5. S. Felicis, qui & apposite concludit.

Sic vbi Christus adest nobis, & aranea muro est: At cui Christus adest, & murus aranea fiet.

Verum huius telae aranearum speluncam Davidis obregentis fides sit penes Chaldaeos. Nam huic telae Rabbini sua atrexunt commenta de musca & insano, quae refert, & vt fabulosa confutat Abulensis quaest. 6.

VERS. 5. ECCE DIES DE QVA LOCVTVS EST DOMINVS AD TE: EGO TRADAM TIBI INIMICVM TVVM. Vbi & quando ei locutus sit Deus, Script. nusquam exprimit. Nonnulli censent Deum id dixisse Dauidi per Gad prophetam, alij per Nathan, alij per Samuelem, alij ipsimet Dauidi id a Deo reuelatum ob eius patientiam arbitrantur, vt ipse animaretur ad maiora certamina. Abulens. censet per Nathan id dictum. Serarius per Gad, Sanchez per Samuelem.

SURREXIT ERGO DAVID ET PRACIDIT ORAM CHLAMYDIS SAUL SILENTI. Abulensis putat a Deo leuitatem inditam Dauidi, & surditate Sauli, ne audiret & Dauidem incedentē & scindentem. Addit Abulens. Dauidem surrexisse & iuisse ad Saulem eo animo, vt eum occideret, non autem vt oram chlamydis eius dumtaxat praecideret: sed in hac praecisione Deum illi cor immutasse, vt de voluntate hac, licet non planē deliberata, doleret & poeniteret, & hoc significari illis verbis: Percussit cor suum David. Verum Script. ibidem statim addit, ed quidd absidisset oram chlamydis eius. De hac ergo absiditione poenituit David, non autem de voluntate occidendi Saulem, quam absolute numquam habuit. Nam semper eam detestatus est, imò capite vigesimo sexto, versu decimo & undecimo, iurat David se numquam manum extensurum contra Saulem per omnem eius vitam. Quare hic fuit ordo rei gesta: Cum socij Dauidem incitarent, vt Saulem quem in manu habebat occideret, ille sensit quidem primos motus & inclinationem appetitus irascibilis ad eum occidendum, sed appetitu rationali & voluntate deliberata in eos non consentit. Surrexit ergo & iuit ad Saulem, non ea mente determinata vt eum occideret, vel vt oram chlamydis absinderet, sed anceps animi in itinere deliberaturus & capturus consilium quid fa-

David numquam absoluit occidere Saulē.

cturus esset cum ad Saulem venisset: quod cum venit videns oram chlamydis, eam quasi rem leuē & primò obuiam absidit. Illicò verò eius conscientia ipsum remordet, quod oram hanc chlamydis regis sui absidisset, quare mentis oculos Deo illustrante aperiens, videntique quam turpe foret regem occidere, firmiter proposuit nec eum occidere, nec in alio quopiam laedere: vnde socijs volentibus Saulem occidere fortiter resistit, eosque omnino a caede & vulnere cohibuit. Hinc vers. 11. ait se cogitasse quidem eum occidere, non autem statuisse, vel decreuisse: rō enim cogitauit significat simplicem cogitationem & inclinationem appetitus sensitui, qualem nobis suggerit tentatio irae & vindictae, ante eius examen & deliberatum consensum.

POST HÆC PERCVSSIT COR SVVM DAVID, ED QVOD ABSIDISSET ORAM CHLAMYDIS SAUL. quasi dicat: Conscientia Dauidem remordet, quod ausus fuisset regis & Domini sui Saulis vestem conscindere, itaque maiestatem regiam temerare. Cor enim hic est idem quod, conscientia. Vnde cor est nominatiui casus, David verò est accusatiui, quasi dicat: Cor suum, id est cor eius, scilicet Dauidis percussit ipsum Dauidem, id est, conscientia pupugit Dauidem. Id ita esse patet ex Hebr. & Septuag. Bonarum enim mentium, ait S. Bernardus, est agnoscere culpam, vbi culpa non est: absiderat enim David oram chlamydis, non vt Saulem occideret, sed vt benevolentiam suam erga eum demonstraret, qua eum habens in manu sua, ei pepercerat; itaque frangeret pertinax odium Saulis, eumque sibi praecatum deuinciret, vt de facto fecit. Fabulantur ergo Rabbini dum aiunt, Dauidem peccasse absidendo oram chlamydis Saulis: vnde in penam ei datum fuisse, vt cum tenuisset non posset vestibus calefieri. Mitis Abulensis censet Dauidem hic poenitere de voluntate occidendi Saulem, quae illi obrepserat vt audiemus vers. 11. minus tamen rectè, causa enim percussiois subditur, dum dicitur, Ed quidd absidisset oram chlamydis Saul.

Allegor. Eucherius: David, inquit, absidens oram chlamydis Saulis, significat Christum Iudeos non occidisse, sed eis gloriam regni abstulisse: chlamydis enim absiditio, regni est amputatio.

Tropolog. S. Gregor. 3. parte Pastor. Admon. 5. Quid, inquit, per Saul nisi mali rectores, quid per David nisi boni subditi designantur? Saul igitur ventrem purgare, est prauos prepositos conceptam in corde malitiam, vsque ad opera miseri odoris extendere, & cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quem tamen David seruire metuit, quia pie subditorum mentes ab omni se peste obreccationis abstinentes, prepositorum vitam nullo lingua gladio percitum, etiam cum de imperfectione reprehendunt. Qui & si quando pro infirmitate sese abstinere vix possunt, vt extrema quadam arque exteriora prepositorum mala, sed tamen humiliter loquantur, quasi oram chlamydis silenter incidunt: quia videlicet dum praelata dignitati saltem innoxie & laeenter derogant, quasi regis superpositi vestem secant; sed tamen ad semetipsos redeunt, seq, vehementissime vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Sic & Eucherius & Angelomus.

PROPTIVS SIT MIHI DOMINVS, NE FACIAM HANC REM. Vide hic & mirate clementiam & reuerentiam Dauidis erga Saulem regem, quem licet infensissimum persecutorem habens in manibus,

nibus, laedere non vult. Vnde gloriosior fuit hæc Dauidis de Saule victoria, illa quam reculit de Golia. Audi S. Chryostomum homil. 2. de Dauidē & Saule: Saul egressus est e spelunca, egressus est autem post illum & David, liberis oculis calum intuens, ac tunc temporis magis exultans, quam cum Goliath decisset, ac barbari caput amputasset. Siquidem hæc illa munificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc gloriosus tropheum. Cuius rei rationem reddit quod illa victoria armis constiterit, hæc virtutibus; & concludit: Itaque redit non Barbari illius caput gestans; sed animi commotionem mortificatam; sed iram enervatam: neque hæc spolia reposuit Hierosolyma, sed in calo, inq, superna illa ciuitate: nunc haudquaquam in choris obuiam veniebant femina, excipientes illum cum laudibus: sed angelicus populus e sublimi applaudebat, admirans eius Philosophiam & humanitatem. Et paulò post: Illustriorem tulit victoriam seruato Saule, quam si illum multasset. Quod enim tanti pretij lucrificasset premium occiso hoste, quantum nunc tulit illi parcendo?

POTRÒ rō, propitius sit mihi Dominus, aliqui putant esse iuramentum, & esse Antiphrasin, quasi dicat, propitius, id est aduersus me sit Deus, omniaque mea disturber, si manus in regem meum iniecero. Planius alij explicant, q.d. Deus mihi sit propitius, vt sua gratia me coërceat & prohibeat, ne tantum facinus in meum regem committam. Patet ex Hebræo qui habet: Prohibitio sit mihi à Domino, id est, vt Chald. Absit à me per Dominum, Pagnin. Absit mihi à Domino. Vatabl. Prohibeat Dominus, ne id faciam: non permittat, vt id desigmet.

VERS. 8. ET CONFREGIT DAVID VIROS SVOS SERMONIBVS, ET NON PERMISIT EOS VT CONSVRGERENT IN SAUL. Nota, rō confregit, significat socios Dauidis planē animatos & resolutos fuisse ad occidendum Saulem; ita vt David vim eis adhibere debuisset, vt hos eorum animos infringeret. Hebr. enim פוּטַסַּס, significat rumpere, findere, frangere, discerpere; vnde Vatab. vertit, auulsi. Hinc disce, quam mitis fuerit David & pius in Saulem, vt pro eius à quo affiduè impugnabatur vita, tanta vi & virtute pugnet, nimirum hoc signum erat animi placidi, excelsi & regij.

Eleganter Seneca libro primo de Clementia cap. 5. Magni, inquit, animi est proprium, placidum esse, tranquillum, & iniurias atque offensiones semper despiciere. Muliebri est furere in ira. Ferarum verò, nec generosarum quidem premordere & vrgere proiectos. Elephantes, leonesq, transcutunt quem impulerunt. Ignobilis bestia perimacia est. Non decet Regem saua, nec inexorabilis ira, non multum enim supra eum eminet, cui se irascendo adaequat. At si dat vitam meritis amittere: facit quod nulli, nisi rerum potienti licet: vita enim etiam superiori eripitur, numquam nisi inferiori datur: seruire proprium excellentis fortunæ, qua numquam magis suscipi debet, quam cum illi contingit idem posse quod Deo, cuius beneficio in lucem edimur, tam boni quam mali.

Quares, An David licitè potuisset occidere Saulem? Respondet Abulens. q. 11. negatiuè. Ratio eius est prima, quia David ab hac caede quasi turpi abhorruit. Secunda, quia Saul erat rex, David subditus; cui non licet regem licet sauum occidere. Tertia, quia David necdum erat rex, sed priuata persona; nemini autem priuato licet priuata auctoritate aliquem reum occidere: ad hoc enim re-

An licuisset Dauidi occidere Saulem? Aliqui negant.

Cornel. in lib. Regum.

quiritur auctoritas publica. Esto enim David à Samuele vnctus esset in regem; id tamen erat ad hoc dumtaxat, vt regnaret post mortem Saulis, non autem ipso viuo. Sic & Dionys.

Alij censent locuisse Dauidi Saulem occidere ex eo quod S. Thom. Franc. Victoria, Couarruias, S. Antonin. Syluester, Corduba, Nauarrus, & ex iis Lessius lib. 2. de iustitia cap. 9. dqb. 8. num. 45. docent, inuafum posse praenire inuadentem, etiam si is nondum accedat, sed instructus sit ad inuadendum, si aliter non possit mortem euadere, nisi eum praeniendo: talis autem erat hæc inuasio quam affiduè David sustinebat à Saule, vt naturaliter non posset mortem effugere nisi eum praeniret. Vt vt est, dico non decessit, tum quia non decebat Dauidem priuatum occidere regem Israelis; tum quia sciebat David se Deo esse curam, ac Deum praetiturum promissum sibi regnum, ideoque se ab omnibus insidijs Saulis liberaturum; tum quia decebat eum perfectæ patientiæ & mansuetudinis dare exemplum, vt ea sibi conciliaret animos Hebræorum, itaque sibi pararet viam ad regnum: atque vt esset typus & præcursor Christi, qui noluit Pilato & Caiphæ resistere, sed ab eis permittit se occidi. Ex his patet responsio ad argumenta Abulensis.

ET INCLINANS SE DAVID PRONVS IN TERRAM ADORAVIT. Saullem, quasi dicat: Dauid proster- nendo se in terram summam demissionem, honorem & reuerentiam Sauli quasi regi exhibuit. Disce hic, quomodo Prælatos & superiores, licet impios & infensos colere, & reuereri oporteat. Sic enim flectuntur ad pietatem & aequitatem, vt hic flexus fuit Saul à Dauidē vt fletet, & odium in amorem conuerteret. Quocirca Dauid tunc dicitur Psalm. 56. in quo Deo gratias agit de sui liberatione, & hostium confusione. Vnde ait vers. 4. Misit de calo & liberauit me: dedit in opprobrium concalcantes me. Et versu septimo: Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Titulus enim huius Psalmi est: In sinem cum fugeret David à facie Saul in speluncam.

ECCE HODIE VIDERVNT OCYLI TVI, QVOD TRADIDERIT TE DOMINVS IN MANV MEA IN SPELVNCA: ET COGITAVI VT OCCIDEREM TE, id est surrepfit, vel potius suggesta est mihi à socijs hæc cogitatio de te occidendo. Vnde Chald. vertit: Et dixerunt alij vt occiderem te. Nam David ipse voluntate deliberata constanter restitit huic cogitationi, & suggestioni sociorum, adeoque vim eis intulit, eosque confregit, vt dixi v. 8.

DIXI ENIM: NON EXTENDAM MANVM MEAM IN DOMINVM MEVM, QVIA CHRISTVS DOMINI EST. Christus, id est vnctus in regem à Deo per Samuelem. Duas causas affert David cur non læserit Saulem: prior, quod ipse sit Dominus suus: posterior, quod sit Christus, id est vnctus Domini, quasi dicat: mihi religio fuit tangere eum, quem vnctio Dei sibi sacrauit. Rectè S. August. lib. 2. contra Iulianas Periliani cap. 48. David Saulem, inquit, propter sanctam vnctionem & honorauit vnum, & vindicauit occisum. Et quia vel panniculum ex eius veste praescidit, percussit corde trepidauit.

TV AVTEM INSIDIARIS ANIMÆ MEÆ, VT AVFERAS EAM. Singula verba Dauidis magnam habent emphasim, eiusque clementiam &

Alij affirmant.

Dicendum a 1, non decessit.

VERS. 9.

Superiores etiam impios reuereri oportet.

VERS. 11.

VERS. 12.

virtutem adaugent. Ostendit enim se sua benefici-  
centia certare cum infidiis & maleficientia Saulis,  
tamque se in ipsum esse beneficium, quam ipse in  
se erat fauus & maleficus; S. Chryost. praeter homi-  
mil. de Davide & Saule scripsit homiliam insignem,  
cuius titulus est: Quod David magnificenter exeret  
trophaeum parcendo Sauli, quam occidendo Goliath; vbi  
repetens illa quae citavi vers. 7. addit Davidem hic  
in signem plagam diabolo, qui non nisi caedes litit  
& luscitas, indixisse. Ascendit, inquit, hoste vulneribus  
innumeris sauciato, vt qui licet seruasset Saulera, tamen  
illam reuera hostem diabolum multis plagis confixit.  
Egressus est ergo David de spelunca dextram illam totius  
orbis pretio parem, simul cum capite coronatam gestans  
corona iustitiae & mansuetudinis, &c.

David  
martyr.

Idem Chryost. homil. proximè sequenti, docet  
Davidem hic martyrij lauream non simplicem, sed  
multiplicem meruisse: Illud, inquit, considera, quod  
ex insidiis Saulis tripla quadruplaque martyrij corona re-  
dimitus est. Etenim qui, seruauit hostem, eum, qui semel,  
atque iterum, imò frequenter lanceam in caput illius vi-  
brabat, cum esset occidendi potestatem nactus, tamen pe-  
percit. Idem, cum sciret post eam proficitur clementiam so-  
re, vt denuo ab illo impeteretur: perspicuum est, quod mil-  
lites coronam meruit animi proposito, nullies autem inter-  
fectus propter Deum, plurimas tulerit martyrij coronas:  
qui quemadmodum & Paulus ait: Quotidie mortuus est  
propter Deum. Cum enim posset hostem sibi insidiantem è  
medio tollere, propter Deum noluit, maluit quotidie peri-  
clitari, quam iusta cade à tot mortibus liberari.

VERS. 13.

David ap-  
pellat ad  
Dei iudicium.

IVDICET DOMINVS INTER ME ET TE. ] Appel-  
lat. David ad Dei iudicium, quia humanum non  
habebat. Nam Saul qui debebat esse iudex, erat  
eius hostis & persecutor. Facit hoc, vt acriter cum  
Saule expositalet, ostendens persecutionis sum-  
mam iniustitiam, vtque eum terreat & à perseque-  
do auertat, minando Dei iudicium & vindictam.  
Sic S. Athanasius Constantino Imperatori ab Ar-  
rianis seducto, iubentique vt iret in exilium, di-  
xit: Iudicet Dominus inter me & te. & Imperator, quia  
calumnias inimicorum meorum credidisti. Ita Socrates  
lib. 1. Histor. cap. 25. & Baron. tom. 3. pag.  
426.

VERS. 14.

Ab impiis egredietur impietas. ] Impietas hic  
accipi potest simpliciter. Primum, proprie pro ipsa  
culpa; secundò, metonymicè pro eius poena; si pro  
culpa accipias, sensus erit, quali dicat: impietas occi-  
dendi non egreditur nisi ab impio homicida,  
qualis es tu o Saul, non verò à me, qui me & hic  
& alibi semper pium & obseruantem erga te ce-  
teroque omnes ostendi: vt hac gnome pertinet ad  
illud versu duodecimo. Vide quoniam non est in

Ex zelo in-  
sistia perit  
vindicam.

ET VINCISATVR ME DOMINVS EX TE. ] Vide-  
tur David commotior ex passione petere à Deo  
vindictam de Saule, sed ex primo animi impetu &  
actu indeliberato, ideoque leuiter peccat, ait Abul-  
lenf. Nam deliberatè nõnuit Dei vindictam de Saule:  
vnde audita eius morte, serid grauiusque in-  
doluit. Adde, Davidem videri vltionem hanc pe-  
tere ex recto iustitiae zelo, vt Deus tantum Saulis  
scelus castiger ad aliorum exemplum, ne pios per-  
sequi audeant, vt satisfiat scandalo quod Israelit de-  
derat Saul. Sic enim Moses Numer. 16. Iere-  
mias cap. 17. & David in Psalmis, subinde rectè  
sanctèque petunt à Deo iustam de impiis vin-  
dictam.

SICVT ET IN PROVERBIO ANTIQVO DICITVR:  
AB IMPIIS EGREDIETVR IMPIETAS. ] Impietas hic  
accipi potest simpliciter. Primum, proprie pro ipsa  
culpa; secundò, metonymicè pro eius poena; si pro  
culpa accipias, sensus erit, quali dicat: impietas occi-  
dendi non egreditur nisi ab impio homicida,  
qualis es tu o Saul, non verò à me, qui me & hic  
& alibi semper pium & obseruantem erga te ce-  
teroque omnes ostendi: vt hac gnome pertinet ad  
illud versu duodecimo. Vide quoniam non est in

A manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in re:  
tu autem insidiaris anime meae.

Si pro poena, sensus est quasi dicat: Impios se-  
quitur poena impietatis suae, culpam enim comi-  
tatur poena, sicut reum carnifex. Non est ergo  
opus vt ego manum meam in te o Saul extendam;  
teque occidam, quia tua impietas vindicante Deo  
te occidet. Occidèris enim ab impio, non à me qui  
pius sum. Nam impius Saul impia sua manu se-  
ipsum occidit, fuitque suae impietatis vltor & car-  
nifex, vt patebit cap. 31.

Prouerbum hoc ex vsu & ore vulgi petiitum di-  
rectè seruit ad haec tria, ait Caietan. manifestanda.  
Primo, pietatem Davidis abstinentis à cade Saulis  
omni que specie impietatis. Secundo, impia-  
tem adulatorum illorum, qui David detrahebant  
apud Saulem, eumque infligabant ad illius cadem.  
Tertio, ad confutandum ipsum Saulem, qui impiè  
Davidem pium persequebatur.

QVEM PERSEQUESTS REX ISRAEL? CANEM MORTVVM  
PERSEQUESTS ET PVVICEM VNVM. ]  
quali dicat: Hominem viliissimum, abiectissi-  
mum, debilissimum, instar canis & pulicis qua-  
lis sum ego, persequeris. Vt quid ergo me per-  
sequeris? Indignam est rege cum pulice pugna-  
re, sicut indignum fuit Domitiano mulcas ve-  
nari.

DIXIT SAUL: NVMQVOD VOX HÆC TVA EST  
FILII DAVID? ET LEVAVIT SAUL VOCEM SVAM  
ET FLEVIT. ] Vide hic quam efficax fuerit vox  
Davidis, vide pariter quam potens fuerit eius pro-  
funda humilitas, & incensa charitas, quae adaman-  
tinum Saulis cor confregit, ac mite placidumque  
reddidit, vt in lacrymas amoris dilueret. Vnde  
S. Chryost. homil. iam citata: Quanta, inquit, subito  
facta est mutatio: qui nunquam sustinuerat illum, vel sim-  
plici vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens  
exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum  
filium. Quid igitur Davide felicitas, qui ex homicida fecit  
patrem, & lupo ouem? qui fornacem iracundiae multo im-  
pleuit rore, quig, tempestate vertit in tranquillitatem,  
quig, tumorem omnem ire exastuantis animi restinxit.  
Verba quippe Davidis ingressa in animum istius efferati,  
totam hanc persecerunt immutationem. Ecce hos car-  
bones ignis iuxta monitum S. Pauli Roman. 12. 20.  
congestit David super caput Saulis, quibus eum  
ad se redamandum accendit. Subdit deinde Chryf.  
exempla quibus ostendat, quam potens sit vox  
piorum: Vox sanctorum frequenter, & elementa stare  
fecit. & potestates illorum immutauit. Locutus est tantum  
Iesu Naue, & cõstitit sol & luna. Sic & Moyses mare ingres-  
sus est, & cõstitit sic tres illi pueri ignis vim exstinxerunt  
hymnis illis suis ac voce. Itidem & Saul ad eandem vo-  
cem incaluit, dicens: Vox tua ista fili David? Quid igitur  
David? Seruus tuus Domine, mi rex. Posthac certamen ori-  
tur, & contentio vter alterum maiore prosequatur ho-  
nore. Saul quidem ad cognationem ascitit, filium appel-  
lans. David autem dominum eum appellat. Quod autem  
dicit tale est. Vnum inquit, vnum illud quero, salutem  
tuam, ac virtutis profectum: filium me appellasti, mihi ve-  
rò satis est, si me pro famulo habeas, tantum vt iram ponda-  
tantum vt ne quid de me suspicere malis, nene me ducas  
hostem aut insidiatorem.

Charitas  
Davidis  
pregit iuri-  
tiam Saulis

Inde colligit Chryost. in nostra potestate esse  
inimicum nobis reconciliare, si cum Davide nos  
coram eo humiliemus, & charitatem in eum  
ostendamus, iuxta illud Prouerb. 15. 1. Responso  
mollis

mollis frangit iram. In nobis ergo, ait Chryf. situm est,  
vt vel extinguatur ira inimicorum, vel ad maius irretitur  
incendium; si verbis asperis eum inadamus. Probat  
exemplo ignis quod subicit, si enim inses in scintil-  
lam ignis, excitas incendium, contra si inspias extinguis,  
& virtutem tibi in manu est, quoniam virtutemque inquit,  
ex ore tuo proficitur. Idem sit & in inimicitia proximi: si  
insulas ac peccordes ingeras sermones; excitas ignem illius,  
accendis carbonem, sin mites ac moderatos admodum sermo-  
nes priusquam exar deat, iram omnem exstinxerit.

VERS. 18.

IVSTIOR TV ES QVAM EGO. ] Pergit S. Chryf. Vi-  
des vt suam ipsius damnat malitiam, ac iusti virtutem  
praedicat: nullog cogente sese purgat. Idem tu facito cum  
hostis incidit in manus tuas, noli accusare illum, sed re-  
ipsum purga, vt illum perpellat ad sui ipsius condemnationem.  
Nam si nos accusamus exasperatur; si nos excusa-  
uerimus, ille reueritus nostram humanitatem, mox seipsum  
condemnat. Et nonnullis interiectis: Neque enim  
simpliciter dixit fecisti mihi bona; sed retribuisi mihi bona.  
Hoc est pro insidiis, pro cade, pro malis illis innumera-  
bilibus, magna mihi repondisti beneficia. At ego ne sic quidem  
factus sum melior; sed post illa tua beneficia perseueravi in  
malitia: tu vero nec sic quidem es immutatus; sed constanter  
tuum obtinisti morem, nos iterum atque iterum tibi insi-  
diantes beneficia prosequens. In hisce singulis verbis, quot  
coronae dignus apparuit David.

VERS. 20.

Mali ini-  
micos suos  
decidunt:  
sancti par-  
cunt.

QVIS ENIM CVM INVENERIT INIMICVM SVVM,  
DIMITTET EVM IN VIA BONAE? ] finet eum abire  
saluam & incolorem: via enim bona est quae ducit  
ad vitam, mala verò, quae ducit ad inortem. Lo-  
quitur Saul ex suo & similibus hominum inun-  
datorum ingenio, qui inimicos suos data occa-  
sione occidunt. Nam sancti contrarium faciunt:  
& vincunt in bono malum, vt fecit hic David:  
Quem praè aliis imitatus est S. Ioannes Gualber-  
tus, qui armatus occurrens inimico inermi, cum  
ille vitam sibi donari posceret per amorem Christi  
pro inimicis suis crucifixi, eidem pepercit. Vnde  
ingrediens Ecclesiam oransque ante imaginem  
crucifixi, vidit Crucifixum ad se caput inclinare,  
ac quasi applaudere & gratias agere, quòd hosti  
sui amorem peperisset. Quo viso commotus Ioan-  
nes saeculo renuntiavit, & ordinem Vallis im-  
brofæ instituit sub annum Domini 1020.

SED DOMINVS REDDAT TIBI VICISSITVDI-  
NEM HANC, PRO EO QVOD HODIE OPERATVS ES  
IN ME. ] q. d. ego non possum tibi retribuere par;  
retribuat ergo illud tibi Deus. Causam dat S.  
Chryf. homil. iam citata dicens: Quid enim poterat  
Saul reponere dignum meritis, etiam si regnum dedisset,  
cum omnibus oppidis? Neque enim oppida modo, & re-  
gnum, verum & vitam ipsam donarat illi David: ille  
verò non habebat alteram vitam, quam rependeret; eo-  
que illum relegat ad Deum, & ab illo manaturis pramiis ho-  
norat, pariter & hunc laudans & vniuersos erudiens,  
quòd tum maiora nobis apud Deum pramisa reposita sunt,  
cum pro innumeris beneficiis in hostem collatis, diuersa re-  
cepimus.

Magnani-  
mitas vera  
est iniuria  
condonatio.

Igitur David hic subditus licet, maior fuit Saule  
rege: nil enim ita magnum & magnanimum facit,  
vt amor inimicorum & iniuria condonatio. Audi  
Martinum Dumensem Abbatem, & postea Cra-  
carensis Episcopum anno Domini 572. lib. de  
quatuor virtutibus c. 2. Nil aliud magnum in rebus hu-  
manis, nisi animus magna despiciens, si magnanimus fue-  
ris, nunquam iudicabit tibi contumeliam fieri. De inimi-  
co dices: non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit: &  
cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis vin-  
Cornel. in lib. Regum.

A dicare potuisse; sciro enim honestum & magnum vindicta  
genus esse, ignoscere.

ET NVNC QVIA SEIO QVOD CERTISSIME RE-  
GNATVR VS SIS. ] Seio, ex lingulari illa Dei erga  
te cura & prouidentia, qua te tutatur, meaque in-  
fidias eludit; ac te in omnibus prosperat facitque  
hostibus omnibus superiorem, a quae ac Israelitis  
omnibus amabilem & admirabilem ob tuam di-  
uinam patientiam & mansuetudinem, qua etiam  
mihi hosti tuo insensissimum vitam condonasti. Ita  
Abulenf. Audi S. Chryf. homil. iam citata: Dic obse-  
cro vnde istud scis: Penes te sunt pecunia, arma, ciuitates,  
equi, milites, breuiter vniuersa vis apparatus regij: hic  
contra desertus ac nudus, nec ciuitatem, nec domum, nec  
familiam habens. Vnde igitur, te queso, ista loqueris? Ni-  
mirum ex ipsis Davidis moribus. Neque enim nudus, &  
inermis ac desertus me armatum, tantaque circumalla-  
tum potentia superasset; nisi Deum haberet adiutorem.  
Porro qui Deum habet fauentem omnibus est potentior.  
Vides ad quantam philosophiam Saul post insidiam deduc-  
tus sit? Vides qui fieri possit vt inimicus omnem expuat  
malitiam; immutatusque ad meliora sese recipiat? Ne veli-  
mus itaque nostram ipsorum salutem per iracundiam de-  
norare.

VERS. 22.

IVRA MIHI IN DOMINO, NE DELEAS SEMEN  
MEVM. ] Vide quam Saul rex hic se submittat Da-  
uidi, eique fiat supplex. Vnica ergo ratio expu-  
gnandi inimicos, eoique amandi est, humilis &  
incensa in eos charitas. Audi S. Chryost. homil.  
iam citata: Rex priuatum rogat, qui diademate cinctus  
est, supplicem agit, pro filio suo obsecrat exulem. Et hoc  
ipsum arguit virtutem Davidis, quòd hostis ausus sit hanc  
ab hoste petere. Nam quòd iustur audiam exigit, non eo fa-  
cit, quòd iustitiam Davidis moribus, sed quòd reperit, quos  
malis illum affecisset. Iura mihi te non aboliturum semen  
meum post me. Hostem filio suo relinquit tutorem, suusque  
proles in illius deponit manus dum his verbis filiorum ac  
Davidis manus apprehendens, Deum sequestrum indu-  
cit.

VERS. 24.

ET IVRAUIT DAVID SAUL: ] nec tantum iura-  
uit, sed & plura quam iurauerat praestitit. Ita S. David plu-  
Chryost. Quid igitur, inquit, David? Num vel leuiter & Sauli  
dissimulatione & ironia ad haec vsus est? Nequaquam, sed  
protinus annuit, quòdque petebatur concessit: ac mortuo  
Saule non modò non occidit illius posteros, sed tum plura  
praestitit quam erat pollicitus; siquidem filium eius cum  
esset claudis ac debilis cruribus, in suam ipsius domum in-  
duxit, suaeque mensae fecit participem, summo illum honore  
dignatus, nec erubuit, nec occultauit, nec arbitratu est  
regiam mensam claudicatione pueri debonestari, sed de-  
decorari potius ac lautorem fieri. Quotquot enim cum illo  
discumbebant, abibant magnam philosophiae doctrinam  
consecuti.

Moral. David docet hic subditos, quam mo-  
destè, humiliter, reuenter, amanter se gerere de-  
beant, erga suos principes & praelatos tam saecu-  
lares quam Ecclesiasticos, etiam rigidos & mo-  
lestos, imò iniquos, fauos & tyrannos, vt eos  
quasi Christos Domini, & in eis quali vicariis  
suis Deum ipsum colant & venerentur. In eis enim  
quasi viuus imaginibus, potestas & maiestas di-  
uina relucet. Sic Moyses veneratus est Pharao-  
nem, Iaias Manassen, Daniel Ciryum, Iere-  
mias Nabuchodonosorem, Iaddo Alexandrum, S.  
Paulus Neronem, S. Ioannes Domitianum, S.  
Ignatius Traianum, S. Cornelius & Cypritanus  
Valerianum, S. Sixtus & Laurentius Decium,  
S. Sebastianus Diocletianum, adeoque omnes  
Roma-



Romani Pontifices ac Sacerdotes, & Christiani a S. Petro, usque ad S. Syluestrum per trescentos annos modeste, & patienter tolerare perpetuas persecutiones, & martyria ab Imperatoribus Gētibus, nec eis restiterunt unquam, vel quidquam mali intulerunt; sed fugerunt & abdidit se in speluncis & cryptis, quas hodie Romæ cernimus; & veneramur. Hoc est, quod ait Apost. Hebr. 11. Circueunt in melioribus, in pellicibus caprimis, egentes, angustissimi, afflictissimi, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & cœternis terre. Hoc est, quod Christianos docet S. Petrus Epist. 1. cap. 2. 17. Datum, inquit, timete, regem (Neronem) honorificato. Seruis subditi estote in omni timore Domini, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyabolis. Hac est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitiam patienter iniuste, &c. In hoc enim vocati estis; quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, &c. qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste. Atque hac sua patientia Christiani meruerunt apud Deum, ut ipse Imperatores ad Christum conuerteret: sicut per sanctum Syluestrum conuertit Constantinum Imper. adeoque Romam, totumque orbem effecit Christianum.

Exempla.

Abbayri monachi patientia in mortificationibus.

Idem faciunt Religiosi suis Superioribus & Reſtoribus. Climachus gradu 4. de obedientia, narrat Religiosum quemdam nomine Abbacyrum a Superioribus suis valde exercitum, adeo vt quotidie expelleretur ex mensa, & sæpe incœnatus dormire cogeretur: quæ omnia ille valde patienter tulit, ac roganti Climacho, quomodo illa toleraret, respondit: Crede mihi Patres, probent me Patres mei, vtrum monachus esse cupiam, non autem vere id faciam, quam ego Patris ashorumq. intentionem non ignorans, leuissime ac sine vlla molestia omnia tolero. Et ecce decimum quintum iam annum ago istud cogitans, sicut & ipsi, quando monasterium intraui, dixerunt mihi quod vsque ad trigessimum annum renuntiantes probare solerent. Et recte quidem pater Ioannes. Sine probatione enim aurum non non perficitur. Hic igitur egregius Abba Cyrus secundo anno postquam adueneram, migravit ad Dominum in monasterio hoc, patribus cum deficeret dicens: Gratias ago Domino & vobis Patres, quod me ad salutem meam tentastis ingerit. Hac enim ex causa immunitus a tentationibus

A demonum hactenus mansi. Quem etiam tamquam confessorum, & cum his, qui illis obiectum sanctis dignissime quissimus pastor sepeliri iussit.

Ibidem magis mirabilem patientiam & obedientiam recenset eniſdam Achatij, qui a suo ſe-  
ne direttore non tantum asperes, sed & crudeliter tractabatur: quouidie enim non solum contumeliis, sed & verberibus afficiebatur: Ego igitur, inquit Climachus, obuiens illi sapissime dicebam: Quid est frater Achatij? Quomodo tibi est hodie? Ille vero contumid nunc quidem, lumentem tumidumq. oculum, aliquando vero faciem fractam & cœruicam, sepe istum caput ostendebat. Ego itaque sciens eum patientiam operarium, dicebam illi: Bone sustine viriuliter & proderit tibi. Cum igitur egisset annos nouem, sub immiti & acerbo ſene, migravit ad Dominum. Sepultusq. est in Patrum cœmeterio. Post quinque autem dies abiit ad magnum quemdam illic senem Achatij magister, dixitq. illi: Frater Achatij mortuus est. Quod cum audisset senior respondit: Vere senex non id mihi persuades. Qui ait, Veni & vide. Continuo surrexit senex, venitq. cum beati pugilis magistro ad cœmeterium. Clamauit sanguinem viueret ad eum, qui vere in beatitudine requie uidebat. Dicens: Frater Achatij mortuus est: Tum vero gratis ille obediens, etiam post mortem obedientiam ostendens magno illi ita de sepulchro respondit: Fi fieri quomodo potest pater, vt moriatur homo obedientia dedimus.

In Vitis Patrum lib. 7. 43. Pimenius Abbas rogans Nesteronem, quomodo tam leniter iniurias in monasterio toleraret? ab eo audiuit: In principio, quando ingressus sum dixi cogitationi mee: Ecce tu & hic asinus estis pares, sicut enim hic asinus vapulat, & non loquitur, iniuriatur & nihil respondet: ita ergo esto & tu, nam sic dicit & psalmus: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Ibidem Abbas Agathon dixit: Si vis vivere inter monachos, esto sicut statua lapidea, qua si iniuria afficitur, non irascitur: si laudatur, non extollitur. Ibidem lib. 3. num. 84. ex Rufino narratur hæc sancti vox: Porta celsi est iniuriarum percussio. Ibidem lib. 5. cap. 8. num. 2. Laudatus est, inquit, quidam frater a monachis apud Abbatem Antonium: ille autem cum venisset ad eum, tentauit si portaret iniuriam, & cum cognouisset, quia non posset ferre, dixit eis: Similis est domus quæ a facie quidem ornata est, de retro vero a latronibus despoliata.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Moritur Samuel. Dauid a Nabal tondente oues petit annonam; ille in eum conuicia & contumelias iacit. Quare Dauid iratus iurat se eum cum omnibus suis occisurum. Audit hoc Abigail uxor Nabal, suaq. blandiloquentia & munificentia Dauidem placat. Post decem dies Deus occidit Nabal uers. 38. Dauid Deo gratias agit, ac duas uxores ducit, Abigail & Achinoam, pro Michol quam Saul ei abstulit, tradiditq. Phalti.

1. Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israël, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Confurgensque Dauid descendit in desertum Pharan. 2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantque ei oues tria millia, & mille caprae: & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. 3. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen uxoris eius Abigail; eratque mulier illa prudentissima & speciosa: porro vir eius durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere

neri Caleb. 4. Cum ergo audisset Dauid in deserto quod tonderet Nabal gregem suum, 5. misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & uenietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacifice. 6. Et dicetis: Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus, quæcumque habes, sit pax. 7. Audiui quod tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuimus, quidquam eis de grege, quæni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. 8. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona uenimus; quodcumque inuenerit manus tua da seruis tuis, & filio tuo Dauid. 9. Cumque uenissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia uerba hæc ex nomine Dauid: & siluerunt. 10. Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: Quis est Dauid? & quis est filius. Isai? hodie increpauerunt, qui fugiunt dominos suos. 11. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonforibus meis, & dabo uiris quos necio unde sint? 12. Regressi sunt itaque pueri Dauid per uiam suam, & reuerſi uenerunt, & nuntiauerunt ei omnia, uerba quæ dixerat. 13. Tunc ait Dauid pueris suis: Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctisque est & Dauid ense suo: & secuti sunt Dauid quasi quadringenti uiri, porro ducenti remanserunt ad farcinas. 14. Abigail autem uxori Nabal nuntiauit uisus de pueris suis, dicens: Ecce Dauid misit nuntios de deserto, ut benedicerent Domino uostro: & auersus est eos. 15. Homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molesti: nec quidquam aliquando periiit omni tempore, quo fuimus conuersati cum eis in deserto: 16. pro muro erant nobis tam in nocte quam in die, omnibus diebus quibus paruimus apud eos greges. 17. Quam ob rem considera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia aduersum uiram tuam, & aduersum domum tuam, & ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. 18. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos uetros uini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas uiræ passæ, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos: 19. dixitque pueris suis: Præcedite me: ecce, ego post tergum sequar uos: uir autem suo Nabal non indicauit. 20. Cum ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radices montis, Dauid & uiri eius descendebant in occursum eius, quibus & illa occurrit. 21. Et ait Dauid: Verè frustra seruauimus omnia quæ huius erant in deserto, & non periiit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono. 22. Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent usque mane, mingentem ad parietem. 23. Cum nuntem uidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram. 24. & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit, domine mi, hæc iniquitas: loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis: & audi uerba famulæ. 25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super uiram istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est eum eo: ego autem ancilla tua non uidi pueros tuos, domine mi, quos misisti. 26. Nunc ergo domine mi, uiuit Dominus, & uiuit anima tua, qui prohibuit te ne uenires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi, & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & quid quærunt Domino meo malum. 27. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quæ attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui sequuntur te dominum meum. 28. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini, domine mi, tu præliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus uitæ tuæ. 29. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo uiuentium, apud Dominum Deum tuum: porro inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ. 30. Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona de te, & constituerit te ducem super Israël, 31. non erit tibi hoc in singultum, & in serupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris: & cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. 32. Et ait Dauid ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israël, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, 33. & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & uiscerem me manu mea. 34. Alioquin uiuit Dominus Deus Israël, qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi citò uenisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. 35. Suscepit ergo Dauid de manu

cius omnia quæ attulerat ei, dixitque ei: Vade pacifice in domum tuam, ecce audiui vocem tuam, & honoravi faciem tuam. 36. Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in dome eius, quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum pusillum, aut grande vsque mane. 37. Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis: 38. Cumque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. 39. Quod cum audisset Dauid mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem. 40. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes: Dauid misit nos ad te, vt acciperet te sibi in vxorem. 41. Quæ conuersa adorauit prona in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, vt later pedes seruatorum domini mei. 42. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pedissequæ eius, & secuta est nuntios Dauid: & facta est illi vxor. 43. Sed & Achinoam accepit Dauid de Iezrael: & fuit vtraque vxor eius. 44. Saul autem dedit Michol filiam suam, vxorem Dauid, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.

VERS. I. Quando mortuus Samuel, incertum.

MORTUUS EST AUTEM SAMUEL.] Quoto anno regni Saulis mortuus sit, non satis liquet. Nam Samuel, & Saul iunctim præfuerunt Israeli 40. annis: nonnulli hos annos ita distribuunt, vt ex eis 20. dent Samueli & 20. Sauli: alij duos duntaxat ex c. 13. 1. dant Sauli, alij decem, alij octodecim, ceteros Samueli. Alij verisimiliter cum Saliano, Samueli dant annos 22. ceteros octodecim Sauli.

Rursum quot annis post creatum regem Saulem superuixerit Samuel non constat. Probabiliter Salianus opinatur eum superuixisse sedecim annis; ac biennio ante Saulem obiisse anno ætatis suæ 77. cui fauēt Clemenſ Alexand. Ruffinus, Beda, Abulens. & Ioseph. quos ipse citat. Obiit enim Saul anno regni sui 18.

ET CONGREGATVS EST VNIVERSVS ISRAEL, ET PLANKERUNT EVM ET SEPELIERUNT EVM IN DOMO SVA IN RAMATHA.] Vide hic amorem & obseruantiam totius populi erga Samuelem, quasi suum iudicem, prophetam & omnis boni auctorem. Vide pariter luctus pompam, & mortui venerationem. Porro ossa Samuelis sub Arcadio Imper. anno Domini 406. ex Iudæa, magna & Imper. & populi pompa & deuotione, translata sunt Constantinopolim. Vnde S. Hier. scribens contra Vigilantium (quem nostri Hæretici sequuntur) docet eius & ceterorum Sanctorum liplana siue reliquias fidelibus esse veniendas. Audi S. Hier. *sacilegus dicendus est nunc Augustus Arcadius; qui ossa B. Samueli longo post tempore de Iudæa transfudit in Thraciam: Omnes Episcopi non solum sacrilegi; sed & fatui indicandi, qui rem vilissimam & dissolutos cineres in serico & vase aureo portauerunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, & tanta lætitiâ sunt iocundati, quasi presentem viucentem, prophetam cernerent atque susciperent, vt de Palestina vsque ad Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laude vnâ voce resonarent?*

Duo montes Carmeli in Israel

ET POSSESSIO EIVS IN CARMELO.] Duo erant montes in Israel dicti Carmeli. Vnus celeberrimus in tribu Issachar iuxta mare, distans à Prolemaide stadiis 120. vineis, oleis, aliisque arboribus odoriferis abundans, aded vt in proverbium abierit, vt cum locum fertile significare velint, dicant eum esse Carmel vel Carmelum: in hoc versati sunt Elias

A & Eliseus: ibique Carmelitarum fuit origo. Reg. 18. Alter mons, & in monte vrbis fuit in tribu Iuda, fertilis in pascuis, fructibus & herbis, feraxque vini delicatissimi. In hoc Saul victoria positus de Amalecitis, fornicem triumphalem crexit. Reg. 15. In hoc pariter habitauit & suas possessiones habuit Nabal. Ita S. Hieron. Bochart. Bredemb. Adrichomius in descript. terra sanctæ.

ET HOMO ILLE MAGNVS NIMIS.] quasi dicat: erat præpotens & ditissimus; vnde explicans subdit: *Erantq; ei oues tria milia & mille capre.* Olim enim opes suæ erant in pecudibus & pecoribus: vnde ab his nomen accepit peculium & pecunia, quia *omnis pecunie pecus fuit fundamentum,* ait Columella lib. 6.

OMNIBVS QUÆCVMQVE HÆRES SIT PAX.] Fuit illo æno hæc vsitata salutatio, qua dicendo: *pax tibi & tuis,* omne bonum salutato apprecabantur: Pax enim vehit secum omnem prosperitatem, fertilitatem, rerum copiam, omnique bonum; sicut his aduersa omnia inuehit bellum.

IN DIE BONA VENIMVS.] quasi dicat: ad diem lætam venimus, quæ tondes aues, ac liberalitatem erga tonfores exerceas dando eis splendidum epulum: otamus ergo vt nos egenos & famelicos, quasi tuos vicinos, amicos & defensores, huius tuæ lætitiæ & epuli facias esse participes. Hilaria celebras, illarum ergo particulam in nos deriuâ, nosque tecum exhilara.

Bonum enim sæpe sumitur pro læto, hilari, iucundo: sicut malum pro tristi & funesto. Vnde illud: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* Psalm. 132.1. Et illud: *Sufficit diei malitia sua,* id est miseria & tristitia sua. Matth. 6.

QUOD CVMQVE INVENERIT MANVS TVA, id est quod habes in promptu, quod commodè dare potes, DA nobis seruis tuis.]

HODIE INCREVERUNT SERVI QVI FVGIVNT DOMINOS SVOS,] quasi dicat: hodie increuit Dauid, qui est seruus Saulis, vt audeat se regi suo opponere, & contra eum exercitum ducere ac regnum eius ambire. Atrox fuit hæc calumnia & iniuria huiusmodi quam Nabal iecit in Dauidem.

VT BENEDICERENT,] vt salutarent, vt bene & fausta præcarentur.

PRO MYRO ERANT NOBIS,] id est nos defendebant

VER. 1.

VER. 6.

VER. 8.

VER. 10.

VER. 14.

VER. 16.

debant ab incurſu hostium. Iure ergo anoniam ab eis poscebat Dauid: ciues enim alere debent milites prædiciarios, qui eos eorumque bona contra hostes tutantur & propugnant.

VERS. 17. COMPLERA EST MALITIA.] id est malum & vindicta acris à Davide decreta, & plenè certoque ab eo concepta imminet tuo viro & domui tuæ.

IPSE EST FILIVS BELLIAL,] id est auarus, ingratus, durus, malitiosus & pessimus, vt dictum est v. 3. *Bellial* propriè idem est quod *sine iugo,* effrænis, indomitus, quasi dicat: Nabal ceruicosus renuit audire bonas nostras suggestiones de cauenda Davidis vindicta illi parata. Quare id ipsum tibi quæ mulier es sapiens & docilis, suggerimus, vt illam à te tuaque domo auertas.

VERS. 18. FESTINAVIT Igitur VR ABIGAIL,] vt Dauidem iratum aduentantem & exitum minitantem suâ beneficentiâ præueniret, & eloquentiâ leniret: itaque Nabal mariti sui inhumanitatem expiaret. Hinc aptè dicta est *Abigail*, id est *pater exultationis,* ait Pagnin. quia ipsa exiliens, exultationem peperit tibi Dauidi, quàm toti domui suæ, idque fecit virili prudentia & fortiudine quasi virago; vt non tam mater, quàm pater esse videretur.

VERS. 19. QVINQUE SATA POLENTÆ.] *Satum* erat genus menturæ, continens libras 26. hoc est uncias 320.

ET CENTVM LIGATVRAS VVÆ PASSÆ,] id est, centum fasciculos vuarum siccatarum in furno vel in sole. Alij tamen per *ligaturas vna,* accipiunt certas vuarum massas certi ponderis vel menturæ. Vnde Sept. vertunt; *Gomor vnum vna passæ.* Aquila vertit: *Ephi.* Quare Theodoretus hic asserit, *Gomor* idem esse quod *Ephi,* & *satum,* citatque Ezechielem, sed falsò: Nam Ezechielis 45. 11. dicitur: *Ephi & batus æqualia sunt:* non autem, *gomor.* Nam ex Exodi 16. 16. constat *Gomor* fuisse decimam partem *Ephi:* *gomor* ergo continebat octo libras, hoc est uncias 96. *Satum* autem continebat 26. libras, hoc est uncias 320. *Ephi* verò continebat libras 80. hoc est uncias 960. Vide dicta de ponderibus & mensuris in fine Pentateuch. Aliud ergo est *gomor,* aliud *homer,* siue corus; hic enim continebat libras 800. hoc est uncias 9600. *Gomor* igitur *vna passæ* continebat 96. uncias vna passæ. Vnde alij Hebr. *שמונה עשרים* *ismumkim,* id est *ligaturas,* vertunt: *botros,* quod in iis colliguntur grana, aut quod botri sicci colligentur in massam. Ita Pagnin. Arias, Marinus & alij. Centum enim botri facile ponderant 96. uncias: quicquid enim botrus ferè ponderat unciam. Huc facit quod 1. Paral. 30. 17. Hebræi dederint illi *Agyptio* duo *ismumkim,* id est duos botros vt videtur: nam *vna passæ,* & botri sunt quasi bellaria, quæ in fine mentæ pauca apponuntur. Aut potius dicendum est *Gomor* apud Septuag. non significare determinatam mensuram, sed vas quodlibet commune, quale erat *gomor.* Sic enim Itali *Barille* vocant omne vas minus. Hic sensus valdè planus & appositus est. Nam *ligatura* significat colligationem plurium botrorum; vt in regno Neapolitano duos pluresue botros colligant simul ad siccandum. Nam pro sexcentis Davidis militibus, valde parum fuissent centum botri. *Vnum* ergo *gomor,* vocatur hic vnum vas, vna massa, vna mensura communis vuarum passarum.

VERS. 22. ET DVCENTAS MASSAS CARICARVM,] id est ficuum aridarum vel siccatarum ad solem, ex quibus

bus fiunt massa ficuum, & forinæ quasi caseorum.

HÆC FACIAT DEVS INIMICIS DAVID,] id est ipse Dauid, alioqui enim ridicula esset hæc imprecatio. Est Euphenismus. Dauid enim hæc iuramento execratorio more vulgi: vulgus autem non aude iurando imprecari mala sibi ipsi, quia anxie timet quod si aliquod malum sibi imprecatur, illud reuera sibi eueniet: iurat ergo imprecandò malum aliis, sed per alios intelligit se ipsum. Sic ergo Dauid imprecatur malum *inimicis suis,* id est sibi ipsi. Ita Abulens. Simili Euphenismo ait Daniel c. 4. 16. regi Nabuchodonosori: *Domine mi, somnium his que te oderunt, & interpretatio eius, hostibus tuis sit;* cum tamen sit de ipsomet rege.

SI RELIQUERO DE OMNIBVS QUÆ AD IPSVM PERTINENT VSQVE MANE, MINGENTEM AD PARIETEM,] quasi dicat Dauid: Iuro quod omnes in domo Nabal occidam ante auroram; ita vt nec canem viuum in eâ relinquam. Canes enim eleuata tibia commingunt parietem, cum cetera animalia mingant in terram. Sic vulgò dicimus: aded omnes occidit, vt nec felèm nec canem viuum reliquerit. Ita Lyran. Caietan. Vatab. Alij per *mingentem ad parietem,* intelligunt hominem masculum siue magnum siue paruum. Vnde Chald. vertit, *cognoscens cognitionem,* id est hominem siue virum cognitione & iudicio præditum. Peccauit sine dubio Dauid sic iurando, vt patet v. 31. & magis peccasset si iuramentum reipsa expleset: nam in domo Nabal erant multi, imò omnes excepto ipso innocentes. Solus enim Nabal contumeliam fecerat Dauidi: nam seruis eius ipsius responsum displicuerat. Vnde illud Abigail retulerunt, vt ipsa illud corrigeret: Nabal tamen merebatur castigari. Vnde Theodor. q. 57. ait Dauidem iuste voluisse Nabalum occidere propter indignissima conuicia & contumelias, quibus Dauidem actu imperebat. Verum poterat Dauid aliter hæc refutare & compescere: quare non videtur potuisse licitè Nabalum occidere: quia ipse necdum erat Rex; vt publicè auctoritate posset Nabalum damnare ad mortem. Iurauit ergo ex impetu & feruore iuuenili & militari, ab ira & cholera abreptus ob iniuriæ atrocitatem, sed rediens ad se, sedataque ira pœnituit, manumque à cæde cohibuit, vt patet ex sequen.

Sic Aurelianus Imp. Tyanensis sibi portas occludentibus, iratus dixit: *Canem in hoc oppido non relinquam.* Vrbe capta militibus ex promisso directionem oppidi flagrantibus, respondit: *Agite, canem negaui me relincurum, canes omnes occidite.* Et sic suæ promissioni satisfecit, & clementer hostes suos tractauit, ait Flavius Vopiscus in Aureliano.

IN ME SIT DOMINE MÏHÆC INIQUITAS,] quasi dicat: mibi imputa iniquitatem mariti mei Nabal, non ipse: ipse enim stultus est, & nescit quid faciat: me ergo quæ vxor eius sum, culpa, me puni; ego luam quod ipse peccauit. Hebr. enim est *In me, ego* (subaudi peccauit) *Domine mi sit hæc iniquitas.* Aut quasi dicat: esto peccarim, audi tamen benignè verba, quæ ad mei excusationem & ad tuum commodum eloquar. Ita Vatab.

NE PONAT ORO DOMINVS MEVS REX (à Sa- muele vnctus in regem, etsi necdum regni possessionem adierit) COR SVVM SVPER VIRVM ISTVM INIQVVM (Bellial Hebr. id est indomitum, effræ-

VERS. 24. VERS. 25.

VERS. 27.

Tuam Dauid ex: ramento iuramento contumeliam

Peccauit Dauid hoc iuramento.

Non poteras licitè occidere Nabalum.

Aureliani Imp. ira mitigata.

VERS. 27.

VERS. 27.

nem, improbum) NABAL, QUONIAM SECUNDUM A Nomen suum stultus est. Nabal enim Hebr. idem est, quod stultus, seu malus & malignus, siue nebulosus, quasi dicat: ne apprehendas, ne cures, ne te affligas, ne irascaris Nabal ob eius inhumanitatem & conuicia quae in te iecit, quia ipse verè est Nabal, id est stultus: nemo autem curat dictoria & probra stulti & amentis; quia stultus caret ratione instar bruti, & ignorat quid agat & loquatur. Hebr. Nabal, ait S. Ambros. Epist. 35. Latine insipiens, durus, inhospitalis, inhumanus, ingratus, qui officia nesciret referre.

Stulti dictoria nemo curat.

Tropol. rō rex, vrget S. Ambros. in Psalm. 118. ferm. 14. quasi dicat: Tu o David, rex es: rege ergo tuas passiones, strana iram, doma vindictam, Nam vt ait S. Ambros. Quicumque proprium corpus subegerit, nec eius passionibus turbati animam suam rector sui congrua viuacitate permiserit; is bene regia quadam potestate se colibens, rex dicitur; quod regere se nonerit, arbiter sui iuris sit; ne non captiuus trahatur in culpam, nec precepta seruetur in vitium. Huius anima non perit in aeternum; nec quisquam rapit eam, de manu patris omnipotentis aut filij. Manus enim Dei qua solidauit calum, quos tenuerit, non amittit.

VERS. 26. VIVIT DOMINVS ET VIVIT ANIMA TVA,] quasi dicat: Iuro per vitam Dei & per vitam tuam, quod verum dicam, quodque res ita gesta sit vt dixi; scilicet, quod non viderim pueros tuos, nec conscia fuerim inhumanitatis a Nabal in te exercitae.

ET SALVAUIT MANVM TVAM TIBI,] quasi dicat: Deus continuit manum tuam, ne tu per illam te ipsum caedares caede & sanguine innocentium filiorum & famulorum meorum.

ET NUNC FIANT SICVT NABAL INIMICI TVI,] quasi dicat: sicut Nabal est in tua potestate & misericordia, sic omnes inimici tui tibi subdantur, tuamque gratiam & misericordiam implorare cogantur, vti ego eandem pro Nabal imploro. Ita Caietan. Aut quasi dicat: Omnes inimici tui aestimantur vt Nabal, stulti & fatui, de quibus quid dicant vel agant, nemo sapiens curat vel confiderat. Ita Abulen.

VERS. 27. SVS CIPE BENEDICTIONEM,] id est beneficium: siue donum annonae, quod tibi tuisque attuli.

AVFER INIQUITATEM FAMVLAE TVAE,] quasi dicat: remitte & condona iniquitatem Nabal mariti mei, quam ego in me transferri cupio, vt illius culpae poenam exoluam.

DOMVM FIDELIEM,] id est familiam, stirpem & posteritatem firmam & stabilem; vt scilicet filij & nepotes ex te progignendi continuā serie regnent in Israel, exclusā Saulis posteritate, ob eius iniquitatem.

MALITIA ERGO NON INVENIATUR IN TE,] Malitia, id est peccatum, & vltio quae decet personam regiam, ad quam a Deo destinatus es, quaeque te a regno impedit: Omnes enim cupiunt regem clementem & iniuriae inimicem, non memorem & vindictae cupidum.

VERS. 29. SI ENIM SVRREXERIT ALIQVANDO HOMO PERSEQVENS TE, ET QVARENS ANIMAM TVAM, ERIT ANIMA DOMINI MEI CVSTODITA QVASI IN FASCICVLO VIVENTIUM APVD DOMINVM DEVM TVVM: PORRO INIMICORVM TVORVM ANIMA ROTABITVR QVASI IN IMPETV ET CIRCVLO FVNDÆ,] quasi dicat: si vitam Nabalo hosti tuo condonas, cum ipse suis in te probis mortem

mereatur; Deus congruam tibi mercedem rependet, vt vicissim vitam tuam, contra omnes te persequentes, ac praesertim contra Saulem tueatur, illamque inter tot pericula securam & longævam diutissimè conferuet: nam res recondita in fasciculo, siue in ligamine viventium, quo scilicet ligantur vitæ, seu viui, ad hoc reconditur vt illaesa feruetur inter viuos; res verò quæ ponitur in funda, ad hoc in ea ponitur, vt fundâ illud eiiciat & ei aculetur: simili ergo modo Deus rotet quasi in funda, vitam inimicorum tuorum, vt animam e corpore eorum expellat & euibret, eosque mori cogat. Ita Caietan. Fasciculus ergo viventium apud Deum, est Dei prouidentia & curâ, in qua ipse eos, quorum vitam conseruat, quasi colligatos habet, ne quis pereat.

Allegor. & Tropol. Fasciculus viventium, est catalogus vel potius cætus & concilium Sanctorum Dei amicorum, & electorum ad vitam aeternam (vice versâ fasciculus morientium, est catalogus damnatorum ad mortem aeternam: Hi enim ait Isaias c. 24. 22. congregabuntur in congregatione vinus fascis in lacum) lapis verò in funda rotatus, sunt impij & reprobi eiiciendi in gehennam & mortem aeternam. Ita Eucherius, Angelomus, Glossa, idque propter quinque analogias. Prima est, quia vt ait Eucherius, fasciculus asstringitur vt conseruetur: sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, vt iis admoniti per manus redemptoris in perpetuum conseruentur; quia verò reprobi, quod lautiores in vita sunt, ed longius a diuina visionis gloria prouiciuntur; idcirco lapidi fundæ comparantur: quod videtur alluisse regius. vates Psalm. 87. Ipsi verò de manu tua repulsi sunt. Secunda, quæ est eiusdem: Quia sicut fasciculus vinculo quodam & nexu colligatur, ita sanctorum cætus eadem fide, eadem spe, eadem charitatis vinculo constringitur, & vno, eodemque diuino presidio vndique cingitur. Tertia, quia sicut fasciculus florum in manu ad oblectationem gestatur, ita electos omnes Deus in manu sua gestat, & virtutum odore, qui ex illis afflatur, conuincit delectatur, iuxta illud Sapientia 3. Iustorum anime in manu Dei sunt: Quamuis sit ibi propriè sermo de protectione, qua Deus sanctos tuetur, vnde subditur: Non tanger illos tormentum mortis. Quarta, quia sicut fasciculus non nisi ex certis iisq, lectissimis floribus conficitur, ita predestinatorum numerus ex certis, iisq, charitatis virtutumq, ceterarum odore ac suauitate redolentibus existit. Quintò, fasciculus notat ordinem gradusque gloriæ Sanctorum: sicut enim in falce flos vnus alteri ordinatè inseritur, & vnus præ alio emicat; sic & in caelo sancti pro meritis suum tenent locum & ordinem, vnusque præ alio dotibus gratiæ & gloriæ resplendet: Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. 1. Corint. 15. 41. Hæc & plura dixi Amos 9. vers. 5. ad illa: Fasciculum suum super terram fundauit. Fasciculus ergo viventium, idem est quod liber vite.

Allegor. & Tropol. Fasciculus viventium, est catalogus vel potius cætus & concilium Sanctorum Dei amicorum, & electorum ad vitam aeternam (vice versâ fasciculus morientium, est catalogus damnatorum ad mortem aeternam: Hi enim ait Isaias c. 24. 22. congregabuntur in congregatione vinus fascis in lacum) lapis verò in funda rotatus, sunt impij & reprobi eiiciendi in gehennam & mortem aeternam. Ita Eucherius, Angelomus, Glossa, idque propter quinque analogias. Prima est, quia vt ait Eucherius, fasciculus asstringitur vt conseruetur: sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, vt iis admoniti per manus redemptoris in perpetuum conseruentur; quia verò reprobi, quod lautiores in vita sunt, ed longius a diuina visionis gloria prouiciuntur; idcirco lapidi fundæ comparantur: quod videtur alluisse regius. vates Psalm. 87. Ipsi verò de manu tua repulsi sunt. Secunda, quæ est eiusdem: Quia sicut fasciculus vinculo quodam & nexu colligatur, ita sanctorum cætus eadem fide, eadem spe, eadem charitatis vinculo constringitur, & vno, eodemque diuino presidio vndique cingitur. Tertia, quia sicut fasciculus florum in manu ad oblectationem gestatur, ita electos omnes Deus in manu sua gestat, & virtutum odore, qui ex illis afflatur, conuincit delectatur, iuxta illud Sapientia 3. Iustorum anime in manu Dei sunt: Quamuis sit ibi propriè sermo de protectione, qua Deus sanctos tuetur, vnde subditur: Non tanger illos tormentum mortis. Quarta, quia sicut fasciculus non nisi ex certis iisq, lectissimis floribus conficitur, ita predestinatorum numerus ex certis, iisq, charitatis virtutumq, ceterarum odore ac suauitate redolentibus existit. Quintò, fasciculus notat ordinem gradusque gloriæ Sanctorum: sicut enim in falce flos vnus alteri ordinatè inseritur, & vnus præ alio emicat; sic & in caelo sancti pro meritis suum tenent locum & ordinem, vnusque præ alio dotibus gratiæ & gloriæ resplendet: Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. 1. Corint. 15. 41. Hæc & plura dixi Amos 9. vers. 5. ad illa: Fasciculum suum super terram fundauit. Fasciculus ergo viventium, idem est quod liber vite.

Porrò Sebast. Munsterus licet hæreticus, hinc quippiam notatu dignum affert pro suffragiis defunctorum, veterique ritu orandi pro mortuis: Per fasciculum, inquit, viventium intelligunt Hebraei folium maiestatis, sub quo aiunt iustorum animos in sæculo alio quiescere. Hinc etiam est, vt in tumbis suis passim insculpant hanc sententiam; Anima eius sit in fasciculo viventium; sicuti, requiescat anima eius, &c. de quibus liber qui inscribitur: Precationes Iudeorum pro defunctis, quem vertit Genebrardus.

Moral.

Moral. Nota hic modos quibus Abigail infregit iram accensam Dauidis, eumque a caede cohibuit, quos imitemur, vt furorem furentium quasi iniecta aqua refinguamus & sopiamus. Primò enim obtulit Dauidi multa & ampla dona quæ negarat Nabal, ideoque Dauidi bilem mouerat: dona enim iram sopiunt & amorem conciliant. Secundò, summè se humiliavit prosternendo se in terram coram Dauid, qua humiliatione extersit superbium Nabal respondum, quo Dauidem irritarat. Tertio, rationes affert sapientes & blandas, quibus ostendit Dauidi quàm noxia ei futura sit ira & vindicta, quamque salutaris & commoda eius obliuio & condonatio, scilicet 1. quòd Nabal sit stultus: stulti autem dicta & probra sapienti non sunt curanda, sed contemnenda. 2. quòd ipsa se offerat pro Nabal ad luendam poenam. 3. quòd ipsa non viderit seruos a Dauide ad Nabal missos, nec maledicta Nabal audierit: quare rogat vt sibi domuique suæ innocenti parcat. 4. quòd si vitam Nabalo condonarit, Deus vicissim vitam Dauidis contra Saulem ceterosque hostes tutabitur. 5. quòd Dauid prælietur prælia Domini, scilicet ad defendendum Israel, qui erat populus Dei: quare hoc suum decus non inquinat malitia & vltione priuata, nec maculet conscientiam suam puram caede tot innocentium qui erant in domo Nabal. 6. quòd si iræ suæ indulget, populum a se auertet, ne eum in regem acceptet. 7. quòd hæc vindicta erit ei in singulum & cordolum per omnem vitam, quodque Dei iram prouocabit, vt eum puniat poena talionis, ac domum eius excindat: sin autem eam condonet & vitam tot innocentium seruet, Deum pariter daturum ei domum fidelem, ac posteros eius in vita & in regno perpetuò seruaturum.

Adi placandi iras.

VERS. 31. ET CVM BENEFECEKIT DOMINVS DOMINO MEO, scilicet tibi, vt te ad regnum euehat, RECORDABERIS ANCILLÆ TVÆ,] vt scilicet mihi beneficias; videtur præfigurare & tacitè petere Abigail vt asciscatur in vxorem Dauidis, eique regi fiat regina.

VERS. 37. INDICAVIT EI VXOR SVA VERBA HÆC, ET EMORTVVM EST COR EIUS,] quasi dicat: timore Dauidis attonitus fuit Nabal, & quasi emortuus: Ipse enim malè sibi conscius audiens iustam Dauidis contra se iram, metuit ne illam totam in se solum effunderet: putauit enim hac de causa eum pepercisse Abigail & familiæ suæ innocenti, vt caput nocens, id est Nabal peteret. Simili modo ait Ouidius lib. 1. Tristium Eleg. 3.

Non aliter stupui, quàm qui tonis ignibus ictus Viuit, & est vite nescius ipse sine.

PERCVSSIT DOMINVS NABAL,] morbum lethalem ei immisit, qui subitaneam ei mortem afferrèt.

AD ABIGAIL, VT SYMERET EAM SIBI IN VXOREM.] David dicens Abigail, repræsentauit Christum, qui sibi Ecclesiam ex gentibus despondit. Hæc enim amisso viro, cui antè iuncta fuerat, transiit ad Christum, censu pro diues, humilitatis & fidei, misericordie quoque dotata patrimonio, &c. cui sponsus iucunditatem confert & gratiam, emundans eam ab omnibus pulchritudinis eius impedimentis, ait S. Ambros. Epist. 35. ad Iren. Qui & subdit, Achinoam alteram Dauidis vxorem significasse synagogam Iudeorum. Achinoam enim, inquit Ambros. Hebr. idem est, quod fratris mei commotio: talis autem fuit synagoga: quam nutantem inueniens diabolus, sicut leo diruit, & incanditatem eius abstulit: & arefcere fecit fructus eius iuxta illud Psalm. 45. Posuisti nos in parabolam gentibus, commotionem capitis in populo. Aptius tamèn Pagnin. in nom. Hebr. Achinoam, inquit, Hebr. idem est, quod, frater incanduitatis suæ pulchritudinis: aut, frater meus decor suæ iucunditatis: quod Iudæis ad Christum conuersis aptè congruit.

ECCE FAMVLA TVA SIT IN ANCILLAM, VT LA-VET PEDES SERVORVM DOMINI MEI,] Abigail absentem Dauidem, quasi presentem in legatis ab eo missis alloquitur, eiusque se vocat famulam & ancillam: atque hac sua humilitate meruit fieri eius vxor, & regina Israelis. Vnde ipsa typus fuit B. Virginis, quæ electa a Deo in sponfam, & a Verbo in ea incarnando in matrem, dixit Gabrieli Archangelo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Ideoque ipsa ancilla Dei facta est mater Dei. Verè Ecclesi. c. 26. v. 1. Mulieris bonæ, inquit, beatus vir, numerus enim amorum illius duplex: mulier fortis oblectat virum suum, & amos vite illius in pace implebit, pars bona, mulier bona, &c. Et v. 16. Gratia mulieris sedula delectabit virum suum. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Talis enim fuit Abigail.

SAVL AVTEM DEDIT MICHOL FILIAM SVAM VXOREM DAVID, PHALTI FILIO LAI.] Tradant, vel potius more suo fabulantur Rabbini, Phalti non cognouisse Michol, eò quòd gladius inter ipsum & Michol interiaceret, ideoque ipsam mansisse illiberam sine filiis. Alij asserunt id eum fecisse ex studio pietatis & castitatis. Alij alia comminiscuntur: sunt enim ipsi non valorum, sed opinionum & somnorum figuli.

VERS. 44. FABULA RABBINICA DE CASTITATE PHALTI & MICHOL.

CAPVT



CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Dauid dormienti Sauli parcens, tollensq. eius hastam & scyphum, illaq. ostendens Sauli, ac suam innocentiam & clementiam allegans, eius iram odiumq. expugnat, vt dicat: Benedictus tu fili mi Dauid.

x. ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce, Dauid absconditus est in colle Hachila, quæ est ex aduerso solitudinis. 2. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph. 3. Et castrametatus est Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex aduerso solitudinis in via: Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem quod venisset Saul post se in desertum, 4. misit exploratores, & didicit quod illuc venisset certissimè. 5. Et surrexit Dauid clam, & venit ad locum vbi erat Saul: cumque vidisset locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, 6. ait Dauid ad Achimelech Hethæum, & Abisai filium Saruix, fratrem Ioab, dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum. 7. Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. 8. Dixitque Abisai ad Dauid: Conclufit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, scemel, & secundò opus non erit. 9. Et dixit Dauid ad Abisai: Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in christum Domini, & innocens erit? 10. Et dixit Dauid: Viuit Dominus, quia nisi Dominus percussisset eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descendens perierit: 11. propitijs sit mihi Dominus ne extendam manum meam in christum Domini. Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus. 12. Tulit igitur Dauid hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos. 13. Cumque transisset Dauid ex aduerso, & stetisset in vertice montis de longè, & esset grande interuallum inter eos, 14. clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: Nonne respondebis Abner? Et respondens Abner, ait: Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem? 15. Et ait Dauid ad Abner: Numquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo non custodisti dominum tuum regem? ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret regem, Dominum tuum. 16. Non est bonum hoc, quod fecisti: viuit Dominus, quoniam filij mortis estis vos, qui non custodistis Dominum vestrum, christum Domini. Nunc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput eius. 17. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi Dauid? & ait Dauid: Vox mea, Domine mi rex. 18. Et ait: Quam ob causam Dominus meus persequitur seruum suum? Quid feci? aut quod est malum in manu mea? 19. Nunc ergo audi, oro, Domine mi rex, verba serui tui: Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium: si autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu Domini: qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hereditate Domini, dicentes: Vade, serui dijs alienis. 20. Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino: quia egressus est rex Israel vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus. 21. Et ait Saul: Peccauit, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi malefaciam, eò quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis. 22. Et respondens Dauid, ait: Ecce hasta regis: transeat vnus de pueris regis, & tollat eam. 23. Dominus autem retribuet vnicuique, secundum iustitiam suam & fidem, tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in christum Domini. 24. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia. 25. Ait ergo Saul ad Dauid: Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potens poteris. Abiit autem Dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum.

QVIS

VERS. 9. QVIS ENIM EXTENDET MANVM SVAM IN A CHRISTVM DOMINI (in Saulem, qui à Deo per Samuelem vnctus erat in regem) ET INNOCENS ERIT? Dauid ab hac cæde abhorruit, eò quod indecens & indignum ei videretur, occidere regem suum à Deo constitutum & vnctum: religioni ergo sibi duxit Saulem lædere, ne Deum in eo lædere videretur: ita pia mentes, vt ait S. Bern. agnoscunt culpam, vbi non est culpa, eiusque umbram horrescunt.

Moraliter, discit hinc à Dauide, quàm prælatos & principes etiam improbos & nobis aduersantes reuereri debeamus, quasi christos Domini, nec eos verbo, multò minus verbere lædere. Rursum, quantopere Deus eos quos parat ad magna, vt alios regant, exerceat aduerfitatibus & persecutionibus. Sic enim per Saulem exercuit Dauidem, vt eius virtutem acueret, dignumque regno efficeret: quare hæc persecutiones Saulis non fuerunt aliud Dauidi, quàm exercitationes, præparationes & dispositiones ad regnum, idque Saul agnouit dicens v. 23. Faciens facies & potens poteris. Simili modo solent Principes, Episcopi, Rectores, subditos quos ad regimen parant, variis grauiusque imperijs, oneribus, increpationibus, mortificationibus exercere, vt eorum virtutem probent, augeant, perficiant, vtque ipsi discant in regimine subditis compati. Nemo enim rectè imperat, nisi qui rectè patet. Nemo sentit iugum obedientiæ quod alijs imponit, nisi qui priùs illud subiit & expertus est; qui enim illud non subiit, imperiosè regit & dominatur in clericis, ait S. Petrus. Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, inquit Amos c. 6. 6. & nihil patiebantur super conuisione Ioseph.

VERS. 11. PROPITIUS SIT MIHI DOMINVS, NE EXTENDAM MANVM MEAM IN CHRISTVM DOMINI. Quasi dicat: Precor Deum vt det mihi gratiam & constantiam, ne victus persecutionibus Saulis, eum aliquando velim occidere. Vnde Hebr. est: Prohibit Dominus ne extendam, &c. Chald. Nescis mihi ab ante Dominum, &c. Oratio est, & vt nonnulli volunt, simul iuramentum; quo Dauid iurat se non occisurum Saulem, vt per illud se in bono hoc proposito confirmet, vtque Abisai & alios volentes occidere Saulem profus ab eius cæde auertat.

ET SCYPHVM AQVÆ. Peperam Castalion & Calvinista vertunt: matulam. Quæres, quis fuerit hic aquæ scyphus? Primò, Serarius putat fuisse clepsydram horariam, ad vigilias noctis Sauli indicandas. Nam Iulius Cæsar & præci Duces olim in castris ad illum finem clepsydræ vtebantur, teste Vegetio lib. 3. Veterum enim clepsydræ indicabant horas ex fluxu non arenæ (vt faciunt nostræ) sed aquæ, vt nomen ipsum indicat: Clepsydra enim dicitur quasi κλεψιδρα ὑδωρ, id est suffurans aquam. Erat ergo clepsydra, horologium aquarum, horas aquæ fluxu dimetiens. Secundò, Auctor Antiq. Coniugal. lib. 1. Verisimile est, inquit Iudæorum potum in militia fuisse aquam, non vinum. Vnde I. Samuel. scyphus aquæ ad caput Saulis stetit dicitur, non vini, vt hodie sapenumetò magni viri noctu quoque ad lectum solent habere vini cantharos atque pocula ad potandum, & inexplebili illi suæ siti, quam sibi assidua, immoderataque vini ingurgitatione compararunt, satisfaciendum.

Tertiò, planius Iosephus hinc aquæ scyphus ait, erat ad lauandum manum eius & subinde per diem aqua manus & faciem abluere solemus. Iudæi vero etiam noctu non raro se lauabant, præsertim si quæ iis pollutio accidisset. Vnde Clemens Alexan. lib. 4. Strom. c. 7. Iudæi, inquit, etiam in lecto purgantur. Idem Exhort. ad Gentes: Semper, inquit, à cubili lauantur Hebræi. Idem factitant etiamnum Iudæi, adeoque ex eis religiosiores crebrò totum corpus abluunt.

VERS. 12. QVIA SOPOR DOMINI IRRUERAT SVPER EOS. Sopor Domini, id est sopor magnus & grauis. Ita Chald. sic vocantur montes Dei & Cedri Dei, id est magni & excelsi. Aut melius, sopor Domini, est sopor à Domino immissus. Naturaliter enim vix fieri poterat, vt in castris tam numerosis omnes omnino etiam vigiles dormitent. Deus ergo fuit qui omnibus soporem immisit in gratiam Dauidis. Similem soporem immisit Deus Adæ, cum ex eius dormientis latere accepit costam, ex eaque formauit Heuam, Genes. 2. Vide hinc, mirare, & reuerere providentiam Dei, qua Dauidem & suos contra tot hostium millia tueretur, immittendo omnibus soporem, vt Dauid Saulem omnesque eius milites mactare posset si voluisset; atque eius insignis bonitas & clementia, parcendo Sauli, tam ipsi quàm toti populo pateficeret, itaq; ab eo in regem eligeretur.

VERS. 13. ET STETISSET IN VERTICE MONTIS DE LONGE. Prudenter id fecit Dauid, ne si in castris Saulis mansisset, ab aliquo militum eius occideretur. Scellit ergo in montem, vt fugere posset si quis eum insecutus fuisset, vt eminus è monte clamans per tota Saulis castra monti subiecta audiretur. Vide hinc vs Dauid in omnes formas se transformet, ad Saulem placandum, sanandum & saluandum. Verè Comicus: Illud mirum est sapere, si vbiicumque opus sit, animum possit sclectere.

VERS. 14. ALLEGOR. Eucherius: Venit, inquit, Dauid, id est Christus ad Iudæos hostes suos dormientes in sua infidelitate; non eos occidit, sed tulit ab eis scyphum aquæ, id est gratiam legis: tulit & sceptrum regale, regni scilicet potestatem, quam pro magno habebant, & vnde se protegebant temporaliter, & quam aduersus Deum per incredulitatem gerebant. Deinde victor noster Dauid de castris eorum regressus, transiit in altitudinem montis calorum.

FILII MORTIS ESTIS VOS, QUI NON CVSTODISTIS DOMINVM VESTRVM. Erant custodes hi dormientes excusabiles & extra culpam, quia vigilare non erat in eorum potestate & libertate. Nam Deus sopore immissò cecgebat eos dormire, vt dictum est v. 12. Dauid autem vocat eos filios, id est reos mortis, quia actus hic dormiendi secundum se spectatus damnabilis erat, dignusque morte: vnde vigiles qui in castris noctu excubant, si à Capitaneo dormientes inuēntantur, trucidantur, quia illorum somnus creat periculūm euidens totis castris, ne ab hoste inuadantur & euertantur.

SI DOMINVS INCITAT TE ADVERSVM ME, ODOR ETVR SACRIFICIVM. hoc est, præsto sum vt occidar, & Deo immoler quasi victima, quæ ipsi placeat velut odor suauitatis sacrificij. Loquitur Antropopaths. Deus enim cum nō habeat corpus & nares, propriè non odoratur nidorem sacrificij, sed dicitur odorari metaphoricè, quia sicut odor suavis delectat odoratum hominis, sic suauitas sacrificij oblectat Deum. Alij sic exponunt, quasi dicat, Odoretur sacrificium, id est offeram sacrificium pro peccato, si aliquid contra Deum, vel contra te è Saul commissi.

SI AVTEM FILII HOMINVM incitant te aduersum me. Si autem filii hominum incitant te aduersum me.

VERS. 12. Sopor Domini, id est sopor magnus & grauis. Ita Chald. sic vocantur montes Dei & Cedri Dei, id est magni & excelsi. Aut melius, sopor Domini, est sopor à Domino immissus. Naturaliter enim vix fieri poterat, vt in castris tam numerosis omnes omnino etiam vigiles dormitent. Deus ergo fuit qui omnibus soporem immisit in gratiam Dauidis. Similem soporem immisit Deus Adæ, cum ex eius dormientis latere accepit costam, ex eaque formauit Heuam, Genes. 2. Vide hinc, mirare, & reuerere providentiam Dei, qua Dauidem & suos contra tot hostium millia tueretur, immittendo omnibus soporem, vt Dauid Saulem omnesque eius milites mactare posset si voluisset; atque eius insignis bonitas & clementia, parcendo Sauli, tam ipsi quàm toti populo pateficeret, itaq; ab eo in regem eligeretur.

VERS. 13. ET STETISSET IN VERTICE MONTIS DE LONGE. Prudenter id fecit Dauid, ne si in castris Saulis mansisset, ab aliquo militum eius occideretur. Scellit ergo in montem, vt fugere posset si quis eum insecutus fuisset, vt eminus è monte clamans per tota Saulis castra monti subiecta audiretur. Vide hinc vs Dauid in omnes formas se transformet, ad Saulem placandum, sanandum & saluandum. Verè Comicus: Illud mirum est sapere, si vbiicumque opus sit, animum possit sclectere.

VERS. 14. ALLEGOR. Eucherius: Venit, inquit, Dauid, id est Christus ad Iudæos hostes suos dormientes in sua infidelitate; non eos occidit, sed tulit ab eis scyphum aquæ, id est gratiam legis: tulit & sceptrum regale, regni scilicet potestatem, quam pro magno habebant, & vnde se protegebant temporaliter, & quam aduersus Deum per incredulitatem gerebant. Deinde victor noster Dauid de castris eorum regressus, transiit in altitudinem montis calorum.

FILII MORTIS ESTIS VOS, QUI NON CVSTODISTIS DOMINVM VESTRVM. Erant custodes hi dormientes excusabiles & extra culpam, quia vigilare non erat in eorum potestate & libertate. Nam Deus sopore immissò cecgebat eos dormire, vt dictum est v. 12. Dauid autem vocat eos filios, id est reos mortis, quia actus hic dormiendi secundum se spectatus damnabilis erat, dignusque morte: vnde vigiles qui in castris noctu excubant, si à Capitaneo dormientes inuēntantur, trucidantur, quia illorum somnus creat periculūm euidens totis castris, ne ab hoste inuadantur & euertantur.

SI DOMINVS INCITAT TE ADVERSVM ME, ODOR ETVR SACRIFICIVM. hoc est, præsto sum vt occidar, & Deo immoler quasi victima, quæ ipsi placeat velut odor suauitatis sacrificij. Loquitur Antropopaths. Deus enim cum nō habeat corpus & nares, propriè non odoratur nidorem sacrificij, sed dicitur odorari metaphoricè, quia sicut odor suavis delectat odoratum hominis, sic suauitas sacrificij oblectat Deum. Alij sic exponunt, quasi dicat, Odoretur sacrificium, id est offeram sacrificium pro peccato, si aliquid contra Deum, vel contra te è Saul commissi.

SI AVTEM FILII HOMINVM incitant te aduersum me. Si autem filii hominum incitant te aduersum me.

Scyphus aquæ Saulis quis? Resp. 1.

Clepsydra tymon.

2.

Sopor à Deo immissus Sauli cum suis.

VERS. 13.

VERS. 16. Custodes non peccabant dormiendo.

VERS. 19.

Cornel. in lib. Regum.

Gg uersum

nersum me, MALEDICTI SUNT IN CONSPECTU A DOMINI; utpote qui me innocentem & a Deo in regem vnctum inique persequuntur. DICENT ES: VADE, SERVI DIIS ALIENIS.] Dicens, non verbis sed factis, ait Theodor. & Procop. fugando enim Dauidem ex Iudæa, cogebant eum fugere ad Philisthæos, aliasque gentes a quibus Dauid sollicitabatur ad colendum eorum Deos & idola.

VERS. 20. ET NVNC NON EFFVNDATVR SANGVIS MEVS,] quasi dicat: Quia non habes iustam causam me persequendi, sed solum te incitant filij hominum in me malevoli & maligni; idcirco tibi supplico ne meum sanguinem innocentem effundas.

SICVT PERSEQUITVR PERDIX.] Persequitur, passiuè, hoc est persecutionem patitur. Comparat enim Dauid se pulici & perdici, quæ a venatore quarrytur ad necem.

VERS. 21. ET IGNORAVERIM MVLTAMINIMIS,] id est non

cogitarim tuam innocentiam & benevolentiam erga me.

ET SICVT MAGNIFICATA EST ANIMA TVA HODIE IN OCVLIS MEIS, quasi dicat: Sicut vita tua magno aestimata fuit mihi, ut illam tangere & ledere noluerim, cum illam haberem in manu & potestate mea: SIC MAGNIFICETVR ANIMA MEA IN OCVLIS DOMINI, vt Deus hanc meæ clementiæ congruam mercedem & talionem rependat, vt vitam meam contra tuos tuorumque & hostium ceterorum insidias illæsam conferuet, itaque ostendat se eam valde aestimare & magnificere, ET LIBERET ME DE OMNI ANGVSTIA.]

FACIENS FACIES, ET POTENS POTERIS.] q. d. VERS. 25. Præclara facies opera & res præclaras gerens ac valde potens euades, præsertim cum mihi in regnū succedes. Vnde Chald. vertit: Regnando regnabis, & prosperado prosperabis. Tigrin. facies & omnino perficies. Vatab. Valido valebis, id est magnis viribus pollebis.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Dauid fugit ad regem Geth, ab eoq; obtinet urbem Siceleg, ex qua assidue prædatum excurret in hostes Israelis, omnes occidendo, ne quis eum apud regem accuset.

I. ET ait Dauid in corde suo: Aliquando incidam vna die in manu Saul: nonne melius est vt fugiam, & saluer in Terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? fugiam ergo manu eius. 2. Et surrexit Dauid, & abiit ipse, & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maach regem Geth. 3. Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse & viri eius; vir & domus eius; & Dauid, & duæ vxores eius, Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. 4. Et nuntiatur Sauli, quod fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra quærere eum. 5. Dixit autem Dauid ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbiū regionis huius, vt habitem ibi: cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? 6. Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg propter quam causam facta est Siceleg regum Iudæ, vsque in diem hanc. 7. Fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum, quatuor mensium. 8. Et ascendit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus euntibus Sur vsque ad Terram Ægypti. 9. Et percutiebat Dauid omnem terram; nec relinquebat viuentem virum & mulierem: tollensque oues, & boues, & asinos, & camelos, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. 10. Dicebat autem ei Achis: In quem irruisti hodie? Respondebat Dauid: Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. II. Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: Ne fortè loquantur aduersum nos: Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum. 12. Credidit ergo Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus.

VERS. I. ALIQUANDO INCIDAM VNO DIE IN MANVS B SAUL.] Licet enim ipse a Deo per Samuelem vnctus esset in regem, tamen id erat eo casu dumtaxat, quo ipse superuivisset regi Sauli. Aut putabat Dauid se hac vnctione & promissione Dei posse excidere per peccata sua, vt permissu Dei in manus Saul incideret, regnoque & vita excideret, vt exciderat Saul. Ita Abulens.

VERS. 2. ET SVRREXIT DAVID ET ABIIT IPSE, ET SEXCENTI VIRI CVM EO AD ACHIS FILIVM MAACH REGEM GETH,] quæ erat vna ex quinque vrbibus & satrapis Philisthinorum. Hic est Achis, ad quem

Achis hic, ide n qui supra c. 21.

antea fugerat Dauid c. 21. ac accusationes Philisthinorum metuens, coram eo simulans se stultum, liber euaserat. Iam verò idipsum non timuit: eò quod nunc vbique etiam in Philisthæa constaret inueteratum & continuum odium Saulis in Dauidem: quare a Dauide licet iam cognito nihil sibi metuebat Achis, imò sperabat eo se deuce fideli contra Saulem hostem suum vsurum.

VERS. 3. GETHAI DAVID.] Gethai Dauid, id est milites eius, qui cum eo habitauit in Geth. Et viri eius, vir et domus eius,] id est quisque cum sua vxore & familia. A Geth dicti sunt Gethai, fidelissimi & fortissimi milites Davidis, quia

VERS. 3. Gethai Dauid, id est milites eius, qui cum eo habitauit in Geth. Et viri eius, vir et domus eius,] id est quisque cum sua vxore & familia. A Geth dicti sunt Gethai, fidelissimi & fortissimi milites Davidis, quia

scilicet eum fugientem in Geth secuti erant, ibique cum eo habitabant, indeque prædatum excurrebant, nam expressè v. 2. dictum est, sexcentos hostes viros ex Iudæa cum Dauide profugisse in Geth. Erant ergo ipsi origine Iudæi, non Gethai & Philisthini, vt vult Abulens. Quis enim credat Dauidem regem fidelem & sanctum ad sui custodiam acciuisse Gethios Philisthinos, qui erant infideles & iurati Israelis hostes? Hi ergo Iudæi dicuntur Gethai, quia ex Iudæa fugientem Dauidem secuti sunt in Geth, ibique cum eo habitauerunt vsque ad mortem Saulis, post quam cum Dauide ex Geth redierunt in Iudæam, eumque ad regnum promouerunt ac bella eius gesserunt, vti satis indicatur 2. Reg. 15. 18.

VERS. 5. CUR DAVID MANERET IN GETH.] Cur Dauid maneret in Geth. CUR ENIM MANET SERVVS TVVS IN CIVITATE REGIS TECVM?] Cupiebat Dauid ab Achis eiusque aula separari multis de causis. Prima erat, vt liberius excurrere posset in Philisthæos & Amalecitas, ex eisque agere prædas, quibus se & suos sexcentos milites cum vxoribus sustentaret: has enim agere non poterat in Geth: id enim rescuisset Achis, ideoque Dauidem vt gentis suæ hostem expulisset vel occidisset. Secunda, vt pudori vxorum suarum, militumque suorum cõsuleret: illi enim infidiantur sæpe aulici infideles & luxuriosi, quales erant Philisthini. Tertia, ne milites sui aulicorum fastu inuidiaque, gula, luxuria, ceterisque vitis, ac præsertim infidelitate & idololatria inficerentur.

VERS. 6. DEDIT EI ITAQUE ACHIS IN DIE ILLA SICELEG.] Siceleg, siue Sicelech vrbs primò sorte obtigit tribui Iudæ Iosue 15. 31. deinde ei adempta est, & data tribui Simeonis. Iosue 19. 5. postea cum in Philisthæorū esset confinio, ab eis fuit occupata, puta a Gethais & Achis eorum rege, qui proinde eam hic rursus Dauidi cessit, & concessit. Porro Siceleg Hebr. idem est quod angustia scxtarii, ait Pagnin. in Nomin. Hebr. idque congruè ad hunc locum. In ea enim resedit Dauid cum suis militibus, laborans angustia victus & potus.

VERS. 7. FUIT AVTEM NVMERVS DIERVM QVIBVS HABITAVIT DAVID IN REGIONE PHILISTHINORVM, QVATVOR MENSIVM.] Hebr. dicitur mansisse dies & quatuor menses, hoc est, per annum & quatuor menses. Hebr. enim iamim, id est dies, in plurali sæpe annum significat, inquit Lyran. Pagnin. Caetan. & Nouatores. Verum alij passim dicunt Dauidem tantum mansisse apud Achis quatuor mensibus & aliquot diebus. Hoc enim exigit versio Latina vulgata, itaque censent Abulens. Serarius, Salius, Adrichom. Sanchez, Tornielius, & alij, qua de re rursus dicam c. 29. v. 3.

VERS. 8. ET AGEBAT PRÆDAS DE GESSVRI ET DE GERZI ET DE AMALECITIS.] Gessuri vrbs erat in

Dauid in Geth fuit quatuor tantum mensibus & aliquot diebus.

VERS. 8. ET AGEBAT PRÆDAS DE GESSVRI ET DE GERZI ET DE AMALECITIS.] Gessuri vrbs erat in

A valle (ge enim est vallis) trans Iordanem, a qua tota vicina regio dicta est Gessuri vel Iessuri: quæ quidem regio Israeliticæ terræ quæ trans Iordanem est, versus Septentrionem terminus fuit, atque licet dimidia tribui filiorum Manasse in possessionem fuerit data, præstitit tamen terræ habitatores numquam inde expulsi fuisse videntur. Iosue 13. 13. Erant ergo incolæ Gessuri, æquæ ac Gerzi & Amalecitas hostes Israelis, ac proinde Dauid de iis iuste agebat prædas. Porro noster Salius aliam hanc esse censet Gessuri a Gessuri Manassensium: hæc enim, inquit, erat vicina Amalec, & extra terminos Israelitarum Meridiem versus, cuius nulla in Scriptura, nisi hoc loco fit mentio, sicut nec de Gerzi.

VERS. 9. NEC RELINQVEBAT VIVENTEM VIRVM ET MULIEREM.] Quæres, Quo iure fecit id Dauid? Nam ipse non erat absolutus princeps nec rex, ac per consequens non habebat ius indicendi vel motendi belli. Resp. Dauidem a Samuele vnctum fuisse in regem, ac a Saule creatum belli contra hostes Israelis ducem, quare auctoritatem bellandi habuisse. Licet enim Saul iam Dauidem ex odio priuato persequeretur, gratum tamen & ratum habebat tum ipse, tum totus populus, quod Dauid supprimeret & opprimeret Philisthinos, aliosque hostes suos, quos ipse magno labore & periculo subiugare debuisset. Sed quo iure omnes omnino occidit? Resp. Eum ius habuisse ex lege Deut. 20. v. 17. & 25. quæ iubet omnes incolas terræ Hebræis a Deo promissa, etiam paruulos & feminas occidi, eorumque bona diripi: Gessuriam autem & Gerziam (qui Iosue 13. v. 13. vocantur Machati, ait Abulens. licet id neget Salius) habitabant in terra Iudæis promissa, vt patet Iosue 13. 13. Amalecitas autem licet extra eam degerent, tamen eos omnes iusserat Deus occidi, vt audiuimus c. 15. Dauid ergo quasi belli Israelis dux a Saule auctoratus, publicam auctoritatem habuit hæc omnia faciendi, Deique iussa exequendi. Ita Abul. Caet. & alij.

VERS. 10. IN QVEM IRRVISTI HODIE? RESPONDEBAT DAVID,] id est in vita non conseruabat, viuere non sinebat, sed omnes occidebat, ne quis superstes eum quasi hostem apud Achis & Gethios accusaret.

VERS. 11. CREDIDIT ERGO ACHIS DAVID.] Mirum fuit ex tot cladibus & cædibus Philisthinorum a Dauide editis, nullam permanasse ad aures Achis regis: humanitas vix fieri id poterat: sed Deus qui omnia Davidis opera dirigebat, ita hæc pariter direxit, vt nil resciret Achis. Sicut enim soporem immisit in tota castra Saulis ad saluandum Dauidem cap. 26. 12. sic hic immisit quasi inaduertentiam & cæcitate in Achis, omnesque aulicos, ne scirent Dauidem in socios sibi fœderatos irruisse.

VERS. 12. DAVID,] id est in vita non conseruabat, viuere non sinebat, sed omnes occidebat, ne quis superstes eum quasi hostem apud Achis & Gethios accusaret.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Saul instante pralio de eius eventu sciscitatur Deum; sed eo non respondente consulit Pythonissam, qua ei suscitatur Samuelem, qui v. 16. Sauli eiusq. castris perniciem cademq. praedicat.

1. Factum est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthiim agmina sua, vt prepararentur ad bellum contra Israel: dixitque Achis ad Dauid: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tui, & viri tui. 2. Dixitque Dauid ad Achis: Nunc scies quae facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: Et ego custodem capituli mei ponam te cunctis diebus. 3. Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & hariolos de terra. 4. Congregatiq. sunt Philisthiim, & venerunt, & castrametati sunt in Sunam: congregauit autem & Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe. 5. Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. 6. Consultitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdores, neque per prophetas. 7. Dixitque Saul seruis suis: Quae rite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam. Et dixerunt serui eius ad eum: Est mulier pythonem habens in Endor. 8. Mutauit ergo habitum suum: vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixeris tibi. 9. Et mulier ad eum: Ecce, tu nosti quanta fecerit Saul, & quo modo eraserit magos & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animae meae, vt occidas? 10. Et iurauit ei Saul in Domino, dicens: Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quidquam mali propter hanc rem. 11. Dixitque ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi suscita. 12. Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Sauli: Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. 13. Dixitque ei rex: Noli timere: quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi ascendentes de terra. 14. Dixitque ei: Qualis est forma eius? Quae ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quod Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. 15. Dixit autem Samuel ad Saul: Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait Saul: Coartor nimis: siquidem Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit a me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per somnia; vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam. 16. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cum Dominus recesserit a te, & transferit ad aemulum tuum? 17. Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scinderet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: 18. quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec. Idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. 19. Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim: cras autem tu & filij tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim. 20. Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. 21. Ingressa est itaque mulier illa ad Saul, (conturbatus enim erat valde) dixitque ad eum: Ecce obediuit ancilla tua voci tuae, & posui animam meam in manu mea: & audiui sermones tuos, quos locutus es ad me. 22. Nunc igitur audi & tu vocem ancillae tuae, & ponam coram te buccellam panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere. 23. Qui renuit, & ait: Non comedam. Coegerunt autem eum serui sui & mulier, & tandem audita voce eorum surrexerit de terra, & sedit super lectum. 24. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollensque farinam, miscuit eam, & coxit azyma, 25. & posuit ante Saul & ante seruos eius. Qui cum comedisent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

NVNC

VERS. 2. NVNC SCIES QUAE FACTURVS EST SERVVS A T VVS.] Dauid hic ambiguè loquitur, ne Achis regem offendar, & se in vitæ periculum inducat. Nam non intendebat (licet id putet Lyran.) ipse intendit pro verè pugnare cum Achis contra suos: Israelitas; impium enim fuisset preliari contra patriam suam, Deique populum: neque se voluit vlcisci de Saule, vt patet ex praeced. & seq. vnde eo caeso valde de eius morte indoluit. Ita Abul.
VERS. 3. ET SAUL ABSTVLIT MAGOS:] quia id iusserat Deus Leuit. c. 19. & 20. Fecit id Saul initio regni sui, ait Abul. Licet Serarius velit id eum fecisse post peccatum suum.
VERS. 6. ET NON RESPONDIT EI NEQVE PER SOMNIA, NEQVE PER SACERDOTES.] Hebr. neque per Vrim, id est per Pontificè indutum rationali in quo erant Vrim, id est illuminationes, quibus Deus eius interrogationibus respondebat, & futura de quibus consultebatur praedicebat. Vide dict. Exodi 28. 30. Licet enim Abiathar fugisset ad Dauidem cum Ephod, quando Saul eius patrem Achimelech ob datos Dauidi panes occidit, c. 22. 20. tamè alius erat Pontifex cum Ephod in Tabernaculo apud Saulem, per quem ipse Deum consultebat; alioquin enim caruissent Hebraei Pontifice & sacris: nam Dauid cum Abiathar Pontifice ob metum Saulis, ex Iudaea profugerat in Philisthaeam ad Achis regem Geth. Noluit Deus respondere Sauli ob eius inobedientiam & impietatem, qua occiderat Sacerdotes & Dauidem persequebatur. Quare Saul videns se à Deo sperni, confugit ad Pythonem; id est ad diabolium, iuxta illud athei:
Flectere si nequeas superos, Acheronta mouebo.
Saulèm imitatus est Oedipus apud Senecam; qui oraculis alijs frustra tentatis, tandem necromantiam tentauit.
VERS. 7. DIXITQUE SAUL SVS SVIS: QVARE RITE MIHI MVLIEREM HABENTEM PYTHONEM.] hoc est demonem familiare, quem Sept. vocant εἰσαεῖς, id est, venisiloquum, qui scilicet ex ventre mulieris quasi ex ytre (hunc enim significat Hebr. מלכה vnde Larinum obha) loquebatur, dabaturque oracula de futuris, eum de is consuleretur. Hinc Apollo vocatus est Pythius, eo quod ederet oracula, iunctaque ministris & ministris vocati sunt Pythia & Pythonissa. Hinc fuit sum omnes magi & diuini vocati sunt Pythij, a deo que Python quodlibet diuinationis genus significat, siue fiat per necromantiam & suscitationem mortuorum, vt hia fiebat per suscitationem Samueles, siue per sortilegia siue per incantationes; siue quo alio modo. Vide dicta Ilaie 8. 19. & Act. 16. 16.
MVLIEREM.] Fabulatur R. Eliezer, R. Kimchi, aliique Rabini mulierem hanc fuisse matrem Abner, cui Saul ob cognationem pepercerit. Sed errant: nam mater Abner habitabat in sua tribu Benjamin, hæc verò in Endor, quæ erat in tribu Issachar. Rursum mater Abner erat matrona nobilis, hæc verò vilis operaria, ait Iosephus.
Dices, Saul Pythonissam, id est magam consultauit, ergo v. 3. tales interfecit Iustin. Mart. q. 57. ad Orthodoxos: sustulit, inquit, diuinatrices, quod hoc factio Deum placaturum se esse ita speraret, vt sententiam suam, quæ eum regno priuaret, abrogaret: non quod diuinatricum scelus odisset; sed quod regnum amaret. Quæ ratio vera est, & Saulis ambitioni consentanea. Sed illa est ad rem præsentem congruentior quam Hebraei apud Lyranum tradiderunt. Saul, inquit, ea Cornel. in lib. Regum.

causa sustulit hariolos, quod illi predicarent eius familiam euerendam, & regnum transferendum ad Dauidem.
SAMVELEM MIHI SVS CIT A.] Quares, an verus fuerit Samuel quem Pythonissa suscitauit? Multi negant, censentque fuisse demonem, siue phantasma, larvam & vmbra Samuelis effictam a demone. Ita Procop. Theod. Rupert. Terrull. Cyrill. Beda, & alij. Verius alij plures & potiores affirmant; quia sequentia etiam id significant, & clarius Ecclesiast. cap. 46. 23. vbi inter laudes Samuelis assignat hanc quod post thortem prophetauit: Exaltauit, inquit, de terra vocem suam in prophetia, ad cessare faciendum peccata. Pluribus id ipsum probauit ibidè, & argumenta in contrarium dissoluit. Estque hæc sententia Abulen. Lyran. Caiet. Dion. Serap. hic; & S. August. lib. de cura pro mortuis cap. 13. 5. Basil. Epist. 80. Nazianz. orat. 3. Iosephi lib. 6. Antiq. c. 15. Iustin. Dial. contra Tryphonem, S. Ambrosin. c. 7. Lucae, S. Hieron. in c. 7. Ilaie, S. Thomæ 1. part. q. 89. art. 8. ad 2. Suarez 3. part. tom. 2. disp. 42. sect. 2. Belarmin. lib. 2. de Putgatic. 6.
Portò non per omnia, sacerdores & prophetas, sed per Samuelem Deus respondit Sauli, vt tanto magis ille commoueretur & percelleretur, inquit Cyril. & Abul. dñ eum cuius præcepta contempserat, prædictiones de regno amittendo hactenus notum maximi fecisset, sibi in extrema minitantè audiret.
CVM AVTEM VIDISSET MVLIER SAMVELEM.] Præuenit Deus incantationes Pythonissæ, quæ morosa & longæ esse solent, ne vi earum suscitatus videretur Samuel: statim ergo roganti Sauli stetit. Samuelem, qui eum puniret tum ob alia crimina, tum ob hoc magia, dehnariatione cladis secuturæ. Ita Abulen. Caiet. & alij. Hac de causa turbata mulier, exclamauit, vt sequitur. Quares, cur id fecerit? Primo, Rabini quia, inquit, ceteri mortui per magiam & necromantiam euocati, solebant erectis in cæli pedibus ascendere: Samuel verò capite in cælum erecto ascendit: sed hæc sunt eorū figmenta. Dico ergo eam turbatam exclamasse, eo quod videret Samuelem suas incantationes præuenisse, & necdum vocatum se siftere: suam enim venerandam & augustam speciem perculit Pythonissam; Saul tamen putabat eam exclamare, eo quod agnosceret ipsum esse Saulèm, ab eo sibi de vitæ ob magiam metueret: vnde iussit eam thætum huic depoiere.
TV ES ENIM SAUL.] Quo iudicio id Pythonissa cognouerit incertum est. Abul. putat Samuelem id ei indicasse.
DEOS VIDI ASCENDENTES DE TERRA.] Deos, id est Deum. Hebr. enim est Elohim, id est Deum, id est hominem quemdam diuinum, putat Samuelem: hunc enim dumtaxat vidit, vt patet ex sequent. Fabulatur ergo R. Kimchi, dum ait illam duos vidisse, scilicet Moisen & Samuelem; sic & alij Rabini docent cum Samuele ascendisse Moisen, qui in eodem carcere clausus morabatur; vnde in libro Ialcut sic dicitur: Deus vidi ascendentes de terra. Hinc habetur non fuisse solum Samuelem qui ascendit, sed duos fuisse, vnum Samuelem, alterum Moisen, cui Samuel dixit: Forstian ad iudicium vocor: veni ergo in eum, vt testificeris nullum esse verbum in lege scriptum, quod non seruauerim. Verum hic est Iudaismus. Iam enim in morte sua Samuel vt ceteri homines iudicatis acceperat suam sententiam, certusque erat de sua felicitate, sicut & alij Patres qui cum eo in limbo versabantur. Rursum in libro Midras Samuel dicitur: Multi iusti ascenderunt cum illo.

VERS. 11. Verus Samuel suscitatus.

VERS. 12. Samuel à Deo suscitatus, non autem per incantationes Pythonissæ.

VERS. 13.

Pythonissa vilis fuit, non nobilis mulier.



VERS. 14. *QVARE INQUIETASTI ME VT SVSCITARER?* A id est, cur fuisti non causa sed occasio vt suscitaretur: nam propria causa, eaque efficax suscitationis Samuelis erat Deus. Porro Samuel ait se inquietatum à Saule, quia commotus fuit & iratus indignitate modi, quo Saul per magiā eū suscitare conabatur.

VERS. 19. *CRAS AVTEM TV ET FILII TVI MECVM ERITIS.* in altero saeculo & vita, putā apud inferos, sed non in eadem inferni parte & loco, q. d. Tu & filij tu moriemini & apponemini ad mortuos, ac mecum eritis in loco statūque mortuorum putā apud inferos; sed dispari forte & receptaculo: ego enim in limbo sum, tu descendes ad gehennam: Nec enim ibi Saul malus, vbi Jonathan bonus meruit recipi, ait Beda. Et S. Augult. loco cit. ad Simplic. rō mecum eris, inquit, non ad aequalitatem felicitatis, sed ad

Mortem parem Samuel Sauli praedicat, non eundem statum post mortem.

parvam conditionem, mortis referatur, quod vterque homo fuerit, & vterque morti poterit, iamq. mortuus mortem vno praeiudicabat.

INGRESSA EST ITAQUE MULIER. Hinc probabiliter opinatur Abul. Pythonissam non fuisse praesentem eo loco & tempore, quo Saul cum Samuele loquebatur, eō quod nollet Saul, vt quis se cum eo loquentem audiret: volebat enim secretū cum eo agere, & secreta sua cum eo solo communicare. Recedente ergo Samuele, & finito eius cum Saule colloquio, ingressa est Pythonissa ad locum in quo erat Saul.

ET POSVI ANIMAM MEAM IN MANU MEA. id est, exposui me periculo mortis, quasi maga suscitando Samuelem; sciebam enim Saulem omnes magos occidisse.

VERS. 21. SAULEM SAMUELE DICITUS HOMINE, NE PYTHONISSA QUIDEM.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Achis ducit secum Dauidem ad praelium contra Saulem, sed sociis eius Philisthinis de Davidis fide dubitantibus, ideoq. contradicentibus, eum domum remittit.

1. Congregata sunt ergo Philisthim vniuersa agmina in Apher: sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrahel. 2. Et satrapæ quidem Philisthim incedebant in centuriis & millibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. 3. Dixeruntque principes Philisthim ad Achis: Quid sibi volunt Hebraei isti? Et ait Achis ad principes Philisthim: Num ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis, & nō inueni in eo quidquam, ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc? 4. Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthim, & dixerunt ei: Reuertatur vir iste, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in praelium, ne fiat nobis aduersarius, cum praeliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? 5. Nonne iste est Dauid, cui cantabant in choris, dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? 6. Vocavit ergo Achis Dauid, & ait ei: Vivit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris: & non inveni in te quidquam mali, ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc: sed satrapis non places. 7. Revertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthim. 8. Dixitque Dauid ad Achis: Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo, à die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc, vt non veniam, & pugnet contra inimicos domini mei regis? 9. Respondens autem Achis, locutus est ad Dauid: Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei: sed principes Philisthinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in praelium. 10. Igitur consurge mane tu, & serui domini tui, qui venerunt tecum: & cum de nocte surrexeritis, & cœperit diluescere, pergite. 11. Surrexit itaque de nocte Dauid ipse & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reverterentur ad Terram Philisthim: Philisthim autem ascenderunt in Iezrahel.

VERS. 3. *ET EST APVD ME MYLTIS DIEBV VEL ANNIS.* Hebe iam diebus vel iam annis, hoc est, dies aliquot, imò verò annos aliquot. Vnde Lyran. Pagnin. & Nouatores putant Dauidem pluribus annis mansisse apud Achis. Fauent. Septuag. qui vertunt: Mansit apud nos dies, plurimos scilicet, hic quippe secundus annus est. Secundò, Vatab. & R. Dauid sic exponunt: fuit apud me multis diebus, id est quatuor mensibus, quibus aequè mihi notus est, ac si plures annos apud me mansisset. Tertio, Sanchez censet Achis hic esse meritum, ad fidem faciendam Philisthis; idque probabile censet Abulens. & Torniuellus. Quarto, planius Salianus

Respondet Achis respexisse ad primam commemorationem Davidis, quæ ante annos sex apud ipsum inchoata fuerat, vt dictum est cap. 27. aut certe computasse finem anni elapsi quo ad se venerat Dauid & initium anni sequentis sine interuentu, quo adhuc secum manebat. Id enim exigunt Sept. dum vertunt: hic quippe secundus annus est. nam Dauidem quatuor tantum menses. & aliquot dies mansisse apud Achis, disertè dictum est cap. 27. idque affirmat Ioseph. Abul. Serarius, Salian. Torniuellus & alij. Videtur ergo Dauid sub finem anni fugisse ad Achis v. g. in Nouembri vel decembri, ac deinde apud eum mansisse toto Ianuario & Februariò.

REVER-

VERS. 4. *REVERTATUR VIR ISTI,* Nota hic miram Dei erga suum Dauidem prouidentiam. Dauid enim hic erat in casu planè periculoso & implexo, vt cogere vel Achis regis esse proditor, si in praelio ad Saulem & Hebræos deficeret, vel patriæ & ciuium suorum esse hostis, si contra eos pugnaret. Sed Deus nodum hunc perplexum ense quasi abscidit. Immisit enim Philisthis dissidentiam de Davidis fide, & periculi metum quod subibant, si Dauid in praelio ad suos Hebræos terga verteret, cum eisq. arma in Philisthis conuerteret, vt antè fecerat. Quare iubent illum è praelio recedere, & domum remitti. Fecit id Achis magno cum honore & laude Davidis, æquè ac eius vtilitate, & commodo. Dauid enim è praelio recedens perfe-

cutus est Amalecitas, eisq. spolia quæ ex sua Siceleg rapuerant, abstulit cum opima ipsorummet præda; quod, si mansisset cum Achis, facere nequiuisset.

SCIO QVIA BONVS ES TV IN OCVLIS MEIS SI-CVT ANGELVS DEI, ] quasi dicat: summè mihi gratus es, summè mihi places, imò veneror te quasi Angelum Dei. Est comparatio & phrasia Hebræa, qua vtuntur cum quempiam valdè laudare & extollere volunt. Sic Iacob, vt Esau fratrem sibi ob primogenituram ereptam infensum leniat, ei blanditur dicens: *Vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei.* Genes. 33. 10. Et mulier Thecuis pro Absalone supplicans Dauidi ait: *Sicut Angelus Domini, sic est Dominus meus rex.* 2. Reg. 14. 17.

VERS. 9.

CAPVT TRIGESIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

A Malecitis succendunt Siceleg & pradas abigunt: eos Dauid cum suis insequitur, & commessantes cadit spoliatq. mox spolia inter eos qui pugnant, & eos qui ad sarcinas manserant, aequaliter diuidit vers. 21. ac eorum partem ad alias Iudæe urbes transmittit.

1. Cvmque venissent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecità impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni. 2. Et captiuas duxerant mulieres ex ea, à minimo vsque ad magnum: & non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo. 3. Cùm ergo venissent Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, 4. leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ. 5. Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant Achinoam Iezrahelites, & Abigail vxor Nabal Carmeli. 6. Et contristatus est Dauid valdè: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusque viri super filiis suis & filiabus: confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo. 7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applica ad me ephod. Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid. 8. & consuluit Dauid Dominum, dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. 9. Abiit ergo Dauid ipse, & sexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt vsque ad Torrentem Besor: & lassii quidam substituerunt. 10. Persecutus est autem Dauid ipse, & quadringenti viri: substituerant enim ducenti, qui lassii transire non poterant Torrentem Besor. 11. Et inuenerunt viruta Egyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederuntque ei panem vt comederet, & biberet aquam, 12. sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas vuz passæ. Quæ cùm comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus, & tribus noctibus. 13. Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu? vel vnde? & quid pergis? Qui ait: Puer Egyptius ego sum, seruus viri Amalecità: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudius tertius. 14. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerechi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni. 15. Dixitque ei Dauid: Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait: Iura mihi per Deum, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et iurauit ei Dauid. 16. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ, comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diè, pro cuncta præda, & spoliis quæ ceperant de Terra Philisthim, & de Terra Iuda. 17. Er percussit eos Dauid à vespera vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant. 18. Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecità, & duas vxores suas eruit. 19. Nec defuit quidquam à partu vsque ad magnum, tam de filiis quàm de filiabus, & de spoliis, & quæcumque rapuerant, omnia reduxit Dauid. 20. Et tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam: dixeruntque: Hæc est præda

Gg 4

præda David. 21. Venit autem David ad ducentos viros, qui lassii subfiterant, nec sequi potuerant David, & residere eos iusserat in Torrente Befor: qui egressi sunt obviam David, & populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutavit eos pacificè. 22. Respondensque omnis vir pessimus & iniquus, de viris qui ierant cum David, dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de præda, quam eruimus: sed sufficiat unicuique vxor sua & filij: quos cum acceperint, recedant. 23. Dixit autem David: Non sic facietis fratres mei, de his quæ tradidit nobis Dominus, & custodivit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant aduersum nos, in manus nostras: 24. nec audiet vos quisquam super sermone hoc, æqua enim pars erit descendenti ad prælium, & remanenti ad sarcinas, & similiter diuident. 25. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel vsque in diem hanc. 26. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini. 27. His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Iether, 28. & qui in Aroër, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo, 29. & qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni, 30. & qui in Arama, & qui in lacu Afan, & qui in Athach, 31. & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & vixit eius.

VERS. 6. Roboratur David a Deo.

CONFORTATUS EST DAVID IN DOMINO DEO suo, id est resumpsit animum fretus spe fiducia in Deum, ait Vatab. Iniecit Deus hoc robur & hanc spem animo Davidis, vt sperans se Amalecitas castrum, eos insequeretur, eisque prædam ex Siceleg abactam extorqueret. Quare David animum tam suum quam sociorum, ad eos insequendum erexit. Vnde ex Hebr. vertasi Confortauit seipsum David in Domino Deo suo, sperans scilicet in Dei ope se per illam hostes assecururum & debellaturum. Vbi enim humana defunt præsidia, ad diuina confugere oportet. Sapienter Seneca Epist. 88. Ego, inquit, annum faustum & felicem reddo bonis cogitationibus, & animi magnitudine: qui nunquam maior est, quam vbi aliena seposuit; & fecit sibi pacem, nihil timendo, fecit sibi diuitias, nihil concupiscendo. Et inferius: Quare ergo sapiens magnus est quia magnum animum habet.

VERS. 7.

APPLICA AD ME EPHOD.] Hebr. adduc ad me Ephod, vt scilicet eo indutus, per illud vt Pontifex pro me consulat Deum, an Amalecitas persequi debeam, necne.

VERS. 13.

DERELIQUIT AVTEM ME DOMINVS MEVS, QVIA ÆGROTARE COEPI.] Tropol. Eucher. Quid est, inquit, quod Ægyptius Amalecita puer in timere lassatus resistit; nisi quod amator presentis seculi, peccati sui nigredine opertus, sepe ab eodem seculo infirmus despectusque relinquitur, vt cum eo nequaquam curriere valeat, sed fractus aduersitate torpescat: Hos ergo eligit Deus, quos despiciat mundus; quia plerumque ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum: is enim qui patrem reliquit, & partem substantiæ quam perceperat, prodigè expendit, postquam esurire cepit, in se reuersus dicit: Quam multi mercenarij patris mei abundant panibus. Et pluitibus interiectis: Quem tamen David inuenit, eisq; cibum & potum prebuit, quia manu fortis Dominus abiecta mundi non despiciat, & plerumque eos, qui mundum sequi minime valentes quasi in via remanent, ad amoris sui gratiam conuertit, eisq; verbi sui cibum porrigit, & quasi duces sibi in viam dirigit, dum suos etiam predicatores facit: dum enim Christum peccatorum cordibus inferunt, quasi David super hostes ducunt; qui conuincunt Amalecitas, velut David gladio ferunt, qui superbos quosq; qui se in mundo despecterunt, Domini virtute prosternunt.

VERS. 14.

ERVPIVVS AD AVSTRALEM FLAGAM CERETHI.] Cerethi erat certa Philistinorum regio sita

ad meridiem ex qua David collegit legiones fortissimas, inde dictas Cerethim & Phelethim, id est interfectores & liberatores, quas proinde deinceps secum semper habuit, quasi milites prætorianos & regij corporis custodes, vt patebit 2. Reg. 14. Vnde nonnulli censent ab hisce Cerethim ortos dictosque esse Cretes siue Cretenses, ac Cretum eorum insulam. Vide dicta Sophon. 2. v. 5.

COMEDENTES ET BIBENTES.] Nota stragem Davidis, quo cum paucis ex inopinato aggressus plurimos Amalecitas conuiuantes, omnes cecidit. Simili modo Abraham cum trecentis seruis insecutus quatuor reges, qui ceperant Lot, noctu eos aggressus, dormientes occidit. Genes. 14. 15. Sic Tomyris Regina Scytharum simulans fugam, cum in castris suis mensas opiparè instructas reliquisset, sequentem Cyprium & Persas ac conuiuantes in mensis oppressit ad vnum omnes, teste Iustitio.

ÆQA ENIM PARS ERIT DESCENDENTIS AD PRÆLIUM, ET REMANENTIS AD SARCINAS, ET SIMILITER DIUIDENT.]

quia æqualiter ad victoriam cooperati sunt: nisi enim ipsi sarcinas præliantium custodissent, præliantes non vicissent, sed metu perdendi sarcinas timidius pugnassent, & terga hosti vertissent. Hinc patet, ducentos qui lassii resederant ad torrentem Befor vers. 10. etiam sarcinas sociorum cum Davide ad prælium pergentium custodiuisset. Si enim lassii dumtaxat substitissent, hæc ratio in eis locum non habuisset. Ita Abulen. Caiet. & alij. Simili modo narrat Polybius lib. 10. Romanos prædam bello acquisitam non iis solis qui prælio interfecerant, sed iis quibusque qui castrorum præsidio reliquerant, qui agroti, qui ministeria publica obibant, diuisisse.

ET FACTVM EST HOC EX DIE ILLA ET DEINCEPS CONSTITVTVM.]

Pro deinceps Heb. est מלך mala, id est, supra. Vnde Vatab. sic vertit: Fueratq; ab eo die & supra, & posuit illud in statutum & consuetudinem, idque sic explicat, quasi dicat: Id obseruatum fuerat ab initio mundi vsque in eum diem, & David constituit ab eo die eam legem, quæ consuetudo seruatur & hodie quoque in Israel. Verum hanc legem à Davide, non ab Adamo cepisse significat Noster, Sept. & Chald. qui 70. mala, id est, supra, interpretantur deinceps.

MISIT DONA DE PRÆDA SENIORIBVS IUDA.] Nota

David munibus deuincit sibi animos contritulum.

Nota hic liberalitatem Davidis, quam illi iniecit Deus, vt hac munificencia sibi deuinciret animos Contritulum suorum, vt ipsi eum in regem sibi mox deligerent. Nam eodem die quo David præliando vicit Amalecitas, & spolia distribuit, Saul

prælium cum Philisthæis iniit, in eoque casus occubuit, cui proinde mox in regno Iudæ successit David Dei consilio, ne Philisthæi victoriam profecti totam Iudæam vastarent, & euerteret; eis enim Deus opposuit Davidem in Iuda dominantem.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Philisthini cadunt Hebraos: vnde Saul, ne in eorum manus incidat, gladio incumbens seipsum occidit. Mox v. 9. Philisthini caput Saulis præcisum in Philistham mittunt, & arma in templo Astaroth, corpus verò in muro Bethsan suspendunt, sed illud inde auferunt viri Iabes Galaad, ac combustum sepeliunt.

1. Philisthiim autem pugnant aduersus Israël: & fugerunt viri Israël ante faciem Philisthiim in Saul, & ceciderunt interfecti in monte Gelboë. 2. Irrueruntque Philisthiim in Saul, & in filios eius, & percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisua, filios Saul, 3. totumque pondus prælij versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus est vehementer à sagittariis. 4. Dixitque Saul ad armigerum suum: Euagina gladium tuum, & percute me: ne forte veniant in circumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus, arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum. 5. Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quòd mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. 6. Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. 7. Videntes autem viri Israël, qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, & filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: veneruntque Philisthiim, & habitauerunt ibi. 8. Facta autem die altera, venerunt Philisthiim, vt spoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelboë. 9. Et præciderunt caput Saul, & spoliauerunt eum armis: & miserunt in terram Philistinorum per circuitum, vt annuntiaretur in templo idolorum, & in populis. 10. Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus verò eius suspenderunt in muro Bethsan. 11. Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad, quæcumque fecerant Philisthiim Saul, 12. surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, 13. & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius, de muro Bethsan: veneruntque Iabes Galaad, & combustum sepeliunt ea ibi: & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

VERS. 2. Dei consilio filij Saul ceciderunt in prælio.

PERCVSSERVNT IONATHAN ET ABINADAB, ET MELCHISVA BILIOS SAUL.] Id Dei consilio factum, vt omnibus filiis Saulis occisis, Davidi viam ad regnum complanaret & sterneret: nam Isboseth quartus Saulis filius, domi desidens minus videbatur bellicosus, & regno tot bellis implicito inidoneus.

VERS. 2. Saul seipsum occidit.

ET IRRUIT SVPER EVM.] Vatabl. irruit in eum, eum in pectus adigendo. Hinc patet Saulem seipsum occidisse. Negat hoc Iosephus & R. Leui dicentes, Saulem conatum quidem se occidere, sed non perfecisse; siue quòd lorica armatus esset, siue quòd gladium non satis firmasset: occisum ergo esse ab illo Amalecita, qui nuntium mortis Saulis Davidi attulit, dixitque se Saulem occidisse, de quo lib. 2. c. 1. Verum hæc sunt fabulæ in honorè Saulis, & gentis Iudaicæ à Iosepho Iudæo confictæ. Clarè enim Hebr. Septuag. Chald. & Latina hoc v. 4. & 5. aiunt, Saulem irruendo in gladium mortuū fuisse, ac proinde armigerum id videntem, se quoque simili modo interemisse. ita omnes interpretes; quin & ceteri Rabbini: vnde R. Radak p. 46. in Psal. 7. v. 16. Lacum aperuit & effudit eum: & incidit in foueam quam fecit. sic explicat: Prophetæ David, inquit, mori-

trium Saulem in gladio suo. Iustum fuit hoc Dei iudicium, vt Saulem gladium quem iniuste strinxerat in Davidein, conuerteret in seipsum, vti fecit Nero eodem anno, quò SS. Petrum & Paulum occiderat, imò eodem mense Iunio recurrente occidens seipsum. Gladio, inquit Hugo, quò Amalecitis contra præceptum Domini pepercit, c. 15. merito seipsum occidit: sic, qui potestate pro communi utilitate accepta, aut non vitur, aut abutitur suo se nimirum gladio confodit, quò ab hoste defendi debuerat, hostem potius iuuat. Vnde & coram Amalecita eui pepercit, occidit se, & Amalecites ipsi diadema abstulit, tilitque ad Davidem, vt dicitur c. seq. v. 13. ita Tropol. in hora mortis passionis & vitæ, quæ in vita occidere & mortificare negligis, te affligent, tibi que decus, pacem, vitæque præsentem & æternam auferent; hi enim sunt nostri Amalecitas.

Quæres, An Saul peccarit se occidendo? Negant, imò Saulem ab animi magnitudine, mortisq; contemptu, laudant Iosephus & Rabbini, quibus fauet Lyran. Hinc R. Isaac Saulem vocat iustum: Saul, inquit, David & Salomon iusti regnarunt. Sic Cato se occidit, ne victus in manus Iulij Cæsaris veniret, eique fieri supplex cogereetur; quem idcirco laudat Seneca.

In isto Dei iudicio o Saul iniusto suo se interfecit gladio.

An Saul licet se occiderit? Affirmant Rabbini.

Seneca, lib. de diuina Prouidentia. *Lacer, inquit, omnia A* in vnius conditionem concesserint, custodiantur legionibus terre, classibus maria. *Et* Casarius portas miles obsideat, Cato, quia exeat, habet. *Vna manus latam nostram libertatem faciet. Ferrum istud etiam civili bello parum & innoxium, bonas tandem ac nobiles edet operas. Libertatem quam patrie non potuit dare, Catoni dabit. Aggredere animo diu meditarum opus, eripe te rebus humanis. Vide eundem Epist. 71. vbi inter cetera ait: ille vir magnus est, qui mortem sibi non tantum imperauit, sed inuenit. Quin & ipse Julius Caesar accepto nuntio de Catonis morte fertur dixisse: Inuideo Cato gloria tua, nam & tu inuidisti mea, ne inter mea preclara facinora numeraretur & illud, me Catonem seruasse. Sic Brutus & Cassius caesores Iulij Caesaris victi ab Augusto Iulij nepote, mucrone in viscera adacto morte spontanea redemerunt ignominiam, quam sibi a victore irrogandam praeuidebant.*

Resp. negatiua.  
Ratio 1.

Verum hanc sententiam damnat fides orthodoxa; quin & melioris notae Philosophi, vt Plato in Phaedone, Arist. 5. Ethic. c. vlt. Vide Lactant. lib. 3. c. 18. & 6. c. 11. Ratio est, quia homo non est dominus vitae suae, sed Deus: ergo illam sibi, imò Deo eripere nequit. Secundò, quia Deus animam & vitam nobis dedit in custodiam, vt eius vsura ad Dei obsequium & laudem vtatur, Tertio, quia Deus cuique statuit diem & modum tain nascendi, quam moriendi: ergo illum accelerare vel praeterire non licet. Nam ipse solus vita & necis potestatem habet. Sapient. 16. Ratio est, quia Deus solus nobis vitam donauit, quasi ingens & summum donum quod nulla industria comparare sibi potuit homo, nulloque modo ab ipsius consensu pender. Quare noluit Deus vt ipsa esset in hominis potestate & arbitrio, vt sunt res inferiores, sed illius ius & dominium ipse sibi reseruauit. Quarto, quia quinto Decalogi praeccepto: *Non occides*, tam, imò magis vetatur ne quis occidat seipsum, quam alium. Quintò, quia occidens se, facit iniuriam Reipub. nam illà inuità, velut quoddam ipsius membrum abscindit. Peccat ergo contra iustitiam, si non commutatiuam, certè legalem. Vide S. August. lib. 1. de Ciuit. à c. 17. vsque ad c. 28. Audi eum c. 26. *Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminè spontaneam mortem sibi inferre debere velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauisimum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter sua peccata praeterita, propter qua magis hac vita opus est, vt possint penitendo sanari. Neminem velut desiderio vite melioris, qua post mortem speratur: quia reos sua mortis, melior post mortem vita non suscipit.*

Occidere se est praelamini.

Quin & Cicero Tuscul. 1. *Vetat, inquit, dominans ille in nobis Deus, inuisu hinc nos suo demigrare.* Et Plato in Phaedone: *Nefas esse, dicit, hominem sibi met manus asserre, nec aliter irasci Deum si id fiat, quam dominum si quod se mancipiorum occiderit: aliusque multis in locis ait, migrare ex hac vita nulli hominum licere inuisu Dei. Summus enim hic omnes velut in acie, loco vnicuique suo ab Imperatore Deo assignato: maioriq, supplicio afficiendum desertorem vite, quam desertorem militiae.* Potrò, quòd Saul, Cato & similes se occiderint ad vitandam seruitutem vel infamiam, iudicium fuit animi non fortis & magni, sed mollis, pusillanimitis, non valentis sustinere illusiones Philisthinarum. Id ipsum ex facto Catonis eumcit S. August. lib. 1. de Ciuit. c. 23. *Amici eius, inquit, etiam docti quidam viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant, imbecillio-*

ris quam fortioris animi facinus esse censuerunt: quo demonstraretur non honestas turpia precauens, sed infirmitas aduersa non sustinens. Hoc & ipse Cato in suo carissimo filio iudicauit. Nam si turpe erat sub victoria Caesaris viuere, cur auctor huius turpitudinis pater filio suò, quem de Caesaris benignitate omnia sperare precepit? Cur non & illum sequi coegit ad mortem?

Neque dici potest, inquit Serarius, id Saulem fecisse, ne dedecore Deus afficeretur. Nam ait, *ne interficiant me illudentes mihi*: neque vllum in Deum dedecus redundare poterat, si diuinorum praecptorum contemptor à Deo puniretur, hostiumq; ludibrijs dederetur. Adde quòd Saul tanta vi & celeritate mortem sibi conficiuerit, vt poenitentiae tempus habuisse non videatur. Denique ignominiam Philisthinorum non euasit Saul, nam mortuo eius cadaveri illuserunt, vt patet v. 9. & 10. imò cadaveri Saulis praecisum in templo Dagon, quasi anathema suspenderunt & obtulerunt, vt dicitur 1. Paralip. 10. 10.

Quares, An Saul sit damnatus? Hebraei & Lyran. negant, censentque eum poenituisse, & esse saluatum. Verum alij passim damnatum asserunt, ac nominatim Eucherius, Beda, Rupert. Abul. Dion. Caietan. Burgenf. Serarius, Saliàn. Sanchez hic, & S. Bern. serm. 26. in Cant. S. Birgitta lib. 5. Reuel. interrog. 13. ad q. 1. S. Aug. lib. 2. ad Simpl. q. 2. Pineda lib. 8. de rebus S. Romon. e. 1. n. 8.

Ratio est, quia mortuus est in peccato magis, qua paulò ante confictum Pythonissam consuluerat; imò in flagranti delicto quo seipsum occidit, vt poenitendi nec animum nec tempus habuerit. Quare cum Achitophel & Iuda damnatus videtur. Secus est de Ionatha, qui per omnem vitam clarè se gessit, pugnando pro Israelitis, & Dauidem contra Saulem tuendo, ac mortuus est in actu meritorio, preliando scilicet pro patria: unde spoliatus vita & regno terreno, videtur adeptus caeleste & aeternum, quare ipse saluatus videtur, & ad Limbum Patrum in sinum Abrahae descendisse. ita S. August. Beda, Rabanus, Lyran. Saliàn. Abul. & alij.

Hæc omnia confirmantur ex 1. Paral. 10. 13. vbi dicitur: *Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas.* (Hebr. & Septuag. in iniquitatibus suis) eò quòd praenunciatus sit mandatum Domini, quòd preceperat, & non custodierit illud: sed insuper etiam Pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino: propter quod interfecit eum, & transiit regnum eius ad Dauid filium Isai.

Vnde liquet Saulem maximè occisum fuisse, eò quòd per Pythonissam dæmonem consulisset, imò occisus ob consultiã Pythonissam. ideoque mortem ei accelerasse Deum, qui liid non fecisset, diutius victurus erat. Sic Deus mortem accelerauit Ochozia Regi aegrotanti, eò quòd de sanitate sua consulisset Beelzebub Deum Accaron. 4. Reg. 1. Denique mortuus est Saul biennio post Samuelem, ait Clemens Alexand. Beda, Iosephus, Abulen. Saliànus, & alij, vt dixi c. 23. 1. Pius & felix extitit initio Regni, sed impius & infelix in exitu: vt posteris esset in exemplum & speculum, quod omnes, sed praesertim Reges & Principes crebro intuerentur. Quare de Saule dicas quod cecinit Virgilius de Priamo capta Troia à Neoptolemo occiso:

*Hic finis Priami satorum: hic exitus illum,  
Sorte tulit, Troiam incensam & prolapsa videntem  
Pergama, tot quondam populis, terrisq, superbum  
Regnatorem Asia: iacet ingens litore truncus,  
Auisamq, humeris caput, & sine nomine corpus.*

Quod

VERS. 5. QVOD CVM VIDISSET ARMIGER EIVS. ] Fabulatur Hebraei armigerum hunc Saulis fuisse Doeg Idumæum, de quo cap. 22. 18.

VERS. 11. QVOD CVM AVDISSENT HABITATORES IABES GALAAD, & C. TVLERVNT CADAVER SAUL. ] Hoc fecerunt Sauli gratitudinis ergo: Saul enim eos liberarat à Naas rege Ammon. c. 11. v. 1. Vnde & iuxta numerum dierum induciarum inter ipsos & Naas initarum, ieiunauerunt, putà septem diebus.

ET COMBVSSERVNT EA. ] Hebraei enim regum suorum cadauera comburebant, ne dum pompa funeris regij multis diebus paratur, illa infespulta in terra putrescerent, & à vermicibus corroderentur, quòd foetidum & horridum videbatur. Hic ergo ea de causa cadauer Saulis ante triduum occisum, ideoque foetentis combusserunt, ac deinde ossa reliqua in nemore sepelierunt. Sic cadauer Afa regis cum aromatis combufferunt. 2. Paral. 16. 4. hoc verò honore combustionis caruit Ioram rex. 2. Paral. 21. 19. Idem ante Saulem fecit Aeneas in funere Miseni, de quo Virgil. 6. Aeneid.

INGENTEM STRUXERE PYRAM, CUI FRONDBUS ATRIS IMEXUNT LATERA, & FERALEM ANTE CUPRESSOS CONSTITUUNT, DECORANTQ, SUPER SULGENTIBUS ARMIS.

ET INFERRIS: AVERSI TENUERE FACEM CONGESTA CREMANTUR THUREA DONA, DAPES, FUSO CRATERES OLIVO. POSTQUAM COLLAPSI CINERES, & FLAMMA QUIEUIT, RELIQUIAS VINO, & BIBULAM LAUERE FAUILLAM: OSSAQ, LECTA CADO TEXIT CHORINEUS ABENO. Idem fecere Graeci. Vnde Lucian. Dialog. de Iuctu. Graecus, inquit, exurit, Persa defodit. Et Silius Italic. lib. 13.

Cecropida ob patriam mauortis sorte peremptos, Decreuerunt simul communibus vrere flammis. Idem secuti sunt Romani. Audi Seruium in lib. 3. Aeneid. *Romani contra faciebant comburentes cadauera, vt statim anima in generalitatem, id est, in suam rediret naturam.* Respexit huc Ouidius 10. Trist. El. 4.

Hebraei cadauera regum comburebant.

Prius comburebant cadauera.

Saul non videtur habuisse poenitentiam.

An Saul damnatus.

Spiritus hic vacuus prius extenuandus in auras Ibit, & in repido deseret ossa rogo: Quam subeant animo meritorum obliuia nostro, & c. Et Silius Italicus lib. 10. in funere Pauli. *Hæc Lybys: Atque recens crepitantibus vndique flammis, Aethereas anima exultans euasit in auras.* Causam dat Quintilianus declamar. 10. *Veteres, inquit, senserunt corpus in morte resolui, animam verò flammæ vigoris impetum perennitatemq, non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes: inde venire, vnde omnium rerum auctorem parentemq, spiritum ducimus, nec interire, nec solui, nec vilo mortalitatis affici fato: sed quoties humani pectore carceroem effregerit, & exonerata membris mortalibus leui se igne lustrauerit, petere sedes inter astra.*

Rursum Seruius in lib. 11. Aeneid. *Heracitus, inquit, qui omnia vult ex igne conflare, dicit debere corpora in ignem resolui: Thales verò qui confirmat omnia ex humore procreari, dicit obruenda corpora, vt possint humore resolui. Censebant ergo illi idcirco cadauer esse comburendum, vt anima hoc modo à corporis fordibus purgaretur, & ad igneam suam naturam rediret.*

ET IEIUNAVERVNT SEPTEM DIEBV. ] Non tantum ob dolorem & luctum, sed etiam vt Saulis ieiunauerunt animæ suffragantur: nesciebant enim ipsum se pro salute occidisse, & mortuum in peccato mortali, sed bene pieque de eius salute sperabant. ita Beda, qui & addit: *Hoc etiam modo pium Christianorum genus desit eos, qui repugnantes demonibus, labuntur in seculo, quod est lubricum: Gelboe enim montes interpretantur lubrici montes.* Vide Bellarm. lib. 1. de Purg. c. 3.

Quoad Synchronismum historiae profanae, sub Samuele & Saule regnauit Athenies Codrus, qui ex oraculo audiens Athenienses in praelio fore victores, si ipse in eo occumberet; pro patria se morti caedique obtulit, itaque victoriam & imperium sua morte fanciuit: tunc quoque desit regnum Sicionium & Mycæneum, cepitque Corinthium, ita Euseb. in Chron.

VERS. 13. Ieiunauerunt anima salute.

